


1
6
515

























Practica Joan. Matthei de gradi.

FIDES

SPES

CHARITAS

¶ Praxis in nonum Almansoris: omnibus medicie studiosis apprime necessaria: ꝓfundissimi artium ⁊ medicine doctoris domini Joannis Matthei de gradi Mediolanēsis: que a vertice ad plantā pedis vniuscuiusque particularis egritudinis signa: causas: ⁊ curas absolutissime discutit: nouissime post omnes impressiones vbiq̄ȝ terrarum excussas: collatis multis exemplaribus affatim recognita: cunctisq̄ȝ mēdis: et erroribus expurgata: additis in margine quāpluribus vtilissimis appostillis: nec non reformato insigni repertorio: quod omnia notabilia: distinctiones: q[illegible] q̄ȝ digna cognitu optime demonstrat.

¶ Adiuncto insuper denuo singularissimo tractatu de febribus domini Antonij de gradi Mediolanensis: totam febriuȝ materiam ad vnguem complectente: quem in alijs Matthei de gradi practicis hactenus impressis non reperies.





¶ Jacobus Philippus de pellibus nigris Torlanus artium et medicine doctor moralem philosophiam patauij publice profitens in laudem excellentissimi domini Hieronymi salij fauentini.

Paeonios quicunque cupis gustare liquores:
  Visere Appollineum socraticumque gregem.
Hunc eme: quem veteri expulsa caligine solers
  Ad proprium salij cura reduxit iter.
Corpora matthaeus mutilatis trunca gerebat
  Partibus: et doctum quemque latebat opus.
Ecce nitet solidum: veluti cognoscere promptum est
  Undique: sic cunctis posse placere puto.
Dicite nunc medici: viuat matthaeus in aeuum:
  Atque fauentini tempus in omne labor.

¶ Hexastichon in laudem viri vndecunque doctissimi domini Michaelis de capella neruij in arte medica doctoris eximij: qui hoc opus acurate recognouit.

Mendosum quod erat: si quaeris habere volumen
  Tersum: hoc pre reliquis candide lector eme.
Illa etenim fuerant que deprauata: videbis
  Castigata: et in hoc addita multa libro.
Multum igitur medici debent tibi docte Michael
  Quo duce cultius est quam fuit istud opus.

Tabula.

¶ Rubrica seu tabula tractatuum & capitulorum prime partis huius commẽtarij textualis in nonum Almansoris cõtinentis duos tractatus speciales.


¶ Primus incipiens in primo folio tractat de egritudinibus capitis & neruorum continens capitula. xlviij.

¶ Tractatus ſecũdus incipiens. fo.166. tractat de egritudinibus pectoris ſiue ſpiritualium continens capitula ſeptem.

¶ Rubrica ſeu tabula ſecunde partis huius commentarij textualis in nonum Almanſoris cõtinentis tres tractactus: quorũ primus eſt tertius in ordine totius operis cõtinens capitula. xxj. tractans de egritudinibus multoꝝ naturalium.

Rubrica seu tabula questionum in hoc commentario textuali contentarum.

¶ Finis tabule



Ultra hoc opus scri-psit Mat-theus su-pra.22. fē. Auicen. et sup de vri nis fen. ij.

❡ Prima pars cōmentarij textualis in nonū Almāsoris cū āpliationibus ꝛ additionibus materierū per eximiū artiū ꝛ medicine doctorē: verūqꝫ interpretem dn̄m magr̄m Joānē matheū ex ferrarijs de gradi. mediolanensem in almo studio Papiensi primam cathedram tenentē: vna cum annotationibus materiarū in margine collocatis nuperrime additis.

Prohemium.



E medendi doctrine in qua etatē meā oēm cōsumpsi: vel labore vel negligentia videar defuisse. Et in primis in illustrissimū parētem tuū amor ille meus: cui semp cōiūcta fuit reuerentia summa ꝛ deuotio singularis in te ei⁹ primogenitū: ꝛ tm̄ principē meū: aut interceptus: aut receptus videretur: vt quēadmodū inuictissimo pncipi quōdā parēti tuo verissim us heres es constitutus: eius medendi operis ꝛ studioꝝ ac laboris mei particeps fieres: ꝛ in te nouum ac resurgentem amorem indicarem. Nemo totius europe principum occurrebat: cui potius ꝙ tibi hoc opus meum inscriberem: aut tāꝙ celeste numē inuocarem. Nā cū antea ad ipsius excellentissimi parentis tui gloriam ꝛ bone valitudinis conseruationē in secūdā ꝛ vigesimā tertij canonis. Aui. scripsissem: qđ in ea de his egrotationib⁹ in quas hi qui principibus aut astant aut assistunt agitur: incidere solent. Et pro earum dispositionū explanatione que potissime ex vrinarū cognitione percipi possunt in secundam primi canonis eiusdem de vrinis commentarios peritissimo phisico tuo Ambrosio griffo inscriptos edidissem. Tertius mihi superesse labor videbatur: vt eam medēdi partem nonam quam vulgo Almansoris dicunt exponendam assumerem. Et eo libentius id feci quod in ea summatim strictimqꝫ de singulis que a vtice ipso ad calces vsqꝫ in homine accidere possunt egrotationibus disseritur. Sūt enim eius generis precepta aut sententie que probe vereqꝫ intellecte magne hominum vtilitati cedunt ac conseruationi. Sin vero minus ꝛ pingui cortice teneantur ad perniciem vt venena portendunt ꝛ in acconitorum genere haberi possunt. ❡ Hanc igitur pestem vitari cupiens et hominum salutem tuam in primis vehementer exoptans meam hanc expositionem ꝙtum potui elaboratam ingenio libens tuo nomini dicaui vt tu eius pcepta sequutus diutius nobis volente deo ad eius laudem sempiternam ꝛ gloriam tuam conserueris ꝛ res ipsa tuis auspicijs plus auctoritatis haberet. vale diue Cesar. Ad propositū nūc pncipale accedo.

Ultra hoc opus scripsit Matheus supra .22. fē. Auicen. et sup de vrinis fen. ij.

❡ De cephalea et migranea et de soda. Cap. j.



Uādo rubedo ꝛ tensio: ꝛ grauedo in facie et oculis cū estu affuerit: ꝛ tactus calidus sentitur: et pulsus fuerit magn⁹ ꝛ cephalica minutio facienda est in parte in qua est dolor vel ī qua dolor magis infestat. ❡ Deinde aqua ro. ꝛ oleū ro. et acetū sumanꝛ ꝛ simul mixta agitenꝛ donec vnū fiāt: ꝛ sup niuē infrigidata super caput fundantur. ❡ Eger vero a carnibus: ꝛ vino abstineat ꝛ comedat ladhesiam citrinā ꝛ tapsil ꝛ herbas frigidas ꝛ fruct⁹ frigidos. ❡ Uēter aūt soluatur ex mirabolanis citrinis: ꝛ prunis ꝛ tamarīdis ꝛ zuccaro albissimo. ❡ Qꝫ si ista non sufficiūt: semina maluauisci in aceto posita agitenꝛ ꝙusqꝫ ad spissitudinē pueniāt de qb⁹ empl̄m capiti supponaꝛ: ex psilio quoqꝫ ꝛ aceto empl̄m fieri vtile est. ❡ Si aūt cū istis fuerit in pulsu velocitas ꝛ in tactu sentiꝛ caliditas: sed nec in facie neqꝫ in oculis fuerit rubedo nec tēsio: in principio soluatur venter: deinde fiāt ea ꝙ diximus. ❡ Naribus aūt oleū inijciaꝛ violatum vel oleum cucurcubite dulcis aut oleū mēnufaris aut oleū de florib⁹ salicis quoꝝ qđlibet sup niuē infrigidatū supfūdaꝛ: ꝛ nutriaꝛ vt p̄diximus. Eger quoqꝫ odoret cāphorā ꝛ aquā ro. ꝛ salices ꝛ violas ꝛ his silia. ❡ Qꝫ si egritudo multum inualescat: sumaꝛ opij ꝛ cāphore vniuscuiusqꝫ ꝙtū pōderant duo grana ordei: ꝙ dissoluta in oleo de salicib⁹ mittanꝛ ī nares ꝛ aures. ❡ Qꝫ si cū p̄dictis egritudinibus nihil eorū ꝙ diximus affuerit: fueritqꝫ egritudo antiqua: in principio venter cū pillulis cochijs: soluaꝛ: quas ego feci. ❡ Cōfectio pillularū cochiarū. ℞. pulueris pigre. ℥. x. colloqntide. ℥. iij. ꝛ tertiam scamonee. ℥. ij. ꝛ. v. turbit sticados aā. ℥. v. fiāt pillule ex istis ꝛ sunt doses. x. ❡ Postꝙ vero vēter solut⁹ fuerit: infūdatur caput ex oleo sambacino ꝛ oleo de ben. mitanꝛ in nares. Eger quoqꝫ odoreꝛ algaliā ꝛ insuffleꝛ musc⁹ narib⁹. Qꝫ si egritudo multū īfestauerit: sumaꝛ euforbij ꝛ castorei amboꝝ aā. sexta ps dragme vni⁹ ꝛ dissoluta in pauco oleo sambacio mittaꝛ in nares ꝛ aures. ❡ In cephalea vero calida empl̄ꝫ hoc frōti ꝛ timporib⁹

Dis. pillularū cochiarū sm̄ intentionē Ras.

est imponẽduz: cuius hec est cõfectio. ℞. semẽ lactucarũ sief. memitthe. sandalũ album ⁊ rubeuz: fautel: rosas: opiuz fiat ex eis emplr̃m postq̃ꝫ aceto ⁊ aqua rosata cõspersa fuerint. frõti imponãtur. super qδ mittaꝛ pannus aceto ⁊ aqua ro. infusus qui cũ calefactus fuerit iterum infunda⸗ ⁊ desuper ponatur. ¶ Linimentũ vero cephalee frigide. ℞. castoreuz euforbiuz piper sinapim storacẽ rutã marrubiũ: que siccata ⁊ puluerizata ⁊ etiaz triconizata misceãtur et cõspergantur vinoꝫ veteri ex quibus fiãt trocis. ⁊ desiccẽtur. Cũqꝫ necesse fuerit ex vno in vino veteri aut oleo costino vel camomellino dissoluto fiat fronti emplr̃m multotiens: hoc enim emplastrũ omni antiq̃ cephalee cõfert: non solũ superpositũ sed etiã auri iniectum: q̃ sequiꝛ illud tĩpus postq̃ꝫ in aliquo de p̃dictis oleis resolutũ fuerit. Egro vero vinum vetus ⁊ forte dandum est. ¶ Cum aũt cephalea ꝑ hebdomadã vnã ꝑseuerauerit: eger in balneũ mittendus est: ⁊ supꝑ caput aqua: in qua camomilla ⁊ sansuc⁹ ⁊ nemen ⁊ sticados arabicũ cocta fuerit simul aut singillatiz infundẽda est. ¶ Si cephalea quotidie ante comestionẽ inuadat: ⁊ post comestionem recurrat: succurrendum est infirmo ante horam qua venire consueuit. dando ei bucellas panis in succo granati: aut vue acerbe: aut horum similium infusas.

¶ Si aũt cephalea cõtingat ꝓpter multam in sole moram sufficient ex ex oleo rosa. ⁊ aceto infrigidatis curari poterit: q̃ tamen si ex hoc non quieuerit: ex alijs infrigidantibus curanda erit.

¶ Si aũt soda adhuc perseuerauerit: et fortior fiat neqꝫ vllo modo remoueatur: ⁊ timeatur ne eger visuz amittat ⁊ aqua oculos descendat: timporuz artarie sunt incidende et extrahende: hoc tñ qδ nunc loquitur est preter nostram intentionem in hoc lib. Jo. matheus.



Expositurus nonũ almansoris ex antiquato optimo more scribẽtiũ: prius supplex exoro diuinum auxiliũ ⁊ ducatuz ꝑ cõcessione rectificationis sermonis ⁊ operis mei: deinde multis reiectis q̃ diffuse nimis in principijs lecturaꝝ queri solent q̃ etiã indicio meo paꝝ sunt facientia in ipso libri apparatu quẽ exponendũ in manibus assumpsim⁹ ea tm̃ modo dixerim que mihi recitatiõe digniora videntur. ¶ Tria igitur ꝑ ordinẽ erũt vidẽda. Primũ erit quõ ab altissimo ⁊ oı̃potẽti deo ꝑ quadam necessitate humane cõditionis sit medic⁹ creatus. Scõm qδ sit nomẽ auctoris ⁊ libri cõsequenter vt rubrice totius libri habeatur declaratio: ⁊ ibidẽ de celebritate auctoris ⁊ ei⁹ p̃stãtia q̃sq̃ꝫ dicetur. Tertio ad lr̃e diuisionem ⁊ eius expositionẽ accedemus: facta prius cũ p̃cedẽtibus cõtinuatione: vbi ad declarationẽ mẽtis auctoris cuz⁹ dubia vel intricata videbitur non oı̃m auctoꝝ neqꝫ modernoꝝ tm̃ scriptoruz afferã sñias: sed illustrium magis vt de grecis. Hypo. ⁊ Gal. Pauli. vel Alexandri de arabicis. Auicẽ. Serap. Mesue ⁊ eiusdẽ auctoris incõtinenti. De latinis. Symonis ianuensis plusquã Cõmẽtatoris Cõciliatoris: Gentilis. Nico. florentini: Guillelmi brixiẽsis ⁊ alioꝝ p̃stãtiũ. Et si aliq̃n aliquã ꝓpriã declarationem fuero conatus exprimere eã vel clarissimoꝝ antiquoꝝ auctoritatibus vel euidẽtibus rõnibus suffulcire conabor. Neqꝫ velim vbi ita contigerit: id mihi ad iactantiã ⁊ extollentiã ascribaꝛ. Nam diuus Augusti. in quadã ep̃la ad Hieroñ. aliq̃n ita faciendũ declarauit. Ait em̃ ad Hierony. loquẽs. Ego em̃ fateor charitati tue solis eis scripturaꝝ libris q̃ iam canonice appellanꝛ didici hunc timorẽ honorẽqꝫ deferre vt nullũ eoꝝ auctorẽ scribẽdo errasse firmissime credã. Et si aliquid in eis offendero qδ videaꝛ cõtrariũ ṽitati nõ aliδ sup. existimabo q̃ꝫ vel mẽdosum esse codicẽ vel interp̃tem nõ assecutũ esse qδ dictũ est vel me minime intellexisse non ambigã. Alios aũt oẽs ita lego vt quãtalibet sãctitate doctrinaqꝫ p̃polleãt: non iδ veꝝ putẽ q: ipsi ita senserint: sed q: mihi vel ꝑ illos autẽticos auctores vel ꝓbabili rõne qδ a vero nõ deuiẽt: ꝑsuadere potuerũt. hec ipse. ¶ Circa igiꝛ primũ expediẽtiũ. s. de necessitate creationis medici aĩaduertendũ est hoiem deũ optimũ ꝯstituisse ex duabus substãtijs in gñe substãtie maxime distãtibus. s. corporea ⁊ incorporea: corpus taliter aĩe suo mõ ꝯformãs: vt sicut aĩa innocẽs erat: poterat tñ in culpã cadere: sic corpus esset impassibile vt posset tñ cadere in penã: vñ homo in statu innocẽtie immortalis dici poterat ⁊ mortalis. i. potẽs nõ mori si staret ⁊ potens mori si caderet. Posse aũt nõ mori nõ habuit ex nature principijs sed potius ex bñficio ꝯditoris. Primũ em̃ parẽtes nostri post culpã rebelliõis penã senserũt in carne quidẽ. i. in corpore infirmitates: ⁊ in aĩa malitiã ⁊ ignorantiã: ⁊ ꝯcupiscẽtiã incurrerũt: quas tñ spũales sequunꝛ corꝑe penalitates: ⁊ tandẽ mors ꝑ diuersos modos ⁊ multiplices positos a ph̃o in libello de morte ⁊ vita. ⁊ a dño Aui. p̃ᵃ primi de cõplexionib⁹ etatũ. ⁊ tertia primi. caº. p̃º. de cã necessitatis mortis. Nã sicut oı̃m natura ꝯstantiũ est rõ ⁊ terminus magnitudinis ⁊ augmenti. 2º de aĩa. capº. de augmẽto. ita cũctis viuẽtibus ꝯstituti sunt termini ad viuendũ: q̃ p̃teriri nõ possunt: ⁊ ab paucissimis attingunt. ¶ Multiplicatis igiꝛ hoı̃m infirmitatibus deus oı̃potens misertus

Nomĩa auctoꝝ quos inseq̃tur p̃sẽs auctor in hoc oꝑe

Medicus ꝑ quadaz hũane ꝯditionis necessitate creatur.

humano generi iam diuersis morbis dissoluto
deduxit Hyp. in lucem ad perfectaz traditionẽ
medicine tanꝙ peccare nõ potentẽ: vt dixit Cõ
ciliator differẽtia prima ⁊ 3ª autoritate Ar. in
quibusdam problematibus: vt sua excellen-
ti doctrina dictis infirmitatibꝰ occurri posset:
lꝫ eũ etiã de secta rõnalium medicoꝝ ꝑ multos
et lõgeuos annos antecesserit Esculapius vel
aliter Asclipius: qui pro eius excellẽtia in deo-
rum numero fuit receptus: vt refert Cornelius
celsus differẽtia pª. qui ab Apolline eiꝰ patre
primo rõnaliuz medicoꝝ plurima excerpsit me
dicinalia: ante quẽ tñ plurimi fuere medici et
methoici. i. vl'es. i. de vniuersalibus tm̃ conside
rantes ⁊ experimẽtales: vt in prohemio ꝯtinẽ-
tis ⁊ primo regiminis acutoꝝ cõtinet. Ante tñ
Hyp. nõ fuerat medicine habitus in totũ i aĩa
quietatus. sed in scrutatione quadam vt dixit
Conciliator: vnde ante Hypocra. medicina di-
cebatur ars: ⁊ non scientia. ⁊ ex his patet cla-
rificatio primi quesiti.

Nomẽ autoris.

¶ Et post eum plurimi successerunt. s. Archige-
nes: Diascorides: Gal. summus ⁊ multi aliorũ:
vt Serap. Auice. ⁊c. Et inter eos fuit Bubikit
arabs zacharie erasis filij q̃ multis sciẽtijs eru
ditus nõ parũ medicine adiecit: cõposuit q̃dez
librum grandẽ dictũ librũ continentis: in quo
oẽs sentẽtias primoꝝ illustriũ medicoꝝ anno-
tauit: ⁊ in quibus erant dubie semꝑ autoritati
bus Hyp. ⁊ Gal. declarauit ⁊ cõfirmauit: vt in
prohemio cõtinentis habet. Edidit etiã libruz
hunc quẽ pre manibus habemus exponendum
ad petitionem Almãsoris filij Isaac regis: inde
liber Almãsoris dictus est: nõ ꝙ Almãsor eum
ediderit neqꝫ Ras: sed fuit Bubikit zacharie fi
lij erasis: ⁊ sic rasi ascribitur. ¶ Solebãt eñ ve-
teres more bono vt parentibus deferrẽt et eos
honorarent cũ librũ aliquẽ cõponerent patris
et aui noĩa in titulo inscribere proprio noĩe ir-
recitato: ⁊ sic pꝫ expeditio secũdi de titulo libri
cũ nomine autoris. s. ⁊c. Nec hic obstet motiuũ
Symonis genuensis qđ cũ reuerentia est satis
facile: dixit nãqꝫ qđ autor huius libri non fuit
arabicus qm̃ similis: immo idẽ trãslatus est ex
greco. potuisset eñ primũ ex arabico in grecuz
traduci ⁊c. dixit etiã ꝙ hic liber ⁊ liber diuisio-
nis nõ erat suus qm̃ nõ tenet modum arab. ⁊ di
uersificatur a stillo quem obseruat in libro cõti
nentis: dicatur etiã mediũ esse facile qm̃ librũ
Almãsoris fecit dũ esset iuuenis: ⁊ post eũ librũ
diuisionis sicut ipse refert in Almãsoris in ꝓhe
mio diuisionũ: ⁊ postremo librũ cõtinẽtis dum
esset senex edidit pro armario oĩm medicinaliũ
vt in dicto prohemio cõtinentis: ⁊ qꝛ ſm euꝫ li
ber diuisionũ est pars Almansoris: nõ est mira-
bile si aliũ in diuersis etatibus stillũ scribendo
seruauerit: ⁊ maxime cum suoꝝ libroꝝ fines ha
buit diuersos: etiã ipse cõcedit qđ Diasco. est ex
greco translatus: nõ tñ seruat ordinẽ apud nos
quẽ habuit in greco: qm̃ in greco est diuisus to
tus liber in quinqꝫ libros vt etiã apparet in ꝓ
hemio eius: ⁊ tñ hic ordo nõ seruatur in libro:
qm̃ procedit in eo ſm literas alphabeti ⁊ nõ ſm
diuisionem in libros. potuit igitur esse hoc ex
trãslatore. Magis tñ placet primus modus di
cendi: non igitur sumatur admiratio apud ali-
quem ꝙ hic liber nõ fuit Rasis: quoniã in hoc
libro non se allegat in continente: quoniam vt
dictum est quando hunc librum composuit nõ
adhuc ediderat continentem: immo eum post
multos annos construxit: ⁊ sic sufficiẽter dictũ
sit de noĩe autoris libri ⁊ expeditione secundi.
¶ Ueniendo ad tertium de cõtinuatione huiꝰ
noni cum precedentibus ⁊ diuisione eiꝰ. postꝙ
autori placuit in precedentibus octo principa
libus partibus huius libri determinare de qui
busdam vniuersalibus: ⁊ particularibus medi
cine: vt in prohemio libri manifeste expressit.
Jam in hac nona parte placuit eidem determi-
nare de egritudinibus accidẽtibus a capite vs
qꝫ ad pedes: vt pꝫ in rubrica huiꝰ none partis.
¶ Et de ipsis egritudinibus determinãdo q̃n-
qꝫ per ordinem exequitur: ⁊ sic iste nonus tra-
ctatus in quinqꝫ speciales tractatus diuidit.

In quinqꝫ tractatꝰ diuidit nonus almãsoris.

Nam in primo determinat de egritudinibꝰ mẽ
brorum capitis ⁊ neruorum. In 2°. de egritudi-
nibus membroꝝ pectoris siue spiritualium. In
3°. de egritudinibus membrorum naturalium.
In 4°. de egritudinibus membrorũ generatio-
nis. precipue mulierum. In 5°. de egritudinibꝰ
membrorum extremoꝝ. Secundus incipit ibi.
(Cum tussis acciderit.) Tertius in principio
capĩi colice ⁊ incipit (Cumqꝫ dolor ⁊ punctio.)
Quartus ibi (Pro superfluis mẽstruis.) 5° ibi.
(Cum aliquis in mirac ventris.) ¶ Primꝰ tra-
ctatus prima diuisione diuiditur in duas par-
tes: qm̃ primo determinat de egritudinibus ce
rebri ⁊ neruoꝝ. In 2ª de egritudinibus organo
rum. iiij. sensuũ specialiũ: vt visus: auditus odo
ratus ⁊ gustus: vt oculoꝝ: auriũ: narium ⁊ lin-
gue: ⁊ adiacentiũ etiam vt de egritudinibus dẽ
tium: gingiuarũ: vuee ⁊ gutturis: propter vici-
nitatem horũ membroꝝ ad organũ gustꝰ vt ad
linguam. 2ª pars incipit in ca°. obtalmie ibi.
(Cum ea que in oculis alba sunt) pª adhuc in
duas: qm̃ p° determinat de egritudinibus cere
bri ⁊ partium eius attinẽtiũ preter neruos. 2°.
de egritudinibꝰ neruoꝝ. ibi 2ª de paralesi. (Cũ
aliquis se mouere nõ valet.) ¶ Prima pars ẽt
diuidit in sex partes ſm qđ sex fecit caª de his
egritudinibus. Nam primo determinat de ce-
phalea siue dolore capitis. 2°. de scothomia et
vertigine. tertio de frenesi. quarto de apople-
xia. quinto de subeth. sexto de congelatione. se
cunda ibi. (Cum aliquis quod ante euz est ⁊c.)
tertia ibi. (Quando aliquem febris conclusa
continua inuaserit ⁊c.) quarta ibi. (Cum ali-
quis quasi dormiens iacet) quinta ibi. (Cumqꝫ
aliquis quasi dormiens iacet ⁊ non sentit ⁊c.)
sexta et vltima ibi. (Cum aliquis quasi dor-
miens iacet ⁊ non mouetur ⁊c.)
¶ Presens capitulum prima diuisione diuidi-
tur in duo quoniam determinando de dolo-
re capitis ponendo curam. Primo ponit cu-
ram per dietam et medicinas non cirurgicas.
secundo ponit curam per quendam modum ci-
rurgicum vt per incisionem venarum vel arte-
riarum timporum. secunda ibi in fine capituli.
(Si autem adhuc soda perseuerauerit.) Prima
adhuc in duas: quoniam primo ponit curam so
de a causa corporali contingentis. secundo con
tingentis a causa primitiua. secunda ibi. (Si
autem cephalea contingat propter multam in
sole moram ⁊c.) Prima etiam in duas. qꝛ primo

ponit curã eius pẽdentis a cã corporali ꝓpter essentiã 2°. propter cõitatẽ. scđa ibi. (Si autez cephalea quotidie ante cõmestionẽ inuadat.) Prima etiã in duas qm̃ primo ponit signa ⁊ curã cephalee calide. 2°. frigide. scđa ibi. (Qđ si cũ soda nõ fuerit aliqđ eoꝝ que diximus.) Prima adhuc in duas: qm̃ p̃mo ponit signa ⁊ curã sanguinee. 2°. colerice. scđa ibi (Si aũt cũ istis fuerit pulsus velocitas ⁊c.) Prima pars posset diuidi in tot partes quot pũcta ponit. Nã primo ponit signa ad declarandũ sodã sanguineã. 2°. ponit curã per flõmiã ⁊ localia repercussiua. 3°. ordinat dietã conuenientẽ. 4°. ordinat vnũ eductiuum siue secessiuum ex mirabolanis ⁊c. addendo etiam duo localia quando reliqua non suffecerint ad remotionẽ doloris. ¶ Ponit igitur p̃° quinqꝫ signa ad innuendum materiam sanguineam esse in causa. s. ruborem ⁊ tensionẽ et grauitatem in facie ⁊ oculis: ⁊ quarto tactũ calidum: ⁊ quinto pulsum magnum. Unde nota hic quod si ista signa simul sumantur satis euidenter declarant causam doloris esse sanguineam: quoniam nulli alteri humori debentur ista simul: quoniam colere nõ ꝓprie conueniunt grauitas ⁊ tẽsio: sꝫ magis acuitas ⁊ vehemens inflãmatio. flãti aũt ⁊ mľie vel aquositati vel vẽtositati. ⁊ si in talib⁹ cõiũgi posset grauitas ⁊ tẽsio vt pꝫ: nõ debeꝛ eis color rubeus neqꝫ ex natura hoꝝ pulsus magnitudo. nullũ tñ horum signoꝝ est per se sufficiẽs ad probanduz humorẽ sanguineũ esse in cã doloris. nam rubedo faciei ⁊ oculoꝝ non euidenter significat: vt Aui. exp̃sse declarat p̃ª tertij in sermone vniuersali de signis oñdentibus spẽs sode: vbi ponit tres spãles casus ad hoc declarandũ: quos ego adducã infra in loco suo cũ ponenꝛ signa singularum causaꝝ sode. Et ideo cũ bona reuerentia Gerardi expositoris sup hoc passu: qui nitiꝛ declarare ꝙ color rubeus euidẽter significet cãm sanguineam: nõ credo sñiam suã fore verã: dixit ꝙ rubedo est signũ sanguĩs. qꝛ nullus humor sine sanguine est rube⁹: qđ ꝯstat esse falsum de colera rubea. sed verum est ꝙ ipsi⁹ rubedo est clara: vbi rubedo sanguĩs est magis obscura. ⁊ dixit silř ꝙ nullus humor põt facere tẽsionez sine sanguine ex parte ꝗ̃titatis. qđ cõstat eẽ falsum in multis casib⁹: sed est casus manifest⁹ in idrope asclite. Ex aggregatione tñ oĩm illoꝝ simul satis euidẽter ꝯcludiꝛ vt supradictũ est: maxĩe si annectanꝛ ꝯplexio: etas tp̃s: regimẽ ⁊c. ꝓporrionata sanguini. ¶ Circa scđm dictũ ⁊ tertiũ simul collige. primo qđ ex quo prius ordinauit flõmiã ⁊ localia ꝗ̃ regimẽ in dieta vř innuere ꝙ in dolore capitis a cã calida maior multo dꝫ eẽ medici intẽtio ad morbũ que cũ medicinalib⁹ perficitur ꝗ̃ sit intẽtio ad virtutẽ que cũ cibis perficiꝛ. ¶ Collige 2°. qđ in hoc ꝙ prius ordĩat flõmiã ꝗ̃ repercussiua localia innuit nobis qđ canonice operãdo in talib⁹ morbis materialibus cũ q̃bus plerũqꝫ ꝯiungiꝛ replõ a principio ante repcussiua dꝫ medicus ꝓrius facere eũonẽ vt est sñia Gal. 3°. tegni. text. ꝯmẽti. 155. vbi voluit ꝙ stãnte plectoria dꝫ prius fieri eũo a toto deinde diuersio ad oppositũ: deinde repcussio: qm̃ si nõ facta eũone vel diuersione fiat repcussio eius qđ est in fluxu ipsaz materiã fluentẽ repercussam corpus nõ recipiet: vel transmitteꝛ ad membrũ magis nobile. ¶ Et ibi dixit plusꝗ̃ cõmentator ꝙ si nõ fuerit plectoria sufficiet añ repercussionẽ vt fiat ad oppositũ diuersio: ⁊ hec vtraqꝫ de eũone in plectoria sanguinea vľ de diuersione ad oppositũ cõuenientissime cõpleꝛ p flõmiã vt pꝫ. sed vtrũ fieri debeat de vena brachij cephalea ex eadẽ parte in qua est dolor vt h̃ voluit Rasis vel ex alia vena: qꝛ de hoc sunt varie sñie. hic nõ intẽdo disputare: sed infra loco suo videbiꝛ: qm̃ circa textũ nõ intẽdo nisi sñiaz autoris cõpendiose elicere ⁊ summarie decľare intẽdens post expeditionẽ lr̃e materias seriosius: nõ ꝓlixe tñ locis suis ⁊ cũ ordĩe declarare. ¶ Post flõmiã ordinat repcussiuũ de oleo rosato: ⁊ aqua roſ. ⁊ aceto silř mixtis ⁊ sup niue infrigidatis. ⁊ dixit. sup caput fundanꝛ. nã tale repcussiuum est cõueniens multis de causis: tũ qꝛ sua repercussione ꝓhibet ascẽsum vapoꝝ ⁊ aliorũ humoꝝ cũ sanguine ad caput sua frigiditate et siccitate aq̃ rosate ⁊ olei ro. ⁊ iuuaꝛ penetratio hoꝝ frigidoꝝ ⁊ siccoꝝ in virtute aceti eis cõmixti. Et notate qđ dixit. fundanꝛ super caput. vt innuat ꝙ talia remedia applicanda capiti lꝫ diuersis modis applicationis valeãt: tñ maxĩe proficiunt si p modũ embroce: ⁊ ab alto sup caput fundanꝛ: ⁊ est cõis mens autoꝝ ꝓpter cãs q̃s ĩfra adducã: iuuat ẽt sua stipticitate mẽbrũ cõfortando: etiã qꝛ remittiꝛ mala cõplexio calida sua frigiditate: q̃ in casu isto est potissima cã doloris: sed qualis ⁊ ꝗ̃ta debeat esse proportio aceti ad oleũ ⁊ aquã: ⁊ ecõtra: qm̃ diuersi diuerso mõ sentiunt declarabiꝛ infra loco suo: ⁊ que alia repercussiua in casu cõuenirent ponentur. ¶ Addit in 3°. pũcto circa dietã ꝙ eger caueat a carne ⁊ a vino: tũ qꝛ ex his gñaꝛ sanguis multus: tũ qꝛ sanguis ĩde genitus est multũ vaporosus: ⁊ ex hoc innuiꝛ ꝙ ab alijs multi sanguĩs generatiuis est cauendũ. vt ab ouis ⁊ piscibus electis magni corporis ⁊ similibus. Innuit etiã qđ ab oĩbus vaporosis est abstinẽdũ: ⁊ sic a speciebus ⁊ a mellitis ⁊ vnctuosis ⁊ pinguibus: et agruminib⁹ ⁊ alijs acutis vel aliter calidis: est in hoc casu multũ cauenduz. Laudat pro cibis adhesiam qui est cibus frigidus stipticus fact⁹ ex lentibus decoctis in aqua ⁊ aceto ⁊ parũ croci. posuit crocuz forte ad intẽtionẽ resolutiõis aliqualis materie fluxe: vbi in principio flux⁹ non ꝯueniret. vel posuit forte ad deiectionẽ appetitus: qm̃ vehemẽtia appetitus ⁊ famis facit ad inflãmationẽ humoꝝ ⁊ ꝯñr ad euaporationẽ: alr̃ crocus noceret qm̃ ĩducit dolorẽ capitis et forte pro hoc laudauit immediate tapsil. ⁊ est cibus factus ex lẽtibus decoctis in aqua solũ. laudat etiã herbas frigidas ⁊ fructus frigidos vt lactucã: portulacã: plantaginẽ ⁊ mala granata: muca ⁊ pira ⁊ coctana: ⁊ ita intellige de oĩb⁹ cibis ad frigidũ ⁊ stipticũ declinãtib⁹: qm̃ oẽs tales faciunt ad remissionẽ inflãmatiõis ⁊ ebulitionis humoꝝ ⁊ ad cõpressionẽ euaporatiõis eoꝝ: ⁊ de istis fiet sermo spãlis ĩ cura ĩ loco suo. ¶ Cõsequenter docet soluere vẽtrẽ cũ mirabolanis citrinis. ⁊ prunis ⁊ tamarĩdis: ⁊ zuccaro albissimo. nã mirabolani. ci. eũant humorẽ colericum mundificando sanguinẽ: ⁊ ea oĩa extinguunt acuitatẽ ⁊ inflãmationẽ vt in capitulis proprijs cũ solutione. collige vt Mesue. ¶ Et ex hoc collige ꝙ etiã in peccãte sanguine cõne-

Decľatio prime ꝑticule p̃me partis. Ista quĩqꝫ signa simľ sũpta euidenter declarãt cãz doloris eẽ sãguineã.

Rep̃hẽdit p̃sens doctor gerardũ cremonensem.

Decľatio secũde ꝑticule p̃me partis.

Nota hũc canonem.

Nota sententiã cõmentatoris.

Nota modũ applicãdi remedia capiti

Decľatio tertie ꝑticule p̃me partis.

Adhesia ex quibus cõponitur.

Tapsil q̃d sit.

Decľatio quarte ꝑticule.

Nota sen-
tentiā cō-
mentato-
ris.

Nota mo-
duz appli-
cādi reme
dia capiti

Declatio
tertie pti-
cule pme
partis.

Adhesia ex
quibus cō
ponitur.

Capsil q̄d
sit.

Declatio
quarte p-
ticule.

nit solutio cū talibus: lz non immediate sum-
pta indicatione ab euacuatione sanguinis: qr
sibi debet̄ euacuatio p flebotomiā. Ex quo si ēt
reperiretur medicina appropriata euacuationi
sanguinis nō deberet cōuenienter euacuari p
eā vt voluit Galy. 3°. tegni. cōmēto. 201. vn̄ ibi
dē narrat hystoriā Gal'. q̄ iussit vt z interfectus
ille q̄ nouit talē medicinā. ¶ Dātur igit̄ tales
medicine peccante sanguine maxime cū nō est
minorata sufficiēter ebullitio prius p fleboto-
miā: qm̄ in lōga ebullitione multe partes vn-
ctuose in sanguine ꝑpter igneitatē earū facile
ad naturā colere deducunt̄: z ꝯn̄r ad purgatio-
nē illaꝝ partiū sic colericaꝝ tales medicine cō-
ueniūt. Ordinatio aūt de istis medicinis z mo
dus in cōpositione eaꝝ ponet̄ loco suo. ¶ Etiā
notate ꝙ signanter dixit cū zuccaro albissimo.
s. tabarzet: qm̄ ex hoc innuit̄ ꝙ vbi est necessa-
rius vsus zuccari ad dulcorandū vel ad aliō fa
ciēdū in hoc casu vel alio sil'i morbo calido: tūc
nō debemus vti nisi tali zuccaro z nō alio: qm̄
zuccarū grossum vel vnius cocte hz multuz de
vnctuoso vaporatiuo z de calido. vnde dicebat
Aui. 2°. canone. ca°. ꝓprio. Et mel q̄dē cāne nō
est inferius melle apū in abstergēdo: z sic in ca
su nō cōuenit. Et hoc bene notate qr est cōe ad
multa: z vbicūq̄ est indigētia infrigidationis:
z vbi est necessarius vsus zuc. nō dz apponi nisi
zuc. alb. ¶ Addit postremo circa hanc partem
ponendo duo empl'a. qō si ista sup. q̄ facta sunt
nō suffecerint. s. ad remotionē doloris sumātur
semina maluauisci. i. altee: z posita in aceto agi
tent̄ donec totū inspissetur z supponat̄. s. loco
dolēti vel fronti z timporibus ex psilio quoq̄
z aceto. s. sil'i mō fit empl'm vtile ad hoc. ¶ Ex
hoc mō ordinādi collige ꝙ ipse a prin°. post fle
botomiā ordinat repcussiua ꝑa frigida sicca ad
cōpressionē: sed in ꝓcessu qn̄ illa nō suffecerint
apponit ea in q̄bus lenificatio mollificatio: et
aliqualis resolutio vt est in semine altee. cap°.
ꝓprio. 2°. can̄. post stat intētio lenificatiōis ad
mitigationē doloris qm̄ medicine sicce simpl'r
repcussiue sunt cā solōnis ꝯtinui: z ꝯn̄r doloris
q̄ intētio repcussionis fuit a principio magna:
sed in ꝓcessu minuit̄ z augetur intētio resol'o-
nis z mitigationis doloris cū humectantibus
mollificātibus z resoluētibus q̄ oīa sunt in se-
mine altee: qm̄ est semē pingue humidū: z ab eo
educit̄ multū de mucillagine si cōquasset̄ p̄ci-
pue cū aceto calefacto paꝝ: neq̄ tn̄ ꝑpter eius
mollificationē est timor ꝙ mēbrū relaxet̄ z red
datur paratū receptioni vapoꝝ ꝑpter acetum
aliqual'r ꝯfortās cū sit frigidū z siccū: primo de
simplici medicina distinctione. 3ª. ca°. 4°. etiā
in dicto semine est aliq̄d de stiptico ꝑpter qō
vz in sputo sanguinis vt loco allegato. 2°. can̄.
iuuat etiam acetum ad penetrationem: simili
modo iuuat semen psilij taliter conquassatuz:
sed aduertatur ꝙ non rūpatur: qr pars cētralis
est acuta ignea sed supficialis: a qua reducitur
mucillago p agitationē cū aceto paꝝ calido est
frigida z humida. 2°. can̄. ca°. 2°. Et non eēt mi
rabile si forte in virtute aceti penetrantis ad ꝓ
fundū seminis educeretur a cētro eius aliqua
vis calefactiua z resolutiua: z sic istud valeret
sicut supra dictum est de semine altee. Et ex his
ptz vtilitas hoꝝ emplastroꝝ: z ꝯn̄r sit declara-

No. de zuc
caro tabar
zet.

Declara-
tio quinte
particule
prime par
tis princi-
palis.

Not. hunc
modum ꝓ
cedendi.

ta sniā huius partis toti⁹ principalis. lege eā.
¶ (Si aūt cū istis) In hac parte ponit curā al
terius sode calide vt colerice z tria facit: primo
declarans p signa cām colericā ponit curā per
euacuationē: z localia cū dieta vt supra. secun-
do ponit quedā inijcienda naribus z odoramē
ta: q̄dā simul cū applicādis exterius. tertio cū
egritudo non soluitur p p̄cedentia: immo inua
lescit ordinat quoddaz stupefactiuū etiā intra
nares inijciendū. scōa ibi. (Narib⁹ aūt inijcian
tur) tertia ibi. (Qō si egritudo multum inuase-
rit) ¶ Ponēs igitur signa colere declarat per
tria vt p velocitatē pulsus z tactū calidū: z qō
neq̄ in facie neq̄ in oculis fuerit rubedo z ten
sio: vbi nota etiā ista signa simul sumpta satis
clare euidentiā faciunt supra materiā colericā
qm̄ nulli alteri materie ista oīa sil' bene possūt
adaptari: vt patebit discurrere volēti p alias
materias: seorsum tn̄ sumpta nō ꝓbāt. nā velo
citas pulsus z in peccāte flegmate repiri pōt:
sed non ꝯiūgit̄ ex natura sui caliditas tactus:
cū sanguine aūt peccante pōt cū pulsu magno
cōiungi velocitas pulsus: z cū caliditate tact⁹
vt ptz intelligenti: vbi in soda colera sepe non
ꝯiūgitur magnitudo pulsus ꝑpter inobedien-
tiā instr̄i a siccitate: ēt tunc in facie est rubedo
obscura z tēsio: q̄ rubedo z tēsio simul ex natu-
ra materie colerice in facie nō repiuntur: vn̄ lz
certe colere debeatur posse cutim faciei vel ocu
los rubificare: qr tn̄ colera existit subtilis p cu
tē apta expandi: z nō sic in vasis apta cōtineri
sicut est de sanguine neq̄ ipsa ꝑpter ei⁹ acuita
tē tm̄ in quāto multiplicat̄ ꝙ extensionē faciat
sicut facit sanguis: inde est ꝙ lz faciat p eam co
lor rubeus aliqn̄ vt cū est ipsa rubea: nō tn̄ cuz
rubedine fit extēsio sicut fit in sanguine. iō Ra-
sis declarat colerā differēter a sanguine p hoc
qō nō apparet in facie tēsio z rubedo sil': z nō p
rubedinē tm̄: lz tn̄ rubedo colere differat a ru-
bedine sāguinis qr rubedo colere est magis cla
ra: z rubedo sanguinis est magis obscura: color
tn̄ a colera dependēs plerūq̄ ad citrinū decli-
nat. ¶ Addidit ꝙ stantib⁹ his signis in princi
pio soluatur venter: dehinc fiant q̄ supra dixi-
mus. s. de repcussiuis: z sic voluit pri⁹ fieri eua-
cuationē sicut supradictū est de flebotomia in
sanguinea ꝑpter eandē rōnē vt supradictū est.
¶ Sed quare nō dixit in hac fiendā esse flebo-
tomiā sed solutionē siue purgationē: iō est qm̄
colera peccāte qualitate sua magis debet̄ pur-
gatio q̄ꝫ flebothomia: secus est in sanguine: vt
voluit Gal'. p°. affoꝝ. cōmento. 2°. z exp̄ssius. 13°
Terapētice. distinct. 2ª. ca°. 3°. Sed vtrū in ta
li dolore a colera aliqn̄ ꝯueniat flebotomia vi
debit̄ loco suo etiā cū q̄bus appropriatis fien-
da est talis purgatio ibidē ponet̄ dando ibidē
descriptiones prius digestiuoꝝ vt siruporuz et
ipsoꝝ ꝯn̄r solutiuoꝝ in ꝓprijs formis. ¶ Circa
aliud dicendū de imponendis in narib⁹ z odo
randis. nota ꝙ ista nō ordinauit in sanguinea
sed solū tunc posuit localia extrinsecus: z hoc
etiā intrinsecus hoc ideo fecit qm̄ vehementio
res fiunt dolores ceteris parib⁹ ex materia co-
lerica q̄ꝫ sanguinea: vnde sunt necessaria plura
ingenia ad infrigidandū z remittendū malam
cōplexionem in dolore colerico q̄ꝫ in sanguineo
Proinde dicebat Aui. 3ª. quarti. in cura herisi-

Declara-
tio prime
particule
scōe ptis
p̄ncipalis

Nulli alte
ri materie
ista signa
sil' sumpta
possūt ada
ptari.

Decl'o scōe
particule
scōe ptis.

Declara-
tio tertie
particule
scōe ptis.
Nota bn̄.

pile. Et ad vltimum infrigidatio in herisipila est magis necessaria sup. φ in flegmone: qm̄ flāma ⁊ dolor inflāmatiuus in ea est plus: ⁊ euacuatio in flegmōe est magis necessaria: qm̄ materia in eo est magis inobediens ⁊ grossior: et ita in isto casu fuit necessaria infrigidatio per medicinas interius intra nares imponendas: ⁊ p̱ odoramēta frigida q̄ nō fuit necessaria ī cā priori. ¶ Collige etiā ex simplicibus q̄ ennumerat ad alterandū φ artificial'r multū processit: qm̄ enumerat simplicia frigida ⁊ humida ī ista cā vbi in sanguinea ponebat magis stiptica frigida ⁊ sic. cā huius fuit q: vt iā dictū est vehementior est inflāmatio ⁊ dolor pñr ex colera φ ex sanguine: qm̄ subtilitas ⁊ siccitas q̄ coniungunt cū caliditate colere, faciunt ad imp̄ssionē maiorē: ⁊ per ɔ̄ns oportet p̱ cōtrariā cām vt p̱ frigida ⁊ humida eā remittere: vt est oleū violatum de nenufare de salicibus cucurbite dulcis. i. domestice ad dr̄iam cucurbite aggrestis amare calide solutine ⁊ hmōi. ¶ Et ad maiorē alterationē docet infrigidare cū niue. s. ī locis in q̄bus etiā estate niues repiuntur: vt sunt loca ꝓpinqua alpibus: sed si nō fuerint niues ponantur apud fontē vel in fundo putei ad cōtactum quasi aque cū ingenio vel in locis vel in q̄bus flat ventus borealis maxime in sero vel in nocte: ⁊ vt melius infrigident ɔuenit pri⁹ vt calefiant paꝝ dicta olea in duplici vase vt eis calefactis ⁊ rarefactis cū postea ponunt in frigido magis infrigidentur: ⁊ hoc fit ɔuenienter magis in succis taliter frigidis ⁊ humidis: qm̄ olea ꝓpter frigiditatē occurrentē eis cuꝫ sunt calefacta faciliter inspissant ⁊ quasi coagulantur etiā cū eoꝝ formali caliditate: iuuant etiaꝫ talia sua humiditate in minuendo dolorē: non tm̄ in remittendo imp̄ssionē cāe imprimentis. s. p̱ humiditatē minuendo siccitatē colere q̄ est lima caloris in agendo: sed etiā qm̄ ad caliditatem cū siccitate colere fit solutio continui q̄ vltra malam cōplexionem est cā doloris: propter humiditatē aūt mollificatur mēbrum: ⁊ sic remittitur solutio continui: que per exiccationeꝫ fuit īducta: ⁊ sic dolor minuitur. ¶ Addit postea ꝓpter dubium ne causetur apostema in partibus cerebri ex dolore φ si egritudo multū inuaserit. i. dolor nullo modo minuatur cum precedentibus immo intendatur: tunc ordinat stupefactiuum ad minuendū sensum mēbri ⁊ malitiā cōplexionis: sumatur opij ⁊ cāphore vniuscuiusq; grana. ij. q̄ dissoluātur in oleo de salicibus ⁊ mittatur paꝝ eius intra aures: ad maiorem ēt ꝓfundationem versus cerebrū vt euitet apostema ⁊ intra nares. ¶ Sed bene no. hic φ hoc remediū est satis suspectū: nā sivt scribitur 16ᵃ. tertij visum est φ q̇ sibi supposuit p̱ anū collirium ex opio ⁊ mortuus est stante tāta distantia a principalibus mēbris: quale dubiū dꝫ eē in impositione opij vel medicine opiate nō correcte intra nares vel aures vbi est tanta vicinitas cū cerebro: raro tm̄ in dolore capitis ꝓpter eius intensionē videtur esse necessitas exhibitionis narcoticoꝝ siue stupefactiuoꝝ: qm̄ dixit Rasis p̄° continētis φ maximus dolor capitis est multo minor forti dolore auriū ⁊ oculorū et dentium: ⁊ hoc ꝓpter sensibilitatem hoꝝ membroꝝ: ⁊ lꝫ aliqui delicati aliquotiens videant multuꝫ dolere ꝓpter qd̄ inq̄etant se de loco ad locum: non oībus his est credendū supervehementiam doloris: cōtra quos fecit libellū Gal. quem intitulauit quō oportet redarguere simulantes egritudines: ⁊ ponit multas hystorias eoꝝ q̄ fingebāt multas egritudines quas de facto non patiebātur. Et ponit quedam ingenia ad sciendū si veraciter vehementer doleant vel non. Inter que est si vehementer doleant ad oē auxilium tolerandū fiunt prompti. s. clisteria: ⁊ prius ipsi p̄cantur medicos qd̄cunq; vtiq; velit agere quatenus egritudo curetur: si vero non totaliter vel moderate dolent hmōi auxilia recusant: neq; lōga sustinentes ieiunia neq; mordacium. i. acutoꝝ instr̄oꝝ ablationem sup. sustinent. Ex his ⁊ silibus pōt medicus cōiecturari si dolor est vehementissimus indicans de narcoticis applicandis vel non. In hoc igitur cuꝫ est maxima indigentia: ita vt sit necessariū ad ista deuenire: practicanda est hec sn̄ia Gerardi multum vtilis. Nam dixit φ hoc dꝫ apponi in modica quantitate ⁊ modicū dꝫ teneri: immo post paruam retentionem extrahi inclinando caput sic φ exeat per nares anterius ⁊ ad lat⁹ p̱ aures. ¶ Et si iam esset impressum nocumētuꝫ ab istis: qd̄ pōt manifestari ex obtusiōe sensuū ⁊ dormitatione siue impotentia vigilandi dissoluatur paꝝ castorei ⁊ croci: ⁊ cassie lignee que oīa habent ꝓprietatem cōtra stupefactionem cū oleo acuto calido vt aneti vel de lilio: ponatur de hoc cōposito intra nares ⁊ aures: et ista sn̄ia est cōis in oī casu qñ apparuerint sīlia accidentia post stupefactiua: q̄ si fuissēt ebibita ēt aliquid de dictis offeratur cū modico vini ⁊c. ⁊ sic ptꝫ tota hec pars p̄ricipalis de cura doloris a cā calida. ¶ Sequitur illa pars φ si cuꝫ soda non fuerit aliqd̄ eoꝝ q̄ diximus ⁊c. in qua determinat de soda a cā frigida postφ determinauit de soda calida. Et principaliter duo facit. Prīo ponit signa ⁊ curam sode frigide non cronice vl' diuturne. scd̄o ɔ̄nr ponit curaꝫ sode magis diuturne. scd̄a ibi. (Semp̱ loquendo de ea q̄ est talis per essentiam: cū aūt cephalea p̱ hebdomadam) Prima adhuc in duas: qm̄ declarata soda frigida per signa ponit curam eius per euacuationem. scd̄o ponit curam per localia siue extrīsecus applicata. secunda ibi. (Postφ vero venter solutus fuerit). ¶ De prima parte ponit signa sode frigide: ⁊ illis suppositis ɔsequēter innuit in textu φ in principio cum pillulis cochijs quas ipse fecit venter soluatur: et ponit descriptionem earum. Dixit igitur primo ad declarandum sodam frigidam: quod si cum soda non fuerit aliqd̄ eoꝝ que diximus de rubedine in facie neq; sup. alia signa de velocitate pulsus ⁊ caliditate tactus ⁊ vehementia doloris: in quibus communicāt omnes sode calide notabilis materie ⁊ malitie. s. sanguinea ⁊ colerica: etiam si fuerit egritudo antiqua sup. tūc declaratur egritudo frigida: ⁊ tunc addit φ ī p̄ncipio cum pillulis cochijs venter soluatur: et ponit descriptionem eius in litera. ¶ Pro intelligentia huius partis oportet primo notare φ ex priuatione signoꝝ cause calide cum diuturnitate egritudinis ipse declarat materiam frigidam. s. flegmaticam vel melancolicaꝫ: qm̄ longitudo egritudinis non est per se sufficiens

Artificio se p̄cedit.

Declaratio quarte p̄ticl'e scd̄e partis p̄ncipalis.

No. hic remediū esse suspectuꝫ.

Rasis p̄rio ɔtinētis.

Videant practici hūc libellū Gal.

Declaratio prime particule tertie p̄tis p̄ncipalis.

Videant practici hūc libel lū Gal.

Declara tio prime particule tertie ptis pncipalis.

ſignum ad declarandum cauſam frigidā: cū aliqua ſoda calida ſit longa:vt expreſſe colligitur prima tertij de ſoda temporali:neqꝫ ex ſola priuatione ſignorum poſitoꝝ in calida ſufficiēter probat cām frigidam.nam cū paucitate calide materie ⁊ remiſſe male qualitatis. ⁊ profunditate eius ſtat ꝙ non erunt ſigna cauſe calide de rubore ⁊c.ſꝫ tūc erit breuis.ſed ſtāte grauitate cū lōgitudie ⁊ ꝑuatōe ſignoꝝ cauſaꝝ calidaꝝ ſatis euidēter cōcludit ſup ſodā fridā. ¶De his aūt ſignis diſtinguentibꝰ a ſoda cal'a diſtinguētibus etiā ſodas frigidas inter ſe vt flegmaticam a mlīca:⁊ ventoſa ⁊ ecōtra cū erit infra ſermo de ſignis multa ſpālīſſima ſigna adducā:et ad illum locum me remitto. ¶Scđo notate et cum bona aduertentia propter errorē maximū qui cōtingere poſſet in vſu pillulaꝝ cochiarum ex textu.d.Raſis hic cū dixit:ꝙ in ſoda frigida in principio venter ſoluatur cū pillulis cochijs qm̄ ſi ſic intelligeretur:eſſet maximus error: de quo tm̄ modicum curant aliqui practici: q̄ etiā cum omni modica capitis leſione etiā in corpore nō egro audent ſuper has pillulas ⁊ ante cenam:⁊ poſt cenā.nam tales medicine ſunt multum fortes:vt ſtatim dicetur.neqꝫ eſt his vtendum in ſoda niſi facta minoratione cū alijs mitioribus ⁊ predigeſta materia propter fortitudinem eaꝝ:⁊ hoc inſinuauit nobis Auic. prima tertij in caº.de ſoda nota que dicit ouū in qua non audet ſuper has pillulas niſi poſt pillulas de aloe cū maſtice:⁊ tm̄ talis ſoda vt ibidem in prinº.capl'i dicit ouū propter ſuā cōprehenſionem totius capitis:⁊ eſt ſoda cōprehendēs mā ſiua fixa cronica.ſi igitur in hac nō audet: multominus in alijs.dixit ſic ad mediū capl'i.Et ad miniſtratio pullulaꝝ de aloe cuꝫ maſtice eſt de eis que multum cōferunt in ea:⁊ fiat id omi tertia nocte:⁊ vtatur cochijs in eūationibus ſuis ſi neceſſitas eſt vt dētur eis fortiores. ecce igit quomō non exhibet cochias niſi poſt alias minoratiuas:q2 ſi per ſe ſufficiant conuenientius ei videtur vt alia nō dentur.ſed qn̄ pur neceſſitas eſt vt fortiores dentur:tunc audet ſuper cochias:⁊ hoc eſt in ſoda grauiſſima. multo igit minus cōueniunt in alijs:⁊ precipue in principijs earum. ¶Qđ etiā nō fuerit mens Ra.ꝙ in pnº.ſode frigide debebantur pillule cochie: facio hoc motiuum ex ſerie textus ſui. nā non iubet exhiberi pillulas cochias in ſoda calida: ſꝫ ſolum in frigida:⁊ per ſigna declarantia ſodam frigidam inter cetera poſuit ꝙ egritudo fuerit antiqua.i.iam multi tpis:igit.voluit ꝙ iā poſt multū tp̄s de ſoda declaretur ꝙ ſoda ſit frigida et ſic a prinº.eius cū nō adhuc conſtaret:vtrum eſſet frigida voluit exhibēdas eſſe pillulas cochias. ¶Practica.ex cōi doctrina medicoꝝ peccante materia dante inducias difficili ad eam educendum cōuenit prius eā ꝓparare vt educatur.ꝙ ꝙ fiat eductio ex ea cū medicinis maxime laborioſe ſoluētibus ꝓpter plurima nocumenta que ſequunt ad eūonē materie indigeſte et difficilis eductiōis:de q̄bus in affo. digeſta medicari pª affo.in fi. ¶Cū igit materia ſode frigide ſiue ſit flegmatica ſiue melācolica ꝑ materiā ſuā nō eſt ita ledēs qn̄ nō trāſit ad aliaꝫ rubricam ꝙ ad rubricā ſode quin det inducias ad digōnem qm̄ nō eſt ſeuiſſimoꝝ accidentiū: Imo

Declaratio ſcđe ꝑticule tertie partis pncipalis Nota errorē ſepe cōmiſſum a mltis practicis pauca conſiderantibus.

Declaratio tertie ꝑticule tertie ꝑtis principalis.

dolor in ea eſt remiſſus vt infra videbit.ſequit ꝙ nō eſt a pnº.vtendū pillulis cochijs: ſꝫ prius minoranda eſt materia ſi expedit:⁊ poſtea digerenda.⁊ de hoc eſt ſpālis cañ.Gal.pª affo. cōmēto.24º.ad mediū cōmēti ⁊ tandē ſi cū mitioribus nō pōt eradicari:tunc veniēdū eſt ad pillulas cochias. ¶Cū igit dixit tex. In prinº.venter ſoluat cū pillulis cochijs:non intelligat in prinº.morbi fiat ſol'o cū dictis pillul': vt faciūt plurimi rudes:⁊ male canonici medici : ſed voluit ꝙ in prinº.añq̄ deueniat ad localia vt ad empl'a:⁊ epithimata ad frōtē ⁊ odoramēta:priꝰ fiat euo ſup.nō tm̄ cū mitioribꝰ: ⁊ minoratiuis ſed etiā cū fortibus qn̄ mitiores nō ſufficiūt vt cum pillulis co. ¶Et ꝙ hec fuerit mens ſua declaratur etiā ex proceſſu litere. nā poſtq̄ dixit ventrē eſſe ſoluendū cū cochijs ⁊ poſuit deſcriptionem earū cōtinuando addidit. poſtq̄ vero vēter ſolutꝰ fuerit:infundat caput ex oleo ſambacino ⁊c.⁊ hoc ſingl'r notate propter nocumēta apta ſequi oppoſito mō operātibus vt dictū eſt.nam cōpoſitio iſtaꝝ pillulaꝝ vt ptꝫ inſpiciēdo ſimplicia intrātia q̄ ſunt fortia nimis:⁊ paꝝ correcta eſt multū fortis:qm̄ in ipſa deſcriptione itrat primū puluis pigre.i. hierapigre: cuiꝰ interp̄tatio.5º.cañ.eſt hiera.i.ſacra:pigra amara:puluis igit hierapigre.i.confectionis ſacre amare:ſacre ꝓpter eius iuuamēta: amare propter neceſſitatē.nā ⁊ ſi de ea ponant multe deſcriptiones in oībus baſis eſt aloes. ¶Sꝫ qm̄ aloes ſi ſumatur ſine alio mixto ſm̄ ſniam Aui. in.2º.cañ.etiā.2º.cāticoꝝ.⁊ Auer.5º. colliget et etiā in cōmento ſcđi.cātico.⁊ ſil'r Serap.nō euacuat niſi colerā:idcirco ad eūandū flegma ſil' cū colera ⁊ ad vigorādū oꝑationē eiꝰ ēt ad colerā groſſā:⁊ vt virtꝰ eiꝰ ꝑueniat magis ad longinq̄ q̄ ſit virtꝰ aloes ſoliꝰ:qm̄ virtus eiꝰ cū purū eſt dicebat Aui.2º.cañ.caº.ꝓprio.ē vt nō penetret ad illa q̄ in corpore longinqua ſunt.imo nō pertranſeat epar:vt igit fiat potētior in ſoluēdo:⁊ a lōginq̄oribus addiderūt medici ſpēs in ꝯpoſitione cū eo:lꝫ Meſue in de ſimplicibꝰ dixerit circa finem capituli:quod ſolutione educit coleram:⁊ flegma ipſum: et mundificat caput ab eis ⁊c. ¶Et ideo ad euacuanduꝫ a capite hiera pro vno ſoluente eſt medicina ſingularis: quoniam vt omnes volunt:⁊ precipue Meſue:non ſolum ipſum aloes non nocet ſoluendo: ſed inuenitur addere ad confortationem membroꝝ dolentium:⁊ eſt rectificans nocumenta aliaruꝫ medicinarum ſoluentium. ¶De deſcriptionibus tamē ipſius hyere que magis obſeruanda eſt:eſt illa quam poſuit Gal'.7º.terapentice caº 15º.cuius compoſitio eſt talis.℞.cinanomi:carpobalſami:aſſari:ſpi. croci:maſticis.ana.ʒ.vj. aloes.ʒ.100.in qua aloes eſt baſis quoniam eſt quaſi triplum ſpecierum.in alijs autem nō tantum intrat de aloe:ſed vel ad duplum tantum ſpecierum vel ad equalitatem:⁊ ſic iſta Gal'. eſt magis ſolutiua. et de hyera vide latius infra. capitulo de dolore ſtomaci:vbi clarius terminabitur iſta materia.

¶Sequitur poſtea in compoſitione poſtquam poſuit.ʒ.x. pulueris pigre : ponit colloquintide.ʒ.iij.⁊ tertiā:que colloquintida: vt ēt Auer. loco allegato.2º.canticorum eſt medicina acutiſſima de medicinis eductiuis flegmatis. et

Nota qu liter inte ligat text Raſis n vt male c nonici m dici.

Quid ſit pigra.

Aloes de ſe nō eua cuat niſi coleram.

deſcripti hyere m gis obſer uanda.

De collo quintida

dicitur fel terre: q2 oẽs herbas circa nascentes necat: ⁊ tñ iuuat in egritudinibus cerebri nota biliter materias grossas educendo: sed nocet multum stomaco: postea ponit scamonee. ʒ. ij. ß. que scamonea est calcar medicinaꝝ nocens sto-maco epati ⁊ cordi: ⁊ est eius operatio velut fu riosi. Et Gal. 2°. regiminis acutoꝝ cõmento. xj. in fine dixit ꝙ securior est medicina cui cõiun-gitur eleborus ꝙ̃ cũ qua cõiungitur scamonea. Et ideo miratur ꝙ dimiserunt autores eleboꝝ pro scamonea: ⁊ dosis eius ꝼm quosdã est a gra nis. v. vsqꝫ ad. vj. postea addit turbith: ⁊ stica-dos: ante. ʒ. v. turbith etiã est medicina a turbã do dicta adducit ad nauseã ⁊ subuersionem: vt Mesue ca°. proprio: ⁊ vẽtositates: ⁊ tortiões fa cit. educit tñ materias grossas ⁊ viscoscas ex lõ ginquis. sticados est medicina creebralis. ⁊ con fortatione sua iuuat: oĩa igitur intrantia in di cta cõpositione pillularũ preter hyerã ⁊ stica-dos sunt fortissima: vt ptꝫ neqꝫ spãliter corrigũ tur simplicia illa appropriatis correctiuis: ⁊ si est in eis aliqualis correctio: est propter hyerã: et aloẽ rectificantẽ nocumenta soluentiũ: vt su pra dictum est. est ergo in se cõpositio fortis: et qđ plus est tota summa pillulaꝝ est. ʒ. xxvj. et si vt dicit tex. tota summa est doses. x. in qualibet dosi erunt. ʒ. ij. ⁊. ℈. j. quasi istoꝝ solutiuoꝝ: ⁊ sic pro vero est fortis nimis. nã intrarẽt in cõposi-tione singule dosis vltra reliqua solutiua plusꝙ̃ grana. xv. ⁊ forte. xx. de scamonea. sed in hoc cre do cũ Gentili de scamonea ꝙ error fuit in trãsfe rente. nam vt ipse dixit in quodam tractatu de dosibus medicinarum: vbi litera dicit scamo-nee. ʒ. ij. ß. debuit dixisse. ℈. ij. ß. tñ qđ me dubi-tare facit hoc est qđ Mesue in de appropriatis caplo de soda ponit easdẽ pillulas cochias za-charie cũ eisdẽ simplicibus: ⁊ cũ proportiõe ho rum: sꝫ est proportio duplicata ipsoꝝ simpliciũ in descriptione sua ad eã que ponit in tex. Ras. sed scamonea est cocta in pomo: sed pur ipe po tuisset ita accepisse ex trãslatione facta de ara-bico in grecũ: ⁊ fuisset error in transferente. vt dictum est supra. ⁊ sic cõpositio nõ esset ita verẽ da: nihil minus esset fortis satis ⁊ ego male li-benter vtor his pillulis. Posset tñ aliqs ad sal-uandum dictas pillulas nõ esse multuꝫ fortes dicere ꝙ de mẽte. A. 5°. cañ. ⁊ Gẽtilis ibidẽ ex-presse colligit ꝙ multotiens ex simplicibus nõ solutiuis fit cõpositũ solutiuũ. ⁊ ita nõ incõue-niret ex opposito ex solutiuis simplicib⁹ inter sese remitti solutionẽ: ⁊ fieri cõpositum minus solutiuũ: sed de facto pur experientia manife-stat ꝙ virtus harũ pillulaꝝ est vehemẽs labo-riose soluens: ideo suadeo ab eis cauendũ nisi stante vehemẽti necessitate. vt supra dictũ est. ¶ Sequitur illa pars. (Postꝙ̃ vero vẽter solu-tus fuerit ⁊c.) in qua parte postꝙ̃ posuit solu-tionem ventris fiendã a pᵘ°. i. ante alia pticu-laria in soda frigida ꝯñr ponit quedã remedia particularia in casu fienda. p° ꝑ exterius appli canda capiti: siue infundenda. 2°. ꝑ interius. s. per nares: ⁊ aures ⁊ ponẽdo localia extrinseca in casu valẽtia. Ponit etiã incidenter vnũ em-plastrũ faciẽs in cã calida. 2°. ponit vnũ reme-diũ precipuũ in casu valens ꝑ interius sumen-dũ maxime in ꝓcessu ibi. (Egro vero vinũ ⁊c.) Primo ẽt ponit remedia qñ egritudo nõ fuerit

Turbith a turbando dicit.

No. hunc errorem.

quam reliqua. quod ꝛ verū est : quia loquebat̃ Auic. ibidem de signis in cognitione egritudinum occultarū: vbi Gal. ibidem volebat innuere signa corporis sani siue tēperati siue naturaliter lapsi: ꝛ ita ibidem Haly. in cōmento. ¶ Et opꝫ hic etiā cōmemorare que dixit Gal. vt que dicende sunt cognitiones de signis: opꝫ intelligi in bene tēperatis regionibus: qm̄ vbi vellemus declarare per colorē dn̄ium sanguinis vel flegmatis in indo male posset declarari: idē dicebat ipse ꝛ in moribus ex q̄bus aliqñ declarat̃ cōplexio: qm̄ nō dꝫ intelligi signum efficax si ex exercitio vel more sint acquisiti tales mores ꝛc. ¶ Addatur etiā diuisio ꝙ signoꝝ quedā sunt ꝓnostica in dolore capitis quedā demōstratiua: et eoꝝ vtilitas est maior q̄ pronosticoꝝ vl' rememoratiuoꝝ: vt dicit Gal. quibus sic suppositis ꝯñr ad materiā magis descēdendo doloꝝ capitis pronosticoꝝ: de q̄bus ꝭm ordinē est p° determinandū. quedā significāt dolorē futurū: q̄daꝫ significāt ipsius doloris terminationē ad bonū vel ad malū.

Scd̃a diuisio signo

Primuꝫ signū cōe.

¶ Signū igitur cōe pronosticum euētus doloris capitis sumit̃: maxime ex dolore vel ex corruptione operationū animaliū vel diminutiōe. s. sensitiuaꝝ intrinsecaꝝ vel extrinsecarum ꝛ maxime cū antecessione alicuius vel aliquarum causaꝝ sode primitiuaꝝ de q̄bus dictum est: vt de statione sub sole vel radijs lune: vel in balneo vel ex vigilijs vel motib' alijs laboriosis corporeis vel animalibus vel ebrietate ꝛc. que oīa pn̄t declarari ex infirmo: etiam ex antecessione causaꝝ intrinsecaꝝ: siue ꝑ essentiā cerebri: siue ꝑ cōitatē alioꝝ membroꝝ de quib' supra fuit dictū etiā ex soluto euētu vel casu in dolores. nā talibus causis p̄cedentibus: ꝛ maxime cū scitur ꝙ cerebrū est debile aut acuti multum sensus: qd̄ declarat̃ ex Aui. in sermone vniuersali de signis ostēdentibus spēs sode satis ad principiū. ¶ Ex istis vel multis eorū possumus aguere ꝓbabil'r de futura soda. nā cerebro debili existente vel etiā acuti sensus a qualibet facili causa ledit̃: sꝫ in hoc distinguit̃ debilitas et acuitas sensus. nam cū debilitate coniungitur perturbatio sensure vel debilitas in operationibus eius: ꝛ hoc intendebat loco allegato cum dixit. quod est cum perturbatione sensuū: ꝛ inuētione impedimenti in operationibus cerebri id est nocumenti vt exponit litera exterior: cum fortitudine vero sensus cerebri: licet patiatur a parua causa cerebrum. s. ex vocibus odoratis et reliquis sensibus: tamen. s. operatio sensitiua exterior est bona et meatus sunt mundi id est in emunctorijs est siccitas ꝛ priuatio humiditatum: quia emunctoria sunt meatus ad expurgationem superfluitatum: ꝛ operationes cerebri. i. interiores nō sunt lese. istis igitur concurrentibus probabiliter potest fieri argumentum de futura soda: vnde dicebat Rasis primo continentis autoritate iudei: quicunq̧ habet subtilem odoratum ꝛc. de leui incurrit sodam: ꝛ multum infestatur ab ea sicut ille qui multū habet in ore stomaci sensibilitateꝫ de facili incurrit dolorem stomaci ꝛ plurimum vexatur ab eo: ꝛ sicut ex opposito ex fortitudine et debilitate sensus: etiam si essent cause inductiue sode possumus arguere non esse futurum dolorem capitis : quod etiam experientia ꝓbatur cū nō semꝑ in febribus incēsiuis cōcomitetur dolor capitis: sicut ēt dicebat Gal. 3°. interioꝝ. ca°. 9°. in fine ꝙ aliq̄ ita disponuntur ꝭm os stomachi qd̄ euomūt ꝛ faciūt eructuationes fetidas q̄ ab alijs no pn̄t tolerari: ꝛ ab eisdē nō sentiūtur ꝓpter insensibilitatē oris stomachi: ꝛ ita in siēi in cerebro. ¶ Scd̄ꝫ signū cōe cōiter positū a medicis sumit̃ ex ꝑte vrine: nam apparente vrina cū migit̃ clara ꝛ postmodū nō facile ab extrīseco turbatur: significatur supra futuꝝ doloreꝫ capitis. nā denotat̃ calidū naturale nō posse debite terminare humidū ꝓpriū: ꝑ hoc qd̄ non pōt tenere partes grossas ꝛ opacas seq̄stratas a tenuibus ꝛ claris: q꞉ seq̄stratio est cā claritatis ꝛ ipsaꝝ cōfusio turbiditatis. secūda primi. summa de vrinis. ca°. p̄mo. in fine. ex ꝯsequenti ꝙ calor preter naturā dn̄abitur: q̄ vt dicit Gal. in quarta affo. cōmē. 71°. agens in materias faciet in eis ventositates ꝛ vapores: q̄ cū calore cito ascēdūt caput: ꝛ sūt cā doloris vnde ponēs exēplū dixit. cū calor in grossaꝫ materiā incipit operari. s. extraneus: videmus em̄ in exteriorib' cū calor ignis in aliquib' corporib' operet̃ vētos gn̄ari ꝛ materiā illā ꝑturbari sicut ī cera ꝛ ī pice ꝛ ī alijs silibus pōt inueniri. Hoc igitur est signū satis ꝓbabile futuri doloris capitis ꝛ maxime si hoc ꝯiungat̃ in febribus vt videbatur innuere Hypo. in textu dicti cōmēti. Et ex hoc ptꝫ ꝙlꝫ hoc sit signū doloꝛ capitis. Nō tn̄ necesse est in capitis dolore hmōi vrinā esse vel p̄cessisse. vt dicit Gal. eodē cōmēto. qm̄ aliqñ fieri pōt ex sola materia in' stomacho exn̄te nō materie ebullitione.

Secūdum signum.

Sed cuꝫ vrina fuerit turbida ꝛ manens turbida: est signuꝫ demonstratiuum pn̄tis doloris capitis: maxīe in febrib' ꝛ non exn̄te nocumento in vijs vrine neq̧ in crisi fienda aliquotiens ꝑ vrinā. Si vero fuerit turbida micta ꝛ clarificetur significat cū dolore capitis futurā terminationē ad bonum cū signis supradictis: q̄ oēs modi turbulētiaꝝ aliquotiens reperiunt̃ in vrinis. vt ptꝫ secūda primi. de substātia vrine. ꝛ ēt. de primo de crisi. Ideo dicebat. A. de signis nunciantibus sodam in egritudinibus p̄ma tertij. Urina similis vrinis asinoꝝ. s. cū mingit̃ ꝛ clarescit: vel cū est micta permanens talis vel prius q̄ fuit clara facta turbida significat ꝙ soda fuit aut fit: aut est existens aut erit: ꝛ addit ponēdo aliud signū etiaꝫ ꝓnosticū ex parte vrine: qd̄ etiā colligitur scd̄a primi de colorib' vrine illo. §. singulari. ¶ Scito p̄terea ꝙ vrina est aliquotiens alba: ꝛ tamē egritudo est calida ꝛc. ꝛ in. 6ª tertij ꝛ primo de crisi. ꝙ albedo vrine ꝛ subtilitas eius in febrib' ꝛ horis crisis significāt permutationē materieruꝫ ad capitis ꝛ id q̄dē est ex eis que proculdubio faciūt sodā. Hoc tamē totum intelligatur nisi cōuertatur materia ad alios canales vt ad intestina ꝛ faciat fluxum: vel ad cutim ꝛ faciat icteritiam vel sudorē: vt pl'm tamē in febribus acutis materia exn̄te calida et acuta subtili et mobili facilius mouebitur ad sup̄iora: ꝛ sic cābit dolorē capitis: vt fuit sentētia Ga. in commē. affo. In estate q̄dē per superiora ¶ Jaꝫ ponēdū est signū ꝓnosticū ad terminationem bonā vl' malā: qm̄ aliquotiens terminat̃ dolor capitꝭ ad alias egritudines ꝛ aliq̄tiēs ad mortē ꝛ aliquotiēs ad salutē. Nam cū remanet post fe-

Primū signū ꝓnosticum ad malum.

bres acutas ipse dolor capitis significat qd natura deficit a pficiẽdo expulsionẽ materie q̃ faciebat sodã. ꝛ sic significat terminationẽ ad nocumẽta cerebri vl' nuce diuerso mõ maxime ſm diuersitatẽ sit⁹ doloris ꝛ materie. Nã si mã fuerit sãguinea vt plurimũ peccãs in parte anteriori: si fluat ad vẽtriculos anteriores cerebri faciet subeth. vl' apoplexiã: qd si fuerit flegmatica vt multum peccãs in posteriore parte plerũq; cõuertitur materia ad nucã ꝛ meatus neruorũ: ꝛ sic significat futurã palesim stuporẽ tremorez ꝛ huiusmodi morbos neruosos. ꝙ si fuerit colerica faciliter penetrabit intra substantiã tunicarũ; ꝛ faciet apa frenesim ꝛc. ꝛ si melẽcolica est nata facere melẽcoliã.

Secundũ ad maluz.

¶ Aliud signũ pnosticũ ad mortẽ vel ad salutẽ sumit̃ ab ipso Aui. pma tertij de speciebus sode p cõmunitatẽ cũ dixit. Cũ autẽ in febribus acutis soda fit fortior eius fortitudo. i. eius augmentuz est signũ malũ immo perniciosuz cuz reliqua mala signa ei ꝯpia sunt. i. mala fuerint coniũcta. Uñ dicit̃ cõmuniter a scribẽtib⁹ qñ cũ soda cõiungitur vigilia ꝛ phibitio somni cũ vomitu est signũ mortale. Ratio est satis clara quoniam talis soda ꝛ agitando et debilitando adducit ad mortẽ. Intelligatur tamen si signa sint perseuerantia vt addebat Aui. loco allegato: qd si singularis fiat. i. solũ dolor capitis augeatur non cõiunctis alijs malis signis. s. in febribus acutis significat crisim fluxu sanguinis ex narib⁹ ꝛ quãdoq; significat crisim vomitu: ꝛ sic ad bonũ.

Aliud signũ ad malũ.

¶ Quoddã etiã est signuz spãle significans nõ tantũ mortẽ sz futurã de primo: ꝛ est qd dicit. A. pª tertij. de significatioib⁹ sũptis ex dispositionib⁹ mẽbro q̃ sunt cerebro ppagines dicit sic: ꝛ cũ lipitudo pillulã tegere icepit sicut tela aranee deinde adunat̃: tũc est morti ppinqu⁹: ꝛ hec de pnosticis sufficiant. ¶ Circa vo signa demõstrãtia dolorẽ capitis pmi generis nõ oz multã facere inuestigationẽ: qm̃ cuz dolor pñs est p seipm manifestat̃: sz de reliqs non manifestis i dolore capitꝫ prius vidẽduz erit de signis demõstrãtibus dolorẽ essentialẽ ei⁹: deĩde per cõitatẽ. i declarãdo aũt essentialez. i. cãm eius nõ p cõitatẽ opz distinguere p cãs ipsius doloris: qm̃ q̃dã est dolor imãlis ex malitia complexionis tm̃ pẽdẽs: ꝛ q̃dã est mãlis. sumit̃ aũt distinctio: q: dolor imãlis qñ cũ eo nõ coniũgitur grauitas qm̃ grauitas capitis semp significat mãm i ipo. pª tertij. pº tractatu. caº de significationib⁹ ei⁹ qd sentit cerebrũ de grauitate ꝛ leuitate capitis in pnº capl'i. ꝛ est caplm singulare ad totã mãm signoꝝ doloris capitis.

Secũdum signum.

¶ Secũdũ sigm sumit̃ ex pcessione cãꝝ pmitiuaꝝ: vt de statione in sole i cã cal'a vl' de statione i loco frigido vel ad vẽtũ: nõ cũ lesione opationũ maxime obtusiõe vl' debilitate eaꝝ sẽsuũ interioꝝ vl' exterioꝝ. ¶ Tertiũ sumit̃ ex iuuãtib⁹ vl' nocẽtib⁹. Nã si fuerit a caliditate ꝛ iuuet̃ a cã frigida occurẽte debite applicata: ita vt facile remoueat̃ est signũ ꝯpl'onis imãlis: ꝛ ꝙ a mã non cõseruat̃: q: nõ sic cito remouẽt̃. dico signanter debite applicata: qm̃ per occursuz cãe cõtratie ad malitiã ꝯpl'onis imãlem: nõ semp sequit̃ remissio doloris imo aliquotiẽs intẽdit̃ vt dicebat Gal'. 12. terapẽ. caº. 6º. cũ dixit. Uidet̃ enim nõ solũ ad id qd pter nãm repẽte dicta corpora tristẽ habere trãsmutationẽ: sz ad ipaz q̃ ad qd ſm naturã reuersi si nõ paulatiz susceperint. et hec laborãtia eos: ꝛ ibi ponit̃ bonũ exẽpluz de hoc de manib⁹ infrigidatis subito igni applicatis etiã qm̃ si a mã pẽderet aliquotiẽs iuuaret̃ dolor nõ solũ a cã frigida si mã est calida. sz etiã iuuaret̃ dolor a cã calida p medicinã certã calidã. nã rarefaciẽdo cutim ꝛ mãm resoluẽdo põt esse cã remissionis doloris: vt in multꝫ locis declarat̃ auctoꝝ. vt quarta pmi. de ipressione accidentali. ꝛ. 22. tertij. vbi si esset a mala ꝯpl'one tm̃ pẽdẽs non iuuaret̃ a calido ꝛ forte p hoc vt credo multũ attificiose pcessit. d. Auicẽ. qm̃ in ponẽdo signa male cõpl'onis. sine mã calide vel frigide posuit signuz ex iuuari a ꝯrijs ꝛ noceri a similib⁹: qd nõ fecit in complexione mãli.

Quartum signum.

¶ Aliud signũ sumit̃ ex puatione supfluitatũ q̃ solẽt ad emũctoria cerebri cõiter per naturã demãdari. nã cũ ꝯpl'o fuerit immãlis non abũdãt mãe in dictis emũctorijs vt de lippitudine oculorũ vel muco narium ꝛ ecõtra vbi fit materialis: vñ dicebat Aui. in ſmone vl'i de signis ostẽdẽtib⁹ spẽs sode: ꝛ oẽs q̃dẽ supple dolores: q̃ fiũt a causis mãlibus cõicãt in fece inuẽta i humiditate naris ꝛc. hoc tñ sigm est satꝫ dubiũ neq; est cõcludẽs qm̃ aliquotiẽs ppter grossitiẽ mãe ꝛ ppter stricturã meatuũ minoratur humiditas naris: ꝛ sic siccitas nõ semper significabit puationẽ materierũ: maxime cum grauitas ei associat̃. nã grauitas est essentiale magis sigm doloris mãlis: ꝛ hoc est ꝙ addebat textus: sz humiditas naris q̃nq; minorat̃ cum fuerit mãe grosse sup. p vna cã. ꝛ ponẽdo 2ªm. causaz addidit ꝛ siccitas q̃dẽ strictuꝛ nariũ in huiusmodi soda. i. cõtingẽs siccitas ꝛ priuatio humiditatis ppter stricturã nariũ non significat puationẽ mãerũ ꝛ verificat addẽdo cũ grauitas ei associat̃. ꝛ ideo mistice loq̃batur text⁹ ꝙ egritudines a causis mãlib⁹ cõicãt nõ dixit i humiditate naris: sz i fece iuẽta i humiditate naris. nã q̃tũcũq; ppter cãs dictas vl' aliquã earũ fiat siccitas. i. puatio humiditatũ sensibiliuz in dictis emũctorijs: tñ stãte ꝯpl'one mãli fit quasi impossibile sit ꝙ ex materia non resudet aliq̃d ad nares qd modicũ extñs adherens ibi p tps pmanẽs idurat̃ ꝛ appellabit̃ fex: ꝛ sic cõicãt i fece iuẽta i humiditate. i. ex humiditate naris nõ fluente sensibili humiditate: ꝛ ista sufficiãt ad distinguẽdũ inter cõplexionẽ imaterialẽ ꝛ materialẽ.

Grauitas capitis est essentiale signuz dolorꝫ materialis.

Sz si fuerit mãlis sumit̃ distictio vl' ex parte locorũ: in q̃bus peccat mã. s. intra craneũ vel ex: ꝛ si in vna pte capitis vl' in alia: ꝛ vtrũ talis mã sit apostemãs vl' nõ apostemãs: ꝛ vtrũ mã noceat q̃titate ꝛ nõ q̃litate: ꝛ si q̃litate vtrũ sit hũor calidus vt sanguis vl' colera vel frigidus vl' flegma vl' melãcolia vl' vẽtositates vl' vapores: ꝛ si vapores: vtrũ sint in cerebro gñati vl' p colligãtiaz alioꝝ membroꝝ vt totius vl' particulariũ mẽbroꝝ: vt supra visum est. Et hic habebũtur signa p cõitatẽ distĩcta a signis p essentiaz: ꝛ de his oĩb⁹ oz ponere signa distĩctiua p q̃bus videbis capl'm nonũ. Ga. 3º. interioꝝ de notitia dolorꝫ capitꝫ: ꝛ capl'm sextũ in quarto de accidenti ꝛ morbo: lꝫ nõ imediate tñ vtiliter trahet̃ ad mãm. ꝛ. 13º terapẽ. distinctione. iij. caº. 7º. vl'. 8º. i meo. ꝛ. 2ª. pmi. doc. 3ª. caº. pº. 2º. 3º. 6º. 7º. 8º. 9º. 10º. In his oĩb⁹ ha-

bet notitia ad declaratione cāꝛ cuiuſcūqꝫ doloris mãe ꝑcte magis de dolore capitis in p.ª tertij. in ca°. ſupra alle. tracta. p°. de eo qꝺ ſentit cerebrū de grauitate ꝛ leuitate cū ſequenti ca°. ꝛ trac. 2°. i. ca°. de qualitate accidēdi ſoda ex materijs cū ſequētibꝰ duobꝰ capitulis: maxime i ſmone vniuerſali: de ſignis oſtēdētibꝰ ſpecies ſode ꝛ modos eiꝰ: ꝛ a Raſi p°. ꝯtinētis ca°. 9°. ꝛ ēt ca°. ꝓprio in diuiſionibus: ꝛ a Gal. 2°. tra. i li. x. tractatuū: ego tñ diſcurrēdo ponā q̄dā ſigna ſpālia collecta ab auctoribꝰ hincīde.

De ſignis ex pte locorum.

¶ Signa igitur ex parte locorū: lꝫ aliqualiter dari poſſint: tñ multuꝫ difficulter aſſignātur. dicebat em̄ Raſis in p°. cōtinētis loco allegato: ſꝫ ſi humor humidus peccat q̄titatiue īducit doloreꝫ diſtēdēdo: ꝛ erit tūc ſoda in aliquo loco poſterioris partis capitis: ſꝫ leuis: ꝛ pōt fieri ſoda in tunicis. idest i pāniculis ꝛ ī venis ſup. vl' arterijs vel neruis: ꝛ intra craneuꝫ ꝛ extra craneū. Et addit. Et īdagatio huis rei. ſ. de cognitiōe ſitus cāe doloroſe eſt valde difficilis Eandē ſentētiā voluit Gal. 2°. meimir. ca°. p°. cū dixit. Difficillimū q̄dē eſt cognoſcere patiētē locū ſi vnꝰ eſt vel plures vno: vl' q̄ ſūt ſupple hec loca. Et addit: neqꝫ em̄ inuenire diſpoſitionē eſt ꝓprīū. Et addit. Et exercitatio eſt ſꝫ rationis exercitationē. Unde cōcludit: ꝓprietas em̄ id eſt ſigna propria quedā q̄dē indicibiles oīfariā q̄dā aūt difficile dicibiles ſiūt circa laborātiū corpa ſolūmodo his q̄ multotiens viderūt cognite ꝛc.

Signa ad cognoſcendū ſi materia ſit ītra craneū vl' extra. Primū.

¶ Probabiliter igit diſcurrēdo ponit p̄mo ſignū ad declarāduꝫ ſi fuerit materia extra craneū vel intra. Nā ſi eſt extra craneū cōicat dolor ad cutiꝫ ꝓpter vicinitatē neqꝫ ceteris paribus in cauſa impreſſiua dolor ſit ita intenſus ſi cā fuerit extra craneū: qm̄ ſi intra craneū fuerit dolor ſit vehemētior nec ſic ad exteriora cōicatur cū mēbra interiora vt pāniculi intrinſeci ſint magis ſenſitiui exterioribꝰ. ſit tñ aliquotiēs cōicatio nocumēti interioris vſqꝫ ad cutē per colligātiā mediātibꝰ allegationibꝰ panniculorū ꝛ maxime almocati per commiſſuras.

Secundū

¶ Et etiā ſigᵐ ſpeciale cōmuniter ab oībus poſitū eſt ꝙ dolor a cauſa ītra craneuꝫ vſqꝫ ad radices oculoꝝ cōmunicat: non ſic ſi fuerit cauſa extra craneū. nā lꝫ cōiūctiua originet ab almocati: qꝛ tñ ille pāniculus nō eque ſenſitiuus eſt ſicut pāniculi intrinſeci oculoꝝ q̄ origināṫur a pāniculis intrinſecis cooperiētibꝰ cerebrū: iō ſiūt dolores fortiores in radice oculoruꝫ ſtāte nocumento intrinſeco. Et hoc clare innuebat Gal. 3°. interiorū cap°. ſupra allegato. Unde loquēs de cephalea dixit. Igitur nō eſt hoc incertū ꝙ nō patiātur in his. ſ. taliter laborātibus niſi vl' pāniculi cerebri ſupple intra craneū exiſtentes aut pellicule craneum circūdātes. ꝛ addit: differētia hoꝝ ex dolore perpēditur vtrum ſentiāt dolorē venire vſqꝫ ad oculū vel nō: qꝛ ſi paſſio eſt interius in craneo: poſſibile eſt doloreꝫ vſqꝫ ad oculos pertingere. Idē voluit Aui. p.ª tertij. in ſmone vniuerſali. de ſignis.

¶ Si vero dolor ſu erit in parte capitis vt in emigranea vel in quarta parte tātū vel in modica vt in clauo ſcitur relatione patientis: vt plurimum tamen dolor a cauſa ſanguinea manifeſtatur in parte āteriori cū ps āterior ſit calidior ꝓpter organa ſenſuuꝫ: ꝛ ꝓpter multitudinē venarū maxime in rethe mirabili contextarū: ꝛ ſi fuerit ſanguinea vel colerica magis ad dextrū declinabit ꝓpter directionē epatis. ꝙ ſi cauſa fuerit frigida ꝛ p̄cipue humida manifeſtatur magis dolor in pte poſteriori ex cāis notis: cū pars illa ſit frigidior: etiaꝫ cum mãe grauesſa .ilr declinat ad partē decliuiorē. Utruꝫ autē materia ſit apoſtemans vel non apoſtemans maxie ſumitur ex vehementia doloris. nam ceteris paribꝰ mā apoſtemāte dolor ſit vehemētior ꝓpter cōcurrē oēm cām doloris ī apāte: et cū apāte iūgit febris ꝛ corruptio operationuꝫ aīaliū: vel ſaltē ſenſus ꝑmixtio: p̄cipue cū apā fuerit calidū. vt colligit. 13ª. terapē. ca°. alle. ꝙ aūt nō ꝯſequūtur vbi mā nō fuerit apoſtemās Et de his ſpecialius dicet cū determinabit de freneſi ꝛ litargia. Et ſi fuerit apoſtemās ex percuſſione vel caſu: hoc facile cognoſcit ex precedentibus ꝛ relatione infirmi. ¶ Si aūt nō ſit apoſtemās: tūc materia vtrū noceat quātitate ꝛ corpulētia ꝛ nō qualitate: declaratur maxie ex dolore grauatiuo ꝛ pōderoſo non percepta aliqua qualitate de tāgibilibus cū ꝑuatione acuitatꝫ doloris ꝛ mordicatiōe eiꝰ: ita ꝙ oporteat hominē caput cōq̄eſcere q̄ſi q̄dāmō odorare velit ꝛ ī eleuatiōe capitis ꝛ motu eiꝰ ḡuitas maior ꝑcipit ꝛ dictꝰ dolor auget. ¶ Si aūt noceāt ēt q̄litate. vtrū aūt ſit talis humor calidꝰ vel frigidꝰ declarabat Gal. 13°. terapē. loco. alleg. cū dixit. Igitur cū q̄dā humor ſupabundat ī cerebro. i. ī capite: ſi frigidus fuerit īſenſibilitas ꝛ imobilitas aſſumit hominē: cū autē calidus cōtinua mobilitas magꝫ ſil' cū mētis nocumento ꝛc. itaqꝫ dolor a cā frīda ꝓpter eē remiſſionē nō ſic iq̄etat hoīeꝫ: ꝛ a cā calida magis ſicut ꝛ ipā caliditas vehemētiꝰ alterat: ꝛ citiꝰ q̄ frīditas: ꝛ velocitas alterationis ſiue ſubita alteratio ē de p̄ncipibꝰ cāis doloꝝ.

Secūdū ſignum.

¶ Scōm ſignū ſumit ex pte q̄litatis tāgibilis: nā ſaltē vt plurimū ꝛ ab īfirmo ꝛ a medico ꝑcipit caliditas ſi humor fuerit calidus: ꝛ frīditas ſi humor fuerit frīdus. hoc tñ ſignū ex pte medici eſt ſatꝫ dubiū vt paulopoſt declarabit.

Tertiuꝫ ſignum.

¶ Aliud ſignū ſumitur ex parte coloris egrotātis. nā ſi color attineat ad ruborē vel citrinitatē videt declarari ſupra mām calidā. ꝙ ſi ad albedinē vl' pallíditatē ſupra materiam frigidam: iſtꝺ tamen ſignū licet accipiatur a communiter ſcribentibus ꝓ vero vniuerſaliter: nō tñ eſt vniuerſaliter verū: ꝛ ſic apparet ipſoruꝫ ſatis inſufficientia in hoc. nā Gal. 2°. regni. ponēs ſigna ipſius cerebri cū vult declarare cōplexionē eius ꝑ colorē faciei vl' oculoꝝ dixit: ſi nō cōtra operetur aliūde: ex quo pꝫ qꝺ ſtante cōplexione frigida etiā p̄ter naturā ledēte in cerebro dolorē cauſante ꝛ epē ꝛ corde calidis ꝛ ſanguificis apparebit cutꝫ faciei rubea: ꝛ ſi cā ſit frigida in cerebro: ꝛ ponit ꝓ hoc vnū pulchrū exēplū. d. Aui. 2ª. primi. doctrīa. 3ª. ca°. 3°. in. 4°. genere ſignorum. ſ. qꝺ in vna egritudine eſt diuerſitas colorum in duobus membris vt ꝙ lingua erit alba ꝛ facies citrina: queādmodū ī icteritia: etiam idem Aui. in ſermone vniuerſali de ſignis oſtēdentibus ſpecies ſode. nā videtur innuere quod aliquādo tantū eſt verū. quaſi non ſemper immo aliq̄ñ fallit vt ſupra dixi circa textum: ꝛ vt

ipse adducit in quibusdā casibus: vt pꝫ de serie litere. dicit eñ sic. aliqñ eñ significatur oīs humor p colorē faciei ⁊ oculoꝝ. ⁊ addit ⁊ fortasse fit diuersitas in paucitate. i. fit diuersitas in recte significando. s. p colorē ⁊c. in paucitate. i. in paucis casibus tñ: ⁊ declarās casus dixit. cā aūt in hoc aut est expulsio humoris inflammati ad oculū: supple vel ad faciē. q͛. s. a virtute: stāte tñ causa dolorosa frigida. nā ꝓpter ꝯpassionē partium exterioꝝ nā transmittit spūm ⁊ sanguinē ad exteriora vbi materiā fridā nō sic aptā expulsioni nō trāsmittit. ⁊ tūc apparebit color diuersus a cā. vt pꝫ. addit aut ꝯstrictio in ipso. s. ocl'o vel facie. s. de hūore calido. s. sanguine vel colera ex multo tp̄e p̄cedenti ibi ꝯstrictis: vñ ⁊ si adueniat dolor a cā frigida ꝓpter illos hūores esse ibi cōstrictos apparebit: tñ facies colorata ad rubeum vel citrinū. Addit tertiū casum. aut attractio materierū cal'aꝝ absq̄ materieb' fridis dolorē faciētib' vsq̄ ad partē oculoꝝ ⁊ faciei ꝓpter dolorē. ⁊ addit bonū tex. dolor cū ingredit͛ membrū attrahit ad ip̄m ⁊ ad mēbrū ei vicinū: et plurimū qd̄ attrahit͛ est sanguis ⁊c. Et hanc dubitationē remouet etiā Gal. in p̄° afforis. in cōmento afforismi. In ꝑturbationibus vētris ⁊ vomitibus. cū dixit allegās Hypo. color inquit corporis humorū dominantiā ostēdit si nō in ꝓfunditate corꝑis accubuerint: ⁊ idē voluit ipse Auic. 22. tertij in ca°. singul'i de signis doloꝝ iūcturaꝝ. vbi dixit ꝙ ꝓpter ꝓfunditatē materie istud signū fit fallax: ⁊ ibi ponit vnū difficilē textū q̄ fecit me multū musare qñ scribebā suꝑ eadem. 22. tertij ⁊ tibi vtiliter seruiet ad istā māin si videbis expōnem meā suꝑ illo ca°. difficili: sꝫ multū vtili. Et ex sil'ibus causis pōt falsificari signū de tactu. lꝫ nō sic facil'r sicut ex colore: vt pꝫ intelligēti. ⸿ Signū igitur sumptū a colore est inefficax: sed si ꝯiungat͛ cū alijs signis de tactu de acuitate doloris vel debilitate: de regimine precedēti: de etate nāli cōplexione: ⁊ regiōe ⁊ reliq̄s vidēdis. 2. p̄mi. doctrina. 3. ca°. 3°. de signis cōplexionū: fiet tunc euidēs significatio. ⸿ Sꝫ vtrum sit humor sanguine' vel colericus declaratur per accñtia posita in textu cū quibusdam annexis. Nā in sanguineo est color ad rubeū obscurū declinās: ⁊ maior grauitas ⁊ extēsio ꝙ̄ in colerico. In colerico vt multū cū rubore ad citrinitatē fit tēdentia. dolor est acutior sepe corrosiuus cū vehemēti adustione ⁊ pūctione. somnus longior. ⁊ ꝓfundior. in sanguineo ⁊ in colerico vigilia dñatur nisi p cōitatē toti' fieret euaporatio. In sanguineo pulsus magn'. In colerico nō sic: sꝫ magis velox: ⁊ in sanguineo maior abominatio ⁊ p̄uatio sitis: vbi in colerico stabit vehementia sitis: macies etiā cōcomitat͛ plerūq̄ colericū: ⁊ ꝓfunditas oculoꝝ vbi in sanguineo fit eminentia oculoꝝ ꝓpter plurimā materiam effundi versus radices oculoꝝ. vñ elōgant͛ exterius ex suꝑfluitatibus etiā vrinaꝝ. s. ⁊ aliaꝝ sanguini vel colere proportionataꝝ: satis declarat͛ etiā ex somnijs: ⁊ in multis locis autoꝝ: etiā ex alijs signis: vt antecessiōe regiminis ⁊ naturali habitudine ⁊c. fiet satis apparēs distinctio īter has materias calidas. ⸿ Qd̄ si materie fuerint frigide erit priuatio vel notabilis diminutio signorū que dicta sunt: ⁊ lꝫ in grauitate cōicēt: tñ nō est tanta intēsio doloris vt in cā cal'a: etiam

Quartū signuz sumptum a colore.

differunt in inuasione si sit interpolatus vel excrescentijs si cōtinuus: qm̄ veniēte aurora mouetur sanguis. postea ꝟsus meridiē colera: ⁊ sic postea in sero fl'a ⁊c. ⸿ Qd̄ si fuerit mā flegmatica maior ꝑcipit͛ grauitas ⁊ obtusio in oꝑōibus maxime sensuū interioꝝ: ⁊ maior somni ꝓfunditas: neq̄ quasi percipit͛ dolor nisi grauatiuus: ⁊ longior ⁊ ꝓfundior erit somnus: ⁊ suꝑfluitates ad emūctoria maxime ad oculos ⁊ nares multiplicabunt͛: ⁊ per palatū excreant͛: ⁊ pulsus non erit magnus. dispōes etiā vrinarū ad hoc satis indicabunt. Nā nō erūt colorate ad rubeū vel citrinū: sed albe cū sedimine satis grosso. ⸿ Ubi si fuerit materia melācolica etiā stabit notabilis pōderositas: sed minor obtusio in oꝑationibus aīalibus minor somni ꝓfunditas: īmo aliquotiens vigilia. Nā siccitas f'm oēm modū euigilare facit. vt dicebat Auic. Et si reliqua ꝯiungant͛ de naturali habitudine: de paruitate pulsus cū duricie: de sollicitudinib' cū timore vel tristitia: cū vrinis subtilib' ad claritatē tēdentibus vel fuscedinē in ꝓcessu magis: ⁊ somnijs terribilibus ⁊ reliq̄s colligēdis locis allegatis erit euidētia satis manifesta. ⸿ Qd̄ si mā fuerit ventosa tūc erit dolor sine grauitate ⁊ fiet extēsiuus aliquotiēs: ⁊ aliquotiēs pulsatiu': maxime si f'm artarias sit materia peccās. Et vbi fuerit dolor mutabilis de loco ad locū sine defluxu superfluitatum materialiū: tunc certior erit significatio ⁊ cōpleta. vt dicebat Auic. 2ª. primi de signis ventositatē significātibus: ⁊ aliqñ cōicatur sonitus ⁊ tinnitus. ⸿ Qd̄ si fuerit a vaporibus: qm̄ ipsi aliquotiēs generant͛ in capite et faciunt dolorē p essentiā. Aliqñ tñ ⁊ frequenter faciūt dolorē p cōitatē inferioꝝ: īmo dolor capitis p cōitatē maxime pēdet ex eis. p̄ª tertij de significatione mēbroꝝ: cōicatione quoꝝ patit͛ cerebrum: lꝫ etiā ex alijs p cōitatē pēdere possit vt supra visum est: cū agebat͛ de cōitate absoluta ⁊ nō absoluta. Ideo hic cōueniēs est p̄mo ponere signa distinctiua gñalia inter dolorē p cōitatē ⁊ per essentiā. Et sic apparebit si pēdeat ex vaporibus in capite gñatis vel inferiorib'. Deinde sp̄āliter si erūt p cōitatē ponēda erūt signa sp̄ālia si p cōitatē a toto vel a ꝑticularib' mēbris nobilibus vel ab extremis. ⁊ vtrū fiat cōicatio mediātibus venis vl' artarijs manifestis vl' neruis vl' occultis. ⸿ Declarat͛ igit͛ dolor p cōitatē a dolore p ꝓprietatē vt supra dictū est in causis. ex hoc vt dicebat Auic. p̄a tertij in sermone vl'i. de signis ostēdētib' spēs sode: qm̄ fact' p cōitatem contingit ⁊ destruitur: ⁊ fit fortis ⁊ debilitatur f'm quod accidit membro cōmuni: vel supple toti vel aliquibus membris. s. cōmunicantibus ex dolore: vel vniuersaliter ex mala dispōe vt ex dolore: ⁊ sic declarat omnē operationē corruptam. ⁊. i. vel destructione. i. ablatione debite operationis aut fortitudine aut debilitate. ⁊ sic declarat lesionem operationis aucte vel diminute. vnde si ex lesione operationis alicuius mēbri: vel membrorum totius variata in augmento. s. vel diminutione vel corruptione variatur dolor alterius mēbri cui cōicatur. verbi gratia cerebri. tunc est signū efficax talem esse dolorē p cōmunitatem: ⁊ maxime si non ꝯtingente nocumento in alio vel alijs membris ipsum cerebrum in proprijs non ledatur operationibus.

De signis mãe flegmatice.

De signis mãe melācolice.

De signis materie ventose.

Signa distinctiua īter dolorē capitis p cōitatē ex ꝓprietatē

¶ Et ex aduerso tunc est dolor ꝑ ꝓprietatē ⁊ nō per cōitatem vt ipse dicebat qn̄ erit in reliquis operationibus cerebri nocumentū: sicut tenebrositas oculorū ⁊ grauis somnus ⁊ grauitas .s. totius capitis perseuerans cū bonitate dispositionum alioꝝ mēbroꝝ: ⁊ eadē sn̄ia colligitur 2ª primi. doctrina. 3ª. caº. 2º. de signis distinguētibus inter egritudines proprias ⁊ associatas: et ponebat ipse modū ꝙ opꝫ cōsiderare que dispō prius accidit: ⁊ tūc autūmabimus ꝙ ipsa sit ꝑncipalis ⁊ altera sit ei associata: etiā ꝑ aliū modū ꝯsiderando que sit illa q̄ remanet: postꝙ̄ altera finitur: ⁊ autūmabimus ꝙ ip̄a sit principalis ⁊ altera sit ei associata: lꝫ vt ibidē Auic. ponit errorem aliqn̄ ꝯtingere in taliter significādo: qm̄ fortasse egritudo ꝑncipalis nō erit ꝑcepta sensu neqꝫ dolorosa in principio sui: sed postea sentietur ipsi⁹ impedimentū postꝙ̄ associata egritudo apparuerit: vt exēpli gratia. si cerebrū cuꝫ debili eius nocumēto cōicet materiā stomaco per defluxū materie stāte stomaco sano ⁊ cerebro parū leso: sed per ꝯtinuā influētiā ad stōm debilitet̄ stomacus: ita vt sensibil'r ledat̄: ⁊ ꝯn̄r per indigestionē multiplicata mā̄ in stomaco fiat eleuatio vapoꝝ ad ip̄m cerebrū vel trāsmissio hūoralis materie: ⁊ ꝯn̄r dolor in capite cōicetur: tunc ſm intentionē malicie ipsi⁹ stomaci et indigestionē illius multiplicabit̄ dolor ī capite: ⁊ ad eius remissionē remittet̄ ipso dolore dependenter se habēte a stomaco: ⁊ tn̄ in casu stomacus nō est primū mēbrū lesum nocumentum cōicans cerebro. vt ꝑꝫ immo ecōtra. ⁊ illū casum expressit Auic. ꝑª. iij. de significatiōe mēbri. cuius cōitate cerebrū patit̄ in fi. oportebit igitur in hoc. vt bene voluit Auic. vt fiat bona cōsideratio in accidētibus illoꝝ membrorū ⁊c. et istud nō dignoscit̄ nisi sapientia medici cum operationum impedimētū cōsiderat̄. ⁊ sic patebit si dolor pēdens ex vaporibus fiat ex vaporibus in capite gn̄atis vel ab aliȷ̈s cōicatis: vt cū nō est aliqualis tēsio in cerebro saltē notabilis et in aliȷ̈s particularibus mēbris vel in toto sic vel ecōtra. ¶ Et licet ꝑ vapores vt dictū est maxime cōicetur lesio in mēbro cui cōicat̄: tn̄ aliquotiens per simplicē alterationē: ⁊ aliqn̄ etiā per transmissionē materie fit vt supra dictū est immo dicebat Auic. ꝑª. iij. de speciebus sode facte per cōitatē in fine capl'i. ¶ Et plurimū q̄dē fit soda cōitatis apud permutationē materiei apatum mēbroꝝ interioꝝ cōicantiū cū monet̄ ad suꝑiora. Et ista notitia habebit̄ ex inspectione nocumentoꝝ mēbroꝝ apostemosoꝝ: ⁊ cū delitescētia vel minoratione nocumētoꝝ ipsoꝝ mēbroꝝ facta ꝑmutatiōe partis mā̄e ad suꝑiora. ¶ Et vbi nullū particulare mēbrū spāliter reperiatur lesum: ⁊ caput per naturā sit incolume in suis operationibus nō accidēte ab extrinseco aliqua cā̄ capitis lesiua in toto fuerit nocumētum repletionale: qd̄ percipiet̄ ex grauitate motus totius: vel si fuerit febris q̄ est passio toti cōis: ⁊ ꝯn̄r ad has dispositiōes vel sil'es sequatur dolor capitis q̄ intendat̄ ⁊ minuat̄ ſm intētionem ⁊ remissionē nocumentoꝝ in toto alio a capite: tunc manifeste declarat̄ dolorem capitis esse per cōitatē a toto ⁊ nō a particularibus membris. aliqn̄ tn̄ fit a particularibus mēbris spāliter. Et qm̄ īter maximas cōitates: vt dictū est: maxima est: que est cerebri ad stōm. Et tunc in prinº capl'i de significatione mēbri. cui⁹ cōitate cerebrū patit̄ dicebat Auic. ꝙ significatio maxime sumēda est ex cōsideratione dispōnis desiderȷ̈ appetitus cū ꝑmutatur: ⁊ ex dispositione digestionis: ⁊ eructuationis: ⁊ rugitus: ⁊ singultus: ⁊ nausee: ⁊ tremoris stomacalis: ⁊ supple ⁊ aliaꝝ dispōnum stomaci. Nam in qualitate horum est considerandum quomodo accidunt: ⁊ quomō ad ea sequit̄ passio in cerebro. Cū em̄ hmōi accidentia accidunt in stomaco: et postea cerebrū infirmat̄ vel delet signū est ꝙ cerebrū stomaco cōpatit̄. ¶ Significat̄ etiā dixit Auic. eodē caº. ex repletiōe vel vacuitate stomaci a cibo. nā cōitas cerebri cū stomaco qn̄ stōacus est repletus aut hꝫ inflāmationē: apparet in dispōne repletionis stomaci plus: sed cōitas cerebri cū stomaco ꝓpter caliditatē ⁊ coleram rub. ⁊ dolores q̇ fiūt inde ex imp̄ssione horū magis apparet in dispōne vacuitatis: vt exp̄sse declarabitur infra in caº. de dolore stomaci. ¶ Et tn̄ ibi ponent̄ alique cōtingētie propter quas aliquotiēs tp̄e vacuitatis plus nocebūt humores frigidi ꝙ̄ tp̄e repletionis: qꝛ hūores frigidi qn̄qꝫ tp̄e vacuitatis plus nocēt: ⁊ hoc ꝓpter aliquam vētositatē vel vaporē eleuatū ab eis tp̄e inanitionis. qꝛ forte quiesceret in toto vl' in p̄te sumpto cibo ꝓpter caliditatē stomaci nō posse tunc ex dicta materia vaporē vel vētositatē generare. ¶ Posset etiā cōtingere ex natura cibi si cibus sumptus corrigeret frigiditatē hūoris ledētis digestionē. ¶ Et sil'r per accidēs posset cōtingere ꝙ colera ⁊ hūores calidi plus lederēt tp̄e repletionis: vt qn̄ sumpto cibo: ⁊ ipso ad fūdū stomaci descēdente ipsi hūores sursum ascēderent ad os stomaci: ⁊ sic magis nocerēt vt erit sententia Auic. in loco de dolore stōaci. ¶ Alia cōitas est ex epate: ⁊ tunc ꝯsideret̄ in lesionib⁹ operationū epatis: sicut supradictū est de lesionibus operationū stomaci: ⁊ maxime declarat̄: dicebat Aui. eodē caº: qm̄ dolor ꝑ cōitatē ab eo maxime est partis dextre: sicut cum fit cōitas a splene fit declinatio doloris ad partē sinistrā. Et qn̄qꝫ fit ex matrice: ⁊ talis etiā cognoscit̄: qꝛ accidit nocumentū capiti ex nocumētis matricis: qꝛ maxime post partū vel aborsum vel retētionem mēstrui. ⁊ maxime stat dolor in summitate sincipitis circa cōmissurā coronalē: lꝫ etiā per cōitatē mediātibus māmillis cōicet̄ dolor anteriori partis capitis vt frōti ⁊ oculis. ¶ Et si fuerit a renib⁹ fit dolor post nocumēta renū ad p̄tē posteriorē capitis pri⁹. ¶ Et si fuerit ab extremis mēbris maxīe ꝑ vapores: sentit̄ q̄daꝫ iectigatio vel motus vel alias calefactio in dictis mēbris: ⁊ postea succedit dolor capitis: et hmōi vapores q̄ ascedunt. aliqn̄ ascēdūt ꝑ partem anteriorē: ⁊ tunc ꝑcipit̄ quedā extētio ⁊ tēsio toracis ad superiora. Et si transeāt dicti vapores per artarias profundas ⁊ immanifestas sentitur ad profundū quedā tēsio vt chorda tēsa cū pulsatione. ⁊ si ꝑ venas nō pulsatiles percipitur tensio sine pulsatione: ⁊ si per partē posteriorem fiat ascensio vapoꝝ tendunt̄ vt chorda vene ⁊ artarie posite posterius: ⁊ sentitur illic pulsatio ⁊ sentitur principium doloris esse posterius. ⁊ cum fit ascensus per neruos: vt plurimū sentitur tēsio in in profundo. qꝛ nerui per

naturā cōiter sunt in ꝓfundo situati: ⁊ fit q̄dā iectigatio dolorosa: ⁊ si nō fiat pulsatio: ⁊ si fiat mediantibꝰ venis vel artarijs manifestis vt venis guidez vel alijs circa faciē vel collū apparētibus manifestat̄ ad sensum ex tēsione ⁊ pulsatione illaꝝ venaꝝ. ¶ Sed si illi vapores dolorē causantes nō aliunde capiti cōicent̄: sed solum in capite gn̄ati ⁊ in eo reclusi: ꝓpter aliquā cāz extrinsecā vt ꝓpter frigus opilās significat̄ ꝑ nīū sup ipsos vapores. dicit Aui. in sermōe vniuersali cū multiplicatur vapor fit pulsatio fortior capitis: ⁊ imaginatur imaginationes corruptas. s. ꝓpter multiplicē ⁊ diuersam immutationē ⁊ apprehensionem doloris ex inordinato motu ꝯtingentē ⁊ associat̄ ei scotomia ⁊ vertigo: vt videbitur infra. ca°. ꝓprio. ⁊ si vapores ꝓpter aliquā intrinsecā opilationē in certo situ clauderent̄: tunc causarēt dolorē ꝑcussiuū siue marteliuū ex vehemēti ipsoꝝ conatu ad motuz ad exitū: ⁊ maxime si fuerint clausi inter panniculos sensitiuos ⁊ artariosos. ¶ Et si doloꝛʒ cā fuerint vermes declarat̄ ex corrosiuo dolore: et ex ꝑceptione motus ⁊ incessus eoꝝ cū cremēto doloris in motu eoꝝ ⁊ diminutiōe in q̄ete: ⁊ cū odore ab astātibꝰ ꝑcepto de his vermibꝰ cuz vt dictū sit supra eoꝝ gn̄atio. vt voluit. A. maxime fit supra radices oculoꝝ ⁊ instrumentoꝝ olfatꝰ ⁊ sic habet̄ sufficiens doctrina de signis causaꝝ ipsoꝝ doloꝝ capitis in spāli: ⁊ de signis partiū lesaꝝ principal'r: ⁊ de signis egritudinū ꝑ cōitatem: ⁊ a toto ⁊ a q̄busdā ꝑticularibus mēbris q̄bus stat maior cōitas ⁊ ab extremis: ⁊ signis viaꝝ vel membroꝝ per q̄ cōicatur talis lesio vt habitum est: ⁊ postremo de dictis vaporibus ⁊ vermibus essentialiter ledentibus.

Cura. Presuppositis q̄busdā ꝓhemialibus ⁊ causis ⁊ signis vt dixi ante: venio ad ad curam doloris capitis. ¶ Et primo p̄mitto fundamēta a Gal'. tradita. 3°. teg. illo ca°. Curatio q̄dē vnū hʒ modū cōem ⁊c. vbi colligit̄ qꝺ q̄dlibet soluendū est ꝑ suū ꝯtrariū s̄m virtutez nō s̄m apparentiā tm̄: qm̄ tale nō est vere ꝯtrium. Et ꝙ cā cōtraria tm̄ labat̄ a cā media ꝑ quātuz corpus est lapsum ad cōtrariū. Vn̄ exponit Galie. Si corpus fiat lapsum in septē numeris in siccitate ⁊c. ⁊ in totidē ꝑ cām humidā remoueatur. ¶ Scd̄o ꝯsiderandū ex quarta primi. cap°. 3°. de causis sedatiuis doloris: ꝙ q̄ cā eius est: aut mala cōpl'o aut solutio ꝯtinuitatis. Itē dicit ꝙ oīs cā. i. oē remissiuū doloris remouet dolorem ꝓpter alterā duaꝝ causaꝝ. s. ꝓpter exhibitionē ꝯtrarij: ⁊ sic cām remouendo: aut remittendo cōplexionē: aut resoluēdo materiā: aut ꝑ stupefacientia. ⁊ vt dicit tex. stupefacere membrū destruit sensum mēbri ⁊ et hoc dolorem remouet: ⁊ sic non vere dolor remouet̄ ⁊ hoc duobus modis fit: aut ꝑ extremā infrigidationē: vt si cōgelet̄ sanguis aut spūs: aut ꝓpter venenositatē eius q̄ currit ad mēbrū q̄ cōtrariat̄ cōpl'oni membri. Qꝺ nota ꝓpter Jacobū qui dicit ꝙ stupefactio doloris fit aliq̄n a cā calida sicut dicunt de piretro ⁊ tarcon. Qꝺ dictū nō est tenendū vt alibi declaraui ex mentibus auctoꝝ: sed id est potius per aliquā proprietatē venenosaz non ꝑ qualitatē sensibilem: sicut aliq̄ pisces stupefaciunt manus piscatoris mediante rhete ꝑ ꝓprietatē aliquā non ꝑ manifestā qualitatem

Not. istud dictum.

sensibilē eis cōicatā. vt Albertus in. 2°. de aīa. in ca° de tactu. ⁊ silr̄ Auerroys. ¶ Ponit etiam Auerroys. 5°. Colliget p̄ter has duas causas dictas aliā cām: ⁊ est modus qui habet̄ ꝑ occursum medicinaꝝ que dicunt̄ medicine anodine q̄ sunt calide in primo ⁊ humide in primo: qm̄ ꝑ dolorē mēbrū infrigidatur ꝑ priuationē spirituū ⁊ ꝑ dictas medicinas imprimit̄ in mēbro q̄dā delitiosa sensatio q̄ est contraria dolori in mēbro. Et hoc mō vtūtur cōiter medici in sedatione doloris approximādo anodina q̄ sunt calida ⁊ nō curando prius ꝑ cōtraria. Et hic modus magis respicit dolorē q̄ cām eius: quē modū spālius declarat Auer. eodez. 5°. colliget de medicinis mitigatiuis doloꝝ. Et dicit ꝙ iste est verax modus mitigationis: ꝓpterea q̄ p̄stat sine medio illud qꝺ resistit cause doloris. Nā facta resolutione calidi naturalis ꝓpter doloreʒ iste medicine: eo qꝺ augmentant calorē naturalem q̄ est instr̄m nature: tunc dn̄at̄ natura sup malā cōpl'onē siue sit calida siue frigida q̄ facit dolorē ⁊ ip̄m remouet. Et dixit ꝙ q̄uis iste medicine sint in hoc gradu tēperate sil'es calori naturali aut paꝝ calidiores: necesse est vt sint subtilis substātie penetrātes ⁊ velociter ꝑmutabiles ad calorē naturalē ⁊c. Et addit ꝙ res magis cōueniētes in hoc sunt pinguedines ⁊ olea ⁊ ex pinguedinibꝰ: sicut pinguedo galline ⁊ anatis ⁊ anseris piguedo melior est s̄m Gal'. ⁊ de oleis oleū vitelli ouoꝝ ⁊ oleum dulce oliue ⁊c.

¶ His p̄missis ponamus curā doloris in gn̄ali. Et primo est ordinandū regimē intelligēdo ꝑ regimē non tm̄ debitā oblationē offerendoꝝ sed ēt oblationē auferendoꝝ. ¶ In electiōe igitur aeris sit hec regula. Locetur infirmꝰ in aere puro sano in camera aeris laudabilis ex ꝑte modi substātie ⁊ qualitatis tēperate ⁊ depurati a vaporibus siue mali odoris: siue boni fuerint. Vn̄ aromatū odor inducit dolorē capitis cōuertēdo ad ip̄m materias vt est sn̄ia asso. q̄nte particule. muliebria educit ex aromatibꝰ calefactio ⁊c. vbi dicit Gal'. in cōmento. Experimentum aūt testatur ꝙ ex oībus aromatibus dolor capitis gn̄atur: ⁊ sic vitandus est odor maxime in prin° doloris ⁊ in materiali: qm̄ in declinatiōe ⁊ in materiali laudātur odorabilia appropriata non stāte in toto repletione: vt supra dictū est circa tex. est sn̄ia Mesue. ¶ Itē sit aer liber ⁊ amplus: qꝺ dico propter astantes qui implent cameram vaporibus. ¶ Item absint clamores stridores ⁊ alij soni: ⁊ qꝺ non fiat motꝰ aliquis in aere infirmi si possibile est. ¶ Itē nō sit luminosus aer: q̄ lumen commouet humores sed declinet ad tenebrositatem. ¶ De motu dicatur ꝙ omnis motus nocet dolenti caput: siue motus corporeus sit siue animalis: q̄ corporeus commouet materias ⁊ facit eas effumare ad caput. ¶ Item ex motu animali fit commotio in spiritibus capitis ⁊ consequenter in vaporibus ⁊ sic auget dolorem. Unde dicebat. A. de soda temporali in principio. Nihil est adeo conueniens sode temporali sicut tranquilitas ⁊ dimissio totius qꝺ cōmouet sicut coitus ⁊ cogitationes ⁊ reliquoꝝ. Unde ex hoc vituperabant aliqui fricationes pedum maxime in causa calida. Unde dicendū est vt q̄dam dicunt ꝙ in prin° augmento ⁊ statu semꝑ nocet motꝰ. In

De electione aeris.

De motu.

ꝓcessu vero.s.declinatione aliqualis mot⁹ maxime ꝓgressiuus iuuat: qꝛ facit descēdere mās a capite: mō fit motus suauis nō subitus nec repētinus ꝛ maxime in dolore mālī: qꝛ idez facit ad resolutionē mãe q̄ remā sitꝛ ita laudo. Non tñ est negandū q̄n leues ꝛ suaues fricatiões ad pedes ꝛ crura ēt a p̄n° ꝯueniāt ꝛ diuertēdo ꝛsonū ꝓuocādo: qm̄ dicebat. A. eodē ca°. Ex rebus ꝟo fortibus in attractiōe mãe sode ad inferiora in vigilāte ex soda est fricatio pedum. Addit multotiēs em̄ dormit sup ip̄am patiēs sodaȝ: ꝛ q̄nqꜫ sit ei⁹ assiduatio in pedib⁹ donec resoluat soda: ꝛ illū textū accepit a Rasi p̄° ꝯtinētis. cū dixit ꝙ p solā fricationē pedū p noctē vnam et diē curauit dolorē capitis ꝛc. ex hoc iuuuit fricationē quasi debere eē ꝯtinuā sed suauē ꝛ gratā: ꝛ nō sicut aliq̄ bestiales faciūt laboriosā: vn̄ ad leuē resolutionē ipse.d. Aui. laudauit aquā calidā effundi sup extremitates ēt ad ꝯuertendū deorsum dixit sic. Ego aūt dico ꝙ q̄nꜫ effundimus aquā calidā sup extremitates patiētis sodaȝ ꝛ assiduam⁹ id cū sentit supple infirmus ꝙ ex capite soda ad eius extrema descēdit cū q̄ descēsiōe resoluit ꝛc. nō est tñ in ꝓcessu sode negāda lenis capitis fricatio ꝛ pectinatio maxie in mālī ad trāspirationē vapoꝝ ꝛ ab antiquis p̄bis ad pectinādū eligit pectē factū ex cornu dextro arietis. ¶ De somno ꝛ vigilia breuit dicat cū eodē.d. Aui. in regimine vl'i sode ꝙ ex rebus iuuātib⁹ in remotiōe sode est multitudo somni: ꝛ hoc est veꝝ habita intētiōe ad dolorē tm̄: ꝛ nō ad cām ei⁹ qm̄ aliquotiēs ꝓpter cām paucitas somni est magis ꝯueniēs vt in soda a multitudine vapoꝝ vel in soda a multa mā fria vbi nō ꝯuenit multus somn⁹ nisi ad digestionē mãe sed ad resolutionē sensibilē nō ꝯuenit ꝛ remissionē ipsius doloris ꝓ quāto a mā dependet: ꝛ hoc exp̄sse dicit Aui. lȝ. tertij in cura nauseatiue satietatis. dixit sic. Et somn⁹ q̄dē nocet vbi egēt supfluitates expulsiōe: ꝛ vigilie nocēt vbi indiget mā digestione: ꝛ ita dico in multis alijs casibus: vt in dolore a mala cōplone frigida i materiali. Sūpta tñ indicatione a dolore tm̄ lōgitudo somni iuuat in remissiōe sode: qm̄ p somnū q̄etant virtutes aīales ab opationib⁹ eoꝝ: et si naturales magis vigeāt ꝛ cōiter circa caput in quo ꝟtutes aīales laborāt magis q̄etant mot⁹ sp̄ūum aīaliū deseruiētiū ad opationes aīales ad quoꝝ motionē spirituū mouent ēt vapores ꝛ h̄ūores in ipso capite: ꝛ ꝯsequenter ipsis quietatis: quietant ꝛ dicti humores ꝛ vapores: ꝛ cōsequēter minuitur dolor etiā ad organa sensuū ꝛ mēbra sensitiua modica mēsura sp̄ūum demādat: vn̄ reddunt minus sentiētia cām dolorosā ꝛ sic dolor minuit: ideo dici pōt: vt etiā dicebat Nicolus florentin⁹ ꝙ in oī dispōne doloris longitudo somni iuuat ad istū intellectū.s. ꝙ in dispositione nō ꝯiuncta dolori de se minus iuuaret somnus q̄ꝙ cū ꝯiungit cū dolore: ꝛ hoc est verū vt ptȝ ex dictis. Nimia igitur vigilia ex opposito p hoc qd̄ adducit ad motū spirituū ꝛ vapoꝝ in cerebro multu nocet: lȝ aliq̄n habita intentione ad cām doloris iuuet vt ꝯsiderāti paulo ante dictā ptȝ. Utrū aūt sit dormiendū capite eleuato vel non eleuato: breuiter dicatur ꝙ stante plenitudine in toto vbi dubiū sit de multa euaporatione ad caput: non dȝ caput eē multum eleuatum ne ꝓpter directionē fiat maior euaporatio: sed vbi esset caput repletū ꝛ timeretur de deflexu ex capite deorsum: lȝ caput debeat esse eleuatum non tñ rectum: sed sup aliquā partiū inclinatum. ¶ Circa passiões aīales dicatur ꝙ ex quo oīs motus in spiritibus ꝛ cerebro est nociuus vt dictū est supra: ꝛ in passionibus aīalibus necessario fiat motus sp̄ūuȝ ad intus vel extra. vt declaratur. 3°. teg. de mente Haly. cōmento. 34. sequitur ꝯn̄r ꝙ oīs passio aīalis est in casu nociua: ꝛ inde cauendū a tristitia ꝛ timore ꝛ sollicitudine ab ira ꝛ furore: lȝ indicatione sumpta aliquotiēs ad cām: vt in dolore a cā frigida forte ꝯueniret iracūdiā ꝓpter inflāmationē q̄ acq̄reretur in spiritibus: sicut ēt declarauit Haly. de quodā medico q̄ induxit quendā ducē militū ad iracundiā in. 3° teg. cōmento. 22. cuius hystoria est satis pulchra: nā dixit ꝙ cū dux ille esset infrigidatus p resolutionē ꝛ debilitatē ꝛ modicus calor q̄ remanserat: erat retractus ad interiora: ita ꝙ totum corpus erat infrigidatū: ꝛ dubitabat de morte eius: dicit medicus rei ꝙ curaret eū si astantes ei obedirent: ꝛ p̄cepit rex vt sibi obedirēt in oībus: ꝛ ipse iussit ꝙ amouerent ab eo arma circūligata: ꝛ ꝯn̄r forti voce dixit ꝙ acciperēt euȝ serui ꝛ extraherent sibi dētes singulos: ꝛ cū euȝ accepissent motus ad iracundiā voluit accipere arma sua: ꝛ cū ea nō repiret etiā magis irat⁹ ꝛ ipsis ꝯ instātibus tandē fuit multū inflāmatus: ꝛ tandē curatus de infrigidatione: q̄ curare vera non esset fienda iudicio meo, infrigidato priuatiue ꝛ p resolutionē: sed in positiue infrigidatis vt in ꝯgelatis ex materia replēte frigida credo iuuaret: inducere tñ in soda gaudiū suaue credo ꝯueniret. ¶ De inanitione ꝛ repletione dicatur ꝙ oīs repletio est nociua: non tñ seq̄tur ꝙ vltimata inanitio iuuet: immo in cā calida siue cū materia siue sine materia, tolerantia famis nō est iuuans: repletio tñ oīs est nocens: saltē per hoc qm̄ in oī dolore capitis cōicatur dolor stomacho vel ad minus ei lesio aliqua cōicatur: ꝛ p ꝯn̄s stomachus nō bñ digerit ꝛ ꝯn̄r postea effumant materie ad caput: et sic augetur dolor. ¶ De eūone videbitur in particularib⁹ causis. qꝛ alia debetur sanguini: ꝛ alia alijs humorib⁹: regula tñ est vl'is ꝙ lenitio ventris vl'r confert: vel natura vel arte facta: qꝛ stāte mollicie vētris materie fluxe vel fluxure sua grauitate ponderantes possunt recipi deorsuȝ etiā quia materie iste retente in intestinis euaporant ad caput: ꝛ addūt i dolore: ideo illaruȝ eductio confert. vnde de hoc dicebat Aui. in cura sode calide: ꝛ oportet vt lenificatio nature vniuersaliter perseueret ꝛc. ¶ In cibo autem ꝛ potu sunt he conditiones attendende. Prima ꝙ cibus in principio mense sit lenitiuus. Et notanter dicitur in principio mense: quia in scda mēsa: oportet ea que sumuntur participare stipticitate vt fiat prohibitio vaporum ad caput. Secunda conditio sumitur a cibis medicinalibus: quia si causa fuerit calida oportet cibum medicinalē eē frigidū ꝛc. ita vt sit cib⁹ se opponens cause facienti dolorem. Tertia conditio sumitur ex parte nature cibi vt sit bene restauratiu⁹ boni nutrimēti. Quarta ꝯditio ꝙ sit fa facilis digestionis ꝛ non vaporosus quia diffi-

De somno ꝛ vigilia.

Qualr̄ sit dormiēdū capite eleuato vl' nō eleuato.

De passiōibus aīe.

Haly. commēto. 22. 3° ſtegni. No. hystoriam.

De inanitione.

De eūone.

De cibo et potu sunt he cōditiones.

Prima:

Secunda.

Tertia.

Quarta.

cilis digõnis vt legumina sunt vaporosa etiam vt sunt nuces ꝛ castanee. Uñ Gal. 2°. meimir cõdemnat glandes ꝛ castaneas: maxime ēt nuces sunt euaporatiue: sed castanee ꝑpter cruditatē earũ sunt ꝓhibite. Et Rasis de fructibus p̄mo cõtinentis vituperat dactilos vbi dixit. Et caueat supple patiēs a fructib⁹ palmaꝝ. qꝛ de eorum ꝓprietate est inducere sodã. Quinta cõditio ꝙ cibi sint modice quãtitatis: qꝛ cõicat dolor capitis stomaco nocumentũ: ꝛ ita addit in dolorem capitis ex effumatione cibi existentis in stomaco si nõ bene digeraẗ: q̄ ꝑpter suã multitudinem nõ bene digeri põt: sed in malos humores trãsit. Sit tñ tãte quãtitatis ꝙ ex eo sufficienter possit virtus cõseruari: ꝛ ne sequaẗ famis tolerantia q̄ in casu sepe nocet. ¶ De potatione vini oẽs cõcordant vt auferaẗ p̄sertim in prioribus tꝑibus: sed in declinatione cõpetit mixtũ: ꝛ parũ tñ ꝙ sit aromaticũ. Sed in assuetis multũ vino a quo nequaꝙ̃ volũt abstinere etiã a prin°. debemus exhibere: sed albũ aquosum ꝛ debile ꝛ eo magis cõcediẗ: qꝛ est ex rebus calori naturali maxime cõuenientib⁹ lꝫ etiã sit ex rebus magis nociuis capiti aiali ꝛ neruis et nuce ꝛ nõ exhibeaẗ nigrũ. qꝛ vt vult Gnil. de bria vinũ nigrũ lꝫ ceteris paribus plus nutriat ꝙ̃ albũ ꝑpter substantiã eius esse magis densam: tñ qꝛ diuti⁹ moraẗ in stõaco ꝑpter tardiorē eius digõnē ꝙ̃ albũ: ideo pluri tꝑe ad caput effumat. Igiẗ in casu est auferendũ vinũ nigrũ: et albũ magis est ꝯueniens nihilomen⁹ in fine mẽse si exhibeaẗ de aliquo stiptico: est meli⁹ exhibere nigrũ ꝙ̃ albũ p̄sertim in dolore capitis nõ ꝑ cõitatē a stõaco. ¶ Istõ regimē qȯ fuit cõe facile trahi põt ꝑticularizari ad diuersas cãs qm̃ in mala cõplõne calida: siue materiali siue immateriali dꝫ totũ regimē iclinari ad fridũ: ꝛ ex parte aeris q̄ si nõ habeaẗ naturalr̃ ꝓcureẗ artificialr̃ cũ aspersiõe rerũ frigidaꝝ nõ aromaticarũ ꝑ camerã de q̄bus dictũ est circa textum ordinãdo ēt regimē in dieta inclinãdo ad frigidũ cũ cibis de q̄bus dictũ est supra: nõ tm̃ cũ lactucis: ꝛ portulacis: ꝛ cũ pultib⁹ ordei q̄ singularissime ab oĩbus laudanẗ in oĩb⁹ acutis morbis ꝛ pēdentibus a cã calida. Preterea q̄ ponit Aui. p̄° quarti. in ca°. gñali de cibatione febricitantiũ. ꝛ Hyp. ꝛ Gal. in p̄° regiminis acutoꝝ in pluribus textibus ꝛ cõmētis: ꝛ mirabiles eius dotes posuit Azaranius in ꝑticula. 26. ca°. p̄mo post prohemiũ. ꝛ ibi ponit moduꝫ p̄parationis multũ singularē ꝛ artificialē de kist ordei queꝫ nõ curo adducere ꝑpter abbreuiare: sꝫ ēt in multis alijs cibaris. qꝛ tñ vt dicit Auic. in cura sode calide: nõ tm̃ opꝫ vt nutriaẗ eger cibis infridãtibus gñatiuis sanguis fridi: sed ēt trahētis ad siccitatem: ꝛ grossitiē aliquantulã: ꝛ stipticitatem ꝑpter maiorē cõpressionem ne ex dolore vapores sursum eleuenẗ. proinde laudauit Rasis lentes in textu. ꝛ ita vꝫ milium vel panicũ decoctum in brodio. hoc tñ totum intelligaẗ vt dicebat Auic. nisi timeaẗ siccitas nature. nã tũc opꝫ cum lenitiuis magis intendere. qꝛ ventris leuitio vt supra dictum est: est in omni soda necessaria: etiam in dolore a causa colerica cibaria magis ad humidum debent declinare ꝙ̃ sanguinea vt etiã fuit supra dictũ. i. minus ad siccum. ꝛ de his nõ curo particulare ꝑpter abbreuiare: ꝛ qm̃ fortassis de aliquibus in curis specialibus causarum doloꝝ fiet mentio. semꝑ quidē memoranda in toto regimine est illa sñia aurea. d. Gal. 3° tex. textu cõmen. 22. qꝛ diuersis causis nõ potest vnum regimen adaptari qñ siquidē indiget motione corpus gimnasiũ quidē. i. exercitiũ sanũ: quies vero egra: qñ vero requie: quies quidē sana. egrum vero gimnasium. similiter vero ꝛ in cibis ꝛ in alijs oĩbus. vt dixit. Scõm igitur necessitatem contrariarum causarum oportet vti cõtrarijs applicationibus.

Quinta ꝯditio.

Auferatur vinũ prioribus tꝑibus.

¶ Dubitat iterꝫ Gētilis q: dixerat a colera pura. Nā Auēzo. tract. 3°. dixit ꝙ neq̄ȝ in his pāniculis neq̄ȝ in alio pōt fieri apa a spāli hūore solo: cū sanguis fit alijs humoribꝰ ꝑmixtꝰ. Etiā ꝓ hoc est sñia Gal'. 2° ꝓnostico. in cōmēto. 31°. vbi declarat ꝙ humores nō sunt simplices in corpore humano sed sunt cōmixti. ¶ Rñdet Gētilis: ⁊ bñ vtilr̄ ꝙ esse ex colera pura pōt duplr̄ intelligi. Vno mō ꝙ illa colera fit totalr̄ ⁊ situaliter distīcta ab alijs hūoribꝰ. Et hec nō inuenitur nisi forte ī receptaculo ꝓprio. Alio mō dr̄ colera pura citria. i. de hoc aggregato dñante plꝫ colera. i. excedēs colera alios humores vel alr̄ a colera pura. i. nullo mō alterata nec adusta ⁊ sic pura nō dicit mihi simplicitatē humorꝫ. Ex his modis verꝫ est ꝙ pōt fieri ex colera pura. ¶ Ex dictis ergo seq̄t̄ ꝙ nō pōt fieri carabitus: ita vt fit apa vētosum nec aq̄sum nec flegmaticum. s. dñanter: īmo semꝑ est caliu a dñio ꝑ essentiam. ¶ Seq̄t̄ ergo correlarie ꝙ oīa talia apata sunt ꝑnitiosa: iō Gal'. p° ꝓnostico. cōmēto. 26. super textu: īmobilitas manuū in fine cōmēti dixit ꝙ frenesis est ꝑnitiosa ex oī suo gñe: nā est apa calidū. ⁊ accñtia sunt vehemētia ⁊ in mēbro ꝑncipali. s. in cerebro vel pāniculis eius īmediatis: ideo ēt dicit Mes. in ca° de frenesi. ꝙ cū confirmatur est incassum oꝑatio: sed cū incidit pōt liberari: sed nō apud indoctos ⁊ negligētes: est g̃ morbꝰ de se mortalis si ly mortale dicit nō mortē sed ꝑiculosum ad mortē: q: frenesis vt plurimum in quarto perimit: ⁊ si transit quartū liberari pōt. ¶ Sequitur vt dicatur de signis.

Signa.

Signoꝝ igit̄ q̄dā sunt ꝓnostica: q̄dā sunt demonstratiua: ꝓnosticoꝝ quedā sunt significātia eius euētū: ⁊ q̄daꝫ sunt ꝓnostica ad salutē ⁊ quedā ad mortē. Et de demōstratiuis: quedā in gñe declarant frenesiꝫ veram: quedā non verā: ⁊ in vera quedā declarant tꝑa eius apatis: vt principiū augmentum ⁊c. ⁊ quedā declarant locū lesum vt locū apatis: ⁊ q̄dā declarant spāliter cās māles eius: ⁊ sic erit expeditum de signis.

De signis ꝓnosticis future frenesis. Primum.

¶ Signa ꝓnostica ad frenesim futurā veram sunt primo dicebat Aui. in cap° signoꝝ. Cū vides signa egritudinum acutaꝝ: ⁊ febres prauas. s. multe inflāmationis: et stringitur natura. s. q: minuitur fluxus vētris: ⁊ vrine: tunc id nunciat firsen: ⁊ est quasi ex nūcijs fortibꝰ: ratio est satis clara: q: declarat cōuerti materiam sursum ad caput q̄ de se est acuta calida: vt ptꝫ ex prauitate febris et acuitate morbi: ⁊ sic est rōnabile dictā māꝫ penetrare in pāniculis cerebri. ⁊ causare apa freneticū.

Aliud signū

Et dixit Alex. ꝓcedit verā frenesim freq̄uēs insomnietas ⁊ somnia inquieta, cū mētis turbatione exiliunt ⁊ fantasias patiūtur: ⁊ aliqua se videre dicunt: volentes etiam q̄ futura sunt ꝓdicere ⁊ incipiunt minari eis qui in domo sunt: ⁊ dum loquuntur aliud ex alio dicunt ⁊c. Et cū ꝯiūgitur febris cū continuo dolore capitis ⁊ instātia vigiliarum: hec sunt signa pronostica vere frenesis: ⁊ eadē sunt signa demonstratiua parafrenesis vt alienatio: febris ⁊ siĺia. Nā si est mala q̄litas in cerebro ipsa extenditur, ⁊ attrahit mām: ⁊ facit mām gñanteꝫ veram frenesim.

De signis ꝓnosticis

¶ Signa aūt ꝓnostica ad frenesim non verā sunt q̄cunq̄ȝ signa antecedūt ad nocumēta ꝓpter q̄ fit nōvera frenesis de q̄bus dictū est supra: ⁊ hoc modo cause febris ꝯcluse: ⁊ cāe apatis stomaci et. cāe pleuresis: ⁊ alioꝝ silr̄ nocumētoꝝ sunt signa pronostica parafrenesis siue frenesis non vere: qm̄ ad dicta nocumenta sequitur dicta nō vera frenesis que multum vicina est frenesi vere ꝑ hoc qđ cōicant in dolore capitis in permixtiōe mētis ⁊ feb. ⁊ maxime cōicant cum fit parafrenesis propter dyafragma. vn̄ dicit Gal'. tñ differunt vt dicebat idem Gal'. 5°. interioꝝ. cap°. 4°. dixit sic Sed differētia alienationis que fit ꝓpter dyafragma ab ea q̄ fit ꝓpter compassionē cerebri: hec est: q: in ea q̄ ꝓpter passionem cerebri accidētia in oculis apparent. ⁊ gutte sanguinis de

naribus distillant sup. aliquotiēs sine anheli-
tu. s. diuerso: immo añ alienationē hñt anheli-
tum magnū vbi ecōtra in apate dyafragmatis
est anhelit⁹ paruus vel diuersus ⁊ spissus: ⁊ ab
initio morbi hypocūdria superius trahūtur: et
supp. stat dolor circa spūalia cū siti ⁊ caliditate
in spaciositate pectoris vt dixit Raſ. pº ꝯtinē-
tis. In passione añt cerebri vt dicit: caput ⁊ fa-
cies sunt magis fortius calida ꝙ in passiōe dya
fragmatis: sed vłr inter frenesim verā ⁊ nō verā
est drīa: q2 in frenesi vera est febris conclusa: et
alienatio est ꝯtinua: nō sic est in frenesi non vera
immo aliqñ alienatio intēdit ⁊ remittit ſm in
tēsionē ⁊ remissionē nocumēti cōicātis: vt in fe
bre ad remissionē febris remittit alienatio: vt

Nota.

d2 pº ꝯtinētis. ¶ Dicit tñ Gentilis ⁊ sunt bona
verba ꝙ aliqñ hoc non est verꝝ in febribus: imo
aliqñ in declinatione febris intēditur parafre-
nesis ⁊ alienatio: ⁊ ꝓpter istā cām vocatur fre-
nesis non vera: q2 nō cōcomitatur essentialiter
morbum. Modus añt quo intendit ipa aliena
tio remissa febre est: qm̄ ꝓpter vapores eleua-
tos a mā in statu febris in ꝓcessu facta impssio
ne in ipso cerebro fit in eo ebullitio ⁊ nocumē-
tum: lꝫ febris remittatur: etiā ꝯtingit cum mā
transmittit ad extra venas ⁊ ꝑmutatur versus
caput: minuit febris: lꝫ crescat nocumentū ca-
pitis: immo sepe ꝯtingit in declinatione poris
mi frenesiꝫ augeri: q2 tunc mā expellit: vbi pus
fixa stabat: ⁊ nō a virtute resoluebat: sed in de

De signis ꝓnosticis ad salutē. Primum. Secundū.

clinatione resoluta mā in vapores sursuꝫ ad ca
put ascēdētes fiet maior dolor capitis ⁊ para-
frenesis. ¶ Signoꝝ añt ꝓnosticoꝝ ad salutem
sunt duo. ¶ Primū vt qñ. s. frenesis ꝯiūgit cuꝫ
risu quasi cōtinuo. tū qm̄ significat ꝙ fit ex mā
nō multū maligna: q2 ex sanguine: ⁊ maxime cō
stat signum pñtie sanguinis significat ergo bo
nū qñ fit cū risu. ¶ Scōm signuꝫ salutis est qd̄
recordat aliquaꝝ reꝝ q̄ ꝑcesserūt. nā aliquo tpe
rectificat eoꝝ iudiciū: vñ intrabūt in discursuꝫ
rectū: ⁊ si dicat sibi quid faciebas dicet aliqua
q̄ videbat ⁊ recordat aliquorum: tūc est bona si

De signis mortis. Primū signū.

gnificatio: q2 significat ꝙ nō est lesio in imagi-
natiua vel in memoratiua ꝯfirmata. ¶ Signa
vero mortis dicūtur esse fletus aliquotiēs cuꝫ
risu. nā arguet eterogeneitatē in mā et ꝑcipue
qñ post seqtur risus paru⁹ ad fletū. vnde dixit
Rasis pº continentis. cū patiēs vna hora ridet
⁊ alia plorat mors ꝓpinqua sequit: ponit aliō:
si in poplite eius apparet aliqd̄ croceū sile fabe
⁊ durū: ⁊ si supuenerit fluxus vel vomitus defi

Aliō signū

ciēt in 6ª. ¶ Aliud signū ꝓnosticū de morte est
cū apparet vrina alba ⁊ aquosa cuꝫ alijs signis
vere frenesis. nā arguit raptū māe ad caput: et
de hac dicebat Aui. ⁊ nullus q̄dē visus est hñs
apa in ꝑtibus cerebri cuius vrina fuerit aquo-
sa q̄ euaserit: etiā potissimū signū est qñ spasmā
tur crura: etiā qñ cā est sursum rapta ⁊ nō dolēt
¶ Aliud signū mortis infra horā est qñ cū acci
dētibus ꝑdictis fit vomit⁹: ⁊ fluxus ꝑcipue vo
mitus de colera prassina vł vinaria: etiā cū cur

Aliud.

rūt hincide: ⁊ currēdo cadūt. Nā signū est ꝙ na
tura applicat oēs spūs ad motū: ⁊ resolutꝫ spi
ritibus cadūt mortui: q2 nō est mā ꝓportiona-
ta ꝓ gñatione alioꝝ spirituū. ¶ Fortis etiā in
dicatio est ad mortē qñ nolūt sumere cibū cuꝫ
ipsi plurimū dissoluātur: ⁊ cibus q̄ offertur nō
dat nisi modice ꝗtitatis. ¶ Aliō etiā signū ad

Aliud.

mortē est qñ ad anhelitū magnū seqtur anhe-
litus paruus diuersus ⁊ nō sūt alia accidētia
de nocumētis spūaliū: ita vt significet ꝑmuta-
tio materie ad illas partes. Nā sunt habentes
anhelitū magnū: q2 hñtes aīm ad aliquā fanta
siā suspēdūt actū dilatādi. Et tādē facta neces
sitate in attractiōe aeris opꝫ eos multum aerē
vnica vice attrahere. Et ideo cū nō possunt fa-
cere nisi paruū āhelitū est signū impotētie vir
tutis vł inobediētie instrumētoꝝ in dilatādo.
⁊ sic signum proxime mortis. ¶ Positis signis

De signis demōstratiuis.

pronosticis veniendum est ad signa demōstra
tiua: ⁊ primo generis deinde specierum: conse-
quenter temporum apostematis: ⁊ postremo
terminationis. ¶ Signa igitur demonstrati-
ua gñis. i. absolute frenesis sūt primo ſm Gal.
5. interioꝝ. caº allegato ꝙ ocłi sūt siccissimi: ⁊
hoc est ꝓpter exiccationē cōtingētē in humidi
tatibus a caliditate apati. Addit tamē ꝙ qñq3
vt videbit in ꝓcessu ab vno oculo exeūt lachry
me calide. Et hoc est ex debilitate ꝯtingēte cō-
tētiue: ⁊ cū vocātur nō rñdent: et hoc est: q2 di-
uertūtur ad fantasias multas: ⁊ incipiūt euelle
re pilos a pānis. s. existimātes false tales pilos
esse eis ad nocumētū: ⁊ lingue multū exasperā
tur ꝓpter exiccationē ꝯtingetē ⁊c. Et addit: et
voces audiūt voce nō emissa. i. aliquotiens re-
spōdēt nō interrogati: quasi essent interroga-
ti. Et hoc est ex corruptiōe imaginatiue eoꝝ: et
intelligūt ea q̄ nullatenus dicta sunt. i. existi-
māt se itelligere aliqua esse dicta q̄ nō sunt di-
cta: ⁊ iacēt supini ꝓpter debilitatē ꝯtigētē in
eis ⁊ ſm hūc situ meli⁹ acquiescūt: iacēt tristes
nihil rñdētes ꝓpter nocumēta ꝑcepta. ⁊ diuer
sas fantasias immutātes: ⁊ cū rñdēt. rñdēt cuꝫ
nimia duricie ⁊ angustia: quasi dolētes ⁊ anxia
ti. Et si pūguntur minime sentire vidētur. s. ali
quotiēs: ⁊ stat alienatio in loquela. ¶ Et hec ⁊
similia signa annotauit etiā Auic. in capº. pro
prio de signis dicit: ꝙ signa cōmunia: ⁊ cōseque
ter generis vere frenesis sūt alienatio supflua
quādoque: ⁊ abscinditur aliquando talis alie-
natio superflua non quod alienatio absci-
datur: sed abscinditur superflua abhominatio
loquele. s. in respondendo. vt etiam dicit Gal.
supra: cū hoc tñ stat ꝙ quasi semper loquātur
⁊ ideo ex pigritia loquele in rñdēdo ꝓpter fan
tasias diuertētes vt dictū est: ⁊ est in eis ꝑmix-
tio intellectus ⁊ rationis q2 false imaginātur
⁊ false iudicāt: ⁊ est inq̄sitio extremitatū id est
rerū minutaꝝ. nā inquirūt paleas lecti ⁊ pilos
euellunt: vt supra dicebat Ga. Et extrema sepe
frigēt ꝓpter reuocationē caloris ad locū apo-
stematis: ⁊ fuit sentētia Gal. 7º affo. cōmento
primo. Et somnus est eorū inquietus. id est cuꝫ
dormiunt et excitantur ab ipso: et clamant ꝓ
pter varias fantasias imprimentes tristitiam ⁊
timorem: et est eorum somnus secundum pluri
mum agitatus et commotus cum fantasijs et
somnijs terribilibus supp. que manifestantur
ex actibus suis scilicet loquela: et videntur vel-
le fugere vel se occultare. ⁊ ipsorum vrine sunt
declinantes ad tenuitatem ⁊ subtilitatē ꝓpter
conuerti materias ad locum apostematis. Et
pulsus sunt duri propter apostema in membro
neruoso; aliquando tamen humectant ⁊ molle-

fiunt pulsus: qm̄ cerebri substantia est humida a qua resoluto humido humectaꝛ artaria. Cum his igitur: ⁊ similibus sufficienter declaraꝛ supra frenesim.

De signis temporum morbi.

¶ Jam opꝫ ponere signa tēporum a primo principij vel cū est proximū futurū pn̄cipium deinde alioꝝ temporum. Dicebat ergo Gal. cū incipiunt pati vigilias sup. supfluas: et aliqn̄ corrupte ⁊ inordinate dormiunt imaginationibus eis apparētibus sup. in somnijs terribilibus: adeo ꝙ coacti clamare incipiunt: ⁊ q̄si inuiti: ac stupefacti a lectulo surgunt: ⁊ aliquādo sine aliqua cā oblinionē patiunꝛ: qꝛ si mixerint in vase reddere vas obliuioni tradūt: inordinate quoqꝫ rn̄dent eis qui ad eos loquunꝛ: et plurimū audacter: ⁊ temere rn̄dent: maxime cū in sanitate fuerint mites: ꝑ hec signa declaraꝛ principiū proximū. Et si postea ꝯiungaꝛ febris cōclusa cū caliditate capitis: ⁊ reliquis signis generalibus positis supra: de alienatione tunc iam est prin^m. Et de hac dicebat Aui. precedunt carabitū sup. de primo obliuio rei ꝓpinque. i. de propinquo ⁊ tristitia sine cā: ⁊ somnia mala: et soda multa: ⁊ grauitas ⁊c. Et addit: ⁊ accidentia hec fiunt fortia dū materie ꝑseuerant in itinere perueniendi ad caput. i. dū fluunt: ⁊ reuoluuntur in venis suis: ⁊ subtiliaꝛ. i. cū iam perueniunt per venas minutas: ⁊ subtiles terminatas ad vacuitates medias ipsoꝝ pāniculoꝝ: ⁊ recipiūtur in dictis vacuitatibus tūc iam est apa in prin^o: ⁊ maxime dicebat Auic. Cū inueniunt principiū doloris in posteriori ꝑte capitis: qm̄ primum erat dolor in parte anteriori. ¶ Sꝫ cū subintrat materia in panniculū extēso pānicu lo p̄ternaturaliter cōtrahitur: ⁊ qꝛ terminaꝛ in acutiem siue conū in parte posteriori versus nucham circa illā partē contrahiꝛ: ⁊ extendiꝛ propter cōtinuitatē eius cū parte anteriori: et sic dolet pars posterior vbi est cōiunctio colli: ⁊ capitis. Deinde cū desiccanꝛ oculi eoꝝ vehemēter cōtrahuntur ⁊ accidunt alique lachryme proprie ex vno oculoꝝ: ⁊ vene frontis multū rubēt: et fricant oculos suos ꝑ nocumentū eis cōicatum: ⁊ reliqua accidētia cōia dicta intendunꝛ: tunc iam est augmentū. ¶ Postea cū succedunt distillationes guttatim sanguinis ex narib⁹: et iam declināt ad requiē: ⁊ quietē in maiori ꝑte corporis: ⁊ qꝛ in manibus ⁊ lingua mouenꝛ colligendo pillos: ⁊ inordinate loquēdo iā est status sup. cū reliquis accidētibus dictis qꝛ declaratur ꝙ virtus naturalis ⁊ motiua est ꝓstrata: ⁊ sic de ꝯfirmato apostemate: ⁊ tūc nō oꝫ salutē expectare: vt supra dictū est: p̄cipue si aliqd̄ de membris ipsoꝝ dolorosis impetuose tangiꝛ: et nō sentiunt vel nō ꝑcipiunt ip̄m. ¶ Signa vero partium lesaꝝ dicebat Aui. qn̄ apa fit in ꝑte anteriori: ⁊ sup. nō cōicatur notabiliꝛ medie: tunc imaginationes sunt corrupte: ⁊ imaginanꝛ fantasias que nō inueniunꝛ: vt qꝛ incipiūt colligere pilos ⁊ hm̄oi fantasias facere: sed qn̄ cōicaꝛ etiam medio vētriculo corrumpiꝛ estimatiua ⁊ cogitatio: ⁊ turbaꝛ i eo qd̄ agit: ⁊ loquiꝛ cū alienatione plurima: ⁊ cū cōicatur posteriori parti: tunc perdiꝛ etiā memoratiua: ⁊ obliuisciꝛ quasi eius qd̄ agit: ⁊ videt in p̄senti. nā cū petit aliqd̄ et p̄senteꝛ ei nō recordaꝛ se q̄siuisse: ⁊ sic cū apate pāniculoꝝ cōcomiteꝛ etiā apa cerebri ad modum supra expositū: tūc fit ipsius facies rubea: et ab oculo fluunt lachryme: ⁊ oculi fiūt rubei: ⁊ exeunt vehemēter: qꝛ hoc fit ꝓpter magnitudinem apatis ⁊ exuberantiā materie de qua resudat ad radices oculoꝝ: ⁊ sic extendunꝛ oculi et pereminent exterius.

Sex sunt signa frenesis sanguinee.

¶ Jam veniamus ad sig^a diuersaꝝ sp̄erum ex parte materie. Primo ponātur signa carabiti p̄cedentis ex sanguine q̄ sunt vj. sm̄ Rasim in diuisionibus. p^o febris ꝯtinua. 2°. rubedo faciei: ⁊ oculoꝝ. 3^m signū est tēsio venarum: maxime sm̄ caput rubedo in facie ⁊ mēbris eius: hoc tn̄ signū nō est multū necessarium vt supra declaratū est: sed qꝛ plerūqꝫ tale apa a sanguine magis peccat multitudine q̄ qualitate: ideo apparet color rubeus in facie. 4^m signū est pulsus magnitudo: qꝛ stat obedientia instrumentoꝝ cū necessitate aucta. 5^m signū diciꝛ qd̄ non vigilant tm̄ sicut hn̄tes apostema colericū. quia fumi sanguinis nō sunt ita praui sicut a colera. 6^m diciꝛ ꝙ ista apata accidunt cōiter corpori grosso sanguineo: ⁊ fiunt in corpore cōsueto vti. ⁊ vino ⁊ carnibus: ⁊ sisamis: ⁊ his q̄ vtuntur cibarijs de melle ⁊ zuccarro que multū generant sanguinē.

Alia vndecim signa specialia.

¶ Auic. plura ponit signa. Prio stat cōitas signoꝝ de omni frenesi: post sunt signa sp̄alia. x. vel. xj. Primū sumitur ex ꝑte risus preter alienationē. nā sunt cū risu si fit apa sanguineum. 2^m sumitur ex ꝑte distillationis sanguinis per nares due gutte vel plures dextra: si fit a dextra apa: ⁊ ecōtra ab ambabus si fit apa in vtraqꝫ. 3^m signū est ꝙ lachrymanꝛ oculi: non quidem simpliciter. qm̄ in sanguineo. ⁊ in colerico fit exiccatio: sed fit exiccatio maior cerebri in colerico: ⁊ sic minuuntur lachryme in sanguineo min⁹ q̄ in colerico: ergo in sanguineo multiplicanꝛ respectu colerici. 4^m signū est ex lippitudine. nā habēt lippitudinē ad oculos. 5^m signum sumiꝛ ex anhelitu q̄ est magnus. 6^m ex asperitate lingue trahente ad rubedinē aliqualiter declināte ad nigredinē. Dicit Auic. aliud signum sumiꝛ ꝙ lingua debiliꝛ moueꝛ: ita ꝙ debiliter loquunꝛ. nō prompte. nā replenꝛ vene lingue: ⁊ sic difficulter loquunꝛ. aliud signū ꝙ imaginantur rubeas imagines. aliud signū ē ꝙ frequētant ad sedeñ. sine manifesta cā: dicit Nicolus ⁊ idē Gentilis. rō est qꝛ habēt multitudinē sanguinis q̄ est calidus: caliditas facit ad motum: ⁊ postea ꝓpter granedinē capitis ⁊ cogūtur ad dispositionē: vt sedeant.

Signa frenesis colere.

¶ Signa colere pure primo stāt accn̄tia cōia dicta: sꝫ fortior est febris: qꝛ colera est magis inflāmabilis q̄ sanguis ocl'i sunt leues mltū mobiles nō hn̄t lipā ad oculos hn̄t ēt oculos mobiles ꝓpter fortiores imaginatiōes. ¶ Aliud signū est ꝙ multum ꝯuertūt man⁹ ad ocl'os: ⁊ fricāt ocl'os: qꝛ ꝑcipiūtur vapores mordaces ad ocl'os. ¶ Aliō sig^m ꝙ intrāt mores rapaces. nā videnꝛ iracūdi rixosi litigātes. ¶ Addit Aui. ꝙ ei⁹ cā est sibare. i. ꝓpꝛ ei⁹ cām. i. apa colericū est sibare. i. pl'ima alienatio.

Sibare dupliciter sumitur.

Nā sibare sumiꝛ dupliꝛ. Prio ꝑ apate colerico ex colera adusta cerebri. 2° mō sumiꝛ ꝑ maxima alienatione: ⁊ ita sumitur hic. ¶ Aliud signum est paucitas somni plus vigilant quam sanguinei: immo in sanguineis aliquotiens est quasi subeth ex resolutione multorum vaporum sanguineorum: et maxime si apostema fuerit in ipso cerebro: vt videtur colligi de mente Auicen. in capitulo de herisipila cerebri.

Signa frenesis a colera adusta.

⁋ Signa colere aduste sunt signa q̄ dicta sunt cōia: vt alienatio ⁊ febris. Addit text⁹ ꝙ ibi sit demonium. Nā quo ad mores declināt ad rapacitatem: lacerāt pannos: mordēt sibi linguā: et precipitant se deorsum. Et vt plurimū moriunt̄ nō sic ex colera pura. oculi trahunt ad nigredinem: tabescit facies. multū demacrant̄: frōs cōtrahitur. Ratio: nā in colera adusta magis cerebrū exiccat̄. ⁋ Signa v̄o ex materieb⁹ ꝯpositis sunt signa cōposita. ⁋ Signa v̄o teriatōis p resolutionē satis sunt manifesta ex remissiōe accidentiū. Et si teriet̄ sensibil̄r ad eūationē: est ēt manifestū ex sensu de diminutione nocumētoꝝ et eūone materie p nares ⁊ aures. ⁋ Si vero ꝑmutetur ad litargiā ad quā frequēter ꝑmutat̄. vt. s̄. dictū est minuunt̄ accn̄tia caliditatis ⁊ siccitatis. s. de vigilijs ⁊ motu inq̄eto: ⁊ extenuatiōe et exiccatione oculoꝝ ⁊ paucitate sputi: vel hūiditatis salivalis. Et augent̄ signa opposita: qꝛ fiunt somnolēti: ⁊ oculi remanēt clausi: ⁊ lachrymantur: ⁊ saliua currit ex ore eoꝝ: ⁊ pulsus tardatur: ⁊ lenis fit ⁊c. ⁋ Et sig^a ꝑmutationis ad alia āp̄ata aliorum membrorum declarantur ex signis apostematum illorum membrorum dicēdis in capitulis suis ⁊c.

Signa terminatōis p resolōnē
Signa ꝑmutationis.

Cura.

Jam ergo sequit̄ tractat⁹ de cura frenesis: circa quā p̄^a intētio est regimē in dieta ꝯtinēs obseruationē sex rerū nō nālīū. 2^a intētio vertit̄ ad materie eūonē. 3^a ad diuersionē materie alterationē ⁊ ꝯfortationē mēbri. Ultima erit ad q̄dā accn̄tia q̄ sequunt̄ ad morbum. ⁋ Et ad oēs has oꝑationes ꝑficiēdas est vnū p̄n^m cōe ad oēs. s. ꝙ iste intētiones maxie vertunt̄ an̄ꝙ sit morb⁹ ꝯfirmat⁹: qꝛ qn̄ morbus est confirmatus vt plerūqꝫ est cassa oꝑatio. vt dicebat Mes. in ca°. ꝓprio: opꝫ ergo multū attēdere ne sit defectus quispiā ex ꝑte medici nec ex parte astantiū: nō tm̄ cū regimine cōuenīēti in dieta: nō solū cū alteratiuis: sed cū oīb⁹ his cōplicatis. s̄m tū diuersas horas tp̄m morbi et anni.

Ad curam frenesis cōcurrunt q̄tuor intentiones.
Uertūtur he intentiones an̄ confirmatione frenesis.

⁋ Regimē ergo in dieta ꝯsistit in electōe sex rerū nō naturaliū: ⁊ p̄mo in electione aeris. Dicunt q̄dā ꝙ inclinet̄ aer ad frigidū. Ratio qꝛ ap̄a calidū cū intētione fe. ⁊c. oꝫ ergo infrīdare. ⁋ Contra hāc sn̄iam est cōis opinio autorum. Nā Aui. Alex. Mes. Seraṗ. volūt aerē esse tēperatum. Alexādri rō erat: qꝛ si aer calidus est facit ad euaporationē ⁊ ebulitionē. ⁊ sic nocet. Sꝫ si frigidus facit ad cōstipationē ⁊ restringit materiā ad intra. sit ergo tēperatus: sꝫ in estate aliqual̄r ad frigidū declinet: in hyeme aliqualiter ad calidū. Sed qꝛ cōiter hec passio accidit ī estate: ⁊ in iuuenibus calidis: ideo dicūt aliq̄ aerē debere aliqual̄r esse frigidū: ⁊ hoc maxie veꝝ est in p̄n°. qm̄ in ꝓcessu magis dꝫ esse tēperat⁹. Est ergo dicendū ꝙ l̄ꝫ aer dꝫ esse tēperatus formal̄r dꝫ tn̄ aer alterari cū aromaticis frigidis: vt aer qui attrahitur per inspirationē sit virtualiter infrigidatiuus. ⁊ sic prohibebit ebulitionē humorum ad intra. Et hoc innuebat Auic. cum dixit. Et opꝫ vt in domo eius: ⁊ iuxta ip̄m sit multitudo redolentiū frigidoꝝ ⁊c. ⁊ qꝛ extra tēperamentum non facit ad constipationem pororum debet etiaꝫ esse aer purus a vaporibus: non sit grossus neqꝫ pinguis. Ideo ꝓhibeat̄ presentia multarum personarum in camera ⁊ ꝓhibeatur a ventis calefacientibus vel infrigidantibus.

Prima intensio.
Questio.
De dispōe aeris.
Nota.

⁋ Debet etiā aer esse luminosus s̄m quosdam: s̄m alios tenebrosus: ⁊ sic in hoc est ml̄ta diuersitas autorum. Sed vt tollat̄ cōtradictio dicat̄ ꝙ si infirmus fuerit talis dispōnis ꝙ in aere luminoso se cōuertat hac ⁊ illac diuersa inspiciendo: dꝫ aer esse tenebrosus. Sed si sit de illis qui incurrunt timorē propter tenebras vel ꝓpter tenebram: tunc nō sit simpliciter tenebrosus: ⁊ si propter diuersam apprehensionē cōuertat̄ ad diuersas cogitationes: maxime cū egritudo fuerit ex colera adusta nō cōuenit tunc aerem esse obscurum. Nunꝙ tn̄ aer sit nimis lucidus propter dissolutionē ⁊ agitationē. Ideo caueat̄ ne fiat magnus ignis in camera nec accēsio multorum luminarium. nec radij solis intrent cameram: sed solū ita lucidus: vt infirmus possit cōprehendere medicum ⁊ amicos astantes quos cōsueuit revereri: qꝛ ita se regulant in actionibus aliqualiter: ⁊ qui dicant̄ sibi grati ⁊ misericordes ⁊ prudentes: vt dixit Aui. Nec irascātur si infirmus forte prorūpet in verba ignominiosa cōtra eos: ⁊ sint solū tres vel quatuor assistētes.

An luminosus vel obscurus.

⁋ Sit etiā camera bene disposita nuda picturis vl' dealbata: vel viridis: nō sint depicte figure nec forme: qꝛ infirmi multū imaginant̄ ⁊ diligunt intueri in illis figuris: ⁊ sic multum laborant. Et ideo alij addunt non sint ibi vestes deuisate varijs coloribus propter diuersas imaginationes: ita etiā de apparatu camere: vt de coopertura lecti: ⁊ de similibus: ⁊ hec de aere sufficiant. Si tn̄ aer in estate inclinaret̄ ad calidū artificialiter infrigidetur cū aspersione nenufaris ⁊ rosis: ⁊ incidantur poma in frustis ⁊ facere pomum de laudano: vel de cera: cū aromaticis frigidis. vt camphore: ⁊ aromatoꝝ: ⁊ tene sup lecto.

De dispōe camere.

⁋ De motu ⁊ quiete quiescant quantū possunt in lecto: neqꝫ oportet vt surgant. Nam videntur aliquādo proferre verba sani: ⁊ alloqnūtur placide medicum vt surgant. Postea cū surrexerint deueniunt in aliquam fantasiā ⁊ multa mala faciunt: ⁊ aliquando mirabilia: ita vt dicit Nicolus habuisse fratrem freneticum qui futura predixit que venerunt ⁊ multa predicta vera: de quibus in sanitate nunquam habuerat cognitionem. Et in hoc dubio: opꝫ vt ligētur. Ligentur tamen magis benigne quam fieri potest cum fassijs: ⁊ similibus ne irascantur ⁊ accedat̄ ad eos benignius ꝙ̄ potest: nec cōmoueatur lectus in eūdo ad eos. Nec oportet aliquo modo inducere eos ad furorem vel tristitiam: sed sunt inducenda verba alacria ⁊ subtilia: submissa. s. voce. Ideo dicit Mesue. Oportet vt inducatur eis gaudium sed leue: vt cum sono musicorum instrumentorum: ⁊ sit sonus suauis nō multum fortis: vt tubarum: ⁊ similium: quia tales soni fortes faciunt nimiam agitationem in humoribus ⁊ in cerebro: vt sunt tube ⁊ organa. Nam filius meus Jo. matthei: Papie incidit in epilentiam propter improuisum sonū tubaruꝫ cum doctoraret̄ quidā. ⁊ infra. 10. horas obijt.

De motu ⁊ quiete.
No. de fratre Nicoli frenetico.
Nota de filio Joan. Matthei.

⁋ De somno dicatur q̄ somnus eis est maxīo iuuamento ad ap̄ata maxime colerica. nam in omnibus sunt superflue vigilie. Inducantur ergo ad somnū cū lenibus cantilenis: sonis suauibus: ⁊ bonis verbis: ⁊ sit sonus velut fragor arboꝝ leuiter cadentiū in nemoribus. Etiam solent ponere practici linteamina extensa in ca-

De somno et vigilia.

mera ⁊ aquā/supponere deinde ponere sub eis vasa enea sup q̄bus sonat aqua eiecta: ⁊ inducit sonū suauē: inducātur ad somnū q̄uis hora Nā ꝑ ip̄m q̄etātur humores ⁊ infridaꝛ febris. vt dicit Ras. Et inde etiā dicebat Aui. in dormitiōe ipsoꝝ existit multū iuuamētū. Et dixit Alex. in hoc ca°. Sōn⁹ laborāti reddaꝛ p̄ aliȷs eo ꝙ solū ⁊ maximū alienātibus est remediuȝ. Et dixit Ras. p̄mo ꝯtinētis. ca°. 14. ⁊ ingenieris ꝓuocare somnū: q꜡ est valde laudabile: ⁊ bonū: ⁊ in hoc oēs ꝯueniūt. De his aūt malis medicinalibus q̄ somnū ꝓuocāt diceꝛ inferius loco suo.

De cibo et potu.

❡ De cibo aūt ⁊ potu dicit Aui. opȝ ꝯsyderare egritudinē ⁊ virtutē: si egritudo sit fortis: q꜡ si accidētia sint vehementia: vt de saltu de ꝯctione oculoꝝ ⁊c. arguētia sup fortē causā in hoc casu opȝ nihil dare saltē ꝑ diē. ⁊ si sit corpus colericū multū nō potēs pati dietā tenuissimā ad ꝓhibēdū inflāmationē humoruȝ: opȝ tūc aliq̄d dare: sȝ si cognosciꝛ ipsum posse pati tūc nihil deꝛ: sȝ si morbus sit remissior ⁊ virtus non sit fortis detur cib⁹ q̄ sit sicut succus or. q꜡ est frigidus ⁊ humidus cū ꝯmisceꝛ aque et ita voluit Alex. vbi dixit. mox igiꝛ a p̄ncipio ptisane succus ministrādus est bene coctus: tñ dixit Aui. in p̄ncipio sint ꝯtēti oximelle: deinde post hoc die vno vl' duob⁹ vl' tribus ꝑmuta ip̄m cum oximelle ad aquam ord. subtilē post illos dies tres exhibeaꝛ oximel cū aqua or. spissa. de aqua or. subtili dictū est supra circa textū quō sit fienda: sȝ aqua or. grossa fiat ſm hūc modum. ℞. ordeū integrū ⁊ friceꝛ cū pāno aspero: postea aliqualiter coquaꝛ ita vt remoueaꝛ p̄mus cortex deīde, sumaꝛ li. j. einsdē or. sic cocti et ponaꝛ in li. xx. aque ⁊ coquaꝛ vsq; ad consumptionē medietatis: et ista vocaꝛ aqua spissa.

Modus ꝯficiendi aquam ordei.

Per oximel intelligaꝛ istud factū de zuccaro: q̄m mel in eo intrās diciꝛ mel cāne: ⁊ tale oximel sit modice acetositatis. q꜡ sit oximel factū de zuccaro cuȝ modica portione aceti. potes etiā de eo in prima die vsq; ad secūduȝ diē dare. ℥. iij. oximelis simp. cū aqua acetose etiā cū aqua frigida. vñ nota ꝙ in ordīe restaurationis Aui. p̄ª quarti. ponit gradus q̄m p̄mo ponit: vinū granatoruȝ postea iulep. postea aquā or. ⁊ sic ꝓcedit intendēdo in restauratiōe. daꝛ ergo oximel pro vna die postea oximel cū aqua or. p̄mo subtili postea grossa.

Questio.

❡ Sȝ rationabiliter hic dubitat Gētilis: q꜡ in p̄ª quarti. Aui. vituperat ꝯpositionē oximel. cū aqua or. hic aūt laudat. respōdet qđ vl' corp⁹ est taľr dispositū: vt stomacus ei⁹ sit apt⁹ tolerare talē mixtionē absq; timore acetositatis aq̄ ordei vt sepe ꝯtiīgiꝛ in frenesi: ⁊ tūc p̄t exhiberi oximel: vl' cū aq̄ or. vt in corpib⁹ colericis ⁊c. sȝ si sit stomacus debil' nō deꝛ: vl' aľr dicit ꝙ. A. voluit ea sil' exhiberi: sȝ diuisim: vt ꝙ p̄ma die ꝯueniat oximel: ⁊ in scđa die deꝛ oximel in vna hora: ⁊ post tres horas vel quatuor detur aqua or. sepata ab oximelle: vt qđ incisit sirupus acetosus abstergat aqua or.

Nota de filio Joan. Matthei. De somno et vigilia.

❡ Qđ aūt hec talis dieta subtilis sit in casu ꝯueniēs. pȝ nā dicebat. A. 16ª. tertij. ꝙ ī fluxu excōmunicatiuo: opȝ vti dieta multū tenui: vt natura fiat auara ne mittātur humores ad fluxū: ⁊ ita sil'r est in fluxu materie ad caput. Jn hoc ergo casu ⁊ maxime in p̄ncipio opȝ tenuius dietare sȝ q̄n videntur remitti accn̄tia ⁊ nō ꝓpter virtutis debilitatē sȝ ꝓpter remissionēȝ morbi: tunc possumus aliqualr ingrossare aliq̄n tñ remittuntur apparēter accn̄tia: vt q꜡ nō saltāt ⁊c. et tēdūt ad mortē: q꜡ minuiꝛ ꝓportio virtutꝫ ad has opationes: ⁊ tūc quōlibet opȝ virtutē viuificare: ⁊ in p̄° casu aliq̄ laudāt panē lotū in aq̄ frida ⁊ cū zuccaro ⁊ aliq̄ addūt amigdalatū: sȝ aliq̄bus nō placet neq; mihi propter euaporationē amigdalaꝝ ad caput. vñ bene nota ꝙ in tussi catarali nō dȝ dari amigdalatū nisi in mane nō in sero: ⁊ hoc ꝯ̄ cōmuniter practicantes.

Not. ben de amigdalato.

❡ Dētur ergo istis freneticis pultes or. cuȝ solo zuccaro: valēt lactuce cucurbite spinacia cucumeres ad infridandū ⁊ humectādū. ❡ Not. ēt ꝙ Aui. ī hoc timoroso ca° artificialiter multū dietat. nā alia ponit cibaria appropata ap̄ati colerico ⁊ alia appropata aliȷ hūori. nā appropriata sanguineo cōpetūt cibaria ad frigidū ⁊ siccū declinātia p̄cipue facta flōmia in colerico nō ꝯueniūt frida stiptica: sȝ frida lenitiua ⁊ hūectātia. ⁊ sic in sanguinea valēt lētes excorticate ⁊ mes. i. azercule ⁊ miliū ⁊ pānicū decocta ⁊ acetosa herba: vbi ī colica magꝫ valēt lactuce spinachia cucurbite ⁊c. ⁊ semp aliqua stiptica post cibū offerātur: vt de citonijs cōditis vl' de granatis vl' coriandris ⁊ sil'ibus.

De potu. Questio.

❡ De potu in principio augmneto ⁊ statu vinū vt inimicū est vitādū. nā euaporare facit ⁊ membris neruosis nocet. ❡ Utrū aūt ꝓ potu aq̄ frida sit cōueniēs vl' nō. q̄dā nō dāt aquā fridā: imo dicūt ꝙ omnino ꝓhiberi opȝ: ⁊ videꝛ ꝯsentire in hoc Aui. cū dixit: aliena cos ab aq̄ vehementis frigoris. Aliȷ oppositū sentiūt: vt Azaranius dixit: nō euiteꝛ eis aliq̊ mō aq̄ frida. Et idem Rasis in diuisionib⁹ dixit. Et nō ꝓhibeātur ab aq̄ frigida oīno isti: ⁊ sic pȝ discōueniētia inter auctores. ❡ Dixit Gētilis ꝙ in corꝑe multū ignito vbi sit magna siccitas ⁊ vbi nō est ap̄a ī mēbris nālib⁹ nec in pectore ⁊ sit timor de marāsmone: tūc deꝛ aqua frida. ❡ Si v̄o corpus non fuerit tāte inflāmatiōis nec cū instātia corpus requirat aquam frigidaȝ: tunc semper aqua frigida nocet: ⁊ hoc maxime intelligatur si medicinaliter sumaꝛ in multa q̄ntitate propter paucitatem naturalis caloris pāniculoꝝ: ⁊ ꝓpter prohibitionē resolutiōis materie ap̄atis.

Aqua frigida semꝑ eis nocet maxime ī q̄ntitate.

Sed si in modica q̄ntitate vt in cibo exhibeaꝛ non pōt esse timor: ⁊ pro tanto vt credo ad finē capituli dicit Aui. in colerico nō euiteꝛ aqua frigida oīno: oīno. i. in totū euiteꝛ q꜡ vbi sit multa potus indigētia ⁊ sitis vehemēs cum macie corporis non euitetur. vel non om̄nino. i. quia potest dari in modica q̄ntitate cū cibo. ❡ Dicit Nicolus ꝓ hac cōtrouersia ꝙ tales q̄ appetunt aquā nō appetūt aquā caľaȝ ⁊ maxie cū sint febrientes. Nō etiā tepida ꝯuenit: q꜡ relaxat. nec frigida quia nocet essentialiter: cum panniculi cerebri sint de se paucorum spirituū ⁊ multū frigidi. ergo detur alius potus loco aque frigide vt vinum granatorum: succus acetositatis citri ⁊ iulep. ros. vel aliqua aqua de comprimentibus vt acetose cum iulep. ro. vl' aqua or. cum aqua lupulorū. vt fecit Sera. ⁊ sic melius non est dare aquam frigidam nec calidam. Jn declinatione tamen potest dari vinū aquosuȝ album prouocatiuum vrine. Unde de hoc dixit Ser. Et da ei in potu. s. in hoc tp̄e cōmixtuȝ

cui nō ē sapor ꝛc. Et sic explicit regimē diete ꝛc.

Secunda intentio.

Sequitur scda intētio de mā eñanda ꝛ abscindenda de qua dixit textus Aui. Cura cōis q̄dē speciex eius venarū est flōmia ex cephalica ꝛ egressio sanguinis aliquantula: immo multa valde ꝛc. ¶ Circa quē textuz dubitat̃. si in oī frenesi va ꝯpetat flōmia.

Questio.

¶ Ad ptē negatiuā arguit̃ p° auctoritate. d. Mes. q̄ ponēs duas freneses veras. s. colericā ꝛ sanguineā. In sanguinea tm̄ laudat flōmiā ꝛ in colꝰica eñonē. Idē Rasꝰ. in diuisionib9. ꝛ sil'r Azara. ¶ Preterea arguit̃ rōnib9. Pria rō est. in mā separata a nā sanguinis nō ꝯpetit flōmia. qꝛ flōmia p se debet̃ sanguini. Cū g̃ aliqñ fiat frenesis a colꝰa pura seq̄tur ꝙ illi non ꝯpetit flōmia. ¶ Cōfirmat̃. illō nō ꝯuenit. in cura qō addit ad periculū ꝛ inducit timorē. Sz fctā flōmia ī mā colꝰica pura timet̃ ne mā colꝰica pducat̃ ad ebullitionē. qꝛ sanguis est frenuz colere. g̃ ꝛc. ¶ In oppositū est snia Aui. in p̄n° capl'i. cū dixit. Cura cōis si q̄dē speciex verax ei9 dr ꝓdesse flebotomia ex cephalica ꝛ extractio sanguis aliqnātula: imo multa valde si nō fuerit forte aliq̄d qō ꝓhibeat. Et dicit Gētilis ꝙ ly forte non est dubitatiuū aduerbiū sz est nomē. Nā quoddā ē accñs forte ꝓhibēs flōmiā: vt si sit corp9 puerile vl' virt9 nō ꝯstet ꝛ silꝰia. Et sic nō fiat flōmia si aliqō forte ꝓhibēs sit. qꝛ si aliq̄d impediat debile: vt qꝛ sit tp̄s calidū vl' frigidū: nō ꝓpterea voluit esse desistēdū a flōmia: ꝛ addit. incipiat̃ sicut incipiunt humores id est quamprimum incipiunt humores fluere fiat flōmia: quia si tardet̃ in cassum est oꝑatio. vl' alr. incipiat̃ ꝛc. Ut ista nota se referat ad pticulā proxie dictā: immo multa valde si humor faciēs frenesim sit sanguine9 fiat flōmia multa. Si colericus fiat pauca flōmia ꝛ modica. quasi velit. ꝙ in oī cōueniat: sz aliqñ multa: ꝛ aliqñ pauca ꝫm humorē peccātē. ¶ Est ēt ꝓ hoc Sera. in p̄mo breuiarij cū dixit. Opz vt in oīb9 q̄b9 accidit h̄ egritudo extrahat̃ sanguis cū velocitate si virt9 fuerit sana ꝛc. Et addit ꝙ iuuamētū ei9 est plusq̄ reliquox iuuamētox ꝛ magis festinū q̄ omne qō in eo administrat̃. ¶ Idē exp̄ssissime voluit Alex. cū dixit. Omnib9 aūt freneticis q̄ veram frenesiz patiūtur si virt9 robusta sit ꝛ nihil. ꝛc. prohibuerit. s. de dictis supra: festinare opz vt flōmet̃. Et addit: ꝛ sup oīa p̄mū ꝛ magnū est ad iutoriū: ꝛ rō est ad hoc euidēs. nā in frenesi incipiēte diuersio dr eē maxie ꝯueniēs. Cū g̃ p flebotomiā diuersio fiat ꝯueniētissima stāte materia apostemosa in venis minutissimis in p̄ncipio vt dctm̄ est. s. Ergo flōmia in q̄cūq3 frenesi ad diuertēdū est ꝯueniēs in p̄n°. Et ꝓ hoc facit tex. Mes. dicēs: ꝛ ꝓuocatio emorroydaruz est vtilis ꝛ ꝯfert oībus spēbus ei9. ꝛ nō nisi ꝓpter diuersionē. Cuz ergo vtilitas diuersionis p flōmiā habilius ꝛ ꝯuenientius haberi possit q̄ p ꝓuocationē emorroydax. Seq̄tur ꝙ flebotomia de se est in omni ꝯueniens. ¶ Cōfirmat̃ ēt de mēte Galꝰ. i ꝯmēto affo. q̄ egerūtur ꝛc. vbi dr ꝙ in oī ap̄ate ꝛ febre fortissima ꝛ acutissimo dolore ꝯuenit flōmia ꝛ nō solū flōmia: sz alijs nō ꝯdicētib9 vsq3 ad sincopī. Cū g̃ in frenesi va ēt oīa ista ꝯplicētur de ap̄ate ꝛc seq̄t̃ ꝙ in quolz tali ap̄ate ꝯuenit flōmia. ¶ Confirmat̃ vltimo. Nā in ꝯcussione capitis in corpe tm̄ inanito ꝯpetit flōmia ꝓpter dubiū ne cōuertat̃ sanguis ad caput vt est cōis vsus practicātiū. g̃ similiter ꝛ magis in frenesi ꝯpetit flōmia. ¶ In hac qōne multis dimissis dt Gētilis duas conclusiones.

Pro rñsione p̄tis q̄stionis ponūtur due qōnes. Prima.

Pria est ꝙ nō in omni frenesi ꝯpetit flebotomia: vt in frenesi verissima pēdente a materia colerica pura separata a natura sanguinis. Hoc declarat̃ p mediū ante adductum. qꝛ per flōmiaz in colerica passione dubitat̃ de furia colere. ¶ Et ꝯfirmatur quia in certa herisipila nō competit flebotomia. vt 3ª. quarti in principio capituli de cura herisipile. Ergo etiā in tali ap̄ate colꝰico nō ꝯpetit. ꝛ sic cū Rasꝰ. i diuisionib9 ꝛ Mes. laudabāt flōmiā ī sanguinea nō dicētes de colꝰica: ꝯsyderabāt ꝙ illa colꝰica ī q̄ nō ꝯuenit est colꝰica q̄ nō est admixta sanguini ꝛc. Et posset h̄ ꝓ hac ꝯclusione adduci vnus fortis textus. d. Gal. 4°. de regimine sanitatis. vbi dās cañ. in flōmādo diuersa corpa ꝫz diuersas mēsuras sanguis ꝛ diuersā mixtionē ꝛ aliorū humox cū sanguine dixit. Et hox ipsox. s. humox vtrūq3. s. colꝰa ꝛ flegma hi q̄dē parū distāt a sanguie alij vo pl9. alij plurimū. i his q̄ parū distant vtrūq3 audacter vti flebotomia. in his vero qui plus sup. distant reuerentius id est magis moderate. in his vero qui plurimum. s. maxime distant nequaq3 supple cōuenit flebomia. Cū igit̃ vt supponit̃ certa frenesis pēdeat a colꝰa sepata a nā sāguis: seq̄t̃ ꝙ ī tali nō ꝯpetit flōmia ꝛ sic nō ī oī ꝯpetit flōmia.

Secunda conclusio

¶ Scda cōclusio. i frenesi q̄lz vt plīmū ꝯpetit flōmia. Prio ī sāguinea nō ē dubiū: ī colꝰica ēt qꝛ vt plīmū ē admixta sāguini: ꝛ sic p flōmiā diuertit̃ ne sanguis fluat cum colera ad caput ꝛ sic alleniatur natura Et hanc sententiam Gentilis sequūtur omnes scribentes: ꝛ Nicolans: ꝛ Gerar. et alij iuniores vcz quod solū vt plurimū conuenit flebotomia.

Ad argumētum.

¶ Et ꝫm hoc respondent ad motiua facta ante oppositum. Ad Auicen. dicunt quod intelligit vt plurimum in omni ꝛ. idem ad Serapio. ꝛ Alexan.

Ad aliud.

¶ Ad aliud in omni competit diuersio. concedunt non diuersio per flebotomiam: sed sufficit cum ligaturis ꝛ positione pedum in aqua calida quando est colera sine sanguine.

Ad Mes. Ad aliud.

¶ Ad Mes dicunt verum esse in omnibus speciebus eius sanguinee. ¶ Ad aliud in cōcussione nō peccāte sanguine ꝛc. Rñdet Gētilis concedendo cōmunem vsum practicātiū ꝛ cuz arguitur. ergo similiter in frenesi. dicit negat̃ similitudo. quia dicit ipse concussio dicit̃ esse corporis vel cutis: sed frenesis dicitur esse cerebri vel panniculoruz eius apostema. Dicit tm̄ ipse concedēdo ꝙ etiaz in frenesi colerica separata a natura sanguinis vbi fiat a causa primitiua videlicet a ꝑcussione competit flōmia.

Opinio ipsius mathei.

¶ Sz cū reuerētia omniū istox ꝛ cōmunis talis determinationis aliter credo esse dicendū inherendo auctoritatibus illustriū auctox vt s. ꝙ in omni frenesi competit flebotomia nisi forte sit accñs qō prohibeat de virtute vel etate. Et vltimuz motiuū videt̃ maxime stringēs ꝛ responsio data per Gentilem non sufficere videtur. Nam si in concussione facta ꝫm caput cōpetit flōmia ēt in frenesi colꝰica a cā p̄mitiua ꝯpetit flebotomia ne ꝓpter doloreꝫ trahatur materia ad caput. Cū g̃ q̄to mā colerica fuerit magis pura tanto sunt accidentia seuiora de

dolore inq̄etudĩne vigilijs ⁊ sil'ib⁹. Cū ĝ ad do-
lorē maxime trahat mã. seq̄tur φ in tali apāte
stāte maximo dolore, multo maiore q̄ cū fit p-
cussio cutis ad p̄seruādū a fluxu mãe ad locum
apātis ne augeat tale apā maxie timorosū: pro

Not. canonē Gal.

prijssime p flōmiā dz fieri diuersio: ⁊ ad istum
sensuz posuit Gal. cañ. circa hoc in libro suo de
flōmia distinctione pª. caº. 4º. cū dixit. nō solū
aūt multitudine exñte vl' ea q̄ apō virtutē. i. re-
pletiōe quo ad virtutē vl' ea q̄ ſm vocatā euchi-
miā. i. repletiōe q̄ ad vasa flōmia magne. i. no-
tabil'r pdest: sz ⁊ si nō multitudine exñte inci-
piēte flone vl' pter pcussionē vl' dolorē vl' im-
becilitatē pticulaꝝ sup. ꝯuenit flōmia: ⁊ decla-
rat dicēs dolor em̄ ad seipm euellit sanguinē ⁊
plerūq₃ imbecilitas pticulaꝝ opat flōnē ⁊c. Ex
hoc ĝ textu colligit exp̄sse φ incipiete flone vl'
φ exñte vehemēti dolore ēt nō incipiēte flone:
vl' stāte imbecili aliq̄ pticula nō impediētib⁹
aliq̄bus fortib⁹ flōmiā: φ ꝯpetit flōmia ⁊ q₂ in
casu nostro est p̄ncipiū apātis: ⁊ est vehemētis-
simus dolor pter mēbrū neruosū apatū a mã
acutissima: ⁊ est pticula nāliter imbecilis seq̄-
tur φ in hoc casu potissime ꝯpetit flōmia pre-
seruatiua a futuro lapsu. ¶ Et idez voluit Ra-
bi moyses in. 12. particula suoꝝ affo. dicit. et si
egritudo fuerit fortis q̄cunq₃ exercuerit artem
medicine nō debet phibere extractionē sāgui-
nis: ⁊ addit: fortius ēt si signa repl'onis nō ostē-
dāt: sz tātuz ostēdāt fortitudinē ⁊ difficultatē
morbi. ¶ Est etiā p hoc sententia Hypo. 4º. re-
giminis acu. textu cōmen. 19. dixit. Acutas aūt
passiōes flōmabis si fortis apparet egritudo. i.
passiones factas de materia calida ad quas se-
quūtur accidētia vehemētia flōmabis. Sz ad-
dit. Et q̄ habuerint iuuenescāt ⁊ robur aderit
eis: ⁊ locut⁹ est indistincte. Cū ergo in casu nr̃o
morbus sit de materia acuta ⁊ ad eū sequātur
accñtia vehemētissima cōstāte virtute ⁊ etate
vt supponit ꝯuenit flōmia: et etiā voluit cō-
mētator Gal. in cōmēto eodē maxie. vt ipse di-
cebat in libro de flōia allegata distictione. caº.
5º. prime aūt sunt ⁊ principalissime intētiones
flōie magnitudo egritudinis ⁊ robur laboran-
tis: ⁊ p tanto Gal. 13. terapē. loquēs de flōne ce-
rebri qō est calīn: loquitur ēt intra de litargia
qō est frigidum dixit de his sil' loquēs. Flebo-
tomandū est igitur in talibus passionibus ſm p̄n-
cipia cōfestim forti q̄dē exñte in tm̄ virtute vt
ferat intristāter flōiam. i. vt tolerare possit flō-
miā: quasi videat innuere nō esse necessariā oi-
modā fortitudinē virtutis: sed sufficientē ad to-
lerandū. Si ergo in flātica laudat flōiam sepa-
to flāte a natura sanguinis in qua est maior ti-

Tres sunt spēs vere frenesis ſcōm Aui.

mor de flōia q̄ in colerica hoc facit ad preserua-
tionem augmenti apātis: ergo multo magis et
in colerica ꝯueniet ne materia ꝯuertatur in
sursum. Et φ hec fuerit principalis intētio Aui-
cē. ptz ex serie textus sui vbi exp̄sse primo in p̄n-
cipio capl'i dixit. Cōis q̄dem ⁊c. vñ declarās qō
tres sunt spēs frenesis vere vt sanguinea vel co-
lera citrina vel rubea pura ⁊ colera adusta vo-
luit in qualibet frenesi fieri flōiā: sed vidēs rem
esse dubiā neq₃ in colera pura: maxime dixit ali-
quantula: nā q̄to magis elongat mã frenesis a
nã sanguinis siue sit colera pura siue citrina si-
ue adusta tāto frenesis est magis pura. ¶ Pre-
terea infra vbi laudat localia applicanda capi-
ti in frenesi: maxime acuta pter somnum indu-
cēdū vt in colerica dixit: ⁊ administra qō sit si-
cut sirupus de papauere: ⁊ fac emplm eius capi-
ti ex lactuca ⁊ pota eū semie papaueris albi in
aqua or. hec oīa vt pz exhibent ad infrigidatio-
nem ⁊ phibitionem fluxus: ⁊ sic ad somnū indu-
cendū: maxime in colerica: ⁊ postea ꝯtinuādo di-
xit textus: verūtñ rectius est vt expellas p flō-
miā. s. dicta nocumēta. s. calefactionis ⁊ fluētis
mãe ⁊ vigiliaꝝ: ⁊ sic voluit flōiam ꝯuenire non
ad eñandū mãz sed ad intētiōes dictas. ¶ Pre-
terea dixit paulopost fiat id in principio duob⁹
aut tribus diebus: nā tunc maxime ꝯuenit phi-
bitio fluxus. ¶ Preterea versus finē capl'i dixit
⁊ colericus cū flebotomat nō cōsequatur ppin-
quitatē sincopis: sed flebotomet cū flōia bona
i. moderata cū cautela inde habita. i. habita so-
la intētione ad phibitionē fluxus vel infrigida-
tionem ⁊ nō ad eñonē sicut in sanguinea: et est

Not. bene

quasi snia prime partis capl'i. Et postea addit:
deinde sol'one euacuet. ⁊ sic p̄ponit flōmiaz ad
sol'onē. Et p tāto innuit intelligēdū de flōmia p̄-
seruatiua a fluxu materie ⁊ nō de eñatiua in co-
lerica: qm̄ in eñando in colerica de mã ꝯiuncta
cañ. est φ pri⁹ soluat sol'one leui: deinde euacue-
tur p flōmiā pter rōnē satis clarā. Nā añ dixe-
rat colericū em̄ indiget in sui cura. s. ad eñandū
materiā eductione colere cū sol'one plurima et
flōmia minore: nō intelligat φ sol'o dz esse for-
tis. sed plurima. i. intētione plurima habita ad
solutionē cū medicina leui mūdificante colerā
⁊ modica intētione in flōmia in eñando mãm

Nota.

colericam cū sanguine p flōmiā. In intentione
ergo p̄seruatiua a fluxu ⁊ in p̄nº flōmia p̄ponen-
da est. Sed in intētione eñatiua in colerica pre-
ponit solutio appropriate leuis. Et ꝯñr flōmia
si expedit vt eñata colera qō remanet de coleri-
ca cū sanguine sit [illegible] elongatū a natura san-
guinis: ⁊ sic ꝯuenientius p flōmiā possit edu-
ci. Et ita pz de mēte Aui. φ in prinº in qualibet
frenesi si nō fuerit forte accidens qō phibeat dz
fieri flebotomia: immo etiam añ clistere pter

Not. bene

maximā indigentiā phibitionis apātis. ⁊ tūc
dixit textus. Et postq̄ flebotomaueris tūc opz
vt ipm clisterizes clisteri valde leui ⁊c. Fuit er-
go mens sua φ in omni frenesi vt dictū est fiat
flebotomia. Nā in sanguinea ponit p cōstāti φ
fiat flebotomia. In colerica dicit. fiat flebo-
tomia modica: ita φ firma ē mens Auic. φ in omī
frenesi fiat flebotomia: ideo a prinº cōstāte vir-
tute in omni frenesi vera dz fieri flōmia. ⁊ sic dz
pro regula seruari sed cum artificio: q₂ in san-
nea dz fieri flōia copiosa: sed si sit colerica fiat
diuersiua minuta. Et in hoc vident omnes
consentire illustres medici: vt supra allega-
tum est.

¶ Et dicebat etiam pro hoc Auenzoar. Frene-
sis est apostema panniculi subtilis velantis ce-
rebrum: cui si in principio prime sue genera-
tionis flebotometur ⁊c. possibile est per eam li-
berari a morte: quasi innuat necessarissimam
esse flebotomiam a principio. Et postea addi-
dit clarius in fine capituli de frenesi dicens.
Cuiuscunq₃ nature fuerit apostema ⁊ cuiuscū-
q₃ complexionis fuerit patiens erit periculosa
et in pluribus dispositionibus significātia mor

Flõmia fit ꝑpter di-
uersas in-
tentiones
vt Aui. 4ª
primi.

Prima in-
tentio.

tē. Et addit. Sed his omnibus flebotomia est
cura cõmunis ⁊ dieta subtilissima vltime ⁊c.
Et in tãtũ sperauit in flõia. vt aliã quasi curã
nõ posuerit nisi dietã. ¶ Sz vt soluãt motiua
añ oppositũ est intelligẽdum ꝑ vno euidẽtiali
necessario in ista materia ꝙ medici ⁊ auctores
vtũtur aliqñ flõmia ad diuersas ĩtẽtiones. Nã
aliqñ ea vtũtur ad ꝓuisionẽ vl' ꝓseruationẽ nõ
adhuc corꝑe egro exñte: sz ad ꝓuisionẽ ne cadat
in egritudinẽ: vt volebat. d. Aui. quarta primi
in capº. de flõmia in ꝑncipio cũ dixit. Nemo q̃
dẽ est flebotomãdus nisi vnus duoꝝ. Unꝰ eoꝝ
est egritudinibus ꝓparatꝰ: q̃ cũ ipsius sanguis
multiplicatus fuerit cadet in eas alter est ⁊c.
Et ita voluit añ casum in egritudines ad ꝓser
uãdũ fieri flõmiã vt de parato cadere in ruptu

Secunda
intentio.

rã vene pectoris vl' in alijs casibus ab eo narra
tĩ. Et talis flõmia cũ est fiẽda nõ expectat mul
tiplicationẽ sanguinis in toto: immo neqꝫ in ꝑ
ticulari mẽbro. vt pz etiã aliqñ fit flõmia eua-
cuatiua. Et hec est duplex: aliqñ mĩoratiua: ali

Tertia in
tentio.

qñ eradicatiua. Et hec est eũatio q̃ debeẽ san-
guini principal'r vl' alteri hũori peccãti cũ san
guine ẜm diuersas circũstãtias auctorum. Ali
qñ fit flõmia tẽtatiua ad tẽtãdũ si sanguis di-
catur esse adustus vel nõ adustus vel corruptꝰ

Quarta in
tentio.

multũ vel nõ sicut fit in leprosis extrahũtur. ℥.
ij. sanguinis vt ꝯprehendatur malitia eius: et
ita in multis alijs casibus aliquotiẽs necessa-
riũ est fieri. Et aliqñ fit flõmia ad infrigidãdũ:
vt dictũ est supra in caº. ſode. Naz sicut eũatio
hũoꝝ frigidoꝝ calefacit ita euacuatio sangui-
nis infrigidat. Et hac flõmia sepe vtũtur medi
ci etiã qñ nõ est indigẽtia euacuationis mate

Nota.

rie ꝑpter multitudinẽ: ⁊ nõ dz dici flõmia ta-
lis euacuatiua: ⁊ si fuerit multũ iuuãs. Et pro
tãto q̃dã male intelligẽtes medici cũ nõ vidẽt
vrinas grossas ⁊ rubeas nequaꝙ volũt flõma-
re etiã hac flõmia euẽtatiua. Et ego aliqñ fui
in litigio de hoc cũ vno nõ multũ intelligẽte
sz satis famoso medico cerdone vbi in fe. cõclu
sa ꝯtinua ⁊ in corpore forti: qꝛ vrine erant satis
tenues nolebat cõsentire aliquo mõ ad flõiam
pur tandez facta est: ⁊ fundabaẽ suꝑ vno textu
cõi in prima quarti de curatione vlĩ fe. putrida
rum cũ dixit textꝰ. Et opz vt obserues in oĩbus
dispõnẽ virtutis ꝙ si fuerit fortis ⁊ fuerit id. qꝺ
vincit sanguis: aut fuerit cũ humore qui vincit
sanguis: tunc flõia est magis ꝯueniẽs res: ⁊ ꝓ-
prie cũ vrina est rubea grossa nõ cit. ⁊ ignea: ex
qua timeaẽ apud flõiam victoria colere ⁊ acui-
tas eius. Nã pꝫ ꝙ loq̃batur textꝰ de flõia eua-
cuatiua q̃ aliqñ fiẽda ẽ eradicatiua: imo aliqñ
vsqꝫ ad sincopim. vt voluit Gal. 9º. terapentice
caº. 3º. ⁊ nõ de flõia euẽtatiua ⁊ infrigidatiua q̃
aliquotiẽs fiẽda est ẽt in causone ⁊ ex cã coleri-
ca: sed moderata ⁊ pauca ad solã intẽtionẽ in-
frigidationis ⁊ ꝑpter timorẽ ebullitiõis. Naz
talis flõia ⁊ si sit multũ iuuãs aliquotiẽs: non
tñ est res magis ꝯueniẽs in cura. s. de oĩbꝰ inge
nijs applicãdis in peccãte sola colera: qm̃ in co
lera magis est indigentia extinctionis cũ posi-
tiue infrigidãtibus q̃ꝫ sit indigẽtia solutiõis ⁊
resolutionis ⁊ in sanguine ecõtra: vt est sñia 3ª
quarti de herisipila: ⁊ ẽt Aui. in caº. nº de fre-
nesi. Et iõ veꝝ est qꝺ dicebat Aui. in textu alle-
gato ꝑ ꝑtẽ aduersam ꝙ cũ vincẽs fuerit sãguis
⁊c. qꝺ tũc flõia est res magis ꝯueniẽs ⁊ maxime
cũ vrina fuerit rubea grossa: non negat tñ ꝙ ap
parẽte vrĩa tenui ⁊ subtili: ⁊ in mã colerica pu
ra peccãte ad intẽtionẽ infrigidatiõis ẽt flõia
leuis nõ ꝯueniat. Sed nõ est res magis conue-
niẽs ad curãdũ. i. res magis iuuãs in curãdo in
tali casu: imo infrigidãtia ⁊ equãtia mãm ⁊ le-
uiter educẽtia magis iuuãt in tali casu: ⁊ tñ il-
la flõia infrigidatiua ẽt iuuat: neqꝫ erit timor
de ebullitiõe colere si parca ⁊ moderata fiat: vt
duaꝝ vel triũ. ℥. Et bene notate istũ modum de

Et bñ no-
tate modũ
declarãdi
textũ istũ.

clarãdi textũ istũ q̃ nõ intelligiẽ a medicis ru-
ralibꝰ: ⁊ ꝑpter eũ nõ volũt ꝯsentire doctis me
dicis de talibꝰ fiẽdis flõmijs ad alias intẽtiões
q̃ꝫ ad eũandũ mãm: ad q̃s tñ flõmias ꝯsentiunt
immo iubẽt auctores fieri vt visum est supra in
diuersis locis auctoꝝ. ¶ Ad ꝓpositũ ergo redu

No. hãc cõ
clusionez.

cẽdo dico ꝙ incipiẽte aꝑate frenetico ad ꝓsua-
tionẽ ⁊ ꝓuisionẽ ne augeaẽ aꝑa ẽt in aꝑate pu-
re colerico in toto sepato a nã sanguis: si possi-
bile foret ꝯstãte virtute ⁊ etate cõpetit flõia ne
fluat materia ad caput propter dolorem ⁊ imbe
cillitatem partis lese ⁊ augeatur apostema. Et
talis operatio dicitur preseruatiua: quoniã in
apostemate fiente cuius aliqua pars facta ⁊ ali
qua futura est respectu future fieri oꝑatio me-
dici recta appellatur preseruatio. vt colligitur.
3º. tegni. Unde respectu illius future fieri con-
uenit diuersio ⁊ prohibitio fluxus. Et qm̃ vt di
cebat Gal. in quinto de ingenio sanita. capº. 5º.
Fluxus autem materie cessat aut veniente sinco
pi aut cũ materia ad opposita loca extrahitur:
aut cum de vno loco ad alium mutatur: aut cũ
totum corpus infrigidatur: que tres vltime in-
tentiones cõuenientissime cõplenẽ per flõmiã.
Si ergo preseruatio est cõueniens: immo quasi
necessaria. Sequitur ꝙ flõmia in casu dicto est
necessaria maxime cum cõuertat ad oppositum
et nõ est hec flobotomia ad euacuationẽ mate
rie: que si euacuaretur per flõmiaz posset esse ti
mor de eo qꝺ dictum est de ebullitione colere
peccantis. vt erat sentẽtia supra allegata ad ꝑ-
tem ante oppositam Gal. 4º. de regimine sani-
tatis. sed talis nõ est ad eũonem vt dictum est.
Unde talis flõmia nõ euacuat aliquid de mate
ria aꝑatis: sed tantum ad preseruationẽ ad fluẽ
tem materiam: de qua dicebat Gale. quarto de
ingenio. capº. 9º. Si enim materia adhuc fluat
mutetur ad opposita loca. Nam si vulnus est in
superioribus venter inferius cũ solutione pur
getur. Et dixerat ante in eodem caplo: ⁊ est bo-
nus textus. Dico ergo non debere dari licentiã
infirmis sumendi vomitiuum vel catarticum:
vt solum humores purgentur: sed vt materiam
a superioribus inferius et ab inferius ad supe-
rius mutemus. Si ergo cõsentiunt hoc in alijs
humoribus educendis per vomitum vel seces-
sum non ad euacuationem principaliter humo
rum: sed ad diuersionem ⁊ prohibitionẽ fluxus

Solutiões
argumen-
torum an-
te opposi-
tum.

cum vomitu vel medicina secessiua multoma-
gis ⁊ cum flebotomia. ¶ Et ẜm hec fundamẽta
immediate soluitur ad ea que obijciebanẽ an-
te oppositum. ¶ Primo ad autoritates eorum

Ad primũ

qui dicebant in sanguinea fiendam esse flõmiã
et in colerica nullam de hac fecerunt mentio-
nem. dicatur concedendo mentẽ eoꝝ: qm̃ innue
bat in sanguinea esse fiendam flõmiam nõ tñ

Et bñ notate modū declarādi textū istū.

No. hāc cō clusionez.

Solutões argumentorum ante oppositum. Ad primū

diuersiuā vel preseruatiuā: sed ēt euacuatiuā vbi in colerica sepata a mā sanguinis sola sufficit flōmia ꝓseruatiua ⁊ nō est fiēda euatiua: et sic nō nisi ꝑ venas diuersiuas ⁊ nō immediatā habētes colligātiā cū pāniculis: tunc est fiēda flōmia: ⁊ iō nō fecerūt mētionē de fiēda flebotomia in colerica supponētes illā diuersiuā vl' ꝓseruatiuā fieri debere ex gñalib⁹ cañ. auctorū supra positis. ¶ Et ꝑ idē fundamētū soluit̄ ad scdam difficultatē cū dr̄ ꝙ ꝑ flōmiā colera peccās sit magis rebellis virtuti. hoc verū est vbi fieret euatio de mā cōiuncta ꝑ flōmiā: ⁊ sic vbi fieret flōmia euacuatiua de qua nō est sermo: sꝫ tm̄ ꝓseruatiua ꝑ quā nihil euacuat̄ de materia apatis: ⁊ sic nō est verū ꝙ ꝑ talē flōmiā materia peccās deprauet̄. vt pꝫ. ⁊ ignorātia huius distictionis de flōmijs fecit istos sic stantes in baratro ignorātie: ⁊ scribentes etiā ducere nouellos medicos ad ꝯfusionē in opere practico: qm̄ q̄libet dicere posset ꝑtinaciter flōmiā non ꝯuenire in frenesi. nā ex quo accidētia frenesis sunt seuissima posset quilibet dicere ꝙ mā peccās esset colera sepata a nā sanguinis ꝓpter acuitatē nocumētorū: ⁊ sic nō deberet̄ flōmia ꝙ caderet in maximā ꝑniciē egroꝝ: ⁊ ita sit declarata ista difficultas q̄ diligēter ꝯsyderetur: qm̄ vtiliter seruiet ad multa.

Ad secūdū

No. verba Gerardi.

¶ Et ad hūc sensum adducūtur v̄ba Gerardi: qui tñ erat in cōi errore cū dixit ꝙ flōmia nō conuenit ꝑ se neqꝫ directe in oī frenesi: qꝛ nō in tali colerica ꝑ se. qꝛ flōmia euacuat sanguinē neqꝫ directe sꝫ indirecte: qꝛ ꝑ diuersionem. nā q̄uis sit mā colerica pura: tñ ꝓpter dolorē maximū sanguis cōuertit̄ ad supiora: nec ita ꝯueniūt fricationes fortes: qꝛ faciūt ad ebullitionē.

Questio.

¶ Cōsequēter dubitat̄. circa flōmiā fiēdā in sanguinea si aliqñ est fiēda vsqꝫ ad sincopim ītelligēdo de euacuatiua. qꝛ Halyabas laudat ꝙ fiat vsqꝫ ad sincopim. ¶ Rñdet Gētilis glossando v̄ba Auic. q̄ vr̄ ꝓhibere ꝙ si corpus ceciderit in sincopim vl' sit aptū cadere de ꝓximo in sincopim nō fiat sꝫ istis nō stātibus dixit ꝙ tūc fiat flōmia vsqꝫ ad sincopim cū est necessitas ad eā: sꝫ ꝑ q̄daꝫ signa declarauit Aui ꝙ corpus est in dispōne ꝓxima ad sincopim: vt. s. pulsus fiat tremulus ⁊ diuersus absqꝫ ordīe vl' cū ordīe sicut cauda soricina. nā tūc signū est qđ est aptū cadere in sincopim.

Matthe⁹ h̄ reprehēdit gētilē

¶ Sꝫ cuꝫ bona pace hec determinatio sua nō est tenēda nec est ad mētē Aui. nā Auic. expsse voluit nūq̄ corp⁹ freneticū debē flōmari vsqꝫ ad sincopī nō tm̄ vsqꝫ ad sincopī: sꝫ nec vsqꝫ ad dispōnē ꝓximā sincopi: ⁊ si forte accedat̄ ad eā iubet ꝙ stringat̄ sanguis: īmo docet ingeniari ad hoc cognoscēdū: qm̄ sepe apparet dispositio incolumitatis in eis. ⁊ tñ sunt ꝓximi ad sincopim ꝓpter loquacitatē eorū ⁊ motus eoꝝ agitatiuos vidētur fortes: ⁊ tñ ꝓximi sunt ad eā: iō posuit signa de pulsu ad hoc cognoscēdū. ⁊ dixit: ⁊ retineat̄ sanguis cū sincopis adest ꝓpinq̄tas. nō ergo verū est ꝙ cū corpus nō est paratū cadere in sincopim: ꝙ aliqñ fiat vsqꝫ ad sincopim: nā opꝫ ꝙ medicus semꝑ ꝯsyderet vt cōseruet virtutē nā fit in eis ꝯtinua magna virtutis dissolutio: ⁊ ꝓpter vigilias ⁊ motus agitatiuos ⁊ fantasias multū dissoluētes: ēt in eis ꝓpter seuitatē accidētiū ⁊ acuitateꝫ morbi est necessariū multū tenuiter dietare: vt supra dictū est. vñ si fieret flōmia vsqꝫ ad sincopim debilitata prius ēt virtute esset timor ꝙ talis sincopis nō esset irreparabilis: ēt virtus non posset resistere ꝯtinue euaporationi: ⁊ opꝫ virtutē cōfortari cū cibo. Ubi tñ cib⁹ ꝓpter morbi acuitatē forte esset ad nocumentū pro tāto Aui. ad hoc vt medicus esset cautus dedit in hoc documētū dicēs infra ī capl'o amplius cū flōmatur si est possibile nō ꝑueniat ad hoc. s. flōmādo donec nō remaneat in corꝑe sanguis quo cōfortetur nā. i. sit necessariū ꝯfortare nām ad resistendum vaporibus ⁊ defectui nutrimēti si fecerit hora id oportere ⁊c. Et in hoc expressit sententiā. pauloāte dictā.

Quali ter intelligat̄ v̄ba Haly abbatis.

¶ Si ḡ Halyabas dixit eē aliqñ fiēdā flōmiā vsqꝫ ad sincopim intellexit exclusiue. Et tñ ēt ī hoc fuit m̄ltū audax nisi eēt in corpore multū sanguifico iuuenili ⁊ occurreret medic⁹ in ꝑncipio ꝑncipiāte morbi nō succedēte frenesi ad alios morbos in virtute multū cōstāte ⁊ cā frenesis exñte sanguinea. Et qm̄ rarissime hec oīa cōplicātur tutior est sentētia Aui. vt nō tm̄ si est possibile ꝑducat̄ ꝑ flōmiam vsqꝫ ad sincopim exclusiue: sꝫ nec vsqꝫ ad dispōnē ꝓpinquā sincopi: in corꝑe tñ forti si humor peccās fuerit sanguis ⁊ multus fiat flōmia copiosa.

Laudabilior est sentētia Aui.

Nota.

Et explicabat in hoc Auēzoar vsqꝫ ad li. j. ⁊ tertiā eius: sꝫ ego nō ad tātam auderē. Et si fuerit alius humor peccās nō multū ꝑmixtus sāguini fiat flōmia pauca dicebat Aui. aliquātula. Et si fuerit cū sanguine permixtus fiat flōmia mediocris: maior tñ ⁊ minor ꝯm excessum sanguinis supra aliū humorē vl' ecōtra. Et hoc de venis manus magne vl' saphenaꝝ ꝯm cañ. supra positos in ca°. de soda. ¶ Cōsequēter dicit Aui. Facta flōmia a vena brachij vl' manus. deinde fiat a vena frōtis: vt innuat ꝙ facta flebotomia diuersiua a longe regulariter fiēda est ⁊ diuersiua ⁊ euatiua ꝑ venā ꝓximā. Ponit tñ tacite ceteros casus ꝓpter aliquotiēs esset fiēda flōmia de vena frōtis nō ꝓcedēte flōmia de vena magis cōi. Et in hoc ponit etiā casuꝫ expressum ꝓpter necessitatē: quē etiā posuit Raß. p° cōtinētis. ca°. 14. ⁊ Ser. ca°. ꝓprio de frenesi: ⁊ expssissime etiā Alex. vt qñ nō est possibile flōmare venā manus ꝓpter inq̄etudinē egri ⁊ ꝓpter timorē ne soluat ligaturam propter corruptionē imaginatiōis eius de cuius solutione esset magnus timor de euōne sanguīs ꝑ locum flōmatū ꝓpter ebullitionē sanguinis.

Nota.

Nā tūc laudāt etiā fieri flōmiā vene frōtis nō ꝓcedente flōmia alia ꝓpter maximū iuuamētū qđ expectat̄ ex flōmia ⁊ si fiat coacte vt in pluribus qm̄ regl'r euō particularis dꝫ sequi ad vl'em: vt supra visuꝫ est in soda.

Nota.

Tñ in hoc casu stāte maxima necessitate in flōmia cū nō possit fieri ꝯm manū vl' brochiū. laudāt etiā fieri coacte de vena frōtis. Sꝫ tūc cū est timor ne materia sursū cōuertat̄ cū est fiēda flōmia in frōte: fiāt fricationes crurium ⁊ ligature ⁊ fortes diuersiones ad ꝓhibēdū euaporationē ⁊ motū materie in sursum.

Questio.

¶ Et si dicat̄ quomodo patiētur frenetici fieri flōmiā vene frōtis q̄ nō minus artificialiter fit stringēdo collū ⁊c. sicut etiā manus Dicat̄ cōcesso ꝙ eque difficile sit flōmare venā frōtis sicut ⁊ manus: cū tamē sepe venā frōtis in casu est manifestior ꝓpter materiā ebullire circa caput ⁊ ꝓpter ascensum vaporum ad ipm

tñ maior timor est si solueretur ligatura de flō
mia brachij ꝙ̄ de flōmia vene frōtis: qr flōmia
brachij fit ⁊ vena ⁊ trunco notabili a quo flue-
ret multū de sanguine: ⁊ nō sic de frōte: tñ dico
ꝙ tacite Aui. innuebat aliqñ fiedā esse flōmiā
vene frōtis ⁊ ꝯueniēter nō ꝑcedēte flōmia in
brachio ꝑ hoc qđ dixit: si virt⁹ ⁊ dispōnes non
ꝯsentiūt vt fiat eius flōmia vlis ⁊ ex manibus
ei⁹ nō est tibi possibile hr̃e ⁊c. vt dicebat pau-
loante addit tūc flōma eū in frōte: ⁊ sic videt
innuere ꝙ aliqñ ꝓpter debilitatē erit necessa-
ria flōmia frōtis qñ nō poterit fieri flōmia ma
nus: qm̄ ipsa magis debilitat vl ꝓpter disposi
tiones sup. alias: ⁊ sunt casus spāles. Unus est
vbi mā esset ꝯgesta in capite ꝑ paulatinā cōge
stionē ⁊ mēbra inferiora essent auara: tūc nō cō
petit flōmia man⁹. ¶ Secūd⁹ casus est vbi iaꝫ
esset fluxa tota mā vbi medic⁹ non occurrisset
in ꝑncipio: qr iā fluxit mā ꝑ. 14. horas vl ꝑ diē:
⁊ nō videāt vene mēbroꝝ tumefacte sꝫ fere exic
cate: ⁊ videas venas frōtis tumidas ⁊ oculos
rubeos ⁊ silia. tūc fiat flōmia in frōte: vl etiam
in naso. ¶ Nota tñ ꝙ vena frōtis magis eua-
cuat de ꝓfundo cerebri ꝙ̄ diuertat. ¶ Tertius
casus est vbi prius fuisset febriēs ⁊ esset facta
flōmia ⁊ postea esset factus freneticus. tūc for
te nō ꝯpetit flōmia manus sꝫ capitis: ⁊ in hoc
multū valet estimatiua medici: vtrū competat
flōmia immediata vl diuersio. ¶ De qua autē
vena sit primū fiēda flōmia cū est fiēda a venis
brachij vel saphenis me remitto ad ea q̄ dicta
sunt supra de soda: qr tñ oēs fere auctores lau-
dāt flōmiā cephalice in casu dico ꝙ huius cau
sa est: qr corꝑa huius egritudinis sunt corpora
maxime parata ad mām colericā mixtā sangui
ni cū quib⁹ nō ꝯiūgitur replo sanguinea. Ideo
nō videt tāta indigētia diuersionis quin suffi-
ciat flōmia a vena cephalica: qr cū hoc ꝙ eua-
cuat a capite etiaꝫ diuertit a capite. Et ad hoc
maxime facit: qm̄ ⁊ si in ꝑn°. ꝑncipiāte qñ est i-
tētio ad diuersionē magis faciat flōmia basili
ce vl vene cōmunis: qr tñ medicus nō occurrit
in ꝑncipio ꝑncipiāte: sꝫ cū est ꝓ parte fluxa ma
teria. Ideo tūc incurrit duplex intētio: vt que
est ad eūonē ⁊ ad diuersionē. Et h̄ vtraqꝫ ꝑficit
cū vena cephalica. Secūdū tñ diuersitatē circū
stātiaꝝ ⁊ estimatiuā medici vbi arbitret maio
rē esse intētionē ad euacuādū ꝙ̄ diuertēdū vel
ecōtra opꝫ diuerso mō flōmare: ⁊ sit sic expedi-
tū de flōmia. ¶ De eūone aūt ꝑ medicinas vel
clisteria dicit Mes. fiat eūo si expedit in colera
cū medicinis lenitiuis eductiuis nō transgre-
diētibus gradū lenitatis. Et Ras. idem voluit
⁊ silr Aui. Ubi gr̃a: in diuisionib⁹ posuit soluti-
uū oī die qđ fit ex decoctiōe prunoꝝ ⁊ tamarin
doꝝ. Et dixit Aui. ꝟsus finē capli ꝙ fiat pot⁹ ex
soluētib⁹ colerā ex lubricātib⁹ subtilib⁹. i. de-
bilibus ꝑdictis ⁊ purgātibus . i. mūdificātib⁹
sanguinē. Et addit. Et tibi inest vt ponas i eis
fumū terre si scineris ꝙ natura obediēs est ꝺm
omnē dispositionē. Nā de eo dicebat Mes. so-
lutionē facit facilē ⁊ educit colerā ⁊ humores
adustos ⁊ virtus ei⁹ extēdit ad venas ⁊ mūdifi
cat sanguinē ⁊ clarificat ipm ⁊c. Huius gene-
ris sunt māna cassia pruna tamarindi viole se
bestē. ⁊ siles medicine. Et ita omnes cōueniunt
ꝙ sit medicina lenitiua: verū est dicit Aui. etiā

Prim⁹ casus.

Secund⁹

Terti⁹ casus.

Nota.

Mes. de fumo terre.

est sententia Ras. ꝑmo cōtinentis ꝙ aliquādo
propter consuetudinē ⁊ inobedientiaꝫ nature
in virtute forti ad debiles medecinas opꝫ ve-
nire ad scamoneā. i. quando est vehemens ne-
cessitas: ita ꝙ lenitiue medicine non sufficiūt
ad eductionem: quia cōsueta est natura a d me
dicinas fortes et eis non nocetur in isto casu:
aliquando audent vsqꝫ ad scamoneam sed in
natura non sic assuefacta sufficiunt medicine
lenitiue: quia in his dispositionib⁹ coniungit
febris. Et semper est agitatio in humorib⁹ ma-
gna ⁊ commixtio ⁊ supercalefactio humorum ⁊
sic disponuntur humores propter ebullitionē
ad fluxum ad caput. Non ergo presumendum
supra medicinas laboriosas fiat ḡ sic medicīa.
℞. florum violarum nenufa. buglo. ⁊ fumite-
re: ⁊ maxime duꝫ ibi sit de mā adusta. añ. ʒ. ij. or
dei. ℥. j. prunoꝝ num̄. viij. sebesten. ʒ. ij. seminū
ēdiuie. ℥. ß. ⁊ seminū cōium frigidoꝝ maioꝝ. ʒ.
vj. decoquantur in debita decoctione ponēdo
flores in fine decoctionis. Et postea sumantur
℥. iiij. vel. vj. dicte decoctionis ⁊ collate in qui
bus dissoluantur tamarindoꝝ. ℥. ß. cassie noui
ter extracte. ℥. j. ⁊ erit sufficiens potio. Uel lo-
co cassiefi. ponantur. ℥. ij. manne: et erit magis
delectabilis ⁊ suauis. Uel pro pauperibus lo-
co cassiefi. ⁊ māne detur. ℥. j. diaprunis non so-
lutiui. Et vbi corpus esset magis robustum ad
datur. ℥. ß. succi ro. vl. ʒ. j. electuarij de psilio vl
de diamāna. Et vbi materia esset magis mixta
cum flegmate potest addi parum mellis viola
ti vt infra. ℞. mellis violati cassie nouiter ex-
tracte ⁊ manne. añ. ℥. ß. vel. ʒ. v. cum aqua ordei
fiat potio. ¶ Non inconuenit etiam dare de
reubarbaro in materia mixta flegmati. Nam
educit coleram sine molestia cum flegmate vt
infundere. ʒ. ij. reubarbari in decoctione dicta:
⁊ facta collatura post. x. horas. addatur cassie
vel manne vt dictum est. Sed minorando quā
titatem eorum: tamen reubarbarum sua calidi
rate est magis suspectum. Ista prima euacuati
ua conueniunt ⁊ in sanguinea ⁊ in colerica fa-
cta euacuatione prius per flebotomiam saltē
diuersiuam. Nam etiam sanguis per ebulli-
tionem conuertitur ad igneum ⁊ colericum. et
sic facit necessariam euacuationē per solutiuū
¶ Et nota quod ista que dicta sunt conueniūt
in corpore mediocris dispositionis ⁊ ex parte
etatis ⁊ aliorum. Si autem corpus esset pueri-
le vel esset debile non esset fienda flebōmia: sꝫ
tunc loco flebotomie essent ponende ventose
i mēbrꝫ deorsūsine scarificatiōe aut fiāt vētose
cum scarificatione in occipitio. Sed si simul in
tēdamus diuersioni ⁊ euūoni sup narib⁹ ⁊ cru
ribus. Sed vbi sit intentio ad euacuationem
solam in sanguineo. Et post diuersionem solaꝫ
⁊ euacuationem ponantur ventose cum scarifi
catione in parte anteriore capitis vel sangui-
suge in fronte vel in venis narium vel facere
prouocationem sanguinis narium cum aliquo
pungente vt cum setis porcoꝝ: ēt pñt fieri sca-
rificationes in cartilaginibus aurium ad di-
uersionē ⁊ aliqualē euacuationeꝫ. ¶ Seqtur
nūc de diuersione ꝓsequi. Ad hāc ḡ intētionē
dimissa diuersiōe ⁊ flōmia de qua dictū est: vi-
deat ꝑmo de ingenijs diuersionis. s. cū quibus
sit fiēda diuersio. scđo de mō ⁊ tpe oblatiōis ea

Nota.

Reubarbarum est aliqñ suspectū rōne sue caliditatis.

De diuersione.

rum. Preter ergo flomiã diuersio põt fieri mul
tipliciter. aliqñ em̃ cũ vomitu. aliqñ cum cliste
rijs: cũ fricaturis: cũ vẽtosis: cũ ligationib⁹: et
ꝓuocatione emorroydaꝝ. vł mẽstruorũ. ¶ De
vomitu in diuersionib⁹ in casu isto. nõ faciunt
cõiter mẽtionẽ auctores: nã in apate frenetico
semper vomitus laboriosus est nociuus ꝓpter
multã agitationẽ: sꝫ si infirmus incitaret a na
tura ad vomitũ: tũc iuuaret illũ cũ pẽna leuit
nõ est malũ. naꝫ vomitus laboriosus cõmouet
materias vt sursuꝫ fluãt: nũꝙ̃ ꝗ ꝯuenit in fre-
nesi: nisi vbi nocumẽtũ fit pẽdẽs aliqualiter a
nocumẽto stomaci. de ꝗ dixit Aui. ⁊ multotiẽs
accidit eis vomit⁹ ⁊ iuuãtur eo. s. cũ aliqua ma
teria in stomaco existẽs sursuꝫ euaporat. ⁊ tũc
põt iuuari cũ leui vomitiuo. vt dixit Aui. exhi
bẽdo aquã ꝑmixtã. s. tepidã cuꝫ oleo frigido. s.
virtualiter tali: vt cũ oleo viola. In apate ergo
cerebri vł in pãniculis nullo mõ ꝯuenit nõ cõ-
currẽte materia in stomaco: ⁊ tñ nullo mõ fiat
laboriosus. ¶ De clisterijs dixit Aui. fit cliste-
re valde leue facta prius flomia ⁊ ei⁹ ꝯpositio
est cũ aqua or. cũ oleo tm̃ vel aqua tm̃. Et Mes.
dicit: sint in pura lenitate nec trãscẽdãt gradũ
lenitatis: vt ẽt dicit Aui. vt addẽdo violas in-
iubas in decoctiõe: ¶ Sꝫ hic dubitat. vtrũ cli
steria cõueniẽtia possint eẽ acuta ꝙ sic arguit
nã ꝯueniũt aliqñ medicie acute ꝗ a fortiori cli
steria. assumptũ pꝫ ex. s. dictꝫ de scamonea. Cõ
firmat in apate epatꝫ laudat Gal. 12. tera. cliste
re acutũ: immo cũ cibis solutiua. ꝗ multoma-
gis in frenesi cũ clisteria acuta ꝓpter vicinita
tẽ ad ip̃m epar magis debeãt ledere epar. Am-
pli⁹ vt. s. dictũ est in soda colerica cõcedit cli-
stere acutuꝫ: ꝗ ⁊ in frenesi. ¶ Dicat ꝙ in frenesi
vera intẽtione habita ad diuersionẽ nunꝙ̃ re-
gulariter ꝯuenit clistere acutũ: imo forte nũꝙ̃:
aliqñ cõuenit cũ in vera frenesi cõiungat febrꝫ
valida: ⁊ stãtibus humorib⁹ in toto ꝗbus debe
tur diuersio in eis ꝓpter clistere acutũ fit super
inflãmatio ⁊ euaporatio maior ad caput: ⁊ sic se
quit vera lesio: necꝫ tñ fieri põt magnuꝫ iuua-
mentũ de eṽando mãm apatis ex capite ⁊ iuua
mentũ diuersionis vapoꝝ: immo tale iuuamẽ-
tũ cõpleri põt sufficiẽter ꝑ clistere lenitiuũ vt
paulopost dicet: ⁊ hoc ꝯsiderantes auctores iu
bẽt clistere esse lenitiuũ: dico signãter in frene-
si vera: qm̃ in frenesi nõ vera aliquotiẽs compe
tit clistere acutũ ẜm diuersitatẽ causaꝝ a ꝗbus
fit. ¶ Ad argumẽtũ rñdetur negãdo siꝉitudinẽ
nec illa scamonea cũ offertur est corpori medici
na acuta: qꝛ nõ exhibetur nisi illi cuius consue
tudo est non solui a medicinis lenitiuis ⁊ non
laboriose solui a scamonea. Dico scdo etiam ne
gando siꝉitudinẽ: qm̃ ꝑ talẽ medicinã põt sequi
iuuamentũ de euacuando mãm apatis qñ per
alias non põt euacuari: nõ sic est de clisteri acu
to: qm̃ ꝑ illud nõ ꝓpterea ꝓueniet ad eṽanduꝫ
mãm apatis. ⁊ sequẽtur nocumẽta calefactiõis
⁊ ebullitionis humoꝝ ⁊c. ⁊ ex hoc nota ꝙ medi
ci aliqñ audẽt super medicinam fortẽ solutiuã
in necessitate: ⁊ tñ nõ audent super clistere for-
te ⁊ acutum. ¶ Ad scdm̃ siꝉr dico negando ꝯñaꝫ
nã lꝫ in apate epatis aliqñ ꝯuenire possint cli
steria acuta cũ mã est grossa causans apa: ⁊ iaꝫ
in totũ fluxa mã qñ est idigẽtia eṽonis: qm̃ in
virtute clisteris põt eṽari dicta mã: nõ tñ seqt

Vomitus in hoc casu saltẽ laboriosus est multũ nociuus.

Aui. fit clistere valde leue.

No. hãc cõclusionez.

Ad argumentum Primo.

Secundo.

ꝙ equałr iuuare possit in apate cerebri vel pã-
niculoꝝ eius: ẽt nõ tãta est inflãmatio ⁊ dolor
ex apate epatis sicut ex frenesi: vñ clistere acu-
tum est magis aptũ nocere in frenesi ꝙ̃ in apa-
te epatis: ⁊ est aptũ minus iuuare in frenesi vt
pꝫ. ¶ Ad vltimũ dicatur siꝉr negando ꝯñaꝫ: nã
in soda colerica nõ necessario cõiungit febrꝫ in
tensa necꝫ tantus timor: seqtur ẽt si fiat ebulli
tio in humoribus in soda colerica sicut in frene
si vera: ideo argumentũ non vꝫ: cõuenit in soda
ergo ⁊ in frenesi. ¶ Sed de mõ applicatiõis di
cit Ger. ꝙ in mã sanguinea ꝯueniũt stiptica. i.
minus lenitiua: in colerica conueniũt lenitiua
magis vt in colerica fiat vt infra. ℞. lactucaruꝫ
dul. M. j. or. ℥. j. ß. mal. vio. mercurialis bletis.
añ. M. j. ß. decoquantur leui decoctione: et de
decoctione sumat lib. j. ß. facta colatura in aq̃
addatur cassiafi. de zuccaro. ℥. j. ß. vel. ℥. ij. oł.
vio. ℥. ij. salis. ʒ. ij. misce ⁊ si volueris facere for-
tius tamen non transcende gradum lenitatis.
℞. succi bletꝫ lib. j. ß. oł. vio. ℥. ij. salis. ʒ. iij. ⁊ mi
sce. In materia autem sanguinea potest poni
plus de ordeo ⁊ modico rosarum cum reliquis.
¶ Dicit hic Genti. quod tres sequuntur vtili-
tates in his lenitiuis clisteribus. Primo quia
fit euacuatio materierum fecalium que solent
in intestinis retineri. quia materia colerica fer
tur sursum. idcirco natura fit stiptica: qꝛ mate-
ria colerica que debet stimulare intestina ad se
cessum defertur sursum ad caput: ⁊ sic etiam re-
tinentur: quia propter falsas imaginationes
obliuiscuntur sepe egere. secundum iuuamen
est diuersio vaporum calidorum qui eleuantur
ad caput. tertium iuuamentum est eqnatio hu
morum ⁊ male cõplexionis in naturalibus exi-
stentis per talia frigida lenitiua. ¶ Alia diuer
sio fit cum ventosis in natibus vel pedibus vbi
fit intentio maioris diuersionis ascendendo vs
ꝗꝫ ad spatulas: ⁊ vbi fit intentio minoris diuer
sionis incipiatur a spatulis descendendo. dicit
Auicen. quod ista omnia fiant de ligaturis fri-
cationibus ⁊ ventosis proprie in dispositione
descensionis. Nicolus tripliciter exponit hunc
textum in dispositione descensionis id est cum
iam morbus est in via descensionis: quia iste li
gature ⁊ similia laboriosa non debent poni stã
tibus maximis accidentibus: sed vbi aliqualis
depressio accidentium iam secuta fuerit ne agi-
tatiõe facta ex talib⁹ diuersiuis fiat maior eua
poratio: vel ita faciẽda vt fiat ꝯuersio descẽsiua
hoc incipiẽdo a supioribus ⁊ descẽdẽdo: fiãt ẽt
fricationes sed fiãt leues. Uel in dispõne descẽ
sionis. i. ꝙ brachia ⁊ cetera mẽbra sint deorsum
tendẽtia nõ eleuata. dicit quidã ⁊ bene fiat fri-
catio leuis in palma manus vel plãta pedis cũ
aqua ⁊ sale vel aceto. ⁊ sale. Nã talis etiã leuis
fricatio cum acutis ⁊ stimulãtibus multũ in ca
su ꝓficit diuertẽdo. vñ dicebat Mes. in caº. de
litargia siue subeth de mente flagri stimulati-
ua corporis sunt de genere medicinaꝝ diuertẽ-
tium ⁊ operant plusꝙ̃ fricatio extremitatũ ⁊ li-
gatio dolorosa ẽt sunt ꝓprie qñ linimẽta ⁊ ꝯfri
cationes fiunt cũ rebus acutis sicut est acetum
squilliticũ ꝓprie ⁊ squilla ⁊ sinapis cũ aceto ⁊c.
sꝫ leniter fiãt. Nã fricatio laboriosa lenificãdo
mãm facit ꝙ sursuꝫ ascẽdãt vapores ⁊ fit iflãma
tio spũum ⁊ hoꝝ. Dicũt tñ aliq̃ hic ꝙ si fiat fri-

Ad secũdũ argumẽtũ

Ad vltimũ argumẽtũ

Clistere lenitiuũ cõueniens in frenesi colerico.

Aliud fortius.

Tres sequunt vtilitates ex his clisterijs.

Prima.

Secunda. vtilis.

Tertia.

catio in corpore ante flõmiã ꝛ in corpe plectorico fiat leuis: ſꝫ facta flõmia ꝛ eũone põt eſſe fortis. Hãc tñ ſniam nõ approbo: qꝛ ſp fortꝫ fricatio ꝑparat ad nouuꝫ fluxũ mãe ad caput agitãdo ꝛ ꝯmouẽdo mãs. De vẽtoſis dicũt practici qꝺ vẽtoſe diuertẽtes dñt eſſe extremales: vt ſupra calcaneũ ꝛ in plãta pedis ꝛ ſub poplite cũ hoc multũ laudaꝛ. nã dicũt ꝙ valde diuertit a ſuꝑioribꝰ. ꝛ hoc qꝛ an illũ locũ ꝑuenit vna vena groſſa ad quã forte multe colligãtiã hñt immo ſine forte: qꝛ mediationẽ hꝫ cũ vena chilis: deinde ad coxas ꝟſus partẽ domeſticaꝫ: et hoc qñ fiũt ſine ſcarificatiõe. Sꝫ qñ fiũt cũ ſcarificatione dñt prius poni deorſum verſus nates: vt dictũ eſt: ꝛ poſtea ſuper ſpatulas. Dicũt tñ aliqui qꝺ ꝑus debemus incipere a ſpatulis deſcendẽdo qñ ſunt ponẽde ſine ſcarificatione ſꝫ cũ ſcarificatiõe forte oppoſitũ. Sꝫ credo ſiue cũ ſcarificatiõe ſiue ſine qñ fiũt ꝓpter diuerſionẽ incipiẽdũ fit a mẽbris deorſuꝫ tẽdẽdo ſupra ſꝫ vbi fit intẽtio ꝛ diuerſionis ꝛeũonis incipiatur ſurſum tẽdẽdo deorſuꝫ. De mẽſtruis ꝛ emorroidibus in paratis ad has diuerſiones fiat cũ his que ꝓuocant menſtrua et emorroides. ſed de hoc alibi dicetur.

No. de applicatiõe vẽtoſaruꝫ cuꝫ ſcarificatione.

Expedita intẽtione eũonis ꝛ ſubtractionis mãe ſiẽdus eſt ſmo de repercuſſiuis ꝯñr ꝛ alijs localibus ſm diuerſa tpa apoſtematis: de q̃bus repcuſſiuis ꝑ°. dt Gal. 13. terapen. diſt. 3ª. ca°. 7°. Nã poſtꝙ poſuit neceſſariã flõmiã in apatibꝰ talibꝰ etiã in litargia cũ dixit verſus finẽ capl'i. Igiꝛ hoc q̃dẽ cõe vtiꝙ egritudinibꝰ q̃cũꝙ cũ cataforata mẽtis ꝛ q̃cunꝙ cũ vigilijs fiũt. Addit conuenit ẽt offerre ſm principiũ oxirodinũ. i. oleũ ro. cũ aceto. Addit expellere em̃ opꝫ a capite hũores q̃cũꝙ fuerit ꝛc. Hãc ſniam poſuit Alex. cũ dixit. Poſt ſanguinis aũt detractioneꝫ localia adhibebis adiutoria in ꝑmis oxirodinũ capiti infundes vt rurſus ꝯtra aſcẽdẽtes hũoꝝ vapores roborari poſſit cerebrũ ꝛ totũ caput: ꝛ vt ipm nõ calidũ exñs amplius trahat ad ſe humorẽ: ꝛ ꝓpter hoc magꝭ repleatur ꝛc. Aquã ẽt ro. addũt aliqui ad ſtipticitatẽ ꝛ ꝯfortationẽ. Opꝫ em̃ a prin° expellere quẽcũꝙ humorẽ ad caput fluentẽ intelligatur factis ꝑcedẽtibꝰ eũonibus ꝛ diuerſionibus. Aui. ẽt vult idẽ in ca°. ꝓprio. ¶ Sed Auic. ꝛ cõiter reliq̃ volũt ꝙ opꝫ talr̃ frida eſſe etiã ſm actũ vt infrigidenꝛ in niue vel in puteo: ꝛ maxime vbi eſt ꝟiſſima freneſis colerica. ¶ Quidam tñ dicunt ꝙ talia ponanꝛ actu tepida: qꝛ cerebrum ꝛ pãniculi cũ apoſtemanꝛ multũ ledũtur ab actu frido: qꝛ tale obſtruit poros et ꝓhibet exalationẽ mãe: ꝛ multotiẽs fit a pãniculis ad cerebrũ repulſio. Circa hec eſt neceſſaria bona medici eſtimatiua. Nã in corpore iuuenili ꝛ robuſto ꝛ vbi ſit manifeſta ꝛ vehemens caliditas circa caput nulli dubiuꝫ ꝙ opꝫ iſta applicare: nõ tm̃ virtute frigida ſed ẽt actu frigida. Sed vbi corpꝰ ſit mediocris vel debilis habitudinis ꝛ rare vel corpꝰ puerile vel ſenile ꝛ nõ ſit tanta ſuꝑinflãmatio ꝛ cõmotio tũc tutius eſt applicare remiſſe frigida ꝛ formalr̃ ꝛ in gradu virtuali vt non tranſcẽdãt ſcðm gradũ in infrigidando vt dixit Auẽꝫ. Uñ in hac intẽtione ipe Auẽ. nullo pacto vult ꝙ ſint frigida vltra ſcðm: licet aduertat formalẽ frigiditatẽ: qꝛ cerebrũ eſt multum paſſibile a frigido. ¶ Alij dicunt ꝙ ſi tale applicãdũ extrinſecus ſit ſube ſubtilis: tũc conuenit applicare ipm cũ frigiditate formali. Et iõ vbi intrat acetũ põt exhiberi medicina frigide ꝟtutis cũ formali frigiditate. Sꝫ vbi ſint bolus armenus roſe plãtago ꝛ ſilia ſtiptica ſine adiuuãte ad penetrationẽ debẽt caleſieri, vt facilius penetrent. Sed iſti ſolũ ꝯſiderãt habilitatẽ ad penetrãdũ ꝛ nõ iuuamẽta vel nocumẽta. ¶ Sꝫ dices: debemꝰ ne ſemꝑ in prin° occurrere cũ repcuſſiuis frigidis? Dicaꝛ ꝙ nõ: qm̃ dicit Aui. Et opꝫ q̃dẽ vt in prin°. ſ. apatis adminiſtres repcuſſiua pura: ſꝫ dicit faciẽdo exceptionẽ niſi ſit de gñe magno. i. de apate magno ꝛ vbi pãniculi exteriores extẽdanꝛ ꝓpter apa magᵐ. Uñ dicit Gen. ſicut in obtalmia a multa mã nõ cõpetũt repcuſſiua: imo opꝫ tũc timere in applicatiõe aq̃ frĩe multomagis ĩ alijs fridis fortioribus. Silr̃ eſt ꝛ in apate magno pãniculi ex q̃ replenꝛ vene q̃ ſunt extra cũ cõitate. Nã in applicatione horũ repercuſſiuoꝝ ſequerenꝛ multa nocumenta. Primũ nocumẽtũ eſt: qꝛ inſpiſſatur materia ꝛ ꝓhibetur reſol'o eius. Scðm nocumentũ eſt: qꝛ ſicut in emũctorijs nõ cõpetũt repcuſſiua ne mã fluat ad mẽbruꝫ nobile: ita ſi ſit apa in pãniculo exteriori nunꝙ applicentur repcuſſiua ẽt ſi facta eſſet flõmia. Sꝫ tunc dicit Aui. in caſu iſto. Incipe ab eo in quo ſit parum mollificationis ꝛ ſedatione doloris vt cum embrocatione aq̃ tepide vel olei cõis tepidi vel cũ aqua decoctiõis maluaꝝ ꝛ altee: ꝛ iſto caſu tũc maxime eſſet intẽtio in cliſterijs in addẽdo aliquid de hiera ꝛ frequẽtare cliſteria ꝛ diuerſoria cũ ligaturis ꝛc. ꝛ aliquid attrahere ꝑ nares odorando flores roſarũ flores nenufaris ꝛ ſil'ium: ſed ſupra caput fiant embrocationes cũ tẽperatis: vt dictũ eſt: que leniãt vel cũ his que paruꝫ reſoluant vt cũ decoctiõe maluaꝝ ꝛ camomille et in hac intẽtione nõ incõuenit applicatio catuli lactãtis: ſicut ẽt in ſcða parte ſtatus vel in ſcða ꝑte augmẽti: ẽt ad remiſſionẽ doloris conuertente dolore ad ſe curã principalr̃ dico ꝙ ẽt in prin°. põt fieri applicatio catuli ꝛ pulmonis arietis: maxime in corpore nõ repleto: qꝛ ꝓpter ſimilitudinẽ cũ naturali caliditate capitis fit quedã delicia: ꝛ ſi videris ꝙ nõ minoreꝛ mã: qꝛ non reſoluaꝛ tunc dicit Gẽtilis fuge: qꝛ eſt moriturus nec expedit ponere repcuſſiua nec fortiora reſolutiua ꝓpter dubium maioris attractionis. Sed ſi materia minuaꝛ poſtea appone repcuſſiua: lenia tñ vt dictũ eſt: de q̃bus Gerar. ponit diuerſitatẽ in ſanguinea ꝛ colerica. vt ſupra dictũ eſt de ſoda: vt fiat embrocatio cũ oleo cõi vel de ſiſamo vel amigdalaꝝ dul. fiat ẽt lenitio ſupra caput ex eis ꝛ in embrocatione ẽt ponatur aliq̃d de papauere ad inducendũ ſomnũ: ſed iungaꝛ aliq̃d camomille vt remoueaꝛ nocumentũ papaueris: vt dicit Auic. ꝛ ſi remittitur dolor taliter ꝙ ſimus certi ꝙ mã nõ reflecteꝛ et nocebit appoſitis repercuſſiuis: dico ꝙ his factis lenitiuis debemus vti repcuſſiuis. poſtea facta repcuſſione poſt diẽ vel duos vel tres vel quatuor dies. ¶ Expedito tꝑe principij morbi applicenꝛ quedã medicine appropriate ſm diuerſas partes tꝑis morbi vt augmẽti ꝛ ſtatus. nam in alijs tꝑibus vt in augmẽto plus opꝫ exhibere repcuſſiua in ꝑª parte ꝙ in ſcða ꝑte ꝛc. ꝛ

Queſtio.

Nota bñ.

Queſtio.

Primũ nocumentũ.

Scðm.

Not. dictũ Gẽtilis.

ita pñr est pcedẽdũ fm cões cañ. vt in scđa parte augmenti: dñantibus tñ repcussiuis ponaꝛ de resolutiuis plusq̃ ante: ꝛ in statu equalr̃ de resolutiuis ꝛ repcussiuis in declinatione pl' de resolutiuis: vñ transacta scđa parte augmenti versus statũ laudat Gera. appositionẽ canis scissi p mediũ sup caput capite raso: nã p rasionẽ habilitaꝛ ad euaporationẽ vapoꝝ ad caput. Proficit scđo: q2 medici vident aliq̃d operari vt ẽt dicit Gerar. cremonẽsis. Et tertio q2 melius medicine applicate operanꝛ. Posuit tñ Gerar. expositor quendã artificialẽ modum ad resoluendũ sil' ꝛ somnũ inducẽdũ vt sumãtur cũ catulo. ℥.j. vel. ℥.ß. se. iusquiami puluerizati sup catulo sciso' fit maximũ iuuamẽtũ: q2 ex vigilantibus fiũt dormiẽtes: sed hoc nõ esset tutũ nisi in aug mento. ¶ Dicit Nicolus ꝛ est doctrina Gen. qđ quattuor sunt localia applicãda ad intẽtionez resolutionis leuis: primo pulmo arietis: secundo catulus lactãs duoꝝ mẽsiũ scissus p spinã vl' iudicio meo: ẽt fm ventrẽ postea intẽsius i gradu si apponaꝛ gall' incisus p dorsuz: q2 melius applicaꝛ: postea applicatio colũbi. dicit Gẽ. qđ in frenesi vera sit talis ordo vt incipiaꝛ ab his debilioribus: ꝛ dicit q2 lz apud illustres auctores arabes vel grecos nullibi repiantur ista remedia de his carnibus in casu laudata: tamen sunt multũ eligibilia ꝛ a latinis repta: ita q2 nõ seq̃tur: ab antiq̃s nõ laudanꝛ illustribus: ergo offerri nõ debẽt: sicut ẽt ẽ de emplo capitali qđ a latinis reptũ est: ꝛ est mirabilis iuuamenti in certis casibus: sed ipse ponit historiã circa applicationẽ hoꝝ: qm̃ lz multũ pficiãt tpe resoluẽde mãe: tñ in tpe repcutiende essent mlti nocumẽti si offerrenꝛ. Et ideo q̃dã vulgares applicauerũt aliqđ taliũ in pn° fluxus mãe in frenetico: ꝛ attracta est mã ad caput ꝛ vbi pri' inordinate monebaꝛ pter attractã mãm multum leso cerebro ꝛ oppssa multũ virtute: ꝛ iã factus ppinquus morti factus est immobilis ꝛ non loquens: ꝛ credebãt vulgares qđ esset reductus pter remotionẽ inordinati motus ꝛ loquacitatis ꝛc. ꝛ cũ post paruũ tps obijcet dixerunt qđ fuit vitio medicoꝝ q̃ tardauerunt vel phibuerunt a pn° appositionẽ catuli vel alterius sil'is ei. Hoc bene notate pter calũniã q̃ aliq̃tiens daꝛ medicis sine cã: ꝛ hoc est dictũ in vera frenesi: sed in nõ vera vbi mẽbrũ non est apatũ: ꝛ est intẽtio maioris resolutionis pter vapores mltos in capite ptẽros. Facta tñ eñone ꝛ diuersione p° põt applicari colũbus: ꝛ si nõ põt haberi pñt alia applicari pdicta. Sed talr̃ applicentur q2 continua fiat applicatio: q2 vnica applicatio nõ facit ad integrã resolutionẽ: sed habeantur octo vel decẽ pulmones arietis vel decẽ catuli: ꝛ vno euiscerato alter supponaꝛ: q2 cũ vn' infrigidaꝛ alter formalr̃ calidus supponaꝛ. Ita' itelligaꝛ de colũbis ꝛ alijs. Sed p pauperib' accepto pulmone arietis ꝛ supposito ꝛ facto frio infundaꝛ in aqua calida mellilloti vel camomille: ꝛ expssa humiditate illa iteꝝ supponaꝛ: ꝛ vt dr de pulmõe arietis: ita de reliq̃s dici põt. ¶ Sz hic nota q2 aliquotiẽs ex applicatione frigidorũ repcutientiũ vt supra dictũ est de pmutatione frenesis: q2 aliquotiẽs frenesis pmutaꝛ ad litargiã: ꝛ tunc nõ opz incedere fm cañ. superi' dictos: imo fm dispõnẽ accidẽtiũ in intẽtione variare medicĩas. Vñ dixit text' Aui. Si trãsierit septimana ꝛ q̃es maior sit q̃ mot' declarat q2 talia apostemata frenetica terminanꝛ ad litargiam intelligitur quies maior quam motus: quia quies non fit propter debilitatem qm̃ aliquotiẽs vt dicebat Ras. p° ptinẽtis videtur minui accidẽtia: ita vt videaꝛ q̃si liberari ꝛ tñ tẽdit ad mortẽ: qm̃ minuiꝛ in talib' accidẽtib' pter impotẽtiã v̾tutis ꝛ debilitatẽ ei'. Sed psentiẽtib' reliq̃s accidẽtib' bonis vt est bonitas anhelitus ꝛ dormierit vbi prius vigilabat ponaꝛ mẽtastrũ. i. mẽta siluestris ꝛ balsamita. i. sisimbrũ vel mẽta aquatica q̃ i casu mltũ laudaꝛ ab Aui. ꝛ Ras. p° ptinẽtis. Ista ponãtur sil' cũ altea ꝛ cũ maluis: in decoctiõe ponãtur reliq̃ cal'a. Et hoc intelligiꝛ de frenesi vera stãte apate. Nã talia valẽt in declinatiõe morbi ad resoluẽdũ ꝛ pfortãdũ. Sed in nõ v̾a intendim's ad cãm dicte frenesis: aliq̃ñ eñando aliq̃ñ ad digerẽdũ fm necessitatẽ cãe remouẽde a qua pẽdet vt est aliquotiẽs mala mã in stõaco. ¶ In frenesi ãt v̾a nõ posuerũt auctores intentionẽ digõnis ꝛ eq̃tiõis mãe: dicit Nicol'. Rõ est q2 mã est furiosa ducẽs ad mortẽ cito vñ stat principalis intẽtio ad subtractionẽ ꝛ eñonem mãe: nõ incõuenit tñ cũ est tps mãm digerere. Vñ in colerico digestiuũ pueniẽs est sirup' vio. vel solus: vel cũ sirupo de papauere vel de nenufare: vel de portulaca. Sz in sanguineo magis valebũt sirupi ad frigidũ ꝛ ad siccũ declinãtes: vt ẽt ponit ordinẽ. A. in cibis istoꝝ v̾sus finem capl'i: valẽt ergo magis sirup' ros. sirupus de ribes de granatis de succo acetose pprie et sil'es cũ aq̃s appropriatis plãtagis ros. burse pastoris ꝛ sil'ium: vbi in colerico magis valẽt aq̃ lactuce violaꝝ cucurbite maluaꝝ ꝛ sil'ium humectãtiũ: ꝛ ista intẽtio de hũectantib' habeaꝛ ẽt silr̃ in colera adusta: imo dicebat Aui. Et in colera q̃ est adusta multipliceꝛ studiũ cũ hũectãtib' ꝛ cũ administratiõe enematũ infrigidãtiũ ꝛ humectãtiũ in eis q̃tũ possibile est. ¶ Sz in frenesi nõ v̾a pcedaꝛ vt dictũ est eñando et digerendo fm oportunitatẽ cãe a qua pẽdet: ꝛ caput pfortãdo ne recipiat in pn°. postea resoluẽdo fm cañ. notos: saluo qđ in parafrenesi in femĩlibus putridis opz psiderare ne pter frigida ꝛ stiptica ꝛ iteri' ꝛ exteri' applicata obstruẽdo poros ꝛ phibẽdo euẽtationez mãe putride ne augeaꝛ putredo in mã maxie cũ in putridis vt sepe piũgaꝛ opilatio. ¶ Practica. Anezo. in isto casu vitupat applicationẽ frigidoꝝ: q2 dicit ipe. Tu nõ posses facere ẽt si esset Esculapi' q̃n in scia medicine sic faciẽdo obstruanꝛ pori ꝛ augebiꝛ putredo in mã. Sz ipe dicit q2 cũ leniter calefaciẽtib' nõ ledeꝛ ꝛ subtiliabiꝛ mã ꝛ facilitaꝛ trãspparatio vapoꝝ ꝛ mã disponiꝛ ne vlterius putrefiat: ꝛ sic habilitata remissiõe mãe putredis ꝛ cãe pñr remitteꝛ accidẽs: tñ opz vti modificatiõe in hoc dcõ qm̃ tãta pt ee inflãmatio q2 seq̃reꝛ maxia debilitas ꝛ pstratio v̾tutis. Et tũc opz remittere cũ fris inflãmationẽ tãtã maxie cũ mã magis nocet q̃litate q̃ q̃ñ mã nocet q̃titate: tũc est practicãdus cañ. eius: ꝛ hec sua snia est cañ. d. A. 4ª pmi. ca°. 2°. cum dicit. Qui aũt caliditatis supfluitatẽ cũ opilationibus medicaꝛ sibi cauere dz ab infrigidatiõe superflua ne in puertẽdo opilationẽ in lapidem

No. dictuz Gerardi.

Primũ pulmo.

Scđm catulus.

Tertiũ gallus.

Quartũ columbus.

Not. bene.

Not. bene.

Nota bñ d ptinua applicatione Habeãtur octo vel decẽ pulmones vel catuli.

Qualr̃ errore aliq̃ñ pmutatur frenesis in litargiam

No. dñiam inter mẽtastrũ ꝛ balsamitam.

Quare nõ eq̃tur nec digeriꝛ mã in frenesi.

De frenesi non vera.

No. bene

augmētū faciat ⁊ ne calide cōplōnis malitiam augmētet: imo paulatim p° medicari dꝫ cū eo qđ abstergit: ⁊ si qđ infrigidat ei suffecerit sicut aqua ordei aut succ⁹ scariole erit ꝯueniēs. Et si nō suffecerit istđ tūc cū illo qđ tēperatū existit fiat sup. ꝙ si hoc nō suffecerit cū eo in q̄ subtilis existit calor. Nā ex hoc sis sollicit⁹: qm̄ iuuamē tum dyaforesis eius in infrigidando plus confert ꝙ̄ sit nocumentū qđ facit ei calor q̄ ad extinguendum est facilis post apertionem ⁊c.

De accidētibus freneticoruꝫ.

Postremo dicaꝶ de accidētib⁹: ⁊ p° ꝓpꝶ eoꝝ falsas ⁊ corruptas fantasias: ponātur in locis vt se precipitare non possint: q: aliqñ id appetūt ēt caueamus ne nobis medicis nocere possint: ⁊ sic ligentur suauiter tñ vt supra tactū est ꝙ̄tū est possibile. ¶ De vigilijs odorēt aliqua q̄ inducūt somnū vt aquaꝫ decoctionis acetose lactucaꝝ papaueris: et se. citruli ⁊ aneti. ⁊. A. laudauit in virtute forti vt aliq̄d ꝓbigra gra. ij. opij dissoluanꝶ in oleo aneti ⁊ inūganꝶ cornua frōtis: sꝫ si ꝟt⁹ est debilis dixit ꝙ est pimēs ⁊ tūc magis laudat exhibitionē sirupi de papauere. Et Alex. dixit in insōnietate dabis ei bibere ad oīa vtilissimū factū adiutoriū dyacodiō. Nā nō solū adiuuat insōneitatē sꝫ ⁊ fe. ꝯputat: ⁊ in alijs recurre ad dcā. s. d soda. ¶ Aliud accñs est ꝙ obliuiscūꝶ egerē et vrinare ⁊ comedere ⁊ bibere ⁊c. De hoc dixit. A. ꝙ singula hora inducāꝶ ad vrinādū cū diuersis ingenijs epithimādo partes vesice ⁊ ifra testiculos cū aq̄ decoctiōis paritarie ⁊ apij: ⁊ senationū malua: ⁊ altea ⁊ talib⁹: deinde scalpeꝶ. i. digitis satis fortiter friceꝶ loc⁹ inter anū ⁊ testiculos ipso infirmo erecto exñte: et cōprimaꝶ loc⁹ pectinis vt euēꝶ mā vrinalis q̄ regīr a nā ad vesicā mittiꝶ. Et vt alia mā illuc reducatur: aliq̄ ponūt cimicē in extremitate virge. vł̄ fiat inūctio sup pectine nō cū oleo de scorpionib⁹: q: faceret ad exsiccationem illoꝝ mēbroꝝ et ea spasmaret: sed fiat cū oleo cōi hoc est oliuaꝝ maturaꝝ. Et infusio aq̄ tepide sup locū sola iuuat. Et v tiuueꝶ ad egestionē inuitentur cū clisterijs ⁊ alijs icitātib⁹ ponēdo eos ad selā. ¶ Aliđ accidēs est ꝙ sepe hñt cām vehementē sitis: ⁊ tñ nō reqrūt potū: ⁊ tūc offerēdus est pot⁹ ꝑcipue cū videris linguā asperā vel nigrā: tūc da potū infrigidatiuū vt decoctionē tamarindoꝝ cum iulep vio. vel ro. ⁊ de berberis ⁊ de ribes ⁊ filiꝰbus. ¶ Mores aūt eoꝝ rectificāt assistētes grati: misericordes: prudentes ⁊ quos al's venerari consueuerunt vt supra dictum est in dieta.

Cōtra obliuionem.

cōtra obliuionē potus.

Et ex his dictis pōt prudēs medic⁹ discurrere ad curā flōnis substātie cerebri cui maxime occurrendū est in pn° ꝓpꝶ piculositatē morbi. vt voluit Gal. 7°. affo. Nā magnitudo morbi ⁊ nobilitas mēbri facit vt ipse dicit morbū esse maxime piculosum. Et Auē. ꝓpter eius periculositatem non voluit aliud ordinare: sed dixit ꝙ oīs cura est subtiliatio regiminis ⁊ flōia. Et addit. Sed credo ꝙ ꝓpter ei⁹ mala accidentia ante hoc morietur. Et sic est finis huius caplī de frenesi. ¶ Sequitur caplm̄ de litargia. Joan. Mattheus.

Auēz. pauca de cura frenesi scripsit.

De litargia.

Dicto de frenesi ap̄ate calō capitꝫ succedit ꝯueniēter ad doctrinā vt dicaꝶ de litargia. Uñ not. ꝙ Ras. hic nō determinauit de litargia ⁊ aliq̄ existimāt eādē esse curā litargie ⁊ subeth ꝙ q: infra fac̄ caplꝫ de subeth. Et dicūt eādē eē curā litargie ⁊ subeth: sed male: qm̄ subeth est accidens litargie etiam ab alijs causis venire pōt. ¶ Ad declarandū ergo ꝺm ordinem nostrū materiā de litargia. primo videaꝶ q̄d nois ei⁹ ⁊ q̄d rei ꝯñr: deinde ponētur distinctiōes ꝯñr cāe deinde signa. Et primum pronostica: deinde demonstratiua: vltimo ponetur cura.

Quid nois. Quid nois ergo litargie iterpretaꝶ obliuio mentis a tergos grece qđ latine sonat mēs ⁊ letes quod est obliuio. vt dixit Aggregator brix. ⁊ Nicolus cū eo: lꝫ quidā dicāt ꝙ litargia grece dr̄ a liti qđ ē obliuio ⁊ argias ociosus quasi cū obliuiōe stat ociosus. Uñ nota ꝙ litargia est nomē sumptū ab accidēti. s. ab obliuione. Nā obliuio cōseq̄ꝶ litargiā sicut vmbra corpus. Et ideo aliq̄ caplꝫ de litargia noīabāt caplm̄ de obliuione loquētes de obliuiōe vł̄r. Et sic fecit Azarauius ⁊ putabāt ꝙ litargia solū esset idē qđ obliuio. Et sic errabāt sumētes nomē accidētis ꝓ noīe principalis morbi. Et in hūc errorē incidūt: q: sequūtur q̄d nois termini. Nā dixit Aui. ꝓpter nomē eius errant in ipsa plures medicoꝝ ignorantes ꝙ intētio in ipsa est egritudo fcā ex ap̄ate frido ⁊c. Et sic dicit Aui. ꝙ litargia nō est obliuio absolute: sed obliuio ꝯñs ad ap̄a ꝺm cerebri: iō ꝓpter obliuionē dixerūt quidaꝫ ꝙ litargia dr̄ de ap̄ate frido posterioris partis cerebri tm̄ qđ nō est veꝝ q: ꝓprie dr̄ esse ap̄a flāticū cerebri vbicūq; fuerit. vñ Auic. nō distinguit ista ap̄ata ex ꝑte loci: ita ꝙ litargia fiat in ꝑte posteriori nō in medio nec anteriori vt sunt arbitrati. Nam dū facit mētionē de euētu ipsoꝝ diuerso mō ex ꝑte mēbroꝝ: hoc est veꝝ in cerebro vel in panniculis: nullā facit mētionē de diuersitate sit⁹: immo vult vł̄r ꝙ ap̄a panniculoꝝ cerebri calidum dr̄ esse frenesis: ⁊ ap̄a flegmaticū siue in ꝑte anteriori siue in parte posteriori dicatur litargia Et etiam ꝓ hoc est bona ratio Gen. qm̄ pars anterior cerebri vel eius panniculi possunt ap̄ari ap̄ate flegmatico: ⁊ non apparet ad quā rubricam tale ap̄a debeat reduci nisi ad litargiaꝫ ⁊c. ¶ Si ergo aliqñ auctores dicūt ꝙ est ap̄a flāticū in occipitio eueniens. vt dixit Rasis in diuisionibus. intelligatur vt in pluribus: ideo non est veꝝ ꝙ obliuio ⁊ litargia idem sint: sed obliuio sequitur ad litargiam. Ex hoc tñ non sequitur ꝙ litargia sit solū i parte posteriori: q: obliuio sit accidens solius partis posterioris: imo ⁊ memoria ⁊ obliuio fiunt a temperamento cerebri absolute in oī parte cerebri. vt voluit ph̄s in scđo de aīa. lꝫ Aui. ⁊ sequentes arabes teneāt oppositum ꝙ sensus cōis sit in prima parte: et estimatiua in media: ⁊ memoratiua in postrēa parte. ¶ Est etiam snīa Gal. ꝓ parte Aris. Nam ipse in scđo tegni. ponens signa cōplexionis cerebri ꝑ opationes virtutum interioꝝ nō ponit signa partis anterioris tm̄ nec medie nec posterioris: sed ponit signa absoluta toti⁹ cōplexionis cerebri: ⁊ dicit ꝙ facilitas discendi est signū fluentis cerebri. i. humide complexionis: et memoria signum substantie ꝑmanentis. i. sicce: et sic declarat complexionem humidam vel siccaꝫ cerebri absolute ex faciliter discere vel memorari; et ita innuebat memoratiuam esse

No. de mala interꝑtatiōe nominis.

No. q̄d sit litargia.

in toto cerebro ꝛ nõ solum in parte posteriori. ¶ Prac. faciliter discẽtes raro hñt bonã memoriam in de sensu. nec ecõtra: sed bene reminiscitiui sunt. vñ si fluxibilitas substãtie cerebri in parte anteriori esset signũ facile discẽdi ꝛ siccitas posterioris bone memorie: sequeret ꝙ bene discentes in casu certo: tunc bene memorarent distantiã ventriculoꝝ. vnde plusꝙ cõmentator dicit ꝙ sensus cõis nõ solũ est in parte anteriori: sed in media ꝛ posteriori: ꝛ sic de alijs sensib⁹ Et ita ex obliuione que nõ est nisi q̄dã indispositio vel imposita ad renouandũ id qđ est deletum apud fantasiã nõ debemus arguere ꝙ litargia sit aþa solũ ptis posterioris cũ opatio memoratiue in omĩ pte cerebri pficiat sicut ꝛ operatio sensus cõis: qđ declarat cũ nerui audit⁹ per quos defert sonus vel spẽs eius ad sensum cõem nõ terminent ad partẽ anteriorẽ: et hoc bene nota ppter multa. ¶ Ad Aui. tñ dicat cõcedendo ꝙ in dictis vẽtriculis ex tẽperamento cerebri iste operationes appropriate videntur melius pfici: ꝛ istud sibi sufficit. ¶ Quid rei autem litargie declarat p esse aþa frigidũ capitis Sed no. ꝙ cũ litargia sit aþa frigidum capitis ꝙ aliqđ est aþa flãticum aliqđ melicũ capitis: nõ tñ qđlibet aþa flãticũ vel melicũ capitis dr litargia. nã opꝫ ꝙ sit aþa flãticũ intra craneũ: qꝛ si esset supra craneũ nõ esset litargia: ẽt dicũt quidã ꝙ nõ oẽ aþa flãticũ intra craneũ dr litargia: vt si esset a flãte aquoso: sed opꝫ ꝙ sit a flãte grosso: qđ põt declarari ppter duo. pᵐ qꝛ Auic. ponit capᵐ de aqua siue aquositate intra craneũ qđ est diuersum a caᵒ. litargie. 2ᵒ. qm̃ Auic. oñdens qđ vt in plurib⁹ litargia nõ est aþa substantie cerebri: adduxit p hoc mediũ qꝛ fl̃a raro penetrat intra substãtiã cerebri ppter ei⁹ viscositatẽ vbi si esset flegma aqueũ posset in substãtiam viscosam penetrare. Itẽ non dꝫ dici litargia si fuerit a flegmate salso: sed dꝫ eẽ a flãte frigido viscoso. nã accñа litargie nõ ꝯsequunt ad materiam salsam: vt pꝫ maxime de subeth: ideo dicit Aui. in pᵒ. capl̃i. litargia dr aþa flãticũ. s. vt in pluribus factũ sub craneo. nã ẽt aþa melãcolicum est litargia: vt dictũ est. ¶ Et nota qđ tale aþa sub craneo põt esse in diuersis locis. Nam quatuor dicunt esse sub craneo. s. pãniculi: substãtia cerebri: anfractus siue meat⁹: vt inter craneum ꝛ pãniculos cerebri ꝛ cõmissure cerebri ꝛ ventriculi: ꝛ in his membris ꝛ locis omnibus põt fieri litargia. Dicit tñ Auic. plurimũ quidẽ fit in anfractibus eius absqꝫ pãniculis ꝛ cerebro. i. fit in meatibus ꝛ cõmissuris dispsis per substantiã cerebri vel inter pãniculos ꝛ cerebrum: nõ in cerebro nec in pãniculis. Nota dicit plurimum: qꝛ ẽt põt fieri in substantia cerebri: lꝫ tamen oppositũ teneat Gerardus. s. ꝙ nõ fiat in substãtia cerebri: de quo miror: qꝛ dicit quod est impoẽ nisi coniungatur alia materia subtilis: quod non videtur necesse vt ptꝫ: ꝛ si fieri potest in substantia cerebri: tamen difficulter ita fieri potest ꝛ in ventriculis: licet difficulter quia non penetrat ad ventriculos nisi per substantiam cerebri: ideo de ventriculis non declarauit Aui. sed solum de substantia cerebri et panniculis: et ex hoc potest solui ad dubium Gentilis qui querit si potest fieri in ventriculis quia Aui. de illis non dixit: sed solum dixit de substantia cerebri ꝛ panniculis dicatur qđ ita in eis tñ non plurimum fit: neqꝫ sua respõsio ad quesitum satisfacit. qđ si dicta materia esset in ventriculis ꝙ faceret epilesiã vel apoplexiã: qꝛ non quelibet talis materia facit aþa etiã in vẽtriculis existens: vt ptꝫ: ꝛ vt infra videbitur de subeth. Fieri igitur potest in velaminibus cerebri ꝛ substantia eius ꝛ vẽtriculis ei⁹: sed vt plurimum fit in meatibus ideo ꝛc. qꝛ in panniculis non subintrat substãtia grossa ꝛc. ecce vult qđ litargia nõ fiat a flãte subtili sed grosso. ¶ Sꝫ bonum dubium est. nã dices ꝙ aþa litargie nõ est in meatibus. nã si fit in vacuitatibus istud videtur repugnare aþati. nã in omni aþate de necessitate cõiungit solutio cõtinui: sed in talibus vacuitatibus non põt solui cõtinuũ: rñdet quidam qđ opꝫ aliquã materiã subintrare substantiam cerebri ad hoc vt fiat aþa. nam q̃uis fiat in meatibus vel vacuitatibus opꝫ aliquam materiã subintrare substantiã cerebri vt fiat solutio cõtinui: sed istud nõ vr posse stare. nã semper ergo aþa litargicũ eẽt aþa substãtie cerebri ꝛ substãtia cerebri eẽt aþata si stat illa rñsio: qđ falsum est: vt ptꝫ ex verbis Aui. opꝫ ergo aliter dicere de mente Aui. 3ᵃ quarti. 2ᵒ. tractatu. caᵒ. de aþatibus vẽtosis: ꝛ est ibi notabilis textus in ista materia: nã imaginat ꝙ materia recepta in illis anfractibus ẜm mediũ extendit: ꝛ cõsequenter membra vicina quedã cõtrahunt q̄dã extenduntur ẜm extrema illius vacuitatis: ꝛ ita extenditur cerebrũ ꝛ nõ per subintroitũ materie: ꝛ sic fit solutio cõtinui. nã dixit textus ibidem: aþa ventosum quoddã fit a vapore leui: et quoddã fit a vapore vẽtoso: ꝛ dicitur inflatio ꝛ sentitur quasi percussio cũ manu: ꝛ pprie qñ inuenit locum vacuũ in quo cõtineat vt est stõacus ꝛ intestina: vel vt est locus inter lacertos et ossa: nam nõ est necesse vt dilatet spacia soluẽdo continuũ sed subtiliat mẽbra sibi vicina ꝛ resoluit ea et generat in eis extensionem: vnde fit solutio in eis. Hec sunt verba Aui. qñ ergo materia recipitur in loco vacuo nõ soluit ibi cõtinuũ: sed aliqñ soluit mẽbra vicina: et sic rñdeo ad argumẽtũ supra qđ nõ opꝫ qđ in illo mẽbro vbi dr esse aþa fit solutio ꝯtinui sed in ꝯuicino.

Nota qđlibet aþa cerebri flãticum est litargia.

An litargia possit fieri in vẽtriculis.

Solutio dubij.

Ad argumentum.

Diuisiones.

Expedito q̄d rei iã sũt ponẽde alique distõnes. ¶ Prĩa distinctio q̄dã litargia fit incipiendo: quedã p viã pmutationis: vt cũ ex frenesi fit litargia vel ex colica. ¶ Scđa distinctio. taliũ aþatũ q̄ fiũt incipiendo q̄dã fiũt talia p viã paulatine cõgestionis maxime in cerebro: q̄dã p viã defluxus materie. ¶ Alia distinctio. q̄libet talis aut terminatur p resolutionẽ ad saniẽ: ꝛ quedã induratur: ꝛ quedã pmutat: q̄dã p crisim euõnis: q̄ est per resolutionẽ est melior: deinde q̄ fit p viam euõnis sensibileꝫ illa euãtur. Ista aũt que est p modũ permutationis raro est bona de induratiõe ꝛ saniatiõe. Quidã dubitãt vtrũ stãte vita possit pmutari ad saniẽ. Et dicũt ꝙ nõ sꝫ appet ꝙ sit possibile vt saniet ad bonũ lꝫ difficulter. ¶ Alia distinctio: q̄dã fit in substãtia cerebri lꝫ raro: quedã in pãniculis lꝫ etiã raro ꝛ forte rarius: quedã in anfractibus: quedã in vẽtriculis cerebri. ¶ Et ẜm hoc sumitur distinctio ex pte malitie dictoꝝ aþatum. Nam nõ videt tm̃ nocumẽtũ fieri stãte materia ĩ vacuitatib⁹ cerebri si-

Prima distinctio.

Secũda distinctio.

Tertia distinctio.

Quarta distinctio.

cut stante materia in substātia cerebri vel in pā niculis eius deterior ēt vr̄ illa que est in substā tia cerebri ꝙ que est pāniculoꝝ: sicut supra dice batur de frenesi: lȝ pāniculoꝝ frenesis faciat ac cidentia seuiora. ¶ Alia distinctio: quedā ad sa lutem terminant: q̄dā ad mortē de q̄bus vide⸗ būtur accn̄tia ꝓpria. ¶ Est ēt distinctio quedā ex parte loci. Nā in quodā loco est magis ꝯtin⸗ gens: in quodā minus. Nā litargia vt pl'm fit in parte posteriori ex eo ꝙ pars anterior cal'ior est etiā in ꝑte anteriori est colatoriū suꝑfluitatuȝ. Et sic ꝑ eā partē multe ꝑtes pn̄t expurgari: que nō per partē posteriorē. ēt q2 pars posterior est magis dep̄ssa: ꝛ sic ad eā cadūt materie graues frīde. Cū hoc tn̄ stat ꝙ possit litargia fieri ēt in parte anteriori ꝛ media vt dictū est. ¶ Alia di⸗ stinctio. quedā est absolute ꝛ ꝓprie litargia vt flegmatica q̄dā nō sic ꝓprie vt mel'ica q̄ nō ab⸗ solute dr̄ litargia: sed cū determinatiōe vt litar gia mel'ica: ꝛ rō huius fuit: q2 ad litargiā cōco⸗ mitatur subeth ꝛ obliuio q̄ non sic sequunt̄ ad apā mel'icum: imo in eis sepe sequit̄ accidēs cō gelationis de apertione oculoꝝ ꝛc. ¶ Apa autē mixtū ex flāte ꝛ colera pōt dici litargia nō v̄a. vt videtur sentire Alex. ꝓpter eandem rationē. nam talis modo vigilias patitur: modo graui opprimitur somno ꝛc.

Quinta distinctio.
Sexta distinctio.
Septima distictio.

hyemis ꝛc. Si ēt sit anhelitꝰ diuersus sine ster/tore non vicissitudinem habens sed diuersitatē significat apoplexiam fortē ꝛ est signū mortis sed qñ anhelitus est paruus ꝛ diuersus cū ordine tunc significat debilē apoplexiā: ꝛ ista necessario nō est mortalis: ꝛ tñ si sit euasio ab ista debili est monstruosū dicit Azarauius. ¶ Et ita ex his respondet ad dubiū cū dictum est supra ꝙ aliqñ cadit apopleticus ꝛ nō est differētia inter ipsum ꝛ mortuū ꝛ nō apparet anhelitꝰ oīno tñ sanatur. Ergo sequit ꝙ signū significās mor/tem apoplexie fortis non est ablatio anhelitꝰ ꝛ spume. Rñdetur vt supra est dictū ꝙ non semꝑ ablatio anhelitus est signū fortis apoplexie: sꝫ solum hoc verificatur in corpore fortis caloris innati: vnde q̄dā sunt signa in corpore debili q̄ non significant fortē apoplexiā q̄ si essent in cor/pore forti significarēt fortem apoplexiā. ¶ Pro/pter hoc dicebat Judeus in primo ꝯtineñ. caº. pº. in fine: ꝛ sunt vltima verba vt refert Rab. p̄/cipit ꝙ apopleticus non sepeliatur infra. lxxij. horas: eo qd̄ quidā eoꝝ steterunt quasi mortui toto illo tēpore ꝛ vltimo redierunt. i. reuixerūt. Et dicit Genti. qd̄ vidit vnum qui portatus ad ecclesiam ꝛ foueam: fecit quendā motū: ꝛ post/ea reportatus domū etiam reuixit. Et sic dicit Nicolus ꝙ quedam mulier reuixit. Et ideo ali/qñ corpora in sepulchris inueniuntur velut mor/ta: q̄ꝛ non erāt mortua qñ sepulta fuerūt: ꝛ hoc maxime contingit in corporibus debilibus et frigide cōplexionis vt in mulieribus ꝛ in com/plexionibus melācolicis vel flegmaticis: non ergo sepeliantur infra tres dies nisi cum inci/piunt fetere tunc sunt mortui. ¶ Signa quan/do sunt mortui vel non sunt ſm Gal. in de inte/rioribus. caº. 4º. talia sunt. Nam corpus exten/datur supra dorsū in camera vbi nō sunt mul/te ꝑsone ne moueatur multū aer accipiat cotū carminatū subtilius ꝛ teneat ad nares illius subtilissime a nō habēte manū tremulam: q̄ꝛ si viuit aliqualiter cōmouebit cotū ꝓpter expi/rationē: sꝫ tūc q̄escāt ibi omnes a motu ꝛ a ver/bis ne aer moueat. ¶ Scdm experimētū. sumat vnū vitrū plenū aqua ad summū ꝛ ponunt suꝑ fundū pectoris ꝓpt vicinitatē ad cor: ꝛ si ꝛ fiat aliqualis motus in aqua signū est quod viuit. ¶ Tertiū est vt accipiat speculū bene tersū ꝛ politū ꝛ ponat ad os ꝛ nares illius nā si vapor exiuerit aliqualiter alterabit speculum. ¶ Cau/sa propter quam debēt stare per. lxxij. horas est dicit Conciliator q̄ꝛ in tribus diebus naturali/bus humores oēs expleuerunt cursum suum: et cōsequēter debuit fieri aliqua agitatio qua co/gnitum fuisset ipsum viuere. Et ideo xp̄s oīpo/tens voluit suscitare lazarum quatriduanū iaꝫ fetentem. Nam flegma mouetur de die in diem colera de duobus in duobus: ꝛ melancolia de tertio in tertium. Et si completis tribus diebꝰ ꝛ nullum apparuerit signum cōmotionis erit signum probabiliter ꝛ quasi necessarium extin/cte virtutis: dicunt ꝙ Rasis dixit in. xlviij. ho/ris sed id non reperi. Cōis sniā est iudei: quam etiam sequitur Aui. ¶ Signa salutis sunt cum iam apopleticus factus incipit manifestare si/gnū per paralesim: qm̄ dicit text. apoplexia aut interficit aut in paralesim mutatur. Et cuꝫ ap/paruerint signa paralesis est signū salutis apo/plexie: ꝛ rō est q̄ꝛ apoplexia fit a materia grossa viscosa maxime in posterioribus ventriculis ce/rebri facta opilatione. Unde si natura domine/tur super materiam ꝛ non est ita potens vt pos/sit longinque euacuare: ꝛ ideo euacuat ad pro/pinqua vt in neruis: ꝛ si fluat ad partē dextraꝫ erit paraleticus in dextra: ꝛ si ad sinistram in si/nistra: ꝛ si terminatur ad totum non erit diffe/rentia ab apoplexia nisi ꝙ partes faciei possint esse illese. Et nota ꝙ magis terminatur ad par/tem dextram. vt Gale. 3º. affo. in commento af/fo. Si vero hyems austrinalis ꝛc. Sed Rasis et Auicen. volunt ꝙ terminetur ad partem debi/lem videlicet sinistram. Et cum Galenus dicit quod terminatur ad dextrum dicit Nicolus qd̄ quidam per dextrum non intelligunt partem dextram. i. partem situatā in dextro: sed ad ita paratam partē ad recipiendum siue fuerit dex/tra siue sinistra: ꝛ sic ad debilem vt dicimus vul/gariter le a dextro quando dicimus aliquē esse aptum ad rem peragendam: ꝛ sic hic ad dex/tram id est ad partem aptam recipere: et sic ali/quando pellitur ad partem dextram ꝛ aliquan/do ad sinistram ſm qd̄ est magis parata recipe/re. Dicit tamen Conciliator ꝙ experientia ma/nifestat ꝙ plerunqꝫ terminatur ad dextrum: et est ratio quia q̄uis latus sinistrum sit debiliꝰ tamen est magis ineptum ad recipiendum: q̄ꝛ illa pars est magis opilata: ꝛ magis plena in originibus neruorum q̄ꝫ pars dextra. ¶ Secū/dum signum pronosticum ad bonum quando etiam nocumentum non magnificatur in anhe/litu ꝛ pertransit in gutture eius quod immitti/tur ꝛ non egreditur per nares: tunc dicit Auic. q̄uis ipsa sit in qua maior fiducia habetur ta/men non euacuatur a timore magno: et istam sniam accepit a Paulo vt scribitur primo cōti/nentis cum dicit. Cuius morbus est facilis pōt transglutire res humidas: ꝛ qñ est difficilis nō pōt transglutire: sed cum ei aliquid exhibetur exit ꝑ nares suas ꝛc. ¶ Aliud signum ꝓnosticū ad bonū colligitur de mentē Hyp. 6º. affo. illo affo. caput dolenti aut circūdolenti sanies aut aqua effluens ꝑ os aut nares soluit egritudinē cū ḡ i apoplexia sit caput dolēs si nā eēt saniē vel sanguinē poterit liberari: rñdet tñ q̄dā ꝙ in apoplexia vtplurimum natura non tantū do/minatur supra materiam qd̄ possit illam expel/lere per viam sanguinis aut saniei: qd̄ si faceret esset spes salutis. ¶ Signa demonstratiua que/dam sunt generis quedam speciei. Signa gene/ris ponit Rasis. in litera quasi dormiens q̄ꝛ in somno fit opilatio in ventriculis cerebri tamē non est dormiens: quia in somno fit reuocatio ꝛ sic fit prohibitio expansionis: etiam q̄ꝛ in som/no virtutes interiores animales exercent actꝰ suos non sic in apoplexia ꝛ dormiens aliquādo stertit facta clausione in vijs sentire potest ob/iecta fortia: sed apopleticus ea nō sentit: quia est ablatio sensus ꝛ motus. ¶ Et si aliqñ cōicet apoplexia cū subeth in ablatione sensus diffe/runt tñ: q̄ꝛ in subeth anhelitus non est multū lesus: ꝛ in apoplexia est nocumētū grāde in an/helitu. Et de hoc dicebat Rab. primo contineñ. de mente Gale. Satis ad principium non quo/tienscunqꝫ patiens iacet supinus sine sensu et motu potest dici apoplexia: quia in subeth sic.

Rñsio ad dubium.

No. bene signū ad cognoscēdū si mortui sint vel nō.

Quare debent custodiri ꝑ. lxxij horas.

Primū signum.

Secundus signum.

Tertiū signum.

De signis demōstratiuis.

reperitur. sed cum steterit patiēs ⁊ cū anhelitus est horribilis. i. diuersus tunc patit̄ apoplexiā. ¶ Etiam differentiā inter somnū ꝓfundū aut subeth ⁊ apoplexiā insinuabat Aui. dicēs. Differentia inter apoplexiā ⁊ subeth est qḋ apopleticus clamat. s. cū cadit ꝓpter magnum ei⁹ nocumentum ⁊ in eius anhelitu nocumentum. s. magnum ingredit̄: sed subeth patiens nō est ita: et habēs subeth gradatim ꝓcedit a graui somno ad subeth: apopletico vero accidit id subito.

Alia signa demōstratiua apoplexie.

¶ Alia ēt signa demōstratiua posuit Hypo. 4° regiminis acutoꝝ. textu cōmenti. xxv. accidunt aūt dixit plurib⁹ eoꝝ talia rubores faciei: oculorum instationes: distātie manuū: stridores dentium: pulsus maxillaꝝ: spūum defectiones inuenas ⁊ supple multa taliū. nā reperiuntur in subeth signa specierū. Dictū est ꝙ oīs apoplexia sequit̄ aut clausionē aut repletionē. Signa sequentia clausionē dicta sunt supra latius: q2 vt plurimū cause primitiue sunt signa hm̄oi. Signa causaꝝ que sunt intrinseca: aut est materia apāns: aut nō vt dictum est. ¶ Nota ꝙ quidaꝫ dicunt ꝙ in apoplexia nō fit febris q2 fit prohibitio cōicationis putride fuliginis ad cor: propter opilationem. isti errāt: q2 nō sequit̄ ꝙ fiat prohibitio in totū ne putrida fuligo trāseat ad cor: per apā in cerebro: q2 bene pōt trāsire ꝑ venas ⁊ artarias: nā vbi esset apā in corde ⁊ lesio in cerebro opilatis vijs medijs: verum est ꝙ nō fieret febris putrida: tñ fieret febris effimera ꝓpter supincensionē in corde: si nō est apāns: aut est materia flegmatica: aut sanguinea ⁊c.

Propter q̄tuor cās iterdū causatur color niger a sāguine.

¶ Si sanguinea est color rubeus ſm faciē: et relique partes corporis. dicit Nicolus: tendunt ad liuidum vel ad album declinantia: q2 illic non pōt propter opilationē transmitti sanguis: ēt vene tumescunt. color ēt aliqñ est viridis vel niger. Causa nigredis a sanguine est quadruplex. Primo propter mortificationē ⁊ cōgelationē. dicit Gerardus sup. 9°. Almāsoris: aliqñ ꝓpter adustionem. 3°. qñ spūs resoluunt̄ ab humido: ⁊ sic sanguis eductus de vena resolutis spiritib⁹ fit niger. 4° modo propter suffocationē: q2 cū non pōt calor euentari fit resolutio spirituū, in apoplexia: vel q2 spūs resoluitur vel suffocat̄ ⁊ extinguitur. ¶ Si materia sit flegmatica declaratur ex liuiditate coloris: vel ex multitudīe sputi: ex obtusione sensuum ex lippa circa oculos. ¶ Signa colere sunt ꝓportionalia colere. ⁊ sic signa melancolie melancolie: ⁊ sic signa ventose sunt proportionalia ventose.

Questio. Notate bene hāc difficultatē.

Cura. Apoplexie. Sed anteq̄ vlteri⁹ ꝓcedamus: p° videamus si in cura apoplexie sit aliquid operādū ante. lxxij. horas in qua difficultate quidā dicunt nō esse operandum in apoplexia vsq3 ad. lxxij. horas: ⁊ in hoc allegat̄ Halyabas. 5° practice. ca°. proprio loquens de hoc dixit. nihil agendum vsq3 ad. lxxij. horas. s. cum medicina alteratiua vel eūatiua. q2 in sanguinea cōsentit ad flōmiam. Rasis etiā in p̄n°. capituli nostri dixit. cū spuma apparuerit non est ei medicandū: sed cū hoc possit eē in apoplexia debili multo minus in forti: ⁊ pōt ꝑ hoc adduci textus cōis Gal. p° affo. qḋ morituri solis pronosticis sunt dimittendi. ⁊ idē Gal. 12°. terapentice cū dixit. in quocūq3 desperabilis est salus: vanum est detrahi ab idiotis ꝑ ea que sanauerunt multos auxilia: cū igitur apoplexia vel est incurabilis vt fortis: vel maxime difficulter et monstruose vt debilis: que vt, multū interficit in tribus diebus videt̄ ꝯsultū si tardetur ⁊c. et hoc etiā est fortis textus do. A. in fine capituli cū dixit: cū apopleticus febricitat, fac formā in re ipsius donec discooperiat̄. fortasse eñ est crisis: sitq3 mora vsq3 ad. lxxij. horas. Et etiā est ratio coꝝ. Primo nō est aliquid dandū circa dietam q2 morbus est acutissimus: ⁊ in acutis morbis dieta cōuenit tenuissima: nec operandū cū digestiuis maxime cerebralibus calefaciētib⁹. nam talia calida sunt subtiliantia ⁊ stāte plenitudine si talia offerant̄ extendunt ⁊ liquefaciendo maiorē faciunt opilationem: nec medicine eūatiue cōueniunt: nō debiles: q2 nō multū penetrant ꝓpter opilationē: etiā nō fortes medicine cōueniunt: q2 nō est materia digesta. Etiaꝫ facit pro hoc qḋ dicit Aui. in fine cure ꝙ apoplexia ⁊ paralesis cōstringunt meat⁹ sibi: quare nō sint medicine faciētes eūonē eūantes de materia faciēte egritudines ꝓprie ꝓpter opilationē et cōstrictionē: ⁊ sic vana est oꝑatio cum medicinis: q2 nō eūatur materia. ¶ In oppositum est Aui. in textu vbi dicit. In sanguinea est flōmandum in ipsa hora. s. in prin°. vel in hora qua occurrit medicus ēt de nocte. Idē vult Sera. ca°. proprio dicēs ꝙ a prin°. est eūandum. Idē dicit Mes. ꝙ cura apoplexie ꝓxima ē cure epidimie preter hoc ꝙ opꝫ vt esse genus cure administretur subito: dilatio eñ inducit ad mortē festinā: cum sit ipse morbus per se parū recipiēs curam vt dixit Hyp. verū vt nō appareat ex parte operantis defect⁹ conaberis a p̄n°. materiā subtrahere ⁊c.

No. ꝯsiliū conciliatoris.

¶ Cōciliator in hac materia differētia. 198. cui inherendū est, dicit ꝙ a prin°. occurrēte medico apto dꝫ medicus operari aliq̄d. Nam si apoplexia fuerit debilis est tñ difficillime curabilis: ⁊ timor est ne ex debili fiat fortis: ⁊ ideo in his morbis fortibus eadē die si expedit oꝫ eūare vt 2°. affo. Inchoantibus morbis ⁊c. Si vero apoplexia fuerit fortis pro tristitia astantiū se danda etiā si esset certitudo de morte sed nō ꝓxima: q2 tūc opꝫ relinquere eū: q2 est aliq̄d operandum. Sed dicit Cōciliator hoc dꝫ fieri, cum protestatione de timore magis ad mortē q̄ ad vitam: ⁊ in hoc facit illa sententia cōis: nolite prauarum egritudinum curam suscipere ⁊c. Et dicit Cōciliator ⁊ Auer. 7°. colliget. qm̄ aliquādo contingunt alique monstruositates in natura. Nā inuenti sunt ethici cōsumpti: ⁊ cum vlcere pulmonis qui postea sunt sanati ⁊ sic inuentū est de podagricis: ⁊ ideo forte simile continget isti apopletico ꝙ ex occursu alicui⁹ medicīe hoc corpus viuificabitur: ⁊ ideo nunquam sunt relinquendi nisi sint de morte certissimi: sed tamē aliqui a principio fortiter operātur vt cū ferro ignito: ⁊ de debili apoplexia sepenumero fortis efficitur. ideo aduertere multum oportet.

Ad primū argumētū.

¶ Ad argumenta in oppositum nō est obseruādum quod primi dicunt. Ad argumentum: non est operandum cum dieta: verum est stante corpore in illa extremitate vt non possint degluti-re.

Ad scdm̄.

Ad aliud verum est in certo tp̄e conuenit pro tempore nihil dare vt per. viij. vel. x. horas sed ꝑ duos vel tres dies nō.

Ad tertiū.

Ad aliud. nec cū medicīa digestiua neq3 euacuatiua ⁊c. dicatur cōceden-

do ꝙ nō cum digestiuis: qꝛ nō est morbus dans
inducias: ⁊ si infert. ergo neqꝫ cū eūatiuis.: ne-
gatur ꝯña. in talibus morbis acutis ⁊ ꝑacutis
sempꝛ est a pͥn°. operandū ēt irregulꝛ: ⁊ cuꝫ forti
indicatione ad oppositū: qꝛ maius est iuuamē-
tum nocumēto. Et ad tex. Aui. qꝺ claudunt sibi
meatus ⁊ vias: dico ꝙ medicine soluētes debi-
les nō cōueniunt. Nā ipse ibi dabat cañ. in apo
plexia ⁊ paralesi ꝙ debemus eūare cū medicīa
forti ⁊c. qꝛ medicina debilis nullā faceret ope-
rationem ⁊ deterius esset dare medicinā debi-
lem: tñ debent purgari ƀm habitū: id est ƀm na
turalem habitudinē q̄uis corpus debile videa
tur: vbi alias corpus sit forte: ⁊ ipse sit iuuenis

Ad quartum.

debet dari medicina fortis. Ad argumentuꝫ de
crisi ⁊ ad dictū Aui. dicat ꝙ voluit illā apople-
xiam esse simpliciter desperatā: vel ꝙ ibi visus
est imitari Galy. ⁊c. qui credit in apoplexia nō
esse operandū cum medicina eductiua nisi post
lxxij. horas. qm̄ apoplexia est sicut morbus me-
dius inter morbos acutissimos pēdentes a ma
teria mobili cui a pͥn°. debetur eūatio cum solu
tiuo ⁊ inter morbos cronicos q̄bus debet eua-
cuatio ƀm digestionē materie: qꝛ dant īducias
ad digerendū. In apoplexia ergo nō dāte indu-
cias: ⁊ in materia nō mobili medio modo medi
candum. s. cū solutiuis post. lxxij. horas: ⁊ maxi
me dixit hoc Aui. ideo in apoplexia quasi despe

Ad quintuꝫ.

rata. Ad dictuꝫ Rasis dictū est circa literā quō
debeat intelligi qꝛ nō est medicandū nisi cū ꝓ-
testatione ⁊c. ¶ Nunc de cura multe stant intē

Intētiōes ī cura apoplexie humide.

tiones. Una intētio est regimen in dieta. 2ª. in-
tentio stat in eūone materie. 3ª in diuersiōe. 4ª
in digōne si fieri poterit ⁊ eūone. 5ª in alteratio
ne male cōplexionis cerebri ⁊ cōfortatiōe eius.
6ª in remotione accidentiū. ¶ Circa dietam. si
egritudo fuerit sanguinea locet corpus in aere
temperato. nō dico frido: rō est qꝛ q̄uis aliquā
do sanguis sit in cā opilationis tñ facta opila-
tione exēpli gratia in origine neruoꝝ ⁊ sepe ve-
narum prohibitio spū ⁊ trāsitu eius ad mēbra
immediate humores membroꝝ indurant ⁊ in-
spissantur: ⁊ q̄uis humores actu nō sint fridi: tñ
coagulant ꝓpter influxum spūum vt sit de mul
tis metallis que calida coagulantur: et ita etiā
pinguedo: ⁊ hoc alꝯ declaraui in qōne mea spe-
ciali de pinguedine. Utrum sit calide cōplexio-
nis: ⁊ hec est snīa Hyp. in 4° regiminis acutoꝝ.
et ibi Gal. cōmento. 27°. vult ꝙ cum debet fieri
flōmia: in isto casu ꝙ opꝫ primo fricare ꝑ mul-
tos homines oēs corporis ꝑticulas ⁊ mēbra ad
subtiliandum sanguinē ⁊ ad dispōneꝫ ad fluxū:
⁊ ideo opꝫ fomētare brachia cū decoctione ane
ti fenugre. ⁊ postea cum pānis fricare: demum
flōmare. ⁊ si fuerit a causa flātica vt sepe acci-
dit ponat in aere calido: ⁊ in oīni casu sicco cla
ro ⁊ luminoso. nā frigiditas si occurreret extin
gueret spiritus illos paucos qui sunt in mem-
bris: ⁊ si nō sit calidus naturaliter fiat artificia

De somno ⁊ vigilia.

liter ƀm modos alias dictos. ¶ Circa somnum
et vigiliam dicit. A. ⁊ cum aliquid sumunt non
dormiant velociter: sed expectent donec descen
dat: ⁊ digeratur aliqua digestione: ⁊ tunc parū
dormiant: ⁊ ita vult qꝺ post cibum nō dormiāt
velociter. Nota qꝺ dicit cum aliquid sumūt: qꝛ
in apoplexia forti in prin°. nō est dandus cibus
sed post aliqꝺ tēpus: ⁊ tūc dato aliquo cibo nō
dormiant: immo quiescant ꝑ tēpus, donec descē
dat cibus ⁊ digeratur aliqua digōne. nam pos-
sunt stare per diē anteꝙ aliud sumant vel dor-
miant: ⁊ postea cum datur cibus nō dormiāt ⁊c.
Addit Aui. neqꝫ tñ multum vigilent: qm̄ id iu-
uat cerebrum ad resoluendū vaporem nō dige-
stum. s. a cibo attrahendo ad cerebrū ꝓhibentē

Not. bene expōnem text. Auic.

digestionem. s. ipsius cerebri. Et nota istā exposi
tionem: qꝛ taliter exponēdo iste textus qui est
multum dubius videt satis clarus. Nam Genti
lis capit textum affirmatiue ⁊ negatiue: qm̄ il-
la litera. id. pōt referri ad somnum ⁊ ad vigiliā
vt sit sensus ƀm primū sensum vt post cibū non
cito dormiāt. nā id. s. velociter dormire iuuat. s.
cerebrum ad lesionē ad resoluendū vaporē pro
hibentē digestionē in cerebro: vel alr: neqꝫ mul
tum vigilent: qꝛ ēt ex multa vigilia fit suꝑinflā
matio ⁊ eleuatio vapoꝝ prohibentiū digōnem
in cerebro: ⁊ ex hoc ꝑꝫ error quorūdam. Nā ali
qui indocti medici in apopletico prohibent
somnum in totū ēt ꝑ duos dies ⁊ male: qꝛ tunc
nō reficit virtus aīalis. vñ opꝫ ꝙ certo tꝑe dor-
miat: sed sit medicus diligens in cōsideratione
pulsus ⁊ stertoris: vñ nō absentet se ab infirmo
tꝑe quo dormit: sed stet ibi ordinarie aliqꝭ scho
laris intelligens assistens q̄ ad oīa diligēter at
tendat maxime in potētibus: imo. in omnibus
esset necessariū: ⁊ opꝫ multū ꝯsiderare de som-
no vsqꝫ ad. xiiij. diē: qꝛ facile ꝓfundat in somno
vñ opꝫ tenere pulsum in manu: ⁊ si nimis calor
profundet reuocet ⁊ excitetur infirmus. ¶ Exer

De exercitio.

citium membroꝝ videlꝫ fricatio est cōueniens:
qꝛ nō possunt se mouere aliter: ⁊ maxime hoc est
cōueniens ante cibū. Et de hoc dicebat Aui. Cū
aūt voluntas adest vt cenēt nō est malū si ante
ipsam premittāt exercitiū leue ⁊ moueant mē-
bra laxa motu aliquo. de his tñ fricationibꝰ di
cetur in ꝑte diuersiōis. qꝛ si nō possunt ꝑ se mo-

De passionibus aīe.

uere opꝫ vt fricent. ¶ In passionibus aīalibus
dicatur ꝙ irasci in casu bene ꝯuenit vt dictū est
in litargia: ⁊ ad irā inducant stringēdo pedes ⁊
trahendo de pillis barbe. ¶ In cibo ⁊ potu te-
nuissima dieta est necessaria saltē ꝑ diē natura
lem: ⁊ vbi virtus nō cōstet sufficit iulep rosatū
in sanguinea. et in flegmatica sufficit iulep de
melle rosato: vel detur de aqua mellis ⁊ post diē
in sanguinea aliquo trium casuum supradicto-
rum nihil detur nisi cuꝫ iulep dicto aqua ordei
et aqua casei: qm̄ ⁊ si sit materia frigida flegma
tica: aqua cicerum ru. sola vt laudauit Sera. est
cōueniens: vnde in secundo vel tertio die dant

Brodiū cicerum rubeum laudatur in hoc casu.

iiij. vel. v. ℥. de eo brodio cum oleo amigdalaꝝ
dulcium dissoluendo parum mice panis in eo:
sed aqua cicerum debet esse aqua in qua infun-
dantur cicera rubea nocte: ⁊ in illa decoquan-
tur ⁊ cum modico salis ad magis stimulum in
virtute ⁊ ad maiorem penetrationeꝫ. Aliqui di
cunt quod etiam brodium carnium in processu
magis conuenit vt carnium columboꝝ abscisis
capite ⁊ collo: quia inimicantur cerebro huma-
no dicit Auenzoar. Unde voluit quod dicti co-
lumbi in hoc habent proprietatem: sed sint co-
lumbi siluestres vel non impinguati in domi-
bus: si materia sit frigida etiam brodia passerū:
et omnia genera auium minutarum cōueniūt.
et in processu etiam si sit sanguinea sit brodium
carnium capretorum ⁊ leporum iuuenum ⁊ ca-

prioloꝝ.⁊ ſi vis ingroſſare nõ tm̃ dietam da de pultibus ordei ⁊ aliq̃d de his carnib⁹ ꝯtritis v͛ſus decimũ vel duodecimũ diẽ.⁊ Auicẽ.laudat panẽ ſolũ vel cũ ficubus ſiccis:q: in flegmatica illa humida nõ ſibi placent:q: faciũt ad relaxa tionẽ laudat auelanas:vuas paſſas:dicit Auẽ ʒo.vuas paſſas in ſole ſine arilis nõ paſſe i furno:q: tales ad ſtipticũ declinãt.

De potu.

¶Pro potu aliqui laudãt vinũ antiquũ paruũ.Auicẽ.nõ laudat ⁊ bene:nã ipſe dicit:vinũ nouũ non ꝯuenit ꝓpter ſupfluitatẽ.i.ꝓpter groſſitiẽ ⁊ antiquũ nõ cõuenit ꝓpter nimiã penetrationẽ ad neruos ⁊ ad cerebrũ ⁊ ad nuchã:⁊ ſi cõuenit ſit vinũ mediũ:ſed melius eſt ꝙ in paſſionibus cerebralibus ſemp relinquatur vinũ in cõi cibatione in prãdio ⁊ in cena:⁊ infra in hoc cap° ꝓhibuit ipſe Raſ.in diuiſionib⁹:ſed detur aqua melliscũ cinamomo vel gariofilis:vel mace:vel origano ſm appetitũ diuerſoꝝ:ſʒ nullo mõ bibãt aquã frigidã.vñ dicebat Auẽʒo.neqʒ potẽt aquã frigidã neqʒ aquã p ſe:ſed aquã tepidã cũ ſirupo corticoꝝ citonioꝝ facto cũ melle:ſi vero das vinũ da ſolũ.℥.ſ.in fine p cõfortatione mẽbrorũ.

Bonuʒ eſt ꝙ i paſſiõibus cerebri relinq̃tur vinuʒ.

De ſcd̃a intẽtione cu re q̃ ẽ eũo.

¶Nũc ẽ de eũone mãe dicẽdũ:⁊ hec intẽtio cõtrahitur in apoplexia facta a cã intrĩſeca ⁊ corporali.nã in illa q̃ fit a cã primitiua nõ opꝫ dare regimẽ niſi de cauſis dictis primitiuis vt dictũ eſt ſupra:ſi ẽt fit p cõitatẽ a mẽbris intẽtio vertitur ad mẽbra mãdãtia:de immateriali etiã auctores non ponũt curã:tñ Auẽʒo.ponit curã immãlis a cã frigida:ſed cura intelligatur ex ſupradictis de ſoda frigida:ſed ſtãte cã corporali ⁊ intrinſeca faciente apoplexiã.q: vtplurimuʒ talis aut eſt ſanguinea aut flegmatica: de his ponitur cura:intelligẽdo alias duas ſpecies q̃ raro cõtingunt. ¶Unũ tñ eſt cõiter obſeruandũ in oĩbus ſpecieb⁹ apoplexie: qm̃ occurrente medico corpori apopletico iubẽdũ eſt vt apiatur os egroti ⁊ imponatur pila lanea in ore:dicit Ga. vt fruſtrũ ligneũ.nã tale ſeruit ad duo.Prĩo vt fiat liberior euẽtatio cũ anhelitus ſit difficilis vel quaſi ablatus.ſcd̃o q: ſeq̃tur iuuamentuʒ ꝓhibitionis cõfractionis dentiũ ꝓpter ſpaſmuʒ aliqñ ꝯtingentẽ:ſaltẽ in p̃n° apoplexie:lʒ in ꝓceſſu nõ fiat motus ſpaſmoſus:vñ ex dicto ſpaſmo fit laborioſa cõtritio dentiũ ⁊ aliqñ fractio ergo iſtud eſt cõe adiutoriũ in omni apoplexia.

No.de flõmia in hoc caſu celebranda.

¶Sed ſpãliter in ſanguinea iubẽt aucores in ipſa hora.ſ.a principio vel quacũqʒ hora ſuperuenit medicus ẽt ſi nocte vt fiat flõia:veruʒ eſt dicunt aliq̃ incipiatur flõia ſaphenaꝝ vt Raſ.in fine capl̃i noſtri.i.aliq̃ dicũt vt Raſ.ẽt in capl̃o noſtro incipiatur a venis guideſ.cũ apparent ſigna ſanguinis aut ex duab⁹ cephalicis : et ipſe Raſ.in diuiſionibus dixit in eadẽ hora de duabus cephalicis eſt flõmandũ.⁊ Azaraui⁹ in tali caſu cõſentit ad flõiam vene cephalice ⁊ venaꝝ timpoꝝ.Jn hac difficultate eſt ꝯſiderandũ ꝙ ſi corpus maxime fuerit plectoricum ⁊ ſanguineũ ita vt ſit intentio non ſolum euacuationis: ſed etiam diuerſionis tũc prius fiat flõia de ſaphenis:vel caſu quo eſſet facta conſtrictio alicui⁹ conſuete euacuationis ſanguinis p deorſum vt menſtrui vel emorroydalis.nã his duobus caſibus preponi dʒ flebothomia ſaphenaꝝ ſed intẽtione habita ad eũonem ⁊ nõ ad diuerſioneʒ vt in corpore non ſumme repleto:⁊ vbi fuerit ſanguinea cerebralis:⁊ non per opilationẽ in vijs medijs inter cor ⁊ cerebrum eſt facienda flobothomia de duabus cephalicis vel ſaltẽ de altera illarum magis manifeſta ꝙ ſi fuerit propter abundantiam ſanguinis in venis medijs ⁊ opilationem in eis laudatur:qd̃ tunc fiat flebotomia in venis guideſ:ſed eſt hec flõia multũ verenda propter difficultatem conſolidationis. Unde laudo prius flõiam cephalicaꝝ:et ſi non ſufficit ita qd̃ non reducatur eger ſtante tñ plenitudine venaꝝ illaꝝ:tunc pro deſperato quaſi remedio veniatur ad flõiam venaꝝ guideſ.

Nota

¶De q̃ntitate aũt extractionis ſanguinis dicit Auic. fiat extractio multi ſanguinis dicit qm̃ ſanat in diſpoſitione.i.cito:ſed habeatur in hoc regula Hypo.4°.regiminis acutoꝝ vt fiat ſanguis extractio ſm habitudinem ⁊ etatem ⁊ alias circunſtantias que cõiter attenduntur in flõmando plus ⁊ minus euacuando ſm varietatẽ circunſtantiarum:debet etiam fieri flõia lata propter inſpiſſationeʒ ſanguinis prohibitio in fluxu ſpirituum per venas ⁊ artarias vt cõuenienter groſſus ſanguis euacuetur:⁊ hoc precedente fricatione vt ſupra dictum eſt.Aliqui tamen etiam ante flõiam preferunt cliſtere acutuʒ: ſʒ in hoc habeatur magna conſideratio.Nam cliſteria acuta ſtante apoplexia a ſanguine opilãte venas nulla facta opilatione ſunt multũ verenda:nam ſua caliditate rarefaciendo addunt ad opilationem:⁊ acquiſita neceſſitate euentãdi facilis inducitur mors.Jdeo non credo eſſe danda cliſteria acuta ſed mediocria. Unde. A. in textu cum ponit cliſteria in ſanguinea abſolute non determinauit de acutis vel nõ acutis ſed dixit facta flebotomia tunc cliſteriza ſcd̃m qd̃ ſciuiſti de cliſteribus vt deponatur materia a capite:non dixit fortibus.Jn flegmatica tamen expreſſe dixit acutis de cliſteribus loquẽs ideo ex textu ſuo videtur innuendum ꝙ non velit cliſteria eſſe acuta in ſanguinea:eſt etiã habenda conſideratio vt flebotomia in tẽpore fiat in quo dicebat Hyp.4.regiminis acutoꝝ:ſpũs ſunt ſubtiles ⁊ reumata ſubtilia.Nam tunc adiutoria ſunt faciliora:vnde innuebatur ꝙ a p̃ncipio ⁊ ſtatim fienda eſt flõia vt non inſpiſſentur ſanguis ⁊ humores:⁊ ſpũs extinguantur prohibita euentatione.Jdeo credo melius eſſe in forti apoplexia quando neceſſaria eſt flõmia eam p̃poni ad cliſtere vt etiaʒ videtur innuere ſeries textus Auicen.ſed in debili apoplexia forte regulariter erat preponendum cliſtere ad flõiam maxime ſtante retentione fecum ⁊ duritie eaꝝ: quod cliſtere ſit lenitiuum propter cauſas notas.

De q̃ntitate ſanguinis extrahendi.

Qualiter cliſteria acta in p̃n° apoplexie ſanguinee ſũt verenda.

¶Et in flegmatica etiam dicit Aui.ſi fuerit ſigna ſanguinis.i.dominij eius in toto:licet apoplexia ⁊ opilatio pẽdeat a materia flegmatica in cerebro:iubet tamen fieri flebotomiam que reguletur ſecundum canones antedictos quantum ad quantitatem euacuationis:ſʒ nõ fiat de cephalica ſed magis de baſilica vel communi:⁊ ea facta laudat poſtea cliſteria acuta. quia conueniunt ad materiam propriam ⁊ non imminebit periculum inflammationis facta flebotomia:⁊ ſi coniungeretur econtra.ſ.quod apoplexia eſſet ex opilatione ſanguinis: et in membris inferioribus eſſet exuberantia humorum frigidoꝝ facta prius flõia propter euitare

Jn hoc caſu fiat flõmia de vena cõi vel baſilica.

imminens piculum de venis dictis postea fiãt
clisteria adhuc acuta: et tunc non erit timor etc.
Et ad istũ sensum in duobus casib⁹ peccante ẽt
sanguine cõueniunt clisteria acuta flõia prius
facta: et ex dictis soluitur cõtradictio apparens
in textu Ras. Nam dicebat in principio capitu-
li nostri, q apparentibus signis sanguinis fiat
flõia ex quidez vel cephalicis: et in fine capli di-
cit etiam in sanguinea flõia facienda prius in
pedibus postea in alijs extremitatibus: ptz so-
lutio ex dictis. ¶ In flegmatica aũt vbi nõ est
necessaria sanguinis extractio: qr non ꝯiungit
sanguini peccanti dicit Serap. ca°. pprio illoꝝ
quos possibile est sanari qñ õcũqꝫ fit dispõ opz
vt nature eoꝝ soluantur in hora. i. statim cũ cli-
steribus fortibus vel clisteri acuto: vñ vult so-
lutionem incipi debere a clisteribus fortibus.
¶ Nota hic q hoc dictum est veꝝ in apoplexia
multum forti: qñ. s. p superius deglutio fieri nõ
põt. Nam hoc innuebat Rasis p° continentis.
in ca°. cũ dixit. Et si apopleticus stertit aut an-
helitus fuerit diuersus non administra per su-
perius ppter. s. impotentiam sed cum clisteri-
bus fortibus: et eodem libro Rasis alibi ordina
uit inunctiones capitis et totius corporis: et p
cessum cũ clisteribus acutis et dixit. Et ideo hec
debent fieri in exterioribus eo qõ nihil põt eis
exhiberi per os qr iacent pstrati vt mortui etc.
¶ Sed si corpus apopleticum fuerit paratũ re
cipere medicinam solutiuam: oportebit a prin-
cipio ante clistere exhibere solutiuum p supi⁹
qm̃ maius est natum sequi iuuamentũ et maius
euitatur periculum mortis subito euacuãdo p
medicinam solutiuam datam p sursum q̃ p cli-
stere stante apoplexia cerebrali vt supponitur.
Et hoc etiam videbatur innuere series lr̃e Aui.
in textu: nam postq̃ ordinauit flõiam et clistere
in flegmatica cum habitudine sanguinea et co-
lerica fortia: addidit: postea exhibeatur soluti-
uum: vel bibat solutiuum cũ transit: vnde dicit
postea bibat qõ soluit si in ipõ pertransit ex pil
lulis in quarum potu habetur fiducia sicut sũt
pillule de euforbio. Aliqui exponunt vt Nicol⁹
cum trans. spacium. i. cum iam incipit alleuia
ri vel cum transit: et credo q hec fuerit ei⁹ sn̄ia.
i. cum possit transire medicina deorsum: vt etiã
exponit Gentilis. Nam tunc exhibendum est so
lutiuum cum potest transire deorsum: ergo si
potest a principio tunc exhibeatur: qr tamen vt
plurimum in principio paroxismorum non est
habilitas deglutiõis laudant fieri clisteria for
tia ab ipso principio cuius compositio clisteris
fit sm̃ Rasim in litera ex quinqꝫ simplicib⁹ for-
tibus fortiter resoluentibus vt colloquintida
bucormariẽ centaurea. dicit litera minore: et cõi
ter legit centaurea maiore et artenita: et ellebo
ro albo omnium añ. M. j. coquantur in tribus
libris aque ad consumptionem libre. j. et postea
capiatur medietas et supponatur: iuuamẽta ho
rum simplicium in casu sunt manifesta: vt su-
pra declaratuz est in litargia vt soda frigida in
euacuando materias flegmaticas: et est clistere
multum forte inspicienti virtutes simplicium
et quantitatez: et ex consumptione vsqꝫ ad duas
partes clisteris: tamen laboriosa euacuatio est
necessaria et per clisteria: et per medicinas supe
rius: tum quia morbus non dat inducias etiaz
propter canonem Aui. supra allegatum cum di
xit q apoplexia et paralesis claudunt sibi mea-
tus: vnde medicine soluentes debiles non eua
cuant materias proprie faciẽtes illos morbos
oportet ergo talia esse fortia. ¶ Nota ex hac de
scriptione vnuz vt ẽt dixi supra q bucormariẽ
et arthenita non sunt vnum simplex vt Auicẽ. se
cundo canoñ. nam vanum fuisset ea ponere di-
stincta si fuisset idem simplex: bucormariem est
ciclamen: centaurea etiam debet sumi mior nõ
maior: quoniam dicit Symon ianuensis et be-
ne quod de cẽtaurea maiore dubitatur neqꝫ co
gnoscitur. Et Mes. capitulo proprio in soluen-
do magis laudat centauream minorem q̃ ma-
iorem et in reliquis suis proprietatibus: et ideo
semper eligatur minor. ¶ Gerardus componit
clistere vt infra: exempli graria. ℞. cẽtauree mi
noris vtriusqꝫ saluie: vtriusqꝫ ruthe: origãi: ab-
rotani calamenti añ. M. j. ani. feniculi sisileos
basiliconis añ. ℥. ß. florum sticados arabici et ci
trini añ. ℥. j. pulpe colloquintide. ʒ. ij. furfuris
pugillum. j. bulliat in aqua debite quantitatꝫ
vsqꝫ ad dimidium: et de collatura cape circiter.
℥. xviij. non ponamus tantum. vj. ℥. vt innuere
videtur Rasis in textu: quia videtur pauca do-
sis in corpore magno: et addatur secundum Ge-
rardum mellis anacardi olei castorei añ. ʒ. i. ß.
salis gemme. ʒ. vnam hierepigre: ellebori albi:
ana. ʒ. ß. fellis thauri. ʒ. duas. et erit completum
clistere. Et Rasis primo continẽtis dixit. Et di
co quod fiat eis clistere cum aqua decoctio-
nis interioris colloquintide centauree ameos:
aneti: ruthe: seminis ferule: est similis in omni-
bus alio dixit Symon in qua decoctiõe dissol-
uantur serapinum et myrrha et oleum de amig-
dalis amaris: patet quod est multum in casu
conueniens: et in hoc obseruetur sententia Ra.
in textu nostro cũ dixit quod si cito clistere egre
diatur fiat iterum donec humorum multitudo
simul cum ipso exeat. ¶ Et si corpus non sit pa-
ratum suscipere clistere fiant suppositoria for-
tia ex pluribus simplicium dictorum de bucor-
mariẽ arthenita et huiusmodi cuz hyera de mel
le dissoluta fiant suppositoria longa. Aliqui or-
dinant acutum suppositorium factum cum sa-
pone duro: et fortificabitur maxime eius poten
tia in attrahẽdo si prius infundatur in felle bo
uino in quo fuerit sal dissolutum. et ita facit Ro.
gerius permiscet sal puluerizatum cum felle bo
uino et in eo infundit suppositorium de sapone
duro et bene seruit. et Rasis primo continentis
facit suppositorium cum borace felle taurino et
melle: semper tamen alligetur cum filo: et si na-
tura sit quasi extincta ad euigilandum fiat cõ-
motio suppositorij longi cum manu. et si vnũ tã
tum non sufficiat apponatur subsequens vsqꝫ
dum sit habile ad sumendum clisteria.
¶ Postea dentur medicine soluentes qñ a p̃n°.
nõ potuerunt dari: et qr fiducia in soluendo ma
ior est in pillulis vt de euforbio vel de serapino
in casu nostro vsus eoꝝ est magis cõueniens: qr
tñ difficulter magis deglutiunt q̃ medicina po
tabilis: credo q ex textu Aui. colligat: lz Gentil⁹
et expositores hoc nõ senserint. per id qõ dixit
bibat pillulas: volebat innuere q pillule redu
cantur ad formã puluerũ cum nõ possint eas in
propria suba deglutire: et cũ aqua mellis disso-

No. solonẽ ꝯtradictio nis appa-rẽtis i tex. Ras.

No. hãc ex põnẽ text⁹

Clistere rasis.

No. de bucormariez et arthemita.

Rasis p̃io cõtinẽtis.

solutis pulueribꝰ exhibeāt ⁊ postea singlis duo bus aut quatuoꝛ diebus fiat solutio cū aliqua medicina ꝑ sursum: de qua dicebat Serap. ⁊ dē tur in oībus tribꝰ diebus ex pillulis q̄ mundifi cant humorē flāticū: ⁊ singulo die eūetur cū cli steri foꝛtioꝛi vel minus foꝛti ꝫm virtutis tolerā tiam pꝛesentia febꝛis vel remotione eius ⁊ obe dientia nature vel inobediētia: ⁊ seruet hoc vſ/ q̄ʒ ad.xiiij.diē. Et hec quo ad vniuersalē purga/ tionem sufficiāt. ¶ Nūc de solōne ꝑ vomitū ali quid dicat. dicit Hyp. 4°. reg. acu. post flōmiaʒ cōsideratio est fienda si facta fuerit crisis vel nō si facta fuerit nec sit alleuiatus: tūc fiat vomitꝰ si poſſe est. modū ꝓuocandi posuit Ras. p° conti nentis. ⁊ eū sequit Aui. cuʒ pēna tincta in oleo lileaceo q̄ ponat intra guttur: ⁊ facta agitatiōe in gutture tandē incitabit animū ad vomendū talis vomitus valde iuuat ꝑcipue in duobꝰ ca sibus. Unus est vbi ꝑoxismus veniat coꝛpoꝛi re pleto cibo ⁊ potu. ⁊ exinde apoplexia cōtingēs ex ebꝛietate maxime iuuat vomitu. Secundus casus qn̄ fuerit ꝑcedēs replō nauseatiua ex flā/ te abundāte in stomaco: ideo laudat Aui. qn̄ nō est factus vomitꝰ cōpletus dētur omni die. ʒ. ij. olei de kerua cū aqua de radicibus intēdendo omni die dosim dicti olei vſq̄ʒ ad quantitatem ʒ. v. et iuuabit resoluēdo reliquias q̄ remāserūt in p° vomitu: ⁊ dicit Aui. innuēs qꝺ iuuat ipse vomitus nō solū stante replōne in stōaco: qꝺ ēt ipse vomitꝰ calefacit cerebꝛū ipsius apopletici ꝓpter agitationē in ꝑtibus capitis. Not. tn̄ qꝺ nō exn̄te repletionali materia in stōaco non dʒ vomitus ꝓuocari ad calefaciendū cerebꝛū ⁊ ad agitandum materias in eodem nisi facta nota/ bili euacuatione cum medicinis a pꝛopꝛietate materiam resoluentibus propter dubiuʒ maio ris descensionis ⁊ consequenter opilationis et tandem suffocationis: sed vbi materia cibalis vel humoꝛalis in stomaco esset pꝛesens: tunc vo mitus iuuat ⁊ potest afferri in ꝑoxismo in p̄n°. et post pꝛinm paroxismi facta flobotomia: vt di cit Hyp. ⁊ Gal. 4°. regiminis acutoꝛum: etiā an te paroxismum si videantur signa future apo/ plexie de doloꝛe capitis etiā pꝛius dictis. ¶ Cō sequenter etiam in sanguinea post flobotomiā dictam possunt fieri ꝑticulares flōmie vt de ve na frontis vel nasi: ⁊ scarificatio cartilaginum ipsarum auriū. ¶ Factis etiam eūonibus com munibus ⁊ appꝛopꝛiatis cum clisteri ⁊ solutiuo dato de super vbi fieri possit: tunc dicit Aui. nō est malum post eūonem ipsius cum clisteribꝰ et aliis similibus vt naribus ipsius aliquid appꝛo ximetur ⁊c. Ubi nota bene q̄ hic ponit oꝛdineʒ in executione: q2 vult vt pꝛimo facias eūonem cum clisteribus ⁊c. deinde vt imponas naribus aliqua sternutatoꝛia ⁊ incitātia virtutē ad ex/ pulsionem ⁊ pꝛopꝛie cōdisi: vt dicit Aui. in textu et etiā alia caputpurgia educentia materiā ce rebꝛalē: vt exēpli gratia linire pennā cū hyera/ pigra vel insufflare in naribus piretrū zinzi. pi per. ⁊ elleboꝝ al's suauiter: vt dicit Ras. in tex/ tu. ⁊ istud etiā innuebat Auenzoar cū dixit q̄ si fuerit excitatus sup. per alia pꝛius adiutoꝛia ꝓ uoca sternutationem cum licinio ⁊c. ⁊ ita Ras. in textu nostro oꝛdinauit caputpurgium post eūonem: ⁊ qn̄ talia violenta sternutatoꝛia non

De vomi/ tu fiēdo i hoc casu.

haberētur vt aliqn̄ in rure euenit Ras. in p° cō tinentis dicit. Et si has res nō poteris reperire est in eius naribus insufflandus succus vnius teste aleoꝝ. nam hoc potest vbiq̄ʒ reperiri: et ex hoc duo colligunt. Pꝛimo cōtra cōem modum pꝛacticantium qꝺ occurrendo ad infirmū nō sit medicus audax nō facta purgatione ad sternu/ tationem fiendā. nam cum sternutatio sit mo/ tus laboꝛiosus ⁊ plurimū agitans dilatās ma/ terias in capite ⁊ eas ad caput conuertens est causa maioꝛis periculi ⁊ integre suffocationis ideo nō fiat nisi facta eūone vt dictum est. 2° in fertur ex litera Rasis: vt etiam supꝛadictū est q̄ condisi contra cōes intelligentes nō est ellebo/ rus albus: sed bene est herba similis elleboꝛo ⁊ in virtute acuta pungitiua: et sic est etiā virtu te eductiua sicut elleboꝛus: dicit Symon. hoc patet clare cum ponat elleboꝛum ⁊ cōdisi in ea dem descriptione. ¶ Laudant etiam particula res eūones de masticatoꝛiis ⁊ gargarismatibus sed ista instrumenta non sic possunt applicari a pꝛincipio quia coꝛpus non est habile ad masti/ candum ⁊ gargarizandum: sed in processu ma/ gis que masticatoꝛia ⁊ gargarismata colligant ex alias dictis in cap°. de soda frigida ⁊ litargia et istoꝛum vsus potest obseruari euacuando sin gulis quatuoꝛ diebus aut tribus: vt voluit Se rap. cum pillulis de quibus supꝛa. ⁊ postea gar/ garizando ⁊ masticando vſq̄ʒ ad. xiiij. diē: post/ ea dicit Rasis cura apopletici est cura parale/ sis de qua infra videbitur: vt dicit Rasis pꝛimo continentis. ¶ Diuersiones fiant cum fricatio/ nibus ⁊ ligaturis membꝛoꝛum inferioꝝ ⁊ cum ventosis supꝛa crura ⁊ ligaturis dicit spāliter. Ras. in cap°. nota ligando ⁊ constringendo foꝛ titer supꝛa adiutoꝛium in parte superioꝛi ver/ sus spatulas: et etiam circa coxam circa muscu lum superioꝛem in parte extrema. Nam ibi sunt capita lacertoꝛum et facta strictura maioꝛ cau/ satur doloꝛ: et sic fit conuenientioꝛ diuersio. cō/ strictiones etiam digitoꝛum pedum: et ma/ nuum et huiusmodi in casu valent: etiam de/ pilatio barbe.

¶ Sed nota hic quod fricationes et ligature inferioꝛum conueniunt etiam a pꝛincipio: sed euulsiones barbe et superciliorum ⁊ commotio nes capitis sunt verende in pꝛincipio: nisi fiat mundificatio capitis: et in hoc est perfectus cō muniter pꝛacticantium.

¶ Uētose in sanguinea cum scarificatione pos sunt poni facta flobotomia supꝛa nucham ⁊ re liqua membꝛa deoꝛsum: sed in flegmatica po/ nantur sine scarificatione: et embꝛocare pedes cum oleo calido actualiter et virtualiter iu/ uat ad istam intentionem: et ita fricare pedes dicebat Auicen. cum oleo calido calefacto: vt cum oleo cucumeris asinini vel cum oleo ru/ the foꝛtificato cum castoꝛeo et eufoꝛbio: et ad istam intentionem afferatur: quod supꝛa di/ ctum est in capitulo. de litargia secundum Me sue de mēte Filagri. s. quod stimulatiua coꝛdis sunt de genere medicinarum diuertentium et operantur plusquam fricatio extremitaruʒ ⁊c. vt cum fiunt linimenta cum aceto squillitico et sinapi ⁊c. supꝛa membꝛa. ¶ Conuertere etiam ventositates per deoꝛsum ⁊ eas resolue/

Quid sit condisi.

De diuer/ sionibus.

Not. bene erroꝛem se pe cōmis/ sum de vē tosis.

re cum eo qđ eas educit vt cū suppositorio facto
cum melle ꝛ seminibus aneti cimini et siseleos
laudaꝛ qm̄ dicebat Aui. Cū hoc inuenit supple
patiens alleuiationē: ꝛ hoc ēt ingeniū laudauit
Rasis pͦ. cōtinentis. ❡ De alteratione aūt ma-
terie ꝛ cōfortatione cerebri ꝛ membroꝝ lapsoꝝ
alteratio cōpletur cū extrinsecis calefaciētibꝰ:
post factā semꝑ intellige eūonē. Et ideo laudāt
oēs ferreā laminā igni apponere ꝛ apponere ad
caput dicit Aui. nō apponere vel supraponere
sed opponere capiti vt multi bestialr̄ faciunt qꝛ
accipiunt galeā ignitā ꝛ superponūt capiti. di-
cit Rasis de mēte Judei pͦ cōtinentis dꝫ appo
ni: ꝛ apponi lamina ignita circa partē posterio
rem capitis maxime: qꝛ ibi est egritudo vel cau
sa egritudinis. dicit Rasis hic in textu ita pona
tur vt capilli cōburantur: vn̄ multi practicātes
errant: qꝛ applicāt instr̄m figuratū figura capi-
tis supra totū caput ꝛ bene incēsum qđ adeo ca
lefacit aliqñ cerebri pāniculos vt perducat ad
spasmum etiā ipm cerebrū ꝑpter ꝯtractionem
qđ est vnū precipuū periculū qđ ponitꝛ ab Auic.
4ª. ꝑmi. caͦ. de cauterijs: qđ est cauendū ne ve-
niat calr̄itas tāta ad pāniculos vt spasmentur.
❡ Addit Raſ. Et si hoc modo nō sanatur in me
dicando plus laborabimus. Nā ponemꝰ supra
caput empl'm rubificans exterius: ita vt volue-
rit empl'm rubificans esse fortius vt factū ex fi-
cubus ꝛ sinapi ꝛc. ꝙ ferrū ignitū: ꝛ iō ex hoc de-
notatur illud instr̄m nō debere esse calefactiuū
combustiuū tm̄ vt pāniculi ledanꝛ. Sed ista ta
lia extrinsecus cal'a nō apponanꝛ nisi facta iam
notabili eūone: qm̄ si esset plenū cerebrū eēt ma
la operatio: vel pōt poni inunctio cū oleo de ru
tha vel de squināto ad ꝯfortandū caput: vel de
piperibus vel de squilla ſm descriptionē Auic.
in isto caͦ. vel de castoreo. vel euforbio. nā eufor
bium est de calefaciētibus: ꝛ magis subtilianti
bus cal'm est in quarto: ꝛ ista quōcunqꝫ sumanꝛ
vel in pulueribus interius vel exterius valēt: ꝛ
ita oīa de gn̄e ꝯſimi calidoꝝ. Uerum est tn̄ ꝙ de
oppoponaco Raſ. pͦ cōtinentis posuit de men
te Sera. ꝛ ita est in capͦ. de asmate qđ oppopo-
nacum nocet neruis: ꝛ sic mēbris neruosis: et
ꝯn̄r cerebro. ꝛ ideo eius exhibitio est suspecta ex
propōne famosa scripta a Rasi pͦ ꝯtinentis: ꝙ
habentes neruos debiles facile incidūt apople
xiam. Unde dicit Sera. loco allegato. qđ oppo-
ponacū iuuat maxime in asmate: sed non sit fre
quens vsus eius qꝛ nocet neruis. ❡ Ad hanc ēt
intentionem valent embroce facte supra caput
ex decoctione aneti artemisie ruthe maiorane
sticados: alasce: folioꝝ citri: origani: mentastri:
calamenti: ꝛ similiū: ꝛ postea fiant inunctiones
cū oleis calidis: nō tm̄ supra caput: sed ēt supra
totum corpus. Un̄ dixit Aui. Et inunge totū cor
pus eius cū oleo in quo sit sulfur: ꝛ silr̄ia ēt verba
posuit Raſ. pͦ cōtinentis: ꝛ debet inungi totū
corpus suū cū oleo in quo sit admixtū sulfur: sed
spāliter inungatur tota spina ꝛ nucha ad cale-
faciendum totum corpus infrigidatū. Un̄ dice
bat Aui. ꝛ inunge spondiles ex'figia ꝛ euforbio
et pone super prinm̄ nuche sinapim ꝛ castoreum
et serapinum ꝛc. Hec tn̄ oīa fiant in ꝑcessu post
purgationes vt dictuꝫ est: ꝛ spāliter hoc memo
rat Rasis pͦ cōtinentis: cuꝫ dixit. Et dico quod
debes vti hac embrocatione de qua dixerat post
corporis mundificationē: ꝛ debes inungere ca-
put suum cum oleis calidis subtiliatiuis ꝛc.
❡ Ponit Aui. duos can̄. in vsu horum oleorum.
Primus canon est ꝙ cū oleis misceatur cera vt
melius stet oleum supra caput. neqꝫ fiat hoc in
ceteris mēbris: sed in capite: qꝛ cum cera acq̄riꝛ
modus substantie: ꝛ melius stat supra caput.
❡ Scđs canon est qđ incipiēdū est a debiliori
non dico ab absolute debili: qꝛ nihil valet: sed
incipiendo a debiliori inter fortia olea vt de li-
lio: ꝛ silr̄ibus: ꝛ intendendo ad illud de spica de
euforbio de castoreo ꝛ similibus. ❡ Fiant etiā
odoramenta ꝛ euaporationes ex gariofilis ma
ce nuce muscata acormenta galiamuscata ꝛ si-
milibus aromaticis immo etiā cuꝫ musco: hoc
totū dico in flātica qm̄ in sanguinea dixit Aui.
et est notabile verbum apud prinm̄. capl'i de cu-
ra ꝛ fac eum olfacere qđ cōfortat cerebrū ꝛ non
calefacit cum eo ꝙ docui te. s. in soda cal'a ꝛ fre-
nesi. s. cū rosis floribus nenufaris cū aceto et si-
milibus. ❡ Per interius aūt valent ad altera-
tionem ꝛ cofortationē sirupi cōes appropriati
vt oximel simplex squilliticum: sirupus de citro
et singularissime sirupus de sticados cum deco
ctione acori vel aqua palesis aqua ruthe aqua
maiorane isopi saluie clarificate cū nucemusca
ta vel alio vel cū cerebrali simili. ❡ Inter confe
ctiones valet tyriaca magna fermētata: ꝛ metri
datum nō minus valet: immo preterꝙ in repti
libus ꝛ in morsu reptiliū magis iuuat ꝙ tyria-
ca: quo casu vꝫ diamuscus diambra plirisarco-
ticon ꝛ hmōi. ❡ Ultimate aūt laudāt autores
balneū de quo dixit Sera. Cū aūt resoluiꝛ egri
tudo intromittatur in balneū ꝛ inungatur cum
oleo de balsamo. s. post balneum ꝛ Aui. ipm bal
neum laudauit post tres hebdomadas. ēt Raſ.
primo cōtinentis laudauit balneū post vigesi-
mum diē. ❡ De correctione accidentiū accidēs
cōiter cōtingens ꝙ aliqñ est priuatio loq̄le lau
datur vt exhibeanꝛ. ℥. ij. succi betonice clarifica
te ꝛ redit ad loquelā: vel succus ruthe agrestis
immissus naribus vel auribꝰ idē facit: vt dicit
Nicolus. Uidi ego in casu silr̄i fricari cum confe
ctione anacardina palatū dētes ꝛ linguā ꝛ suc-
cessit loquela post paruū tp̄s facta bis tali fri-
catione que cōfectio multū iuuat in casu isto ꝛ
in paralesi vbi latius diceꝛ. ❡ Aliud accidēs est
remissio siue defectꝰ vocis ꝛ debilitas ꝑgredie
di. Et ꝑ his dixit Raſ. pͦ. cōtinentis. Et si adest
defectus vocis ꝛ virtus melioraꝛ. i. iam in cōua
lescentia apponas vētosas ꝛ insuꝑ nuchā ꝛ col
lum mediante scarificatione. s. si expedit ꝛ adhi
be eis cās cōualescentie in auriatu. i. in quadri
ga vel in sella lignea ducēdo ipsum hincinde vꝛ
deponendo vel eleuando ipsum ꝛ assidues in eo
sternutationes ꝛ gargarismata.

Margin notes (in order): De vltis intentiōibus. — Oppoponacum nocet neruis — Not. hos duos can̄. Aui. — De odoramentis fiēdis. — De correctiōe accidentium.

De subeth. Cap. v.

Cum aliquis quasi dormiens ia
cet ꝛ tamē sentit ꝛ mouetur: sed
oculos ſm plurimū hꝫ clausos
quos tamē dū vocatur cū clamore apit:
licet iterū statim claudat iaꝫ patitur su
beth. ❡ Qui cum clisteribus acutis que

paulo āte nominauim⁹ curādus est. In os quoq₃ ipsius mittemus ydromel ⁊ laborabim⁹ vt descēdat: ipsum eniz nutrimētū existit eius. ¶ Caput preterea vsq₃ ad dyatritum primū oxirodino infūdēdum. Post tertium aūt diē sternutationez prouocabimus ex his q̄ nominauimus. Et rademus caput ⁊ liniem⁹ ex sinapi ⁊ castoreo ⁊ aceto.

Istud est capitulū de subeth qd̄ sic cōtinuat ad p̄cedēs. Nam postq̄ in precedēti determinauit de apoplexia in qua est lesio siue nocumētū in sensu ⁊ motu vt quasi lesio ablata in opationibus omniū sensuū ⁊ motus volūtarij. Nūc ꝯsequenter determinat de subeth q̄ est sibi vicina passio saltē ex pte lesionis: q₂ ēt est ibi lesio in sensu ⁊ motu ⁊ diminutio sensus vel lesio diminuta: etiā q₂ p̄ᵃ frōte subetic⁹ iacet sicut apopleticus: ⁊ sic cōueniēter post caplm̄ de apoplexia determinauit de subetia. Et diuidiť pn̄s capᵐ p̄ᵃ diuisione in duas partes: q₂ p̄° ponit signa subetie ⁊ eas drīas q̄bus distinguiť ab apoplexia. 2° ponit curā p diuersa īgenia. 2ᵃ ibi. (Qui cū clisteribus acutis.) De p̄ᵃ parte ponit id qd̄ cōicat cū apoplīa. Scd̄o sigᵃ q̄bus distinguiť.

Declaratio prime partis.

¶ Dicit ergo p̄°. Cū aliq̄s quasi dormiēs iacet i. pstratus sicut dormiens: ⁊ ex hac p̄ᵃ parte videtur innuere p hoc qd̄ dicit quasi dormiēs qd̄ nō est vere dormiēs. s. somno naturali: sicut ēt apopleticus non est vere dormiēs: q₂ neq₃ dormiēs somno naturali: neq₃ p̄ter naturā: sed per aliā rōnem iacet quasi dormiēs apopleticus a subethico: q₂ pp̄ter phibitionē expāsiōis spirituū ad organa sensus ⁊ mot⁹: ⁊ nō fit impotētia ad operationes pp̄ter reditū spirituū vt fit in somno vt supra dictū est: ⁊ infra etiā diceť: s₃ in subetia fit diminuta opatio in sensu ⁊ motu a cā p̄ter naturā: ꝯcurrēte tn̄ reditu spūum ad interiora: ⁊ p tāto differt a somno naturali: q₂ ꝯcurrit cā p̄ter naturā in hoc sōno ⁊ nō in nāli ⁊ talis somn⁹ est plixior ⁊ pfundior nāli: nō ḡ vere dormiēs naturaliter: s₃ iacet q̄si dormiēs Addit. ⁊ tn̄ sentit ⁊ moueť supple si pūgať: ⁊ sic he opationes nō sunt ablate: s₃ tm̄ diminute: vn̄ sentit obiecta mediocriter imprimētia: qd̄ nō facit apopletic⁹. ⁊ addit: sed oculos s̄m plurimū h₃ clausos quos tn̄ cū vocať cū clamore apit: dt̄ signāter cū clamore vt denoteť somnū esse pfundū ⁊ nō naturalē: ⁊ sic q̄ opatio auditiua est diminuta a naturali: vn̄ non excitareť a mediocri voce sicut dormiēs somno naturali s₃ solū excitať cū clamore: ⁊ tūc apit oculos: l₃ iterū statim claudat: vt dt̄ text⁹ propter opilationē factā ⁊ remollitionē palpebrarū factaz a vaporib⁹ ⁊ a mā hūida. Cū igiť h accn̄tia ꝯiungūť dt̄ Ras. iā patiť subeth.

Declaratio p̄ᵉ particule 2ᵉ p tis principalis.

¶ Cōsequēter po curā: ⁊ diuidi potest in quinq₃ particulas s̄m q̄nq₃ adiutoria q̄ ponit in textu. Primo ponit adiutorium per clisteria acuta. 2° p debitā dietā. 3° ponit quoddā repcussiuū in certo tp̄e fiēdū: postea ponit instrm̄ ꝑuocationis sternutationis. Ultimo ponit qd̄dā locale circa caput. Partes patebūt. q̄ cū clisterib⁹ acutis q̄ paulo ante nominauim⁹. s. in caplo de apoplexia curādus est. ¶ Pro intellectu harū partiuz simul est notādū q̄ l₃ subeth a diuersis causis pendere possit vt loco pp̄rio videbiť. Ra. tn̄ hic et in caplis alijs cōiter ⁊ breuiloquus ponit curam cause cōiter cōtingētis vt subetie pēdentis a materia flegmatica. ideo in hac valēt clisteria acuta ad diuertēduz ⁊ eūandum a capite: neq₃ est necesse a p̄ncipio dare medicinā p superius multū laboriosaz: vt in apoplīa fuit necessariū q₂ morbus nō est ita timorosus: ⁊ magis dat inducias: sunt ēt inhabiles in p̄ncipio non facta minoratione ad deglutiēdū vt videbiť in pticula prime sequēti: ⁊ oleo conueniūt clisteria.

Declaratio 2ᵉ particule 2ᵉ p tis principalis.

¶ De scd̄a parte dixit ordinādo dietā. in os q̄₃ ipsius immitēdus est ydromel ⁊ laborabimus vt descēdat ipm̄. n. sup. ydromel nutrimētū existit ipsius sup. patiētis conueniēs. Ubi nota p hoc qd̄ dixit immittemus ⁊ laborabimus vr̄ innuere q̄ tales sunt violēter aliqualr̄ dietādi: q₂ plerūq₃ morb⁹ a mā frigida fit cronicus: et ipsi difficulter trāsglutiūt ⁊ sumūt: q₂ tn̄ est multa oppressio in virtute cōuenit dieta declinās ad latus tenuissime ⁊ non tenuissima: vt supra in apoplexia: q₂ morbus nō est sic acutus: cōuenit ergo ydromel modice restaurās vt due vl' tres ℥. bis vl' ter in die. valet etiā ydromel digerendo materiā ⁊ abstergendo flegma de stomaco: qm̄ morbi flātici capitis sepe fouētur a materia flegmatica in stomaco: ⁊ sic est sibi medicina cibalis cōueniēs.

Declaratio 3ᵉ particule 2ᵉ p tis principalis.

Cura congelationis. In prin° tñ Auē. videt facere curā satis leuē: occurrat ergo si fuerit ab aere frigido in p̄n° eius vt cū extrema vt calcanei cōgelātur. Nā ꝓpter distantiam a fonte caloris primū in eis manifestat ꝯgelatio dicebat Gal'. 2°. interior. ca°. 2°. per hoc qm̄ rem quā tangūt modice sentiūt: τ si ea. s. mēbra mouent. i. conētur mouere dolorē habebūt. s. aliq̄lem τ nequeūt ea mouere. s. nisi violēter quodā modo τ de talib⁹ dixerat pauloante ego cognoui hoīes quorum calcanei nimia frigiditate infrigidati sunt τ sensum amittūt postea ducti sunt in stuporē velut si mortui essent τ putrefacti sūt τc. ¶ In p̄n° ergo eius q̄ debilis est si fit ꝓpria cōgelatio cuius cā est mala cōplo frigida τ sicca sine mā cura est calefactio. vñ dicit Auēz. cura est inuoluere pānū cal'm supra caput: sed nō ponatur extremal'r cal'm: sed tēperatū aliqual'r ad cal'm declinās. nā Aui. 3ª p̄mi. nō opz ꝙ taliter infrigidati vadāt ad ignē: q: modicus calor q̄ esset in mēbris resolueret ab igne: sed fiat fomētatio leuis ad extrema vt cū decoctione camomille altee mellilotí sticados τ silium: τ fiat inunctio supra caput cū oleis calefaciētib⁹ in q̄bus est ꝓprietas tyriace: sicut est in oleo de lilio in quo nō solū est vis resolutiua τ calefactiua: sed ēt viuificat oleū ēt de costo de sinapi de castoreo ꝯuenit: vñ inungat de his tot ū corp⁹. Et si ponat aliq̄d de gallia muscata erit magis cōueniens. Et laudauit Auē. puluerizari super caput de gariosi. cribellatis τ de ligno aloes: τ qđ odoret muscuz ambram. τ silia aromatica cal'a. Etiam odor castorei τ asse mirabiliter vz. τ dicit Aui. 6° quarti. ca°. de medicinis ad venena frigida: tales qui sumpserunt opiū si possunt capere cibū sint cibaria calida actu τ potētia vt brodia mediocriter pinguia pullorum vel colūborum cū sale τ pipe: cinamomū ēt est eis tyriacalis medicina. Et q: cū eisdē debēt cibari cōgelati ex alia cā: qm̄ vt supra dixi de mente Aui. tertia primi tales moriunt sicut illi q̄ sumpserunt opium in potu: τ ita laudauit Auen. carnes auium minutarum τ colūborum siluestrium τ similium. ¶ Bibant etiam vinum bonū loco aque: de quo dicit Aui. q: fuit sarracenus τ non bibebat vinuz ex lege in sexta quarti. ca°. alle. Et vinum antiquum plurime quantitatis. i. notabilis q̄titatis est mirabile ei: τ ꝓprie qñ est subtile odorifex plurimū tolerans aquā. Auēz. tñ in casu cōgelationis ꝓprie immālis nō exhibet vinū cuz sit passio cerebri: sed ꝓ potu laudat aquā de minera. i. potentialiter naturaliter cal'az vel aquā cū sirupo corticū citri. Hoc tñ qđ Aui. dicit de vino expresse colligitur a Gal'. 3°. de simplici medicina. dist. ·ctione scđa. ca°. 2°. immo dixit clare. Et ego quidem iam curavi virū cuius corp⁹ erat infrigidatuz vltima infrigidatione: ꝓpter hoc qđ dedi ei in potu de vino nominato liscos τc. ¶ Sed si fuerit congelatio materialis τ fuerit mā non apostemans: tunc dicit Gerar. in cura est conuenientia sicut in litargia ꝓprie sumpta in quibusdam: τ in q̄busdā differentia: ꝯueniūt in medicinis in qualitate actiua vt ꝙ medicine sunt calide in vtraqꝫ. Item sint medicine fortes: q: vterqꝫ morbus est difficilis conueniunt in loco applicatiōis medicinarum: q: maxime apponi debent posteriori parti capitis. Sed differunt: q: in litargia semꝑ est humor peccans. vñ semꝑ est necessaria eūo: τ nō semꝑ sic in stupore vt dictum est supra. Et si congelatio sit materialis differunt: q: in litargia offeruntur medicine que respiciunt humorem flegmaticum: τ in congelatione melencolicum etiam in ea cauenduz non tantum a frigidis flegmaticis. sed etiam a melancolia vt in dieta a leguminibus carnib⁹ grossis salitis τ hmōi: τ in medicinalib⁹ sunt habende intentiones eūonis humoris melācolici. Sed si cōiungatur in toto plenitudo sanguinea fiat primo flōia sicut supra dictū est de apoplexia: etiā fiant diuersiones fricationes clisteria de q̄bus dictum est supra quibus diuersionibus factis fiant sternutatoria ad euigilandum virtutem etiā de q̄bus supra. Et in summa concludatur ꝙ intentiones in litargia valent in casu ꝓter intent°onem repercussionis: nam nō est fienda repercussio fm caput vt ptz. ¶ Post igitur eūonem τ diuersionem sola calefactio τ confortatio τ resolutio est necessaria. Sed nota ꝙ Rasis ponendo oleum capiti non posuit acetū q̄uis penetrare faciat dubitans ne infrigideret τ exiccet: sed dicit cū embrocatur fit ꝓ omni libra olei. ℥. j. euforbij. De hoc dictum est circa literā medicine alteratiue τ confortatiue sunt de q̄b⁹ dictum est supra. De mente tñ Constantini laudatur stercus vulpis cum alijs electuarijs calidis: sed reducatur ad medicinas tyriacales scriptas sexta quarti: in cura congelati ex opio τ in medicinis τ clisterijs oīb⁹. De medicinis tamē appropriatis euacuantibus alterantibus τ cōfortantibus in casu valentibus fient inferius descriptiones in ca°. de melancolia ad illū locū vltra alias suprascriptas de litargia recurrat: τ sic fit finis capituli.

Cura litargie τ cōgelatiōis mālis conueniūt in q̄busdā τ in q̄busdā differunt.

Quare Rasis non posuit acetū.

¶ De incubo. Cap. vij.

Cum quis in somno quasi rez grauem super se cadere senserit: incubū pati nunciandus est. ¶ In ipsi⁹ itaqꝫ cura nō est tardandū. Ipse em̄ epilepsie preambulus est ipsam nāqꝫ precedit. ¶ Eger quoqꝫ si in colore rubens fuerit τ venas habuerit plēas ex saphena erit minuēd⁹ τ vētose i carnositate tibiaruz ponende sunt. Eger preterea a potu vini τ rerum dulcium comestione abstinendus erit: τ precipue ab omni re que multum generat sanguinem. ¶ Qđ si huic contrariuz

accidit venter ex pillulis cochijs multotiens erit soluendus ⁊ eius regimẽ subtiliandum. Exercitio quoq̨ vtendũ erit ⁊ membra inferiora erunt fricanda.

Istud est capitulũ de incubo

Istud est capitulũ de incubo: qḋ q̃ maiore h̃z ꝯtinuationẽ cũ dispõnibus de q̄bus ante dictũ est vt apoplexia subeth ꝯgelatione q̄ h̄eat ipa paralesis q̃m incub⁹ ita est dispõ cerebralis principal'r sicut ⁊ ꝑcedẽtes dispõnes vbi palesis distinguẽdo eā ab apoplexia est ꝓpri⁹ passio neruosa q̄ cerebralis. Et q̃m ẽt incub⁹ est ꝑambulũ quoddā ad epilepsiā: vt dicit Ras. ī textu. iō ꝯueniẽter visum est mihi ſm ordinẽ pri⁹ determinare de incubo: ꝯñr de epilepsia ⁊ vlteri⁹ de melia: ẽt cerebrali passiõe q̄b⁹ expeditis erit deueniendũ ad determinationẽ de palesi ⁊ alijs morbis neruosis: vt stupore: tremore: tortura oris: spasmo ⁊c. ¶ Diuidit̃ igit̃ p̃ns caplm̃ p̃ma diuisione in tres. Nā p̄° ꝑ accñtia declarat denũciādũ aliquẽ pati incubũ. scḋo ponit necessitatẽ diligẽtie h̃nde in cura eius: tertio ponit curā incubi vel causaꝝ ei⁹ p̄suppositis causis a q̄bus vtplm̃ euenit. scḋa ibi. (In ipsi⁹ vtiq̨ cura nõ est tardādũ.) tertia ibi. (Eger igit̃ si in colore rube⁹ fuerit.)

Declaratõ prime ꝑtis textus.

¶ De prima ꝑte dicit declarando aliquẽ incubũ cũ q̄s in sõno q̃si rẽ granẽ aut aliq̄d suꝑ se cadere sentiat: incubũ pati denunciandũ est. Vñ nota q̄ declarat incubũ ex duobus principal'r. Prima ex ꝑte euẽtus per hoc qḋ dixit in somno. Nam talis dispõ: lz ẽt in vigilia euenire possit vt loco suo videbit̃: tñ vtplm̃ in sõno euenit: q̃m cā ad eā adducẽs mag̃ parata est nocere tꝑe somni q̄ vigilie: ⁊ sic fortior cā req̄ritur ad hoc vt fiat incub⁹ in vigilia q̄ in sõno: ⁊ iō vtplm̃ fit in somno: ⁊ hoc totũ declarabitur infra. Declarat̃ scḋo ex accidẽti ꝓprio ꝑ hoc qḋ dixit cũ sentiat quasi rẽ granẽ supra se cadere ꝑ hoc qḋ dixit quasi innuit q̄ nõ recte sentit̃ põdus rei grauis cõprimẽtis: sed quasi. i. imaginatio est corrupta: q̃ apparet patiẽti q̄ grauis res opprimat eũ quasi supra ipm̃ poneretur res grauis ⁊ pondus graue. vñ conatur se mouere ⁊ se libere mouere non põt: ita conatur vociferare ⁊ quasi vox intercipit̃: ⁊ hoc ꝓpter mām̃ vel vapores opprimẽtes ꝑ diuersos modos vt īfra videbitur.

Decl'o scḋe ꝑtis text⁹.

¶ De scḋa parte dixit q̄ nõ est tardādũ in cura ipsius: vñ facit diligentẽ medicum ⁊ sollicitũ ad eius curā: ⁊ adduxit rõnem q̃m icubus est ꝑambulũ epilepsie: vñ nisi curet̃ incidit in epilepsiā. Proinde dicebat idẽ Ras. in diuisionib⁹ cũ huic succurritur q̃ñ assidu⁹ est ⁊ multiplicatur perducit ad epilepsiam: ratio est satis manifesta q̃ ex eadẽ materia vtraq̨ dispositio fieri põt vt videbitur. Consequẽter ponens curam duo facit. Primo p̄supposito q̄ a cā sanguinea fieri possit ponit signa ⁊ curā eius: scḋo supposito ẽt q̄ a flegmate fieri possit ponit ẽt signa ⁊ curā: ibi scḋa. (Qḋ si huic cõtrariũ acciderit ⁊c.) Declarans igitur cām̃ esse sanguineaꝫ dixit.

De cura incubi ex sanguinea.

Eger ergo si in colore rubeus fuerit et venas habuerit amplas ex saphena erit minuendus ⁊ ventose ponende in carnositate tibiarum sunt: etiam dans ordinem in dieta dixit q̄ eger a potu vini ⁊ comestione rerum dulc. abstinere debet ⁊ ab omni multiplicante sanguinẽ.

De cura incubi ex flegmate.

¶ Ponendo aũt curam ⁊ signa flegmatici dixit qḋ si huic contrarium acciderit: vt. s. non apparuerint vene ample neq̨ rubor in facie sed contrarium de strictura venaꝝ ⁊ de colore pallido faciei ⁊ multitudine aquositatis in ore ⁊ alijs signis dictis supra apparentibus in flegmate docet fieri solutionem cum pillulis cochijs multotiens: ⁊ q̄ regimen sit subtiliatiuum ⁊ membra inferiora fricāda ⁊c. Ista oīa sunt clara ex alijs dictis de soda frigida ⁊ de litargia: sed nota qḋ lz posuerit tantum duas cās non est negandu ꝫ qḋ etiam ab alijs humoribus euenire possit: sed q̃m raro ab eis euenire potest: posuit causas vt multum contingentes ⁊c.

Exposito sic literaliter textu ꝓ obseruando ordine primo videbitur de q̄d nois ⁊ quid rei ipsius incubi. scḋo ponentur distinctiones breues. tertio cause. quarto signa ⁊ pronostica euentus ⁊ ad bonum ⁊ ad maluꝫ: deinde demonstratiua ⁊ generis ⁊ specierũ: ⁊ vltimo ponetur cura.

Quid nois. Incubus ḋr ab Aui. prima terrij. tracta. 5°. Strāgulator. q̃ ita aliq̃ñ disponitur hõ quasi prefocetur a comprimente a Rasi ḋr ꝑambulum epilepsie: ⁊ etiā ḋr sicut aliqui dicunt a demone quodam sic appellato. Nam vt dicunt ante aduẽtum xp̄i solebant demones cõuersari cũ hoibus: ⁊ sic demõ incubus solebat ledere hoĩes cõprimendo ⁊ imprimendo: inde sic est dicta hec passio. etiā ḋr ab incũbere qḋ est supra cadere vt quasi videatur hoĩ aliquid supra se cadere ipsum opprimens.

De quiditate rei.

¶ Quid rei aũt declaratur ab Aui. per hoc qḋ hõ sentit cum in somnum ingreditur fantasma graue supra se cadens: vnde spũs. i. anhelitus stringitur: ⁊ vox ⁊ motus intercipitur. i. non potest cõtinuare vocẽ neq̨ motum q̃ conatur ad motum: ⁊ non põt ꝑficere neq̨ põt clamare: et q̃ñq̨ p̄focatur ꝓpter opilationem pororũ meatuum. i. viaꝝ anhelitus. ⁊ cũ separatur ab eo excitatur subito.

Ras. p̄° cõtinentis.

Eandẽ sñiam ponit Ras. p̄° continẽ. ca°. 5°. dixit q̄ ꝓpter rem grauātẽ videt̃ strangulari ⁊ non põt clamare: ⁊ possibile est q̄ cepit clamare ⁊ nõ clamat. Innuebat g̃ Aui. qḋ hec passio proprie non accidit nisi in somno: q̃ tempore vigilie illa fantasmata non sic representantur: nam tempore somni omnis leuis cā opprimit vbi tempore vigilie non nisi fortis cā quia materie ⁊ vapores sunt conuersi ad exteriora: quia tamen incubus est epilepsia quedaꝫ debilis: ⁊ sicut non repugnat fieri epilepsiaꝫ tẽpore vigilie ita nec imcubum. Sed dicit Benti. ⁊ bene: quia in vigilia non fit nisi a forti causa: sentit ergo aliquid grauitans ipsum: ⁊ fiuit se mouere vel loqui non potest: vel si tales aliquādo loquuntur: loquuntur loquela imperfecta se lamentantes.

Quõ fit hoc p̄mo.

¶ Dicunt quidam de modo qḋ eleuatis vaporibus ad meatus per quos debẽt infundi spiritus animales ad organa sensuum impedita via percepto nocumento cum anima nititur mouere membra ⁊ non potest minorata mensura spirituum: consequenter apparet eis fantasma quoddam opprimens ⁊ inde interseratur motus: quia cum volunt se mouere non possunt: ⁊ q̃m facta opilatione in meatibus dictis prius priuantur membra extrema a debito

motu ꝙ media:ideo dicunt qꝺ illud fantasma prius incipit surripere a membris deorsum tē/dendo sursum. ¶ Dicunt quidā ꝙ hec passio accidit maxime ꝓpter plenitudinē cibi in stōaco quo repleto cōprimit diafragma:ad cuius compressionem multi vapores claudunt in spūali/bus qui postea cōprimunt versus cor:ꝛ sic corde cōpresso ꝑ cōitatem quasi totum cōprimi videt. ¶ Dicunt alij qꝺ vapores ex materia grossa re/soluti opponunt se virtuti fantastice vel imaginatiue vel organo eius:ꝛ ꝑ̄ñr talia obiecta comprehenduntur vt ledentia ꝛ cōprimit cerebrū ꝛ virtus:ꝛ hoc mō apparet ꝙ sit fantasma opprimens: ꝛ p̄cipue qꝛ vulgꝰ credit qꝺ in tpe noctis spūs mali hoīes premant. ¶ Vñ Gerar. dicit ꝙ theologi dñt cām huius esse qñ demon in aere existens directus supra corpus patiētis impri/mit quandā qualitatē malitiosam in membra patientis vnde fiunt impotentes ad operatio/nes ꝛ intercipit motus ꝛ vox istorum:sicut etiā est de dormientibus sub vmbra nucis. Sed qm̄ de istis spiritualibus non se intromittit medicus:opꝫ igitur vt hec reducātur ad causas que beneficio medici possint remoueri. Prius tamē ponende sunt alique.

Opinio theologorum.

Distinctiones.

Sit ergo ista pᵃ distin/ctio:qꝺ incubus quidaꝫ accidit corpori forti naturalr̄ per etatem ꝛ complexionem vt colerico ꝛ sanguineo iuueni: ꝛ q̄/dam debili vel per etatem vt seni:vel per cōplexionem ꝛ sexū vt melancolico vel mulieri:vł aliter debili ꝓpter cām resoluētē vt post morbos resolutiuos coitum ꝛ sīles cās. ¶ Scḋa distin/ctio:incubus quidā solū accidit in somno: qui/dam etiā in tpe vigilie vt dicat quasi spēs laboris spontanei:ita vt videat homini ēt vigilāti ꝙ nō possit se mouere nec fortiter reclamare:immo qꝺ quasi opprimat ꝛ suffocet ab opprimēte. ¶ Tertia distinctio:quidā talis incubus est raro eueniens:ꝛ nō nisi per occursum alicuꝰ male cause primitiue ꝛ aliquis euenit frequenter etiā nō p̄cedente cā manifesta. ¶ Alia distin/ctio:talis frequenter eueniens quidā cōiungit cum lesione ꝛ obtusione operationū sensitiuaꝝ virtutum:ꝛ grauitate capitis:pigritia in motu ꝛ hmōi:ꝛ quidā nō cū his ꝯiūgit. ¶ Alia distinctio:talis ēt frequēter eueniens:quidā modico tpe durat:ꝛ quidam maiori spatio:ita ꝙ si eue/niat in somno ꝛ excitetur:tñ remanet cū simili quasi oppressione per tempus.

De causis p̄mitiuis.

Cause.

Jam veniendum est ad causas. Cause ergo sunt duplices vt primitiue ꝛ corporales. ¶ Causa primitiua potest esse frigiditas aeris adueniens cerebro condensas comprimens ꝛ contrahens ipsum vnde spūs postea non possunt descendere ad instrumēta sensuuꝫ et motus:ꝛ consequenter materie vel vapores circa membra existentes sunt aggrauantes mēbra:ꝛ sic imprimunt accidēs predictum.s. qꝺ tales sunt quasi percipientes phantasma cadere supra se vt dicit Aui. Et hoc maxime accidit in debilitate ipsius cerebri per resolutioneꝫ vt in longo morbo vel ex coitu vel in debilitate ipsiꝰ male complexionis inducte. nam tunc propter debilitatem cerebri facile impeditur transitus ad membra. ¶ Secunda causa est multa reple/tio cibi in stomaco ꝛ nauseatiua satietas: vnde comprimitur diaphragma:ꝛ cōsequenter cor a vaporibus opprimitur: vt supra dictum est. ¶ Tertia cā est somnus supra satietatē cibi:nā tempore somni multi retinent vapores qui oppilant meatus spūum animaliū ad mēbra qui tempore vigilie resoluunt. ¶ Quarta cā est dormitio resupina:vnde dicit Auic. 3ᵃ p̄mi. resupi/ne dormire est malum:ꝛ ad malas p̄parās egri/tudines:vt incubum ꝛ epilepsiā. nam superfluitates cerebri que deberent expurgari per nares palatum ꝛc. per accubitum supra dorsum reti/nētur ꝛ mouēt ad posteriora:vt ibidē dicit tex. ꝛ vłr q̄cūqꝫ cause que pñt esse cause multiplicatiōis vapoꝝ ꝛ retētiōis pñt. eē cause incubi.

¶ Causarum corporalium vna est antecedens: ꝛ est humor quicunqꝫ grossus siue sanguis siue flegma siue melācolia. ¶ Causa immediata corporalis est vapor oppilans ꝛ ledens saltem vt in pluribus. nam talis dispositio pendet ex vapore immediate:ꝛ non ex humore: qꝺ declarat qꝛ talis dispositio faciliter remouetur:qꝛ tacto infirmo de facili vt plurimum excitatur ꝛ redit ad operationes suas:ꝛ hoc proprie fit in principio somni:vnde dixit. A. Eius vero causa f̄m plurimum est vapor materieꝝ grossaꝝ ꝛc. eleuatus ad cerebrum subito in dispositione quietis motus vigiliarum. i. tempore somni : qm̄ somnus est quies motus vigiliarum: motus. s. resoluentis vaporem:ꝛ cōsequenter omnis humoris comitantis ipsum. s. vaporem: quasi innuat qꝺ in motu vigiliarū fit resolutio vaporum ꝛ humorum cum eis ad exteriora. Et in prinº somni per reuocationem eleuantis vapores ad cerebrum: et ita fit tale accidens immediate a vaporibus ideo sepe cum excitatur remouet nocumentū. Dicit tñ Azarauius qꝺ aliqñ post excitationem stant perterriti ꝛ angustiosi timētes illud phātasma:ꝛ hoc est quando illi vapores sunt mul/tum grossi:ꝛ tunc casus est multum verendus:ꝛ maxime si frequentet vt videtur innuere Rasis in diuisionibus. ¶ Etiam a vermibus pōt eue/nire per modum satis notum : ꝛ sic patet quod etiam per communitatem a toto ꝛ a particula/ribus membris vel alias a particulari disposi/tione:ꝛ etiam propter causaꝫ essentialiter in cerebro potest prouenire hoc accidens : ꝛ sic cum hoc patet quod incubus:nam si propter malam qualitatem faciunt aliquando vermes contra/ctionem ꝛ spasmum quia alterantur alteratio/ne mala:ꝛ sic in epilepsiam: multo magis pos/sunt facere incubum:cum incubus sit principiū epilepsie. Differunt tñ incubus ab epilepsia: qꝛ in incubo est maius nocumentum: ꝛ oppilatio in parte posteriori capitis ꝛ in epilepsia maior in ventriculis anterioribus:ideo in incubo motus sunt magis diminuti quam sensus in epi/lepsia est econtra.

De causis corporalibus.

A vermibꝰ accidit.

Signa.

Sigᵃ aūt sunt duplicia. s. ꝓnostica: ꝛ signa specierum. ¶ Signoꝝ autē pronosticorum primum euentus sunt signa omnes cause antecedentes ꝛ primitiue ipsius incubi:vt satietas: nauseatiua repletio sanguinea vel flegmatica:maxime si coniungatur male cōplexioni capitis ꝛ paruitatis eius. ¶ Secundū signum specialius sumitur ex obtusione in sensibus accidētaliter facta etiā grauitate motus ꝛ ꝓfunditate somni ꝛ reliqs declarātibꝰ debili/

Primū signū ꝓnosticum.

Secundū.

Tertiū ꝓnosticū ad bonum.
Quartum signum.

tatem cerebri ⁊ exuberantiā materierū grossaꝝ circa caput. ¶ Signū vero ꝓnosticū ad salutē sumitur ex eo ꝙ accidit raro: ⁊ qđ facile remouetur nocumentum cū excitatur siue sit a materia corporali siue a cā primitiua. ¶ Scđm signum spālius est: qđ minoris timoris est incubus a cā corporali stante nocumēto sensibiliter equali: patz per remotionē causarū primitiuaꝝ faciliorem ꝙ corporaliū. ¶ Pro pronostico aūt ad malum dicit. A. ca° ꝓprio: qđ incubus ꝓnosticatur alteram trium passionū: vt vel est antecessor ad epilepsiam: aut apoplexiā: aut maniā. Ait Gordonius qđ ēt est signū subite mortis. Sed dicit Aui. faciens exceptionē qđ hoc intelligit qñ fit a causis materiatis vt vaporibus vel hūoribus corporalibus. Sed si fiat ꝓpter cām extrinsecā nō sunt nata sequi ista nocumēta: ⁊ hoc bñ notetur ꝓpter multos q̄ ex incubo immediate declarant supra aliquā dictaꝝ egritudinū. Nam si fiat a crapula aere frigido ⁊ similibus talia pñt faciliter remoueri saltē vt in plurib⁹: sed si fiat ex vaporibus ꝓuenientibus ex humorib⁹ prauis ꝓnosticat supra dictas infirmitates. s. epilepsiam vel apoplexiā: pōt ēt materia ex multo tpe retenta calefieri ⁊ aduri: ⁊ eleuabunt vapores praui terrestres: ⁊ faciūt meliaz siue maniā. Et ad hoc dixit Rasis in textu qđ cura nō est tardanda ꝓpter timorē dictum: nā si tardat cura sepenumero taliter ingrossatur materia vaporalis qđ apta nata sunt sequi talia accñtia praua vt apoplexia epilepsia: que postea inducunt mortē: vnde cum nō succurritur ei qui patit incubum vt bene dixit Rasis in diuisionibus: timor est de epilepsia. ¶ Aliud signum pronosticum est qđ egro euigilato post paroxismū si sudor succedat circa faciē ⁊ reliqua membra ⁊ cōiungatur tremor cordis est signū ꝓprie mortis qꝛ his accñtibus existibus declarat materiam cōtinuo magis opprimere virtutē: ⁊ esse causaz valde fortem ⁊ virtutē vitalē multum opprimi. Dicebat Gilibertus qđ pallor ⁊ tremor cū manifestatur post excitationē cū colore liuido et tremore cordis est signū mortis. Vñ multi post excitationem a paroxismo sunt tremebundi: ⁊ est hec passio id qđ vulgo dicit est oppressus a demone vel glie imbatuto: ⁊ maxime ꝯtingit parnulis propter multā humiditatē ⁊ clausis vaporibus ad intra circa cor ⁊ cerebrum: ⁊ aliqñ ifra horam moriunt: ⁊ dicunt le stat tolto: vñ terminantur ad apoplexiam ⁊ sic moriuntur.

Quintum ad malū ⁊ est Auic.
Nota veꝝ intellectū Auic.

Sextum signū ꝓnosticum.

De signis specieꝝ.

¶ Sig^a specieꝝ manifesta sunt ex dictis supra. Nam si fuerit a cā extrinseca vt ab aere: patz ex his que dicta sunt supra in ca°. cōgelationis de iter agendo in frigore ⁊ de occurrentibus frigidis ⁊ de alijs. Si ēt cōtingit post satietatē nauseatiuam satis patz. Si 3° ex accubitu supra dorsum cōtingat ex sensu pōt manifestari. Si ꝯtingit ex humoribus vt ex sanguine: ex signis sanguinis patz circa literā. Si ēt ex flegmate patz ex signis flegmatis supra: raro fit a colera ⁊ melancolia: ideo doctores non faciunt mentionē maxime de colera: tamen si cōtingat ex dictis sunt in eis propria signa vt supra.

De cura vli.

Cura est duplex: vlis. s. ⁊ ꝑticularis. ¶ Uniuersalis est dicit Gordonius: qđ etiaz confirmat Gerardus qđ qui cōsueuit cadere in incubum habeat sociū amicū cuz quo dormiat qui cum audierit eū lamentantē ⁊ dolentem excitet eum a somno faciendo fricationes ⁊ diuersiones maxime ad membra deorsum: etiā aspergatur facies dicit ille cum aqua ros. dicerē ego cum vino maxime in causa frigida: quia vinum conuertit vapores ad extra ⁊ animā viuificat: vbi aqua conuertit ad intra.

De cura particulari.

¶ Regimen particulare sumit ex parte cārum. Sed gñalr p° in regimine diete eligat aer paruū calidus: sed sit siccus ⁊ clarus. aperiant fenestre de die de nocte incendant candele ⁊ cerei: ⁊ oīa que cōmouent ⁊ diuertunt vapores ab extra iuuant. apponant vētose: fricent crura: nullo mō inducatur somnus: imo excitent cum tractu capillorū ⁊ piloꝝ barbe vt nō dormiāt. Exercitiū sit moderatum factū pedibus ad diuertendum etiā cū fortibus locutionibus ⁊ clamoribus vocando eos noīe ꝓprio: ꝯuenit ēt in passionibus animalibus vt ꝯfortent ⁊ nullo mō tristentur.

De cibo ⁊ potu.

In dieta cibi et potus dicit textus noster. In flegmatica subtiliet regimē duplr intelligitur. Uno modo qđ exhibeat dieta multum tenuis. Alio°. i. detur regimen subtiliatiuū. i. cū aliqđ offertur ipsum sit subtiliatiuū humoꝝ ⁊ materie grosse. In sanguinea dixit subtrahat vinum carnes ⁊ omnia que generāt sanguinē multū: detur aqua ordei de farre: ⁊ succus fructuū acetosorum: sed si ꝑ diē steterit sine cibo meli⁹ erit. Si igitur cā sit materia flegmatica minoretur quantitas cibi: detur brodiū cicerū: aqua mellis: paꝝ vini erit cōueniens: sed sit acutum non grossum vaporabile vapore grosso. ¶ Sed magis ad medicinalia veniendo stāte materia sanguinea fiat flobotomia de saphenis dicit Aui. ⁊ Rasis qm̄ tale accñs nō euenit nisi a multitudine vapoꝝ ⁊ cū multitudine materie quare hec flomia multū iuuat: qꝛ euacuat ⁊ diuertit: deinde fiat flomia cephalicaꝝ: deinde a ꝑticularib⁹ venis vt de venis sub lingua vel de vena frōtis vel nasi: etiā ventose in carnositate coxaꝝ vel tibiarum multū iuuāt. ¶ Sed si materia sit flegmatica vt plerūqꝫ euenit fiat primū eūatio cuz appropriatis vt cum hiera ruffi. Et dixit Rasis primo cōtinentis: ēt dicit in text. Ras. fiat euacuatio cū pillulis cochijs multotiēs. Dicit Aui. fiat eūatio cū eo quod totū humorē eūat: nō intelligitur vna vice sed multiplicatis vicibus. Ideo dicit Ras. multotiēs: vt innuat eūationē fieri gradatim euacuando primo vnam partem deinde aliā. ¶ Et in materia melancolica cum pillulis de lapide lazuli. Hoc dictū Aui. intelligitur si materia melencolica, vel flegmatica fuerit mutlū abundans tunc fiat repentina talis euacuatio: ⁊ non opz tunc digerere materiam: sed a prin°. debet euacuari vel minorari materia propter timorem de quo dictum est supra: postea pōt digeri materia cū appropriatis: loquor in flegmatica qꝛ in sanguinea pōt multū a prin°. euacuari. ¶ In materia ergo flegmatica fiat digestio facta minoratiua euacuatione cum oximelle simplici cum syrupo de sticados cum aqua saluie absinthij buglosse non aquis aperitiuis vt feniculi ⁊ similium: sed cum participantibus stipticitate aromatizādo syrupos cum aliquo confortante cerebrū vt nuce muscata ⁊ granis peonie. Et interea fiant quasi continuo diuersiones euacuatiue cū clisterijs appro

In sanguinea fiat flobotomia de saphenis.

Nota verū intellectū Auic.

platis: postea fiat iterata euacuatio per solutiua ꝛ ꝯsequenter per caputpurgia masticatoria ꝛ similia. ¶ Et, etiam facta euacuatione ꝯsequenter confortetur cerebrum cum oleo.ro. non ponendo acetum sed aliquid castorei vt etiam fiat aliqualis repercussio. ne cerebrum recipiat hoc in frigida: sed in sanguinea cum oleis par stipticis ꝛ cuꝫ sacculis appropriatis calefactis rosis cum modico aceti ꝛ suppositis capiti: ꝛ ꝯfectionibus appropriatis vt diamusco ꝛ similibus. ¶ Si vero cā fuerit non essentialis in cerebro: sed ex nauseatiua satietate prouocetur. vomitꝰ cum penna intincta in hiera simplici cuꝫ modico oleo: vt materia que in cerebro cōseruat euaporationem educatur. Et postea stomacus ꝛ cerebrum confortētur ꝛ interius ꝛ exteriꝰ cū oleo de spica mastice ꝛ silibus: ꝛ cū diābra ꝛ cū sacculis leuibus resolutiuis supra caput. ¶ Et si cā sit extrinseca vt frigus occurrens cerebrū. cōdēsans ꝛ cōprimens: tunc dicit Auicen. fiat inunctio supra caput ꝛ nuchā cum oleis: ꝛ tunc sint olea calida ꝫm actum ꝛ calefacientia ꝫm potentiam vt oleo de rutha: de costo: ꝛ de spica: de euforbio: tādē de castoreo: ꝛ in oleo de lilio est tyriacalis virtus vt supra dictum est. ¶ Addit. A. ꝛ est de mēte Rasis p° cōtinentis. ꝙ ad ꝯfortationē ꝛ resolutioneꝫ cerebri approximātur grana.xv. peonie singulis diebus: dixit Gētilis: intellige duo.s. vel tria pꝰ vna vice non.xv. simul sumātur: nam grana peonie maximā habent ꝓprietatem cum cerebro. ¶ Asarauius laudauit grana.xiiij. piperis.s. puluerizata cū aqua mellis stante mā frigida flegmatica: etiā Rasis eodem p° ꝯtinentis laudauit piretrū: vnde dixit accipe piretrū ꝛ tere ipsuꝫ fortiter: ꝛ da de eo in potu coclear vnuꝫ cum tantūdē mellis: dixit ꝙ est magni iuuamenti. ¶ Et non tm̄ est cōfortādum cerebrum: sed dꝫ medicus attendere maxime ad confortationeꝫ oīm mēbroꝝ principaliū vt etiam stomachi ꝛ cordis iuuando digestiuā stomaci: ꝛ cum saccellationibus epithimatibꝰ ꝛ odoramentis: vnde muscus maxime valet: ambra similiter nigella ꝛ similia. Et in confectionibus diābra confectio de gemmis: de musco dulcis: ꝛ vsus aromatum cerebralium vt acori nucis muscate: cubebarum: corticum citri et similium: ꝛ cum his ꝛ similibus complebitur intentio totius cure. Et de his completius dicetur in sequenti capitulo de epilepsia que in cura huic multum assimilatur. Et sit completum caplm.

Nō ponat acetum cū oleo rosato in ꝑsenti casu.

No. dictuꝫ Gētilis in hoc loco.

¶ De epilepsia. Cap. viij.

Cum aliquis cadit in terram ꝛ torquetur ꝛ commouetur ꝛ intellectum amittit: dicimus ipsum epilepticū fore. ¶ Qd̄ si spuma exit per os aut se cōmingit: aut sperma egreditur: aut egestio: passio tūc est grauior ꝛ vehementior.

¶ Si autē eger ante accessionem sentit quasi aliquod ex aliquo suoꝝ mēbroruꝫ eleuari ꝛ ascendendo caput petere: ꝛ deinde syncopizatur ꝛ cadit: tunc opꝫ in hora qua sentit illud: anteꝙ illud accidat: mēbrum qd̄ prediximus a quo procedit fortiter ligare prohibebit nāq hoc accessioneꝫ venire. ¶ In tēpore vero quietis corpus multotiens erit euācuandū cū pillulis cochijs. ¶ Et locꝰ a quo exoritur passio ex sinapi ꝛ pipere ꝛ euforbio ac melle anacardi erit epithimandus: ꝛ epithima dimittendum erit donec vesicetur et vesice rūpantur: ꝛ aqua q̄ in eis est collecta effluat: ipse quoq non cito sunt cōsolidande: quinimmo dimittende: vt qd̄ in eis colligitur emanet: deinde consolidentur: hoc enim huius egritudinis oīno existit salus. ¶ Ad vltimum vero vētosas cum parua scarificatione superponere vtile est.

¶ Eger vero si ante accessionem nauseā aut tristitiā: aut cordis tremorē sentit et deinde egritudinis accessio seqtur: cogēdus est multotiēs vomere ex aliquo vomitu. Deinde pigram in potu sepe accipere conuenit. ¶ Stomaco quoq ēplastrum ex spica ꝛ ros. ꝛ mastice: ꝛ cortice: thuris cum vino odorifero ponendum est. ¶ Nutrimentum vero eius totū taliter statuendum est vt paucarum sit superfluitatum: sicut caro frixa in sartagine ꝛ caro cocta in gazol. ꝛ cibus qui fit de aue quadam que habet in palato dētes ꝛ vocatur tagnid: ꝛ caro de volatilibus et hedina. ¶ Qd̄ si cum epilepsia sensuum affuerit tenebrositas ꝛ debilitas nec aliqua de predictis significationibus inueniatur: egro pillule cochie multotiens sunt tribuende: ꝛ eius conseruatio subtilianda: ꝛ cibaria q̄ diximus danda. ¶ Gargarismus quoq fieri debet et sternutatio ex his que diximus prouocāda: ac naribus peonie puluis subtilissimus q sit similis alcophol insufflandus. ¶ Si qs aūt cum epilepsia in facie et oculis rubedinem habuerit et venarum grossitiem: flebotomandus erit a saphena. Sāguis autem ex carnositate tibiarum cum ventosis erit extrahendus. Capiti preterea oleum rosa. et acetuꝫ superfundatur. Et abstineat a vino et a cepis et alliis ac synapi: et porris: et apio et fabis: ꝛ cauebit postremo ab omnibus fumuꝫ caput

ascēdentem et repletionē generantibus. ¶ Cōfectio electuarij qḋ in omni specie ep̄lie remediū affert. ℞. piretri siseleos sticados: oīm añ. ℥. x. agari. ℥. v cordumēti recētis ⁊ acuti: asse fetide optīe: aristologie rotun. omniū añ. ℥. i. ß. deinde extrahatur succus ex squilla mixtus cum pari q̄titate mellis coquatur ⁊ cōficiantur ex eo spēs ⁊ fiat el'arium ex quo patiens quotidie sumet: ⁊ caueat sibi a cibis grossis. Electuarium hoc omnib⁹ ep̄lie specieb⁹ excepta vna sanguinea quā G. nominauit et nos iam etiam fecimus mentionē: opitulatur cui dixit cōferre flōmiā ex saphena prius ⁊ postea ex basilica: deinde eius regimen sit ex hꝭ bis que sanguinē in corpore minuunt ⁊ ipsum infrigidant. ¶ A carne preterea ⁊ vino abstineat et bibat rob acetosorū fructuum. Capiti quoqꝫ supponantur ea que ipsum infrigidant.

Postq̄ in capitulo superiore fuit determinatū de icūbo ꝑambulo ad epilepsiā: nūc cōsequēter ꝓpter vicinitatē ei⁹ epilepsie cōuenit determinare de epilepsia. In hoc ergo capitulo determinās de epilepsia Rasis tria facit p̄ricipal'r: q: p̄rio ꝑ signa declarat ipam epilepsiā vel aliquē esse epilepticū. scḋo p̄suppositis causis a q̄b⁹ gñal'r fit epilepsia ponit curas ipsius. tertio ponit vnuꝫ el'm valēs i oī spē epilepsie excepta sanguinea vt dicit scḋa ꝑs ibi satis ad p̄ricipiū (Si āt eger añ accessionē sentit ⁊c.) tertia ibi (El'ariū qḋ oī speciei ⁊c.) Prima potest diuidi in duas: quoniam primo ponit signa communia. scḋo ponit signa declarātia malitiā ei⁹. scḋa ibi (Qḋ si spuma exit ꝑ os.)

Declaratio prime partis.

¶ De p̄ria ꝑte declarās epilepticū dixit: cū aliq̄s cadit in terrā ⁊ torquet̄. s. spasmat̄ ⁊ cū mouet̄ ⁊ intellectū amittit: dicim⁹ ipꝫ epilepticū. De scḋa ꝑte dixit ꝙ si spuma exit per os aut se cōmingit aut sperma egredit̄ aut egestio: tūc passio est grauior ⁊ vehemētior. ¶ Pro intelligētia p̄rie ꝑtis est notandū ꝙ lꝫ Rasis declaret epilepsiā ꝑ cadere in terrā tanq̄ ꝑ signū cōe: hoc tñ nō est semꝑ eēntiale signū ⁊ necessario ꝯcomitās: qm̄ aliq̄ñ fit epileptic⁹ ⁊ p̄sentit se casurū ⁊ appodiat se ne cadat. Et ēt vt videbit̄ in ꝑte sequēti aliq̄ñ sentit euaporationē ab īferioribus: ⁊ ligās fortiter supra mēbrū a quo fit eleuatio vaporis ꝓhibetur accessus eius et cōsequenter casus eius. Et hoc est verū in ea q̄ fit per cōitatē: sꝫ in ea que ē per essentiaꝫ ⁊ ꝓprietatem saltem vt plurimū fit casus: vel dicatur ꝙ fieret casus in oī indifferēter nisi occurreret̄ cum discursu rationis: vel cū instrumentis medicinalibus: ponit ergo descriptionem aptitudinalem q: natus est sequi casus ad epilepsiaꝫ

Declaratio secūde partis.

¶ Circa secundaꝫ partem non vt latius videbitur ꝙ lꝫ torqueri et spasmari fit cōcomitans ad omnem epilepsiam: non tñ semper spasmus manifestatur in exterioribus: ⁊ si cerebrum necessario aliqualiter spasmetur vt plurimū tñ fit etiā sensibilis spasmus membrorum extrinsecorum vt partium faciei vel oris vel manuum vel aliorum. Pro hoc etiaꝫ quod dicit mouentur ponit differentiam inter apoplexiam ⁊ epilepsiam: vt alias dictum est: quoniam lꝫ nō necessario moueantur mēbra per cōtractionem ⁊ spasmū sensibiliter: vt dictū est tñ mouentur percepto nocumento: qm̄ non est ablatus mot⁹ sicut in apoplexia saltem vt in pluribus: vt infra magis videbitur. ¶ Circa aliam partem est notandū ꝙ ex verbis Rasis colligitur ꝙ non semper in epileptico coniungitur emissio stercoris vel vrine vel spermatis: nec semper est necessaria spuma saltem in principio aut augmento paroxismi: sed cum hec apparent: q: aliquando apparēt: significatur deterior dispositio. Nam talia non contingunt in dictis temporibus nisi ꝓpter manifestum spasmum cōtingentem in musculis. naꝫ si fiat spasmus in musculis transuersalibus ⁊ latitudinalibus myrach consequenter cōprimit̄ syphac supra intestina ⁊ vesicā: et exinde expellitur aquositas vrinalis siue egestio: spermatis etiaꝫ musculis siue lacertis contentiuis spermatis fit expressio vel veri speumatis si i eis vasis contineatur vel humiditatis alguadi: qm̄ sicut contractio musculorum intestini recti facit ad retentionem ita contractio musculorū spermatis et spasmus eorum facit ad expulsionem. Et ex hoc patet ꝙ cum hec apparent significat̄ spasmus manifestus in dictis musculis: et cōsequenter magnum nocumentum cōicatum cerebro et spasmum eius ⁊ proinde si etiam spasmātur musculi mandibularuꝫ fit cōtractio ⁊ mot⁹ circa os ⁊ defluxus humiditatis aquee ad os: ⁊ inclusio aeris in eadē humiditate ⁊ sepatio ei⁹ per aereꝫ: ⁊ sic fit spuma: ⁊ sic sunt signa magni nocumēti vt dicit textus: ⁊ sic ē tota ista pars clara. ¶ Sequitur illa pars. Si autē eger ⁊c. q̄ est secunda pars principalis q̄ diuiditur i duas principaliter: qm̄ p̄rio p̄supposita vna diuisiōe scilicet ꝙ quedā epilepsia fiat per proprietatē ⁊ quedam per communitatem: Ponit p̄rio curā epilepsie per cōitatē. scḋo p' ꝓprietatē. scḋa ibi. (Qḋ si cū epilepsia fuerit tenebrositas ⁊c.) Prima adhuc in duas. p̄rio ponit curam epilepsie cōitatis ab inferioribus mēbris vel ab aliq̄ eorum per vapores ad cerebrū eleuatos. scḋo ponit curam eius que fit a stōcho. scḋa ibi. (Eger vero si ante accessionem nauseam ⁊c.) ¶ Circa primam partem tria facit: quoniam primo ponit vnum ingenium curatiuum qñ percipitur vapor ascēdēs vt ꝑ ligaturam. scḋo ponit aliud per medicinam solutiuam. tertio ponit tertiū ingeniū ꝑ vesicatorium ⁊ modū obseruandum in eis. 2ª ibi (In tempore vero quietis.) 3ª ibi. (Et locus a quo exoritur passio.)

Primū ingeniū qḋ fit per ligaturam.

¶ De pª parte dixit: si aūt eger ante acccessionē. i. insultum paroxismi: q: añ vertiginem ⁊ scotomiā ⁊c. sentit quasi aliquid ex aliquo suoꝝ mēbroꝝ eleuari. ⁊ ascēdēdo caput petere: ⁊ sic denotat qḋ ab inferioribus ascēdit vapor ad caput. Et deīde s. per tempus nisi occurrat̄ syncopizatur: et cadit. i. accidit ei q̄si dispō sil'is syncopi: ⁊. i. q: cadit nō qḋ necessario syncopizetur: licet sepe cuꝫ epilepsia coniungatur syncopis: tunc docet qḋ

currere dicens: opz hora qua sentit illud anq̄ aliud accidat.s.de dispōne simili syncopi ꝛ casu opz supple membrū a quo procedit qd̄ p̄dixim⁹ fortiter ligare: ꝛ ponit vtilitatē huius ligature ꝛ dixit: ꝓhibet nanq̄ hoc accessionē.i. paroxismū venire. ex quo textu exp̄sse colligit ꝙ nō oīs epilepticus cadit: vt in casu isto fctā ligatura. Rō dicti est: qm̄ ꝑ ligaturā stringendo clauduntur vie ꝑ quas eleuat vapor ad caput: ꝛ sic ꝓhibita eleuatione prohibet cōicari nocumentum cerebro: ꝛ ita nō fit insultus. Posset tñ aliq̄s ꝑtinaciter dicere ꝙ tunc nō est epilepsia nisi cum est cōicatum tale nocumētū qd̄ percepto nocumēto a cerebro fiat cōtractio ꝛ spasmus ꝛc. ¶ Addit 2°. qd̄ in tp̄e quietis corpus multotiēs erit euāndū cū pillulis cochijs: qd̄ dictū nō est vl'r intelligendum qm̄ aliquotiēs cā euaporationis erit modica materia ꝛ forte calida male qualitatis ꝛ corpus macrū: ꝛ tunc stante debili cerebro vel naturaliter vel ex mala cōplōne sine materia nō cōpeteret dicta euātio: sed ipse ponit curam vt sepe necessariā: qm̄ sepe in epilepsia coniungit debilitas cerebri: ꝛ ꝯn̄r multiplicatio superfluitatū flegmaticaꝝ in eo: q̄ ꝛ cōseruāt ꝛ addunt ad cerebri debilitatē. ꝛ ideo fit indigentia de mundificando ip̄m ab humiditate flegmatica: ꝛ sic pillule cochie vident valere: dixit multotiens: qꝛ in tp̄e materia aggregat: sed vt videbitur infra fortassis mitiores pillule magis iuuarent ad preseruandum: qm̄ tales magis respiciunt materiā in cerebro aggregatam ꝑ cerebri debilitatem ꝙ̄ cām a qua eleuat vapor: ideo nō est operandum cū his que cerebrū debilitant. ¶ De 3ª parte dixit cōtinuando remediū valēs cum eleuatur vapor a determīato loco: ꝛ locus a quo exoritur passio supple est vesicandus hoc modo ex synapi ꝛ pipere ꝛ euforbio: sup. puluerizatis: exēpli gratia. ʒ.s. ꝛ cū melle anacardi siue anacardoꝝ est epithimādus sup. locus: nec epithima remouendū erit donec locus vesicetur: ꝛ vesice rumpant: ꝛ aqua que in eis colerica est effluat: ꝛ dans modū vt nō cito cōsolident: dixit ipse quoq̄ nō cito sunt cōsolidande imo dimittende: vt qd̄ in eis colligit.s. de hūiditate emanet. i. effluere possit deinde cōsolident: ꝛ ponēs vtilitatem huius vesicatorij dixit: hoc em̄ oīno huius egritudinis certa salus existit ꝛ sunt egregia verba. ¶ Postea innuens maximā vtilitatē in extractione materie dixit. Ad vltimū ēt supple facta ꝑ tp̄s cōsolidatione vētose cum pauca scarificatione supposite vtiles sunt ad p̄seruandum: tota ista pars est clara si intelligat q̄d sit mel anacardoꝝ. Ip̄m quidē est vlceratiuū et fit hoc modo. Habent anacardi pingues ꝛ ꝑforantur cū acu grosso vel cū cultello acuto ꝛ infunduntur in aceto calido ꝑ tp̄s ita vt ex eis educatur substātia quedā vnctuosa grossa supnatās in aceto: ꝛ illa collecta dicit mel anacardoꝝ. Si ergo cū eo misceant pulueres de q̄b⁹ supra: fiet vna mixtura in formā vnguenti ꝛ pōt liniri supra membrū ad quātitatē grossi ꝛ supligari petia: ꝛ ita largo vocabulo dicet epithimari et in tp̄e vesicabit: ꝛ sic educet materia a qua eleuat vapor ille: ꝛ est optimū ꝛ singulare remedium. ¶ De 2ª ꝑte p̄ncipali hui⁹ ꝑtis: p̄° positis signis epilepsie ꝑ cōitatē a stōo pōit curā ei⁹ cū vomitu. Deinde 2°. ponit curā ei⁹ ꝑ potū. 3° ordinat dietam. 2ª ibi. (Deinde pigram.) 3ª ibi (Nutrimentum preterea eius.) ¶ De p̄ª ꝑte dixit. Eger vero si ante accessionē. i. ante paroximū nauseam aut tristitiam. i. abominatione stomaci aut cordis tremorē ꝓpter cōpassionē stōaci sentit: ꝛ deinde egritudinis accessio sequit. i. post sequit paroxismus epileptic⁹ sup. tunc declarat ꝙ est epilepsia ex cōitate stōaci: ꝛ addit: ꝛ supple tūc cogēdus est multotiens vomere: qꝛ inducātur gradatim vomitiua a remissioribus incipiēdo ex aliquo vomitu: ꝛ si suffecerit in noīe dn̄i: qꝛ quasi tota materia videat euāta: si nō per tp̄us post fiant alia. Et si sup. nō sufficiāt qꝛ materia fortassis sit imbibita ꝛ intrinsecata. Deinde pigram. i. hierā pigrā in potu sepe accipere cōuenit vel in forma pulueris vel electuarij. Nam ꝑ eam educet materia ꝑ cōfortationē stōaci: vt supra dictū est de iuuamētis eius in ca°. sode: ꝛ facta sup. euōne ordinat cōfortatiuū ipsi⁹ stōaci ab extrinseco dicens. Stomaco quoq̄ empl'm de spica: ꝛ rosis: ꝛ mastice: ꝛ cortice thuris cū vino odorifero imponendū est. ¶ Circa quā ꝑtē nota qd̄ prius ordinat vomitiuū deinde solōnē ventris postea cōfortationē cū empl'o: qm̄ ꝑ vomitū euāri possunt materie natātes facile educibiles: sed qñ materie sunt imbibite est necessaria medicina secessiua ꝛ nō nocēs stōaco vt fuit hiera: ꝛ post factā euōnē expedit cōfortare ip̄m stomacū vel vt nō aliunde recipiat materiā vel ne ꝓpter debilitatē ꝛ indigestionē multiplicet cōfortatur aūt singul'r cū spica rosis, mastice et cortice thuris vt est manifestū ꝯsiderāti simplicia: ꝛ sic ꝛ in forma sacculi ꝛ in forma empl'i ꝛ vnguenti ꝛ ceroti ꝛ his sil'ibus pōt medicus vtiliter stōm iuuare. ¶ De 3ª parte dixit ordinans dietam in isto casu nutrimentū p̄terea eius taliter statuendū est. i. ordinandū vt paucaꝝ sit superfluitatū vel natural'r vel cū artificio: ꝛ exponens de artificio dixit sicut caro frixa in sartagine vel cocta in gazolis: intelligat qd̄ prius elixetur ꝛ postea assetur: qm̄ tales non abundant hūiditatib⁹ aq̄is sicut carnes solū elixate: ꝛ exēplificās de nāl'r siccis dixit: ꝛ cib⁹ q̄ fit de aue q̄dā q̄ hʒ in palato dētes ꝛ vocat taguid: ꝛ caro d̄ volatilib⁹ ꝛ hedia. Nā tales sūt paucaꝝ supfluitatū vt ꝯstat: ꝛ ita cauēdū est ab oīb⁹ cibis hūidis flaticis: qꝛ vt plurimū nausea ꝛ nocumentū stōci fit a materia flegmatica. vt etiā. 13ª. tertij. ¶ Tota litera est clara vsq̄ ad illā partē: qd̄ si cum epilepsia: que est scd̄a pars p̄ncipalis scd̄e ꝑtis in qua ipse ponit curā epilepsie ꝑ essentiā: ꝛ diuidit in duas. Primo declarādo signa ꝑ essentiam a materia flegmatica in cerebro ponit eius curā. 2° eius que fit a sanguine. 2ª ps īcipit ibi. Si q̄s cum epilepsia ruborē in facie ꝛc. ¶ De prima parte dixit ꝙ si cum epilepsia. i. cū epileptico parato cadere sensuū affuerit tenebrositas ꝛ debilitas sup. in operationibus: nec aliqua de p̄dictis significationibus inueniat. s. ꝙ nō percipiat ascēsus vaporis ante paroxismū neq̄ censeantur nausea ꝛ abominatio stomaci vel tremor cordis: ꝛ sup. reliqua concomitentur de grauedine capitis cū multitudine aquositatis in ore ꝛ colore pallido faciei ꝛ tactu frigido ꝛ sil'ibus: tunc iam sup. declarat cām ꝑ essentiā esse in cerebro ꝛ esse frigidā flegmaticam: ꝛ tūc ponens curam dixit. Egro pillule cochie mul-

Marginal notes:

Scd̄m qd̄ fit ꝑ medicinā solutiuam.

Tertiū ingenium.

Primū ingeniū qd̄ fit per ligaturam.

De melle anacardio ꝛ quō fit.

Declara° p̄me ꝑtis scd̄e p̄ncipalis.

Decl'atio tertie partis secūde p̄ncipal'.

Declara° quarte ꝑtis secūde principal'.

totiens sunt tribuende.i.paulatine est eūandū
et nō vnica laboriosa eūone: ⁊ eius cōseruatio
sup.virtutis subtilianda.i.est dieta subtilis ne
cessaria.i.subtilis qꝛ modice quātitatis ⁊ quali
tatis.⁊ subtilis:qꝛ subtiliatiua vt supra dictuꝫ
est de incubo:⁊ sint cibaria modicaꝝ supfluita/
tum. ¶ Proinde addit.Et cibaria que diximus
paulo ante in stōacali dāda sunt.Deinde ordiat
eūones pticulares post pillās cū gargarismis:⁊
sternutatiōibus dicēs:Gargarismus quoqꝫ fie/
ri dꝫ ⁊ sternutatio ex his q̄ dixim⁹.s.supra de li/
targia ⁊ apoplexia. ¶ Cōsequenter ponit curā
qn̄ est p essentiā a sanguine:p° ponēs signa di/
cens.Si quis cū epilepsia ad modū expositū ru
borem in facie ⁊ in oculis habuerit ⁊ venarum
grossitiē.i.guide.Et ⁊ aliaꝝ venaꝝ timpoꝝ:flōmā
dus est ex vena saphena.s.a pn°.eūando ⁊ diuer
tendo:deinde cephalicis ⁊ venis pticularibus
capitis vt est supra dictū de incubo:⁊ vētose cū
scarificatione ponēde sunt in carnositate tibia
rū ad extractionē sanguīs:⁊ sup. postea etiā in
spatulis.Et ɔn̄r facta eūone ordinat aliqđ ɔfor
tatiuum capitis ⁊ cōpressiuū vapoꝝ vt embro/
cationem cū oleo ro.⁊ aceto:⁊ ponit dietā cōue
nientē cauēdo a vino ⁊ ab oībus euaporatiuis:
et specificando dixit:vt cepis ⁊ alijs ⁊ synapi et
porris ⁊ apio ⁊ fabis⁊ postremo ab oībus fumū
caput ascēdentibus.i.ascēdere faciētib⁹ ⁊ reple
tionē generātibus:omnes iste ptes sunt clare.
¶ De 3ª parte principali ordinat vnū elˀium va
lens in omi spē epilepsie pterq̄ in sanguīea:qm̄
in sanguinea ppter caliditatē simpliciū fortas/
se nocēt ⁊ ita in colerica. Sed in oībus ɔfortan
do cerebrū maxime iuuat p simplicia intrantia
qꝛ a pprietate singla ɔfortāt cerebrū vt peonia
agaricus siseleos.de q̄bus Rasis idē p° ɔtinen/
tis fecit spālē mentionē:fiat ergo elˀium vt īfra
℞.piretri siseleos sticados:oīum an̄.ʒ.x.agarici
ʒ.v.cordumeni recētis ⁊ acuti asse optime que
tyriacalis est aristologie rotūde.oīm an̄.ʒ.ij. de
inde extrahat̃ succus ex squilla ⁊ mixta cū pari
quātitate mellis coquat̃ ⁊ ɔficiant̃ cū eo spēs ⁊
fiat elˀium .Ex quo patiens quotidie sumat:⁊ ca
ueat sibi a grossis cibis.⁊ q̄ ista ex pprietate p/
cipue valeāt:ponā verba Rasis:dixit sic 5° ca°.
primi cōtinentis.Et iuuantia naturaliter hunc
morbum ⁊ habentia mirabilē proprietatem ad
ipsum sunt peonia agaricus siseleos semē splen
delidon scolopendria radices aristologie ro/
tunde cū darent̃ in potu cū aqua.s.appropriata
vt de ipso.Et sic ptꝫ clarificatum caplm.

Declaratio cure epilepsie a sanguine.

Declaratio tertie ptis principal.

Ras. pmo cōtinētis.

Expedito et summarie declarato cap°.pro
cōpleta magis itelligētia: pmo
videbit̃ de q̄d nois:⁊ quid rei epilepsie.2ª ponē
tur quedam species ⁊ distinctiones eius. 3° de
causis. 4° de signis:vltimo de cura.

Quid nominis et quid rei. Pro p° nota
qđ epilepsia multiplr̃ in
titulatur⁊ Si.ianuensis in p°.ca° in litera.expo
nit diuersa nomia:sed cōiter declarat̃ epilepsia
ab epi qđ est supra ⁊ lensis lesio quasi lesio supe
rioris partis.s.capitis:⁊ hoc conuenit etiā ver
tigini subeth ⁊c.sed qꝛ morbus iste est fedus for
tis ⁊ sepe terribilis: quidam dicunt q̄ hoc no/
men applicant principaliter huic morbo : dicit̃
etiam morbus caducus:qꝛ in pmis facit homi/
nem cadere in terram:etiā dicit̃ morbus cōmi/
tialis:qꝛ vt dicit Si.si forte aliquis in cōmitijs
cecidisset hoc morbo absoluebat̃ cōmitia: erat
autē cōmitia cōuentus vniuersi populi ad kal.
ianuarias rome ad magistratus designandos:
vel dici potest cōuiuialis:qꝛ in cōuiuijs ppter
motum sonitum ⁊ strepitū solebat euenire:etiā
in cōuiuijs solent hoīes saltare ⁊ motus fortes
fieri:⁊ sic manifestat̃ iste morbus etiā ppter cra
pulationes.dicit̃ morbus herculeus : qꝛ fortis
vel qꝛ hercules detinebatur hoc morbo: melior
est pª snīa.dicit̃ etiam vt dixit Alex.ſm aliquos
hieranoson.i.sacra passio:ppterea qđ sacerdo/
tali honore possideat tēplū.i. caput qđ ē tēplū
anime rōnalis:vnde dixit idē Alex. capitis em̄
est ista passio vbi princeps omniū sensuum est⁊
intellectus. ¶ De q̄d rei dixit Gal.ca°. 2° quar/
ti interiorū: epilepsia vero totius corporis est
spasmus infirmū in mollitiē minime ducens.i.
minime tendens:⁊ addit 7°.ca°.tertij interioꝝ.
in prin°. Nota tn̄ q̄ nō omnis talis spasmus di
citur esse epilepsia.nam thetanus ⁊ ɔstranus⁊
alie spēs spasmi etiā totius qui sunt spasmi cō
tinui nō dicunt̃ epilepsia.nā epilˀia est spasmus
cito eueniens ⁊ cito recedens:vnde dixit qđ est
spasmus qui fit cū interpolatione:⁊ manet qui
dam tpis spatio.Intelligat̃ nisi fuerit mortalis
toti cōis cū lesione pncipaliū virtutū. Accidit
etiam ibidē qđ differt ex alio ab his : ⁊ est lesio
virtutum interioꝝ.nam in thetano ⁊ ɔtractiōe
aliorū membroꝝ nō stat necessaria lesio in aīali
bus virtutibus.Et ita etiā declarabat Joā. Ale
xandrinus in p° epidimiarum. ¶ Auic.aīt ca°.
proprio pª tertij dixit qđ epilepsia est egritudo
prohibens membra aīata ab operationib⁹ sen/
sus ⁊ motus ⁊ ab erectione nō integre. Nam est
vt plurimū spasm⁹ vlˀis:⁊.i.ppter oppilationē
contingentē ⁊ aduenientē in p° vētriculo cere/
bri. ¶ Notant hic Gētilis ⁊ ceteri ppter ly.non
integre:qđ in epilepsia nō priuant̃ mēbra aīata
sed diminuunt̃ ab operationibus sensus ⁊ mo/
tus:ideo nō integre vn̄ ly nō integre:tripliciter
exponitur. Primo nō integre sicut in apoplexia
Alij dicunt non integre.s.ppter oppilˀonem: qꝛ
opplˀo nō est integra sicut in apoplexia. Uel 3°
nō referendo ad sensum ⁊ motū ⁊ nec ad oppila
tionem:sed ad cām oppilationis qꝛ cā nō est in
tegra:qꝛ nō est mlˀto minor q̄ ad apoplˀiam. Nā
vt supra dicebatur ſm aliquos causa epilepsie
est dimidia ad causaꝫ apoplexie. ¶ Sed hic be
ne nota vt aliqualˀr supra tactū est:qđ licet di/
cant multi q̄ operationes sensus ⁊ motus non
sint totaliter ablate in epilepsia sicut in apople
xia : ⁊ ita dicunt qđ ly integre:debet referri ad
operatiōes sensus ⁊ motus:qđ hoc absolute nō
est verum quia in aliquo epileptico ad sensum
ita operationes auferuntur sicut in apopleti/
co:quia cadunt quidam in igne quidā in aqua
ita vt non possint se abstinere a casu: neqꝫ sen/
tiunt neqꝫ mouentur:et sic per hoc manifesta/
tur quod auferuntur in totum sensus ⁊ motus
secundum apparentiam:neqꝫ etiam est intelli/
gendū non integre quantū ad causam sed quan
tum ad oppilationem ſm modū supra declara/
tum:qꝛ in apoplexia fit oppilatio ⁊ non neces/
saria spasmus concurrit vbi est necessarius in
epilepsia:et sic nō fit integra oppilatio in epile
psia.s.ex materia sola:⁊ tunc quāuis sit aliqua/

De q̄d dita te nois.

De epilepsia.

Dicit̃ morbus cōmitialis.

Dicit̃ morbus conuiualis.

Dicit̃ morbus herculeus.

De q̄d dita te rei.

et pira. De humidis nõ est dubium vt melones
persica: capere parũ de illis grossis post cenam
vel cibum nõ nocet vt bolus piri vel parum de
diacitonitem: nõ capiant multũ: q: grauat stõa
cum ⁊ debilitat digestiuã capiat parũ ⁊ incida
tur subtile: valent auellane assate: valẽt pinee
preparate laudat Azarauius nuces: ⁊ ficus. Se
rap. ⁊ Alex. vituperant nuces ⁊ dactylos. Pro cõ
cordia dicatur q͡ in corpore calido in quo sit ti
mor de euaporatione nuces nõ cõueniunt. aliq̃
laudant zinziber crocum ⁊ cinnamomum: ego
nõ auderem propter euaporationẽ. ¶ Inter po
tus laudat vinum pauciferum: aliqui dicũt pu
rum. dicit Aui. modicũ eius antiquũ ⁊ purũ vꝫ.
multiplicat spũm ⁊ cõfortat in cõi vsu: vinũ sit
paruum ⁊ ad ponticũ aliqualiter declinãs: ali-
q̃ñ in declinatione facta eñ one posset exhibe-
ri purum ⁊ bonũ: sed proprie potus conueniẽs
est aqua mellis vel zucchari in estate cũ saluia
vel hysopo vel nucemuscata: ⁊ si fierent hec vi-
na artificiata vt vina noua cum rutha saluia si
seleos: ⁊ ebulliant valẽt multum vt fuit doctri
na Arnaldi de villa noua in suo quodam tracta
tu: ⁊ in hac intentione preseruationis sunt sin-
gulariter notanda verba Serapio. cum dixit:

No. dictũ serapiõis.

nã cautela ab hac egritudine est bonitas mul-
ta regiminis.

De regimine curatiuo tpe paroxismi.

¶ Sequitur de cura epilepticorum quo ad me
dicinalia magis. Aliud regimen debet tempo-
re paroxismi: aliud tpe quietis: ideo prius dicet
de regimine tempore paroxismi: ⁊ in hoc ponat

regl'a ꝙ eplia ē curāda tpe ꝑoxismi:sicut subeth
⁊ apoplīa cū diuersionibꝰ ⁊ alijs saluo qđ ī duo
bus est dr̄ia. Primo ꝙ in ꝑoxismo subeth ⁊ apo
plexie tutioꝛ fit eūo diuersiua cū flōmijs ⁊ alijs
ꝙ̄ in ꝑoxismo epilepsie:qꝛ expectari pōt releua-
tio a ꝑoxismo in epilepsia nō sic in alijs. Secun
do audacius facimꝰ sternutatoria ⁊ alia localia
in ꝑoxismo epilepsie ꝙ̄ in alijs:cū nō ita timea
mus agitationē mārē in epilepsia:qꝛ vtplm̄ nō
tāta mā ꝙ̄titatiue peccat in epilepsia sicut ī il-
lis:tñ ēt hic opꝫ diligēter opari. Sed spālr̄ prio
ponet regimē in ꝑoxismo lactātiū. ¶ Lactātiū
igit dicit Sera. cura est administratio regis nu
tricis:qm̄ ẜm etatē reducunt sine alio regimīe
⁊ colligit supra ex Hypo. scđa ꝑticula affo. epile
pticoꝝ iuuenibꝰ ⁊c. qꝛ in puero ꝓpter nimiā hu
miditatē accidit epilepsia ⁊ facta minoratione
ad siccitatē curāt:nutrix ergo vtat cibarijs lau
dabilibꝰ exercitio moderato:⁊ si lac ad aquosū
declinauerit inspisset cū cibarijs siccis:et si ad
grossum cū subtiliantibꝰ:vitet oīa q̄ multipli-
cāt humiditatē vitet coitū:dicit Azarauius sin
gula die pectet lac: Nam si mutet ad corruptio
nē ꝙ cognoscit ad odorē malū vel si mutetur in
coloꝛe:tūc dimittatur illud lac:⁊ dicit ꝙ nutrix
masticet cardamomū:⁊ sic masticatuꝫ cū lacte
imponat in os infantis:nā ꝓseruat ⁊ in ꝑoxis-
mo iuuat si fuerint ēt in ꝑoxismo ꝑcipua caute-
la,est vt brachia ⁊ reliqua mēbra cū cōtorquen-
tur ꝓpter spasmū rectificent manibus inūctis
prius in oleo amigda. dul. ⁊ ꝯuertant ad sitū ⁊
dispōnem naturalē:⁊ taliter ordinent ne vlte-
rius spasmētur,nā in illo spasmo fit doloꝛ maxi
mus pueris:fiat ēt odoramentū cū rutha:et ap
ponant reliqua que valent a ꝓprietate in ꝓser-
uando iam ꝑdicta:qꝛ ēt remouēt in ꝑoxismum.
Et addit Azarius vnū experimentuꝫ vt. s. accipia
tur vnus pulloꝝ hyrundinis ⁊ apiatur eius ven
ter ⁊ inuenient in ipso duo lapides vnus vnius
tm̄ coloris:alius diuersoꝝ coloꝝ:⁊ ligentur am
bo in corio vituli suspendātur in collo patiētis
Aliq̄ dicūt ꝙ dꝫ eligi lapis rubeus:sed starem
cū Azarauio in hoc. Sed spāliter nota ꝙ ista re
gimina ꝯuertūtur plerūqꝫ ad curā epilepsie flā
tice in quā solēt infantes incidere sed habeatur
cautela:qm̄ infantes nō tm̄ ex abūdantia flātꝫ
in ventriculis cerebri:cadūt in epilepsiā:immo
aliqñ ex fe. acuta sup̄ueniente:vel ꝓpter liq̄fa-
ctionē humiditatū naturaliū:⁊ ꝯñr repletionē
ventriculoꝝ vt quasi a cā cal'i liq̄faciente inci-
dūt in epilepsiā:⁊ aliqñ incidūt spasmū ⁊ epile
psiā de siccitate q̄ vocat mater pueroꝝ ẜm Ra-
sim ꝑ° ꝯtinentis. caª. 5°. in fine vbi affirmat ꝙ
moꝛbus qui appellat mater pueroꝝ est spasmꝰ
sup̄ueniens ex siccitate:sed veꝝ est ꝙ nō placet
Aui. ista sn̄ia. Nā dicit ca°. ꝓprio ꝙ huius noīs
vsus nō est famosus apud medicos veridicos:sꝫ
quicq̄d sit pur aliqñ incidunt pueri spasmum ⁊
epilepsiā a siccitate:lꝫ nō sit ꝑiodica vt supra di
ctum est:⁊ in dietis opꝫ vti diuerso regimine a
regimine cōi. Nā si situaretur infans in camera
cal'a ⁊ cū oleo de rutha ⁊c. nō aliud fit nisi ꝙ in-
ducunt ad celerē moꝛtē:vñ opꝫ ꝯuerti ad regi-
men cōtrariū vt frigidū ⁊ humidū. Fiant ḡ bal
nea humectantia ex decoctione maluaꝝ ⁊ vio-
laꝝ ⁊ aspsiones lactis supra capita pueroꝛuꝫ:vt
docet Ras. ꝑ° ꝯtinē. Nota ēt ꝙ sepe post febres

[Margin:] Audacius fiūt sternutatoria in ꝑoxismo epilepsie ꝙ̄ apoplexie

[Margin:] No. dictuꝫ azarauij.

[Margin:] Experimētū azarauij d lapidibus reptis ī vētre hyrūdinis.

[Margin:] No. dictū serapiōis. De regimine curatiuo tpe ꝑoxismi.

accidūt tales epilepsie ⁊ spasmi in pueris ex ma
la aduertētia medicoꝝ deducunt ad moꝛtē: ita
vt dcm̄ est de lactātibꝰ cōsideretur de adultis q̄
possent ita incidere a cā cal'a vt dictū est: qꝛ tñ
vtplm̄ accidit a mā frigida:auctores ponūt cu-
ram a cā frigida. ¶ Sed hic annectat etiā cura
hñda in ꝑoxismo in adultis:cū ergo intētio ꝯti
tur ad ꝑoxismū in actu ꝑoxismi ꝯuenit vti diuer
sionibus fricationibꝰ,mēbroꝝ inferioꝝ q̄ sūt in
subeth dicta. Et in hoc laudat clistere acutū in
ꝑoxismo forti:cuius descriptio fiat vt infra. ℞.
corticum radicum feniculi radicis hyreos ra-
dicis peonie. añ. ℥. ij. aristolo. ro. ℥. j. interiorum
squille. ℥. ß. vtriusqꝫ ruthe absinthij polij mōta
ni. M. j. stica. saluie. añ. M. ß. seis anisi:seis sise
leos ⁊ ruthe. añ. ʒ. ij. bulliāt in aqua debite ꝙ̄ti
tatis vsqꝫ ad ꝯsumptionem tertie partis: post
ea addatur colature lib. j. ß. hieralogodion. ℥. ß
hierepi. ʒ. vj. olei ruthe. ℥. iij. salis gēme. ℥. ß. mi
sceantur ꝓ clisteri. Et Serap. laudat vomitum
in prin° ꝑoxismi factū cū pēna imposita in gut
tur ab astāte posito priꝰ ligno intra dētes illiꝰ
Rasis tñ vituperat ꝑ° ꝯtinētis,vomitū fieri in
ꝑoxismo:⁊ tñ visus est paꝝ añ laudasse cōcorda
ri pōt ex hoc:vcꝫ in parato ad vomēdū ⁊ cōsue-
to vomere tpe q̄etis. Isti tñ pōt dari vomitiuū
in ꝑoxismo:maxime vomitiuū leue vt cū penna
tincta in oleo liliaceo:sed vomitiuū forte non
laudat in isto ꝑoxismo. Dicit Azarauius si fiat
inūctio cū assa ⁊ odoꝛ ꝑueniat ad nares si reui-
nit ⁊ excitatur erit curabilis alr̄ non:qꝛ fiet ꝑio
dica ꝯ tinua. Et Alex. ponit experimentū Apollo-
nij:dixit si ceciderit epilepticus appone naribꝰ
thimū:si surrexerit ab epilepsia sanat si aūt nō
non sanat. Et de mēte Theodori dixit: epilepti
co aūt cadente si de maioribꝰ digitis pedis sā-
guinē tollas ⁊ linias labia eius ⁊ frontem mox
surget. Forte ēt est excitās a ꝑoxismo si ponant
lycinia longa intra nares intincta in duabꝰ ꝑti
bus pinguedinis castorei:⁊ alia ꝑte succi ruthe
excitabit plurimū epilepticū:multa ponūtur q̄
magis ꝑtinent ad credulitatē. vt Pater noster.
⁊c. vt innuant esse moꝛbū diuinū. Jō Hypo. fe-
cit librū de epilepsia quē appellauit librum de
moꝛbo dei. Quidā moderni dicūt ꝙ si dicant il-
li versus. Gaspar fert myrrhā ⁊c. postea extraha
tur sanguis ex spatulis non amplius cadit. Di
cit Gordonius ꝙ nunq̄ vidit aliqueꝫ curatum
nec ꝑ se nec per alium:cui magis credo nisi du
rauerit modico tempoꝛe:vel si peruenerit ex ne
gligentia regis vel in pueris et infantibus: et
causa quare non liberantur est forte:qꝛ non be-
ne conueniunt cum deo.
¶ Sed pro regimine obseruādo in epilepsia tē
poꝛe quietis sex intentiones sunt habēde ꝑ or-
dinem. Prima intentio est adequatio materie ⁊
ꝑparatio ad expulsionem. scđa est eūo. tertia di
uersio. quarta euacuatio vltimata mārꝫ que re
manserunt post eūonem minoratiuam. quinta
cōfortatio cerebri ⁊ alteratio malitie cōplexio-
nis. sexta vertitur ad accidentia. ¶ Prima intē
tio quo ad digestionē in mā flegmatica cerebra
li: dicit Gal. in cōmen. affo. q̄nte particule. Qui
bus epilepsia ante iuuētutē ꝙ medicina ī epile
psia dꝫ esse contraria ⁊ congrua:quasi innuat ꝙ
sit cōtraria in qualitate manifesta ad cām epi-
lepsie ⁊ congrua cū ꝓprietate cōfortatiua cere-

[Margin:] De cura hñda ī ꝑoxismo ī adultis.

[Margin:] Experimētū Apollonij.

[Margin:] No. gordonij verba.

[Margin:] De regimine curatiuo obsuādo tempore quietis.

bri ⁊ corruptiua ipsi⁹ epilepsie: ita ꝙ eligant͛ medicine non solū cal'e ⁊ sicce: sed h̄ntes ꝓprietatē in ꝯfortando cerebrū ⁊ a ꝓprietate valētes contra epilepsiā. Nā apiū ꝗuis sit cal'm ⁊ siccū: tn̄ i casu nō cōuenit. Jō dicit Mes. in ca°. proprio. Res quas eos semꝑ opȝ sumere sunt peonia et semē eius: piretrū: siseleos: ⁊ aristologia rotunda. Rasis p° ꝯtinentis addit agaricū ⁊ scolopēdriam. sil'r Aui. addit agaricū ⁊ poliū mōtanuȝ ⁊ sil'ia vt asse hysopus: vn̄ dicit Serap. de hysopo. ꝙ decoctio hysopi est mirabilis iuuamenti: ⁊ ea sola decoctione testatur multos curasse: qꝛ nō dimittit in stō ⁊ pectore aliq̄d de sup̄fluitatibus: nā incidit mās viscosas ⁊ eas educit ꝑ vrinā vel secessum: ⁊ istā sn̄iam accepit ab Alexandro vt supra dictū est. ⁊ in mā grossa fiat sirup⁹ vt infra. ℞. oxymellis squilliticí mellis ro. ana. ʒ. vj. vel. ℥. j. aque decoctionis hysopi. ℥. iij. vel iiij. fiat sirupus: ⁊ ad hanc intētionē vȝ sirupus de sticados: oximel cōpositū ⁊ simplex ⁊ sq̄lliticum cū aquis appropriatis vt bethonice: ruthe maiorane: aromatizādo cū nuce muscata vl' cardamomo q̄ a ꝓprietate hoc respiciūt. Si v̄o mā flātica sit subtilis dicit Serap. vȝ decoctio absinthij cū sirupis vt supra: maxime si ꝯiūgat͛ nocumentū stōci vt analepsia q̄ est. spēs epilepsie stomatice: ⁊ cū his digestiuis sil'r est vtendū confectionibus alteratiuis ⁊ digestiuis. Jn hoc vȝ medicamē Oribasij positum a Mes. qꝺ sumat͛ omni die vide tu. Piretrum cōditum vȝ sicut ȝiȝiber cōditum est medicina fidelis dicit Mes. Rasis laudat piretrū puluerizatum si oī die det͛ coclear vnuȝ cū eadē ꝗtitate mellis: ⁊ valet electuariū de piretro a Me. ⁊ ꝯfectio Ras. in lr̄a q̄ singularis est vt vidistis. qm̄ valet in oī spē epilepsie excepta sanguinea sup. ⁊ colerica: ⁊ hec intentio digōnis fere est eadem cum intentiōe cōfortationis cerebri. Fortiora tn̄ resolutiua debentur facta euacuatione ⁊ mundificatione ꝙ̄ antea. vt castoreum: euforbium ⁊ reliqua fortia que tardātur post euacuationem. ❡ Scōa intētio euacuatiua cōpletur ꝫm tenorem virtutis ⁊ circūstantias cū appropriatis a debiliorib⁹ inchoando vt a hiera. Alexander tn̄ de hiera facit dubitationem in iuuene ꝓpter caliditatem: sȝ cōiter oēs in ea conueniunt. Ualent ergo pillule primo de hiera simplici: ⁊ elefangine cū agarico postea fortius valent hiera ruffi ⁊ hermetis: ⁊ postea hiera colloquitidos. Rasis laudat pillulas cochias multotiens: quasi innuat: qꝛ morbus est chronicus multotiens iteretur eño. Seraꝑ. laudat pillulas cochias. quas etiā laudo: deinde fortiores sicut de serapino de opoponaco: de his est dubium ꝓpter id qꝺ dictum est supra: vnde eas non simpliciter laudo de euforbio: ⁊ interpellentur per hebdomadam dicit Auicen. vt quiescat. Nam postea iterato conuenit digerē ⁊ euacuare: laudatur vomitus maxime si concomitetur nocumentum stomaci: factus cum penna immissa in guttur prius intincta in oleo de lilio vel in hiera simplici. Si materia fuerit sanguinea vel mixta sanguini cum alijs humoribus: laudat flebothomiam, de saphenis. Multi dicunt ꝙ flebotomia in vere in omni etiam epilepsia conuenit etiam si nō sint signa repletionis: nisi fuerit quod prohibeat vt de etate ⁊c. Dicit Nicolus nisi timeatur infrigidatio cerebri: vt si corpus esset extremaliter frigidum tunc vel non fiat vel fiat parce. Aliq̄ dicunt fiat de duabus saphenis aliquando de basilica: de hoc dictum est supra in capitulo de litargia. Si non potest fieri flebothomia fiat ventosatio in carnositate tibiarum cum scarificatione aliquando. ❡ Alia intentio que est diuersiua completur cum fricationibus cum ligaturis membrorum inferioruȝ tempore quietis: cū lotionibus extremorum factis cum appropriatis: dixit Auicen. non approximet aque simplici: nam calida calefacit ⁊ humectat ⁊c. Fiat lotio cum decotione appropriatorum vt ruthe: saluie. sticados: rorismarini ⁊ similibus. et hoc semper obseruetur etiam in lotionibus manuū ⁊ in hac intentione ⁊ quasi in omni tempore valent clisteria appropriata ⁊ cum hieris dictis ⁊ hieralagodion valent fortia suppositoria ꝑdicta supra. Sed vtrum diuersio precedere debeat euacuationeȝ successiuam aliqui dicunt sic: aliqui non: sed iste ordo fiat ꝫm habilitationē materie. Nam si fuerit apta euacuationi vt humida fluxibilis in principio cōuenit minorari ante diuersionē: ⁊ si sit inepta euacuatiōi fiāt pri⁹ diuersiones. ❡ Alia intentio ad confortationē cerebri ⁊ resolutionem materierum que remanserunt fit cum gargarismis sternutatorijs masticatorijs. vt etiam dicatur de his vt dictū est in apoplexia. Masticatorium ponit Mes. ex piretro mastice ⁊ cera ex hoc fiat pasta: mundificat cerebrum mirabiliter: caputpurgia fiāt ex succo ruthe: nam trahunt materiam deorsum ⁊ confortant cerebrum. Ualent per interius tyriaca metridatum diamuscum dulce ⁊ amaruȝ. Jntra aures ponantur olea de spica ⁊ rutha de squinanto: odoramenta sunt de musco: de nigella. de assa singularissime: de castoreo: talia confortant ⁊ excitant a paroxismo. Quedam extrinsecus applicantur ⁊ a proprietate valent: vt corium frōtis asini si teneatur tangendo carnem epileptici per annum integruȝ preseruatur ab epilepsia: dicunt ideȝ de visco quercino si sumatur interius cum modico vini: non inuenitur iste viscus. Nam Plinius ponit tria genera visci inter que ponit de quercu. Et preceptum Alexand. ⁊ omnes conueniunt quod vrina apri cuȝ tota vesica desiccata in furno. postea detur. ʒ. j. per sex vel octo dies ⁊ preseruat ab epilepsia: et de his a proprietate valentibus reperiuntur infinita in libris: sed ista sunt in quibus omnes fere conueniunt et sunt singularia: tamen laudatur cornu cerui puluerizatum: et auctor tacuini laudat de mente Platearij: et dicit quod ipse vidit experientiam in vno antiquo curato cum puluere facto ex castoreo. oppoponaco anthimonio: et sanguine draconis dicit detur quomodocūꝗ poteris pro certo curat. Ber. ponit puluerem de ossibus combustis cranei anterioris: ⁊ cum semine peonie: ⁊ hoc habuit a fidelissimo apothecario: et dicit se esse expertum istum. Sed quidam dicunt quod tale os debet esse porosum ⁊ non ponderosum: ⁊ debet esse viri pro viro ⁊ mulieris pro muliere. Ponit etiaȝ alium quē multū laudat factū vt infra. ℞. gallitrici. ℥. ʒ. visci quercini. ʒ. j. tormentille. ʒ. j. ʒ. fiat puluis de quo administrentur. ʒ. ij. ante aduentum paroxismi. Etiaȝ Alex. ponit exꝑimētū

Serap. de hysopo

Sirup⁹ in mã grossa.

Nota.

No. ꝺ flõia

Nota.

Masticatorium.

De visco quercino.

De vrina apri.

De craneo

dicit sic. Accepit autem ⁊ hoc in tuscia a rustico dicente aliquem esse liberatū per hunc modū: tritam eñ habebat saluaticā ruthā in agro: et cum vnus suus lunaticus cecidisset corā eo plenus mestitia ruthā ei cōtulit: ⁊ in eius p̄sentia surrexit sanus. exptus aūt est ⁊ in alijs ⁊ liberati sunt. Et addit Alex. ⁊ ita ego sepe curaui mirabile: ⁊ precipuū est: ⁊ dedi tibi ꝓ magno pōit etiā multa alia experimenta: sed ista sufficiāt.

De ruthā siluatica.

¶ Si epilepsia fit per viā cōitatis maxime stomaci laudat vomitus: postea detur hiera simplex: postea cōfortet stōacus. Si ex alijs mēbris attendatur ad illa mēbra cū eūatiuis ⁊ alijs appropriatis appositis semꝑ aliq̄b⁹ cerebralibus a proprietate valentibus in casu. Si fit ex pede vel alio membro extremo liget membrū a quo fit euaporatio ⁊ taliter decenter ne membrū putrefiat. Etiā ligatura deorsum valet ad diuersionem q2 ꝓpter dolorē materia cōuertit deorsum et sic omnis ligatura dolorosa valet. Etiam prodest ponere vesicatoriū ex euforbio ⁊ synapi supra membrū lesum. Cōis modus est vt capiatur ℥.j. vel ℥.j.ß. de cantaridibus: ⁊ capiant cantarides abscisis capitibus ⁊ alis cū ℥.ij. fermenti ⁊ melle anacardoꝝ: ⁊ aceto squillitico: ⁊ fiat pasta rotunda in medio: postea ponat istud cauterizans: ⁊ facta cauterizatione exit materia aquosa: ⁊ supposita ficu vel caule teneat vlcus aptū ad mundificationem. Et aliqñ ponit ventosa supra locū vlceratū: vel ponunt aīmalia de recēti mortua vt pullus ſm anū ad locū: tandem facta cōsolidatione sanabit deo volente. Si non pōt fieri ligatura vt in spatula ponat vētosa cū scarificatione vel sine. Ista ruptoria etiam pñt fieri in pueris post aures vbi fit ꝓpter essentiā in cerebro: q̄bus nō lꝫ dare medicinas. Ualent vltimo vt fiat cauteriū actuale cuꝫ ferro ignito in loco leso: īmo omnia cauteria in omni epilepsia valēt: ⁊ in omni passione cerebrali: si fiant cauteria sub genibus ambobus ⁊ teneant apta vlcera vt exeat materia talē faciens morbū vel per ꝓprietatē vel per cōitatē.

De cura epilepsie p cōitatem.

Ruptoriū cōmune.

Oīa cauteria valent in aꝑa.

¶ Et si cā fuerit cuius euētus ignorat vt demonū qd̄ cognoscit per signa superius posita: ⁊ ex eo ꝙ opera medicinalis nullius videt esse iuuamēti: tunc curandus est vt recōciliet cū deo ⁊ practicet in hoc illa snīa canonica extra de penitētijs. Cū infirmitas nōnunꝙ ex pctō contingat ⁊c. Qd̄ si postea nō curetur tunc obseruet qd̄ dicit Azarauius recōmittendo eū creatori ⁊ nō vtendo opera medicinali: qm̄ nō est quis operū miserator magis ꝙ ipsorū creator. Et q2 occulta est medicina cā huius egritudinis ⁊ earū cognitio circa eā deficit: ⁊ recusauerunt eius curationē tractare sup. autores: tñ dicit ipse. ⁊ nō est dubium apud me quid est de antiquis scientijs que hodie occultate sunt hominibus.

Not. bene v̄ba sequētia.

¶ Ultima vero intentio que vertitur ad accidētia primo vt spasmus curetur confortando nucham cum oleo spice in causa frigida: ⁊ cum alijs de quibus infra in ca° de spasmo ⁊ paralysi. Et si mēbra fuerint contorta reducantur contractando cum manibus leuiter ad debitum situm ⁊ rectitudinem ⁊ longationem: et taliter teneantur ne possint contrahi. Item prohibere oportet ne sibi mordeāt linguam imponendo lignum intra dētes eoꝝ. Itē regulari opꝫ tales infirmos ab astātibus ne cadant in aquā vel ignem: ⁊ sic dico de similibus. Et in istis sit finis huius capituli.

Quinta intentio.

¶ De melencolia. Cap. ix.

Cum alicui cogitationes male sine causa acciderint ⁊ timor ⁊ tristitia in eo preualuerint: melencolie principiū in eo est. Cū autem res ad hoc deuenerint: vt eitam ea que cogitare ceperit ore ꝓmat verba sua atqꝫ actus permisceat: iam melēcolia perfecta est. ¶ Cui ergo he male cogitatiōes et tristitia ⁊ tribulatio accidunt ei anteꝙ preualere incipiant succurrendum est: q2 si preualuerint cura est difficilis.

¶ Qd̄ si cū melēcolia fuerit dolor vētris et inflatio ⁊ malus color ⁊ digestiōis corruptio ⁊ vomitus acetosus ⁊ excreatiōis multitudo incipienda est cura cū flōmia ex basilica aut saluatella sinistre manus. Et si sanguis visus fuerit niger: dimittatur egredi in multa quātitate: subtilis autem ⁊ rubeus si fuerit: restringēdus erit ilico. ¶ Eger vero ex rebus lenientibus est nutriendus vt sunt alesfidabegi que sunt ex carne hedia ⁊ arietina. ¶ Et mittendus est in balneū in quo nō diu moretur. ¶ Post hoc aūt decoctiōe de epithimo quā ego cōposui vtatur: cuius est hec cōfectio. ℞. mirabolanorū indorum ℥.x. polypod. ℥.v. sene. ℥.ix. turbith. ℥.iiij. sticad. ℥.x. passularū enucleatarū. ℥.x. epithimi cretensis ℥.x. oīa excepto epithimo in tribus lib. aque coquēda sunt donec ad vnam lib. ⁊ mediam redeāt. Cūqꝫ hoc factum fuerit addatur epithimum: et ilico ab igne remoueantur et dimittātur donec infrigidari ceperint. Cunqꝫ infrigidata fuerint manibus fricata colentur: deinde sumantur agarici due tertie ℥.j. aloes. ℥.j. salis indi. ℥.ß. ellebori nigri quartam ℥ vnius: ⁊ conficiantur cū melle aut cum iulep: ⁊ fiant ex eis pillule que per tres horas ante decoctiōis acceptionem sumende sunt: postea sumatur decoctio: deinde tribus diebus quiescat.

¶ In his antē dieb⁹ q̄bus quiescit nutriat ex eis q̄ p̄cepimus: ⁊ in potu sumat vinum subtile ⁊ clarū ⁊ bene odoriferū.

Post hec quoqꝫ iterũ soluendus est: vt prius: hoc vero ita vt p̃diximus tertio iterandũ est: quarto quoqꝫ potio ei est danda. ¶ Eger vero ab oĩbus que coleram generant nigrã abstinendus est: vt sunt carnes syluestres oẽs ꝛ caro vaccina ꝛ caprina vetuste: ꝛ fabe: ꝛ caro salita: ꝛ caseꝰ vetus ꝛ recens: ꝛ precipue lentes: ꝛ om̃ia humefactiua. Uinũ p̃terea grossuꝫ: labores ꝛ vigilias euitet: nec patiaꝛ famẽ nec sitim: vino vero subtili in potu vtatur: ꝛ precipiendũ est ei vt dormiat. ¶ Et est studendum in splenis curatione ex his que in sequẽtibus in cap̃lo de splenis curatione dicturi sumus que augmẽtatur.
¶ Os quoqꝫ stomaci cõfortandus est et precipue ex medicinis: quarũ mentionẽ in sequentibus facturi sumus cum egritudines stomaci nominauimus.
¶ Si aũt cũ melencolia que noĩauimus non fuerint ꝛ acciderit post frenesim vel longam morã sub sole aut percussionem in capite: flõmia ex cephalica faciẽda est: Et capiti studiũ adhibendũ ex reliquo regimine qꝺ̃ diximus ꝓprie. ¶ Aqua p̃terea tepida ab alto loco super caput fũdenda est Deinde oleũ rosa. cuꝫ aceto vini capiti infundaꝛ: ꝛ lac muliebre desuꝑ mulgeatur. ¶ Naribus etiã oleũ de seminibꝰ cucurbite dulcis ꝛ lac muliebre inij̃ciatur. ¶ In balneũ quoqꝫ sepe mittẽdꝰ est: ꝛ multũ ex aqua tepida capiti est suꝑ infundendum. Eger etiã oĩa que odorifera frigida sunt odoret. ¶ Si aũt cũ melencolia nihil fuerit eorũ que diximus in p̃cipio: matrix vena dextri brachij aperiẽda erit: ꝛ vt prediximus faciendũ erit et regendum: ꝛ postq̃ꝫ hoc regimen infirmo adhibueris ꝑ aliquot dies quiescere dimittẽdus est: deinde vt prius in cura eius incipiẽdum donec sanitatis fiat restitutio. ¶ Studium vero totum quod erga melencolicos est obseruandum est: vt impinguẽtur ꝛ carnosi fiãt: ex quo em̃ pingues ꝛ carnosi fuerint ilico sani erũt. ¶ Cibi aũt qui illis cõgruunt sunt caro arietina: ꝛ hedina: ꝛ gallinacea: ꝛ panis de simila. Oppirus aũt panis nullo modo est eis cõgruus. Uinũ quoqꝫ subtile ꝛ clarũ eis cõueniens est. Uinũ vero grossum nõ est eis bonum nec nigrũ. Lac autem recenter ab vberibus extractũ dum adhuc calet eis cõfert: ꝛ pisces recentes ꝛ sisami de zuc. facti et oleo amigdalino. ¶ Preterea audire cantilenas ꝛ gaudere ꝛ habere ante se res delitiosas. ꝛ dormire plurimũ cõfert eis: ecõtrario vero cogitare ꝛ solus morari ꝛ vigilare maxime nocet eis. ¶ Pillule que coleram nigram expellunt de quibus daṫ his qui decoctionẽ sumere nequeunt. ℞. epithimi cretensis. ʒ. xx. polypodij̃: agarici: amborum añ. ʒ. x. ellebori nigri: salis idi: amborũ añ. ʒ. v. sticados. ʒ. vij. pulueris hierepigre. ʒ. xv. bibat ex eis. ʒ. iij. ¶ In diebus vero q̃bus quiescit eger debet sumere electuarium: qꝺ̃ vocatur letificans: qꝺ̃ ℞. mellisse: corticũ citri: gario. galiemus. masticis: croci orientalis: nucimus. cinnamomi: cardamomi: neberemisk. beben albi ꝛ rubei: zedoarie: doronici: seminis ozimi maioris: seminis ozimi: gariof. oĩum añ. partes equales: musci quãtũ est decima pars. ʒ. vnius: deinde sumanꝛ chebuli xx. ꝛ embli. xxx. ꝛ terantur: ꝛ in tribus libris aque coquãtur donec ad vnam redeant ꝛ colẽtur. In colatura vero addaꝛ mellis lib. j. deinde bulliant donec aqua cõsumpta sit: post ex hoc melle cõficianꝛ species predicte: qꝺ̃ tñ pondere sit triplũ ad species: de quo cum necesse fuerit ad magnitudinem auellane sumendum est. Hoc enim medicamẽ letitiam ꝛ coloris pulchritudinem ꝛ digestionis bonitatẽ operatur ꝛ retardat canos.

Sequitur cõtinuando de passiõĩbus cerebri determinare de lesione maxime operationum virtutuꝫ moralium vt imaginatiue vel cogitatiue. s. de passione nominata melencolia: lꝫ etiã sepe coniungatur lesio in operatione virtutis memoratiue. Et diuidiꝛ p̃sens cap̃lm prima diuisione in duas partes: quoniam primo ponit signa quibus declaratur ipsa passio. 2° ponit curam. secũda ibi. (Quod si cum melencolia fuerit dolor vẽtris.) Prima adhuc in duas. Nam primo ponit signa vt dictum est melẽcolie. 2° ponit cañ. reddentẽ medicum sollicitum in curatione eius. 2ª ibi. (Cui igiꝛ he male cogitationes ꝛc.) Prima adhuc in duas. nam primo ponit signa principij eius. 2° eius augmenti vel confirmationis. 2ª ibi. (Cum autem res ad hoc deneuerint ꝛc.) ¶ De prima parte dixit. Cum alicui cogitatio-

Declaraᵒ p̃me ptis.

nes male sine cā acciderit: ⁊ timor ⁊ tristitia in eo pualuerint: melie pn^m in eo erit. Ex hoc textu opʒ notare ꝙ hic declarat mliam q̄ est passio cerebri: vt etiam cōprehendat mām ꝑ duo principalr. Unū ē mala cogitatio ⁊ nō absolute mala: sed sine cā mala. i. manifesta de cōiter occurrentibus. scōm est ꝙ timor ⁊ tristitia pualuerit in cogitatione mala. i. ꝙ melēcolia plus declaratur ex timore ⁊ tristitia. cū adueniāt sine manifesta cā ꝙ̄ ex mala cogitatione. vñ in frenesi ⁊ si ꝯiungaꝶ mala cogitatio: ⁊ ēt in ꝑmixtiōe mētis vel fatuitate: q: tñ nō cuʒ his vt sic ꝯiungiꝶ tristitia vel timor: idcirco non clauduntur sub rubrica de melēcolia. ⁊ ex hoc infertur cōclusio ꝙ si aliqñ in aliquo melico cōiungaꝶ risus pro certo tꝑe. ad hoc tñ vt debeat dici melēcolicus exigitur qd̄ in eo preualeant timor ⁊ tristitia.

Declo scde partis pri me principalis.

¶ De scda parte dicit: cū aūt res ad hoc deuenerint. s. ⁊ male cogitationes ⁊ timor ⁊ tristitia vt ea q̄ cogitare cepit sup. falsa cogitatione ⁊ cum timore ⁊ tristitia ore promat: verbaqꝫ sua atqꝫ actus ꝑmisceat iā melēcolia facta est. ¶ No. ꝙ ex hac tota lr̄a videꝶ innuere tres gradus ī melēcolia. Unus est qui cogitationes sole false habētur cū timore ⁊ tristitia. Scds est ⁊ vehementior qñ exprimūt verbis malas cogitationes: ⁊ dicunt cogitare se de tristibus ⁊ timorosis sine cā. ⁊ non tñ fugiūt neqꝫ occultanꝶ ab alijs. Tertius gradus est in malitia eius ⁊ ꝯfirmatione: vt qñ vltra cogitata ⁊ exp̄ssa verbis ēt in opere manifestāt malas cogitationes vt fugientes a cōi cōsortio hoim: ⁊ faciēdo actus timidi hominis ⁊c. Et sic pʒ tota ista p̄^a pars. ¶ De scda pte dixit: cū ergo he male cogitationes ⁊ tristitia ⁊ tribulatio acciderint. i. anteq̄ manifestēt ope: qd̄ declarauit ꝑ hoc qd̄ dixit anteq̄ pualere incipiant est succurrendū. i. cū sūt in primo vl' in scdo gradu: q: si pualuerint cura erit difficilis: ⁊ rōnem adduxit Alex. qm̄ quasi mutatur complexio cerebri cū cōfirmatur vñ dixit: ꝓlongari eñ in hac passione curā non oportet: sed neqꝫ alia dilatio danda est: si eñ celerius sanguinis detractio non adhibeatur vel sup. alia causa minuens materiam diutius ibi residente cā mutatur nā cerebri ⁊c. Et sic ptʒ tota pars clara.

Declo tertie ptis p̄me principalis.

¶ (Qd̄ si cū melia ⁊c.) Hec est scda ps principalis capli in qua ponit curam. Et diuiditur hec pars in tres partes principales sm̄ qd̄ ponit curam triū causaꝝ melie magis gn̄aliū: qm̄ primo ponit curam melie splenetice vel stomacalis vl' myrachie. scdo ponit curam melie ꝑ ꝓprietatez cerebri maxime ex adustione sanguinis in capite vel humoꝝ calidoꝝ: tertio ponit curam melencolie pendentis ex superfluitate melencolie naturalis in toto. secūda pars incipit ibi. (Si aūt cum melencolia ea que nominauimus non fuerint) tertia pars incipit ibi. (Si aūt cū melencolia nihil fuerit eorum que diximus.) Prima pars etiam in quatuor diuiditur. Nam p̄io ponens quedam signa quibus declaratur talis melēcolia splenetica vel myrachia ponit curaʒ eius per flōiam. scdo ordinat regimen in dieta: tertio ponit curam per balneum. quarto ponit curam per medicinas solutiuas: scda pars incipit ibi. (Eger vero cui rebus lenientibus est nutriendus) tertia ibi prope. (Et mittendus est in balneum.) quarta ibi. (Post hec aūt. ¶ De p̄ma

Declara° p̄me ptis.

parte dixit ꝙ si cum melencolia fuerit dolor ventris stomaci ⁊ mirach ⁊ inflatio ⁊ malus color: digestionis corruptio: ⁊ vomitus acetosus ⁊ excreationis. i. sputi multitudo incipiēda est cura cū flōia ex basilica. s. dextri lateris aut saluatella sinistre manus. Et addit vnā cautelā circa flōiam fiendam dicens. Et si sanguis fuerit visus niger dimittatur egredi in q̄titate multa: subtilis aūt ⁊ rubeus si fuerit visus ilico est cōstringēdus. ¶ Pro intelligentia totius partis primo est notandū ꝙ lʒ a mēbris inferioribus p̄terq̄ a splene a myrach vel stomaco vel ab epate matrice et retentione emorroydaꝝ ⁊ alijs sepe eueniat melencolia ꝓpter euaporationē vaporꝝ melencolicoꝝ ad cerebrū: ⁊ etiā a corde sepe ꝯtingit: ꝓpterea vt dicebat Aui. spūs vitalis cōtinuus est aīali ⁊ cōplexio cordis cōicaꝶ cōplexioni cerebri ⁊c. vt videbitur loco suo. Tñ Rasis hic loquens de ea q̄ contingit vt multuʒ ab vno particulari mēbro inferiori: ⁊ tali ꝑ cōitatem vt breuiloquus solūmodo tractauit de ea q̄ splenetica appellatur: qm̄ vitio splenis vt plm̄ in alijs mēbris inferioribus aggregaꝶ mā melēcolica vt aliquotiens in epate vel matrice vel in myrach vel in stomaco: qm̄ cū splen sit receptaculū ꝓpriū melēcolie datū est a natura vt splen ꝑ suā virtutem attractiuā mundificet melencoliā de massa sanguinea. Et expellat consequenter ꝑ virtutem expulsiuam ꝑ poros ei⁹ deputatos a nā ad loca cōuenientiu: vt partiʒ ad os stomaci ad inducēdum famē. vt prima p̄mi cap̄. de humoribus. Cū igitur deficiat splen in attrahendo ⁊ mundificādo humorem melēcolicū: vel retinetur in epate: vel mādatur ad membra sibi cōuicina: vel moratur in vijs medijs vt in mesaraicis: cū etiā debilitatur eius expulsiua ⁊ resolutiua ita vt aggregetur ⁊ multipliceꝶ in splene abūdāter aliqñ multiplicatur in stomacho plusq̄ conuenit de mā melencolica: ⁊ sic per alteꝝ istoꝝ modoꝝ vitio splenis fit aliquotiens epatica: aliquotiēs matricalis. aliq̄tiens mirachia: ⁊ aliquotiēs stomacalis. Cū ergo ponitur cura splenetice poniꝶ quasi radicalis cura oīm aliaꝝ partiū ꝑ viā cōitatis ab inferioribus: ⁊ ita Ras. de hoc fecit spālē mentionem dimittendo reliquas tanq̄ minus ꝯtingētes. In hac ergo posuit signa q̄ sunt satis manifesta de dolore ventris maxime. nā cū melencolia retinetur circa stomacum vel myrach: ⁊ fit humor maxime inflatiuus. vt. 4°. ꝓbleumatum. tertio problemate ibi. vnde melencolici sunt venerei ꝓpter extensionē a ventositate: ꝓpter ergo ventositatem fit dolor ⁊ extensio q̄ multiplicaꝶ in eis: etiaʒ q: infrigidatur stomacus ⁊ sic debilitatur digestio eius: ⁊ ꝯñr multiplicatur ventositas: ⁊ ꝑ eandē cām causatur malus color: quia stomacus male p̄parat epati: ⁊ sic ī epate fit mala digestio vnde fit malus color: multiplicaꝶ ēt sputum: q: ꝑ indigestionem multiplicaꝶ flā: et per idē multiplicatur vomitus acetosus. ¶ Sʒ posset recte dubitari hic ꝓpter particulam sequentem. q: dixit ꝙ incipiēda est cura ꝑ flōiam basilice vel saluatelle: nā cū melācolia sit hūor frigidus ineptus eñ oni ꝑ flōiam non apparet flōiam cōuenire debere. ¶ De hac difficultate latius dicetur inferius si fienda est vel nō fienda. Et si a prin° est fienda: ⁊ cū est frigida a qua

Declo scd partis principalis.

4°. ꝓbleumatū melci sunt venerei.

vena est incipiendum: sed quantum attinet ad intelligentiam huius partis dicatur q̄ nō sine artificio dixit fiendam esse flōiam. nā cū melĩa sit fex sanguinis: ꝛ multiplicet̃ fex ad multiplicationem sanguinis. vtplm multiplicata materia feculēta declaratur multitudo sanguinis: ꝛ q: sanguini debetur eũo p flōiam: vt simul cum eo euacuetur aliquid de fece eius: idcirco laudauit flōiam. ¶ Alia cā adduci pōt: ꝛ hanc bñ notate: q: in morbis melĩcis conuenit flōia etiaꝫ non ad eũonē principaliter fiēdā tunc p flōiam sed ad agitationē ꝛ cōmotionem ipsius humoris melĩci. Nam cū flōia sit humoꝝ agitatiua sepe per flōiam fit agitatio humoris melĩci: qui quiesceret non facta flōia: ꝛ ipso cōmoto facilius ɔñr p medicinas solutiuas appropriatas educetur: artificiose tñ dixit in basilica vel saluatella sinistra. Nam apparente dñio sanguis in toto: p signa dñij sanguinis de tensione venarum rubore ꝛc. est fienda de basilica: sed vbi hec non appareāt ad aliū finem dictū etiā vt excitentur virtutes nāles ipsius splenis: ꝛ maxime attractiua in mundificando sanguinē ꝛ attrahendo humorē melĩcū: ad hoc laudauit flōiam vene saluatelle sinistri brachij: qm̄ subtracto sāguine de splene immediate ɔñr necessitatur ad attrahendū aliunde ꝛc. q: tñ stat dubitatio de infrigidatione melĩe p eũonem sanguinis. Et si alie intētiones ꝓmouerentur q̄ dicte sunt ad flōiam faciendā: idcirco circa hoc fecit medicū cautum vt. s. experiatur si p flōiam educat̃ sanguis melĩcus vel sanguis clarus. Naꝫ si educet̃ sanguis melĩcus ita vt appareat sanguis grossus niger: tunc dꝫ educi notabilis q̄titas eius: qđ si appareret rubeus clarus esset timendū ne eũato sanguine calido spumoso remanente melencolia: qđ nimis infrigidaretur ꝛ indisponerentur. ideo iussit tunc claudi venā. Et hoc itelligatur vt etiā dixit Gerardus nisi erronea fuerit facta flōia: q: s. non fuerit facta apertio lata vene: q: si ꝓpter stricturam orificij educeret̃ sanguis subtilis tm̄ non ꝓpterea deberet ꝓhiberi flōia: sed dꝫ dilatari vena: ꝛ in hūc errorem sepe incidunt barbitonsores q̄ pforant venam ꝓfundando indirectū: ꝛ ita in directum extrahunt flōmū ꝛ non scindunt venā late: qm̄ debēt in extrahendo eleuare flōmū in sursum: ꝛ sic dilatabitur vulnus vbi ēt esset facta nimia strictura, supra locū flōie: ideo cū apparet sanguis taliter subtilis bonum est dilatare ligaturam: ita qđ ꝓpter has cās ꝛ alias sĩles de q̄bus dicetur loco suo: aliqñ educitur sanguis clar⁹ ꝛ subtilis ꝛ educeretur grossus si tales contingentie nō essent. Sed qñ nulla causaꝝ taliū est impediens. tunc apparente sanguine talr̃ claro est sistenda flōia. ¶ Laudauit ɔñr dietam ex nutrientibus mollificantibus: ꝛ hoc est cōe in oī morbo melĩco: q: dixit Ras. p° continētis. non indiget patiens alia cura nisi humectatiōe maxime si morbus non est chronicus: ꝛ de hoc videbitur infra latius. Ideo laudauit hic carnē hedinam ꝛ arietinā ad humectandū: ꝛ infra etiaꝫ numerabit q̄dā alia cōuenientia in dieta: laudauit ēt balneū: ꝛ intelligat̃ de balneo hūectatiuo aq̄ dulcis tepide ꝛ reꝝ hūectātiū in decoctiōe vt maluaꝝ: altee. fenugre. seīs lini ꝛ sĩlīꝫ ꝛ capitū castratoꝝ ꝛ interioꝝ ei⁹. ꝛ dixit signanter ī quo nō diu moret̃ ne. s. ꝓpter calĩtatē balnei fiat resolō ꝛ exiccatio cū intēdam⁹ hūectationi. Et nota q̄ in tali balneo in casu hr̃ maximū iuuamētū: qm̄ humectat̃ mā q̄ siccitate peccat: ꝛ sic habilitat̃ expulsioni. Et ego vidi maximū iuuamētū in applicatione ei⁹ in q̄rtana lōga ī mlĩere mltū demacrata: q̄ nequaq̄ videbat̃ posse curari ꝛ humectata mā p balneū cum leni medicina est curata. Balneū etiam inducit iocūditatem ꝛ leticiam caliditate quadam tēperata leuigante spm̄: ꝛ ita in casu maxime valet.

¶ (Post hec aūt vtat̃ decoctiōe ꝛc.) ¶ In hac pte ponit curā p medicinas solutiuas ꝛ duo facit. primo facit hoc. deinde ponit q̄d fiendū est post exhibitionē dictaꝝ mediciaꝝ. scđa ibi. (De inde trib⁹ dieb⁹ q̄escat). Prīa ps ēt in duas diuidi pōt. p° ordinat vsum decoctiōis epithimi describēdo cōpositionē ei⁹. 2° ordinat cōpōneꝫ quādā pillaꝝ q̄ debēt sumi añ dictā decoctionē ibi scđa. (Et agarici due tertie. ʒ. vnius ꝛc.) ¶ De p^a pte dixit post hec āt. i. postq̄ fcā sūt q̄ dcā sunt. s. de flōia ꝛ balneo ꝛ debita dieta vtat̃ s. eger decoctiōe de epithimo quā ego cōposui: ꝛ hec est decoctio. ℞. mirabolanoꝝ indoruꝫ. ʒ. x. polipodij. ʒ. v. ista valēt in melĩa nāli ad eũandū sene. ʒ. ix. vꝫ in melĩa magis adusta: turbith ʒ. iiij. sticados. ʒ. x. valēt in eũando flā ꝛ melĩaꝫ Nā ī tali casu aggregat̃ mā flātica p indigōnē: vt dcm̄ est. š. passulaꝝ enucleataꝝ. ʒ. x. ad humectādū ꝛ ꝓhibēdū siccitatē medicinaꝝ soluētiū epithimi cretēsis. ʒ. x. epithimū est medicia singularis in eũone melĩe: oīa excepto epithimo ī trib⁹ lib. aq̄ coquēda sunt donec ad vnā li. ꝛ mediā redeāt: ꝛ sic vult fieri ɔsūptionē vsq̄ ad medietatē: iō excepit epithimū: q: modicū sustiet de decoctiōe: ꝛ cū hoc factū fuerit addat̃ epithimū. i. cū deuētū est ad medietatē p decoctioneꝫ addat̃ epithimū. ꝛ sup. bulliat vnica vel duab⁹ bullitionib⁹: ꝛ ilico ab igne remoueat̃. i. statim ne resolō v̄tutis ei⁹ fiat p decoctionē: ꝛ dimittatur. s. dcā decoctio donec infrigidari cepit: cūq̄ infrigidata fuerit manib⁹ fricata colet̃. Iubet fricari simplicia ītrātia vt v̄t⁹ simpliciū tracta. p decoctionē ad supficiē in decoctiōe remāeat ꝛ sic fiet decoctio magis solutiua: postea ponit cōpōnē pillaꝝ. ℞. agarici due tertie. ʒ. j. aloes. ʒ. j. agaric⁹ vꝫ eũando flā ꝛ melĩam: ꝛ aloes singlr̃ ad mūdificationē ex stō ꝛ ɔfortationē ei⁹ ꝛ vigorationē operationū aliaꝝ medicinaꝝ: salis idi. ʒ. ʒ. elebori nigri. 4^a ps. ʒ. vnius: sal indū et eleboru̇s valēt in eũone humoris melĩci: addit: cōficiant̃ cū melle aut iulep ad humectationē dictaꝝ medicinaꝝ: ꝛ fiant ex eis pillule q̄ p. iij. horas añ decoctionis acceptionem sumēde erunt postea sumāt decoctionē. ¶ Circa hec oīa ē notandum q̄ ordinat prius exhiberi pillulas: deinde decoctionē vt innuat q̄ in morbo melĩco: exhibitio medicinaꝝ non dꝫ esse in sūba solida neq̄ sicca: sed in sūba magis humida: q: semp stat intētio de humectatione in mā melĩca: q: tñ medicine potabiles ex mō sūbe facilr̃ exeunt stomacū modico tpe durat operatio eaꝝ: et tñ eũando mām melĩcā difficilē ad eductionē opꝫ medicinas longo tpe operari: ideo ad vtrāq̄ intentionē cōplendam exhibet pillulas vt longa fiat opatio solutiui ꝓpt̃ mām difficilē eradicationi: sꝫ ꝓpt̃ timorē exiccatiōis applicat medi

Not. bene hanc cām.

Nota.

Ras. p° cōtinentis.

Decl° scđe particule secūde ptis pncipalis

Decl° decoctionis de epithimo quā des. Rasis.

Decl° pillulaꝝ q̄s des. Rasis.

cinam potabilē vt decoctionē: ⁊ facit preponi pillulas ꝑ tres horas: q₂ tardius actuant: ⁊ ex ꝓbabili cōiectura exhibita decoctione ꝑ tres horas inequali tp̄e perficiet operatio decoctiōis ⁊ pil. Sed notate ꝙ nō est credendū ꝙ tota decoctio debeat sumi vna vice simul cū pillulis: tum q₂ solutiuū esset nimis forte: tum q₂ etiam nimis tediosa esset exuberans quātitas decoctionis. ¶ De ea ergo decoctione sumant. v. vel vj. ℥. post pillulas ⁊ adhuc erit medicina satis fortis maxime ex virtute ellebori ītrantis pillulas: ⁊ ego nō auderē ad exhibitionē illaꝝ. nā ingerit magnas tortiones ⁊ difficultates in stō. ¶ Deinde tribus diebus quiescat.) In hac ꝑte tria facit. Nā p̄° ponit quid est fiendū quātum ad dietā. i. quibus vtendū est post solutiuū datum. 2° declarat a q̄bus est abstinendū. 3° pōit confortandū esse os stomaci post reliqua om̄ia facta. 2ª ibi. (Eger vero ab om̄ibus.) tertia ibi. (Os quoq₃ stomaci confortādum est.) ¶ Dixit de p̄ª parte. deinde. i. post dictā medicinā trib⁹ diebus quiescat: ad denotandum ꝙ in morbis chronicis ⁊ in q̄bus est dn̄ium maloꝝ humorū op₃ post purgationes dare quietē nature ad restaurationem ⁊ maxime in morbis a siccitate siue materiali siue immateriali. ⁊ addit in his autem diebus in quibus quiescit nutriat ex his que p̄cepimus. s. in parte superiori cu₃ dixit. Et est nutriendus ex rebus lenietibus: ⁊ in potu sumat vinū subtile clarū ⁊ bene odoriferū ad viuificationem virtutis ⁊ iocunditatē inducēdam. Post hoc quoq₃ iterū soluendus est vt prius: et ita vt p̄diximus supple est dietādus post 3ª iteranda est sup. solutio ⁊ debita dieta. 4ª quoq₃ potio danda est. Nota ex his verbis voluit nobis innuere ꝙ ad eradicandum morbos chronicos ⁊ maxime pendentes a materia melēcolica nō debemus esse cōtenti vnica eūone: sed oportet pluribus vicibus interpolatim euacuare: et in diebus quietis corpus restaurare: ⁊ in eisdem dieb⁹ materiā cū digestiuis digerere. Sed hic vnum aduertatis ꝙ nō credo mentē suā esse ꝙ trāsactis tm̄ tribus diebus naturalibus sumat medicinā solutiuā: q₂ sic intelligēdo colligeretur ex serie textus ꝙ in. xij. diebus cōtinuis deberet quatuor vicibus solui cū medicina tali laboriosa: qd̄ nō credo esse ꝯueniens maxime melēco ⁊ sicco: sed credo ꝑ dies velle intelligere hebdomadas ita vt singulis trib⁹ hebdomadis fiat eūatio cū solutiuo ⁊ in tp̄e me° intendat restaurationi virtutis ⁊ digestionis ⁊c. ¶ De 2ª parte ponit a q̄bus cauendū est: ⁊ dixit. Eger vero ab oībus que colerā nigrā generant abstinend⁹ est. ⁊ exemplificat vt sunt carnes siluestres oēs: notate qd̄ dixit oēs: ⁊ caro vaccina ⁊ porcina et magnarū capraꝝ. signāter dixit magnaꝝ: q₂ caro hedorum nō est melēcolica: fabe ⁊ sup. lētes et salita caro. s. oīs: qm̄ ꝓpter sal exiccat humidum remanēte terrestri: idē intelligat de piscibus salitis: vt 2° cañ. cap°. 2° gn̄ali. ⁊ caseus vetus ꝓpter eandē cām ⁊ lepores ꝓprie: q₂ ⁊ si sint carnes siluestres: tn̄ signāter dicit ꝓprie de leporibus: qm̄ inter oīa nutrimēta vident maxime melēcolice cōplōnis: ⁊ hoc maxime intelligat nisi sint lepores maxie ꝓpinq̄ gn̄atiōi: ⁊ oīa olera nisi humectātia vitet. nā oīa fere sunt sicce cōpositionis p̄ter buglossam ⁊ lactucā: vt voluit Auer. iō signanter dixit nisi humecantia vitet. ¶ P̄. vinū grossum ⁊ laborē ⁊ vigilias. omnia sunt clara: nec patiat famē nec sitim. vino vero subtili in potu vtat subtili. i. nō grosso: vł subtili. i. nō acuto: ⁊ p̄cipiendū est ei vt dormiat ad humectandū: ⁊ est studendū in ei⁹ curatione cū his. s. medicis quas in sequentib⁹ in ca°. de splenis curatōe q̄ augmētat dicturi sum⁹: excusans se a ꝑticularib⁹ medicis digestiuis ⁊ ꝯfortatiuis remittēs nos ad illū locū. ¶ De 3ª ꝑte hui⁹ ꝑtis dixit qd̄ os stōi cōfortandū est: supple cum vnguētis stōaticis ⁊ emplr̄is ⁊ fomētationib⁹ remittēs se ad ea q̄ dicet īfra de dispōne stōi. Et h̄ not. ꝙ hic ordiat vnctionē ori stōi post reliq̄: vt innuat ꝙ a p̄n°. nisi facta mūdificatiōe medicine stomatiche sicce: ⁊ sic cōfortatiue nō cōueniunt.

Declara° tertie ꝑticule secunde ꝑtis p̄ncipalis.

¶ Si aūt cū melīa ⁊c.) Hec ē 2ª ꝑs p̄ncipal. 2e ꝑtis: ī q̄ ðclarādo sig̃ª melīe ꝑ ꝓpetatē a cā calīa materiali ponit curā illi⁹. p̄° ꝑ flōmiā. 2° ꝑ embrocationē. 3° ꝑ iniectiones medicinaꝝ fridaꝝ in nares. 4° per balneū ⁊ cōe ꝑticulare capiti: ꝑtes patēt legēdo literā: ⁊ sūt oīa clara ex his q̄ dicta sunt supra de soda calīa ⁊ in cura frenesis. ¶ Sequit illa pars. (Si aūt cū melīa nihil fuerit hoꝝ ⁊c.) que est 3ª pars principalis hui⁹ partis. In qua ponit curā suppositis signis melīe naturalis peccātis in toto. Et diuidit pars etiā in quatuor ꝑtes. p̄° ponit curā ꝑ flōmiā ⁊ q̄dam alia: ⁊ hoc in gn̄ali. 2° ostēdit q̄ cōpetunt melīcis ⁊ que nō. 3° ordinat quasdā pillulas valentes etiā in melīa: ⁊ maxime his qui decoctionē sumere nequeūt ꝓpter abominationē vel aliā cām. 4° ponit electuariū cōpetens melīcis appellatum electuariū letificās. 2ª ibi. (Studiū vero.) 3ª ibi. (Pillule que colerā nigrā.) 4ª ibi. (In diebus vero quibus quiescit.)

Declara° tertie ꝑtis p̄ncipalis

¶ Circa primā partē dixit ponēdo signa talis melīe. Si āt cū melīa. i. cū signis cōib⁹ ei⁹ de timore ⁊ tristitia ⁊c. nil fuerit eoꝝ q̄ dixim⁹. s. neq₃ de signis spleneticis supradictis: neq₃ de signis melīe ꝓportionatis a cā calīa etiā dictis: tunc sup. denotat ꝙ pēdeat a cā de qua dictum est: ⁊ eo casu laudat flōmiā ⁊ regimen dictū supra ēt in medicinis: ⁊ qd̄ postea q̄escat totū clarū est. ¶ De 2ª ꝑte dicit. ⁊ est singulare dictū: vt. s. qd̄ in melīcis fit obseruandū vt impinguent ⁊ carnosi fiāt: ex quo em̄ pingues ⁊ carnosi fuerit ilico sani erunt: ⁊ ibi ponit cibos de quibus etia₃ supra ⁊ dietam conuenientem: tota pars ꝑ₃: q₂ talia humectantia in casu iuuant vt dictū est.

Declara° scd̄e ꝑticule tertie ꝑtis principalis.

¶ Ponit consequenter pillulas: vt. ℞. epithimi cretensis. ʒ. xx. polypodij ⁊ agarici. ana. ʒ. x. ellebori nigri: salis indi: amborum an̄. ʒ. v. sticados. ʒ. vij. pulueris hierepigre. ʒ. xv. Dicit quod bibat ex eis. ʒ. iij. dosis est nimis magna: pillule tn̄ sunt satis domestice: sed bonū esset vt humectarentur cū aliquo humectante vt succo liquiritie vel dragagāto ad prohibendū siccitatē simplicia intrātia sunt clara iuuantia in casu.

Des pillularum.

¶ Cōsequenter ponit electuariū multū artificiale ⁊ singulare valens in casu ⁊ ponit compositionem cū melle emblicorum: ⁊ dat ordinē ei⁹ et cōiter alibi si reperit descriptio de melle emblicorum. Ideo bene notate. hec cōpositio ꝑ intrantia ꝑ₃ ꝙ iuuat: sed verum est qd̄ est multū siccū: vt ꝑ₃. Ideo bonū esset post eam exhiberi aliquam decoctionē humectatiuā vel rectifica-

ri cũ aliquibus infrigidãtibus ⁊ humectãtib⁹. Ideo posset fieri electuariũ Berardi ad eãdem intentionem ẜm hanc formã. ℞. margaritarum electaꝝ. ʒ. j. hiacintoꝝ: smeragdoꝝ: saphyrorum doronocici: coralli al. ⁊ rubei. añ. ℈. j. cinnamomi: macis: galange nucismucate. añ. ʒ. ß. paꝝ. piperis lõgi: cubebe: ligni aloes: storacis calamite: seminis basiliconis. añ. ℈. ß. croci. ʒ. ß. musci: ambre. añ. gra. v. corticũ citri cõditi: ʒ. ß. liquiritie rase ad humectandum: candi passul. añ. ℥. j. cõserue boraginis ⁊ buglosse. añ. ʒ. iij. succi pomorum dulcium depurati. ʒ. ij. aque ro. ℥. j. zucha. albi lib. j. fiat electuariũ hoc est singulare. Et sic finis quantum ad textum.

Nota electuarium Berardi.

Pro vlteriori intellectu huius materie de melencolia. primo ponetur quid nominis ⁊ quid rei ipsius melencolie: deinde ponent quedã eius species que etiã partim declarabunt in quid rei. Põr ponemus earũ causas ⁊ modos terminationis: ⁊ q̃bus solet magis euenire postea signa. ⁊ vltimo cura.

Quid nominis melẽcolie sumit dupl'r. Uno mõ pro hũore distincto a reliquis humoribus. Scd̃o ꝓ egritudine celebrali talẽ substantiã humoralẽ naturalem vel preter naturã cõsequente: ⁊ hoc mõ quid nominis mel'ie idẽ sonat ꝙ mẽtis insania i. nõ sana mens: ⁊ hec etiã sumit dupl'r: cõiter ⁊ proprie sumit cõiter pro egritudine vel lesione quacũq; virtutum moraliũ ⁊ lesione operationum eaꝝ ipsius cerebri: et hoc mõ mel'ia ambit vel est cõis ad omnẽ lesionẽ virtutũ imaginatiue estimatiue ⁊ cogitatiue cerebri sicut per modum corruptionis fuerit ipsa lesio siue diminutionis siue lesionis ablate: ⁊ sic ambit amentiã stoliditatẽ ⁊ permixtionẽ rõnis. Amẽtes enim sunt simplices sicut pueri ⁊ infantes nõ discurrentes: stolidi aũt dicunt quoꝝ operationes talium virtutũ sunt diminute: claudit etiam sub ea permixtio rõis: ⁊ mania qd̃ est corruptio imaginatiue vel cogitatiue. hoc etiã modo cõiter sumitur a Rasi in ca°. nostro sumit 2° mõ ꝓprie vt distinguit contra maniã ⁊ amentiã stoliditatem ⁊c. vbi. s. est mutatio cogitationis ⁊ estimationis a cursu naturali ad timorẽ ⁊ tristitiam: ⁊ sic declaratur operatio corrupte lesa sine rixa sine furore. ⁊ hec subduntur vt distinguat a mania: quedã est propriissime melẽcolia vt distinguitur etiam a cucubut ilischi: de q̃bus. A. facit propria capl'a. ⁊ quedã est mel'ia que ꝯuenit cũ illis: qm̃ in cucubut cũ timore ⁊ tristitia hõ diligit fugere cõuersationẽ hoĩm: ⁊ cupit appropinquare mortuis ⁊ sepulchris: vbi in ilischi stat solitudo cũ quasi cõtinua cogitatione sup pulchritudinem quarundã formaꝝ. ¶ Melẽcolia ergo ꝓpriissime sumpta est egritudo cerebralis que manifestatur ꝑ corruptionẽ opeꝝ estimatiue ⁊ imagiatiue ⁊ cogitatiue ṽtutis mutata. s. opatiõe imagiatiue ⁊ cogitatiue ꝑ timorẽ ⁊ tristitiam ⁊ ad mel'iam. s. in iudicio: vñ mel'ia ẜm A. dicit mutatio estimationũ ⁊ cogitationum a cursu suo naturali ad corruptionẽ: non dixit ad diminutionem ⁊ ablationem: sed ad corruptionem ⁊ ad timorem ⁊ ad malitiã propter complexionem melencolicam facientem syluestrẽ spiritum cerebri interius: ⁊ facientẽ ipsum timiduz ꝓpter tenebras ipsius: ⁊ sicut tenebre extrinsece sollicitant ⁊ timere faciunt. ⁊ addit. ⁊ ẜm ꝙ cõplexio frigida ⁊ sicca est discõueniens spiritui ⁊ debilitans: sic cõplexio calida ⁊ humida vt vini est conueniens ⁊ confortans. Dixit ergo quod est mutatio estimationum ⁊ cogitationum: ⁊ subintelligitur imaginationum: quia non imaginantur sicut deberent imaginari: immo imaginantur amicum inimicum ⁊ rẽ iuuatiuã nocentem ⁊ corrupte cõcludunt: ⁊ sic est corrupta operatio ⁊ imaginatiue ⁊ cogitatiue ⁊ estimatiue: ⁊ hoc ꝓpter cõplexionẽ melencolicam. Nam melẽcolia per naturam est frigida sicca ⁊ nigra. vnde dicit a melon grece. i. nigrũ: ⁊ chili hũor. i. niger humor faciens spiritũ siluestrem cerebri interius. i. virtuti nõ cõuenientem ad operationes interiores cerebri. vel al'r. facientẽ siluestrẽ spiritũ ⁊c. i. facientẽ eũ fugitiuũ interius. nam propter timorem fugit spiritus interius: et sic ad timorem adducit.

Not. differentiaz iter amentes ⁊ stolidos.

¶ Dubitat' Gentilis si tenebre vel humores melencolici vel nigredo vel opacitas eiusdẽ sit cã talis corruptiõis ⁊ sit cã timoris ⁊ malicie cogitationum ⁊c. Quod sic videt snĩa Aui. in text. et idem quasi videt snĩa Gal. 3° interioꝝ. cap°. 7° vel 8°. Ad oppositũ est Auer. 3° colliget ṽsus finem. cap°. 36°. vbi declarat qd̃ nigredo vel opacitas non potest esse causa lesionis maxime corruptionis in operationibus harũ virtutum: qr ẜm hoc color esset egritudo: qd̃ nõ est bñ dictũ: etiam qr nõ terretur anima in obscuro: nisi propter priuationẽ sensati sensu visibili: ⁊ nõ sic est presente humore mel'ico. Breuiter dimissis multis dictis ab alijs summarie dicatur ꝙ hũor melencolicus ⁊ spũs terrestris ⁊ mel'icus ⁊ opacus factus tripliciter põt esse cã lesionis opatiõis. Primo per suã cõplexionẽ formalem. i. insequẽtem formã per cõplexionẽ manifestã. s. vt frigidam ⁊ siccã: ⁊ sic nõ est dubiũ ꝙ mel'ia ĩducit ad timorem. Naz cõplexio frigida ⁊ sicca cõtrariat cõplexioni spũs: qr calida ⁊ humida est, faciens ad motum spirituũ ad singulas corporis ꝑtes: sicut igitur calida ⁊ humida, vt vini est ꝯueniẽs ad spiritum letificãdũ: ita opposito mõ frigida et sicca sicut mel'ia facit ad tristitiã ⁊ fugã ꝯñr. 2° modo hoc facere põt per ꝓprietatẽ nõ reducibilem in manifestã causam: vnde humor melencolicus hꝫ annexã quandã occultã qualitatem ẜm quã terret anima ⁊ spũs vt fiat fugitiu⁹ sicut ex opposito facit sanguis letitiam: vt vult Auer. loco allegato. nõ ꝓpter hoc ꝙ sanguis det lumen anime. 3° modo nocere põt sua turbidie opacitate ⁊ grossitie: ⁊ sic vapor ab eo eleuatus mixtus cũ spiritu facit siluestrem spirituz interius: qm̃ ab hac opacitate ledit spũs: ⁊ hoc intelligitur dupl'r. Primo quod ledatur vt a causa cõcurrente effectiue ita vt preter grossitiẽ a sola opacitate, vt causa positiua cõcurrat ad timorẽ ⁊ tristitiã: ⁊ hoc modo declarauit Auer. nõ eẽ poſe: vel cõcurrat dispositiue ⁊ significatiue: et hoc modo tenebre timore faciũt. i. denotat esse complexio spirituũ contraria vbi sunt tenebre cõiuncte: ⁊ sicut cõplexio frigida ⁊ sicca est ꝯ̃ria spũi: ita tenebrositas facit ꝓ mala cõpl'one melẽcolie. Et ex his pꝫ modus gñationis ei⁹: qm̃ cũ spũs sit quoddã subm ⁊ instrumẽtũ anime: ⁊ sic debite dispositum substantie luminose nõ solum per se tenebras spsiales abhorret. i. priua-

¶ Signum vero ad bonū est cū ad ꝑalysim succedit tremor: est significatio bona. nā signatur naturā vincere materiā ⁊ deoppillare meatus vel saltē minorari cām aliā facientē ꝑalysim ex quo ad ablatā operationē motiuā cōtingētem in paralysi: sequiť diminuta oꝑatio motiua q̄ est minor lesio. ¶ Aliud signū ꝓnosticum ⁊ est Hip. 6a ꝑticula affo. ⁊ poniť ab Aui. ⁊ p̄a quarti. in cao. de causone: ⁊ scd̄a tertij. in capo. de tremore. cui accidit in febre causone tremor: tunc sensus permixtio resoluit eā ab ipso: ⁊ lꝫ Gale. nō acceptauerit istū afforismum esse de mente Hip. vt ptꝫ in cōmento: tn̄ Aui. verificat ipm ꝑ duos modos p̄a quarti. Unus intellectus est ꝙ qn̄ cū causone cōiungiť tremor verus dissoluta materia a caliditate feb. mollificāte neruos: si superueniat alienatio significať cerebrū calefieri ⁊ ꝯn̄r neruos: ⁊ exinde pōt fieri resolutio materierū in eis cōtentaꝝ: ⁊ sic alienatio erit sigm cure: q̄r resoluit tremorē ab eo. Alius modus est vt intelligať textus isto mō: ꝙ cū in causone fit alienatio: tūc tremor superueniens significans expulsionē materie causonis ad extra venas cōsequēter signať terminationē causonis: q̄r causon est febris cōtinua: cuiꝰ materia ꝑeccat in venis vel in locis ꝓximis cordi: ⁊ sic ꝑ tremorē declarať terminatio causonis. Et hec fuit sententia Hip. 2o affo. A causone habito tremor superueniens soluit egritudinem.

¶ Signa vero generis de tremore ⁊ stupore satis nota sunt ex se: ⁊ signa specieꝝ generaliū: vt s. si fiat ex repl̄one totius corporis vel tm̄ ex repletione neruoꝝ dicebat Cōsta. p̄o ꝯtinētis declaratur ex repletione totiꝰ corꝑis. Et si fuerit post purgationē corꝑis: ⁊ post exhibitionē ꝑui nutrimēti ⁊ inequalē digōnem: tūc scieť ꝙ suꝑfluitas est in neruis. Et ēt stupor suꝑueniēs ex debilitate neruoꝝ ⁊ repletione eoꝝ cognoscitur ex assidua mora stupefactionis ⁊ assiduo euētu ⁊ recessu. nam aliqua sunt corpora ita naturalr̄ debilia in neruis radicalr̄ ꝙ ex omni facili causa ledente nerui stuporē incurrūt ⁊ tremorē: et ita faciliter reducunť. ¶ Si vero fuerit aliqua causa de primitiuis dicebat Aui. signa sunt cause que precesserunt: ⁊ augmentum stuporis vel tremoris ex eis cum additione earum ⁊ eius diminutio. s. stuporis vel tremoris sup. cum diminutione harum causarum. Nam si precessit timor vel passio animalis signū est ꝙ illa fuit cā tremoris: etiā ꝓpter orare ante hominē honorandum est causa: ⁊ alia dicta de causis vt propter portationem oneris grauis vel ꝓpter feb. dissolutiuas vel alias causas similiter resoluētes que precesserunt. Et si fuerit a materia corporali oppilante humorali declaratur per signa ipsorum humorū sepe dicta siue flegmatica fuerit siue alia materia.

Cura. Jam veniendū est ad curā. Et p̄mo est cōmemorādꝰ can̄. Ras. in textu. s. qđ cura eius nō est differēda: qn̄ em̄ ꝓlongať tp̄us huius egritudinis. s. stuporis vel tremoris ꝑducit ad paralysim. Et idē dicebat Aui. in cura tremoris ⁊ velociter vtatur cura ipsa mollificationis. Intelligať tn̄ cū mitioribꝰ: sicut ⁊ morbꝰ est remissior: ⁊ hec quantū ad dietā ⁊ medicinā: vn̄ in his morbis nō est necessaria dieta ita tenuis sicut in paralysi: sed in reliqs cura haꝝ egritudinum cū dieta ⁊ potione silis est cure ꝑalysis cū he dispōnes an̄cedant ad eā. Nā dicebat Gal. in lib. heresum cao. 6o. Quecūq̄ em̄ sanāt passiōes iam fiētes hec tanteq̄ fiāt ꝓhibēt ꝯsistere. Jta ꝙ in dieta quantū ad aerē in cā cōiter ꝯtingente que est materia flegmatica oppilās opꝫ poni corpora in aere calo ⁊ sicco: ⁊ fugiāt ventos ⁊ loca hūida ⁊ paludosa frigida: ⁊ vbi oporteat aerē rectificari rectificetur modis alꝭ sepe dictis.

De aere.

¶ Et exercitium est eis ꝯueniens si exercitētur ante cibū moderate quousq̄ apertis poris sudor incipiat emitti: ⁊ postea fricenť. ⁊ si nō pn̄t ambulare: prius ēt exercitenť fricationibus ad apertionē poroꝝ: ⁊ ita fricationes ante ⁊ post exercitiū cōueniūt: ⁊ nō tm̄ stante stupore ⁊ tremore vl̄ibus: sed etiā in ꝑticulari mēbro: nā tūc exercitiū illius mēbri est maxime ꝯueniēs: qm̄ Aui. in cura stuporis loquēs de ꝑticulari membro stupido dixit cōfirmando vnā sniam dictā prius in cao. cure palesis. Cum ergo apparet stupor in aliquo mēbro ꝓpter cām an̄tem aut primitiuā sicut frigus: aut aliud adueniēs p̄no per norum: opꝫ vt nō sis ꝯtētus curatione loci supplesolū. sed sit oīs cura in prin°. vie ad ipm. Sꝫ ne aliquis ex his verbis crederet non oportere aliquid oꝑari circa membrū lesum addidit. ⁊ ex curis quidē cōferentibꝰ stupori. s. ꝑticularis mēbri est exercitiū illius mēbri ⁊ assiduatio motꝰ eius. Et hoc idē intelligať de tremore: q̄r ex hoc viuificať calor mēbri ⁊ aperiť oppilatio nerui veniētis ad mēbrū: ⁊ ita rectificať cōplo eius.

De exercitio.

¶ Somnus sit in quātitate moderatus: vt. vj. vel. vij. horaꝝ nocturnus nō diurnus in loco obscuro ⁊ a frigore tuto capite alto: vt alꝭ dictum est in dispōnibus cerebralibus. ¶ Fugiat accidentia aīe maxime tristitiā. nā irasci leuiter et gaudium moderatū iuuant: a coitu abstineat: et suꝑfluitates omni die diligēter expurget spōte vel beneficio artis cum clisteri vel suppositorio: de quibus supra dictum est. ¶ De cibo dixit Auic. oportet vt cibus sit velocis digestiōis. nā tarditas digestionis facit longam euaporationem ad cerebrum. sit ergo panis eorum de tota farina bene fermentatus ⁊ salitus optime coctus. laudatur s̄m aliquos panis de milio ⁊ panico propter siccitatem. ⁊ si pinsetur cum aqua decoctionis iue ⁊ saluie erit conueniens preparatio: et in hoc singulariter obseruetur vt quecunq̄ grana vel frumentum ex quibus fit panis sint diligētissime purgata a lolio: ⁊ hoc obseruetur in omnibus passionibus neruoꝝ: qm̄ lolium sua proprietate nocet neruis: debilitās eos ⁊ spūm igrossans animalē: ⁊ spāliter nocēs virtuti voluntarie motiue: vt experientia manifestat in comedentibus de pane cum lolio. nam fiunt stupidi et quasi amentes. vitetur panis de siligine et omne viscositati attinens ri-

De somno

De accidentibus.

De cibo.

Not. bene Loliū ꝓprietate sua nocet neruis.

sũ bñ coctũ cũ lacte amigdalaꝝ ⁊ zuccharo ⁊ me
li⁹ cũ lacte pineaꝝ ẽ ferculũ in casu ꝯueniẽs.
¶ De carnibus vtãtur carnib⁹ auiũ mõtana-
rũ: vt dresaꝝ durdoꝝ ⁊ aliarũ auiũ electarũ: vt
ꝑdicũ fasianoꝝ turtuꝝ ⁊ coturnicũ ⁊ querq̃du-
laꝝ ⁊ colũborũ iam volare incipiẽtiũ: vt al's di
ctũ est: ⁊ cõcedũtur carnes hedoꝝ ⁊ castratorũ
in hyeme ⁊ capriolo ꝝ ⁊ lepo ꝝ ⁊ carnes serpen-
tũ ꝑparatorum ſm supra dcm̃ ordinẽ. ⁊ de ꝓpe
tate mirabili valẽt carnes nycticoracũ. i. olo-
coꝝ: immo dixit Nicolus reperi ꝙ q̃dã mulier
sexagenaria curata fuit a tremore capitis cuꝫ
sola comestione nycticoracũ de nidis suis. naꝫ
depilabat eas ⁊ decoquebat eas cũ visceribus
suis ⁊ comedebat eas nihil ꝓijciẽs. habẽt etiã
mirabilẽ ꝓpetatẽ in asmate: vt expientia ego
cognoui: ⁊ ita carnes ciconiaꝝ laudãt. Vitent
oẽs fruct⁹ humidos: pñt vti aliq̃b⁹ piris post
alias mensas cum zuccharo sꝫ phistici pinee et
auellane sunt in casu vtiles. ¶ In reliq̃s vero
⁊ de potu videat̃ q̃ sunt scripta de paralysi pro
pter abbreuiare. Sed singulariter h̃ in fine ca-
pl'i de tremore dixit Aui. ⁊ q̃ ex aquis est eis me
lior ⁊ minoris nocumẽti est aqua pluuialis: et
similiter omni egritudini neruose. Jõ hac vtã-
tur in decoctione cibariorum suorum.

Nota expimẽtũ Nicoli de comestione nycticoracũ in tremore ⁊ sil'r i asmate.

¶ Circa regimẽ medicinaliũ dic̃ Aui. summa-
rie in cura tremoris ponit intẽtiones curati-
uas. vnã. s. ad digõnẽ ⁊ ꝑparationẽ mãe: aliam
ad eũonẽ. 3m ad ꝯfortationẽ neruoꝝ cũ appro
priatis ⁊ alterationẽ male ꝯpl'onis inducte: et
etiã diuersionẽ q̃ sepe debet esse ṗa in ordine.
Has intẽtiones intellexit cũ dixit in ṗn° cure.
fac ꝙ in alijs capl'is fecisti ex aptione oppil'o-
nũ ⁊c. ⁊ sic isinuabat digõnẽ mãe ⁊ destructionẽ
mollificationis ⁊ eũonẽ. ⁊ sic insinuabat post
digõnẽ ad quã seq̃t̃ destructio mollificationis
s. stuporis ⁊ tremoris q̃ sunt debiles mollifica-
tiones: ⁊ ꝯfortatione neruoꝝ sup. cũ approṗa-
tis ⁊ hũectatiõe si necessitas est. ⁊ i hoc decl'at
alterationẽ vltra cõfortationẽ ⁊ eũonẽ esse ne
cessariã; nõ tm̃ hũectãdo si est necessitas sꝫ etiã
exiccãdo vl' calefaciẽdo vl' infrigidãdo: sꝫ expli
cuit de hũectatiõe vt remoueret errores credẽ
tiũ ꝙ nũꝙ̃ est lapsus ad siccũ in mẽbris neruo
sis: ideo voluit exẽplificare de humectatiõe: ⁊
adit: ⁊ fricatiõe ⁊ ꝯpressiõe. s. mẽbroꝝ ꝓpt̃ cãm
dictã. s. de exercitio ꝑticularis mẽbri: ⁊ expul-
sione. s. cũ clysterijs vl' vomitibus si est necessa
ria: ⁊ ex his potes regulare totũ regimẽ curati
nũ. ¶ Pro eũone g̃ p° circa flõmiã dicat̃ ꝙ nisi
in sãguinea flõmia est verẽda: qm̃ ꝑ eã virtus
debilitat̃: ⁊ cerebrũ ⁊ nucha infridãt̃: ⁊ in san-
guinea fiat abũdãter. nã dixit. A. multotiẽs re
mouet stuporẽ sola: cui⁹ sũt sigª cõia sic̃ in reli-
q̃s egritudinib⁹ neruosis. In reliq̃s obseruẽt̃
q̃ dcã sũt. s. de paralysi vt nõ approximẽt̃ a ṗn
cipio medicie fortes solutiue: sic̃ neq̃ medicie
digestiue: nũq̃ tñ sint ita fortes de digestiuis ⁊
eũatiuis sic̃ in palysi: sꝫ de digestiuis singulari
bus in materia flegmatica subtili imbibita q̃
vtpl'm est mã haꝝ dispositionum ⁊ paralysis.
ponit Auẽzoar vnã descriptionẽ singulareꝫ in
ca° de tremore dixit sic. Syrupus ꝯferẽs tremo
ri confortans membra vniuersaliter: ⁊ proprie
caput. ℞. rubee tinctoꝝ sticados corticũ citroꝝ
corticum subtilium phisticorum. añ. ℥. j. thu-
ris masculi: masticis rosarum. añ. ʒ. v. liquiri-
cie mũdate sic̃ quarta pars oĩm. terẽda terãtur
⁊ omnia ṗter masticẽ infundãtur ꝑ noctem in
xv. libris aque feruẽtis mane ponãt̃ sup igneꝫ
in olla: ⁊ cũ eis associet̃ in decoctione auri. lib.
i. bulliat̃ vsq̃ ad defectũ medietãtis: colet̃ ⁊ co
lature addat̃ syrupi corticũ citroꝝ. li. v. cũ mel-
le apũ dispumato lib. j. ⁊ masticis ligati in pe-
cia. ℥. ß. ⁊ iterũ coquat̃: ⁊ fiat syrupus. dosis q̃lꝫ
die. ℥. ij. cũ. ℥. v. aque extinctionis ferri: in qua
totiẽs extinguat̃ donec ei⁹ medietas ꝯsumat̃:
⁊ postea colet̃. Ista descriptio vt pꝫ ꝯsyderanti
est singularis efficacie. nã ꝯfortat oẽs mineras
virtutũ maxie cerebri ⁊ cordis: digerẽdo etiam
mãm subtilẽ flegmaticã imbibitã. Et ex hac de
scriptiõe colligũt̃ duo singularia. Vnũ. s. ꝙ ma
stix ꝓpter passibilitatẽ resol'o nis non tolerat
lõgã infusionẽ neq̃ nõ nisi modicã decoctionẽ
⁊ ponat̃ in petia. vt pꝫ. Scd̃m est ꝙ ipse exhibet
de hac q̃titate syrupi. ℥. ij. ⁊. ℥. v. aquaꝝ: sunt in
summa. ℥. vij. ⁊ ita quasi semꝑ obseruat: ⁊ ita de
hoc al's dixi ita obseruãdũ esse. Ad digestionẽ:
etiã vꝫ mel rosatũ syrup⁹ de absinthio ⁊ alij in
ꝓcessu de q̃b⁹ dcm̃ est. ¶ Postea veniẽdum est
ad eũonẽ cũ pulnerib⁹ vl' pill'is ad istã itẽtionẽ
valẽtib⁹: de q̃bus. s. in paralysi. semꝑ tñ vtẽdo
mitiorib⁹ q̃ in paralysi. Sed nota singul'r quo
modo. A. laudat h̃ ꝙ exhibeãt̃ omnib⁹ decẽ die
bus. ʒ. ij. ß. pill'aꝝ cochiaꝝ: ista medicina est ni-
mis fortis. Ideo dicit Gẽtilis h̃ nõ credat̃ qδ
iste pill'e cochie sint ille q̃bus vtimur: immo di
cit ꝙ stãt de his descriptiones diuerse: ⁊ ad hoc
adducit bonũ textũ 7ª q̃rti. de cura alopitie in
fine capl'i. vbi dicit. Et puberes tolerãt. ʒ. ß. de
pill'is cochijs ⁊ hñtes annos. x. tertiã. ʒ. vnius.
Ecce pꝫ q̃nomõ posuit timorẽ in vsu eaꝝ: ⁊ non
sic h̃: ⁊ ex hoc opꝫ intelligere ꝙ diuerse sunt de-
scriptiones q̃bus vtimur: sed ille q̃b⁹ vtimur
sunt fortes valde. Sumat clysteria ⁊ vomitiua
sic̃ dcm̃ est supra. ¶ Ad intẽtionẽ aũt alteratio
nis ⁊ cõfortationis ꝑ exterius valet oleũ de an
dachocha. i. trifoliũ: dicit Gẽtilis ⁊ male. Nam
p° ꝯtinẽtis ex diuersis colligit̃ ꝙ plures sunt
species trifolij: ⁊ ꝙ andachocha est vna species
⁊ nõ est cõis: q: eleuat̃ magis in altum: empl'm
etiã ex eo valet. Gerardus dicit ꝙ est trifolij si
milis: ⁊ eleuat̃ in altũ: valet etiã empl'm mira-
biliter Rasis p° ꝯtinẽtis: de q̃ narrat ipe qδ po
suit cuidã mulieri in q̃ erat defect⁹ sẽsus ⁊ ꝯua
luit cum hoc. ℞. piretri: baccaꝝ lauri: staphisa
grie: euforbij: sansuci boraginis: se. synapis: pi-
peris: castorei: ⁊ myrrhe. añ. ℥. j. ß oĩa terãt̃ ⁊ cõ
ficiãtur cũ succo cucu. asinini ⁊ empl'etur exin-
de locus: ⁊ ibi etiã inter medicias laudat oleũ
balsaminum adipẽ eritij ⁊ asini syluestris ⁊ sto
racẽ: ⁊ costum ⁊ oleum eius.
¶ In medicinis aũt ꝑ interius ad istã inten-
tionẽ ꝯfortationis: ⁊ resol'onis: ⁊ alterationis
dicebat Raſ. vbi supra. Et medicie stuporis sũt
duoꝝ generũ: quoꝝ vnuꝫ est abstergere ⁊ mũdi
ficare neruos ꝑ purgationẽ. s. insensibilẽ: ⁊ aliδ
est calefacere ipsos. Et ad hãc intẽtionẽ lauda
uit. A. sticados. ʒ. vni⁹ aut duarum solũ aut cũ
hierapigra ex qua sint facte pillule: laudauit
etiam vt dentur in potu pill'e facte ex rutha et
scolopẽdria. nam iste valent confortationi et
alterationi. Et notate istum modum practi P.

Nota de mastice.

Notaverã dosim digestiuorũ sꝫ intẽtionem Auẽzoar.

Quid sit ãdachocha

di laudātur pulli ciconie comesti: ⁊ si fiat aqua distillata iuuat. valet electuariū ad cōfortatio nē ⁊ resolutionem Gētilis precipue in tremore factū vt intra. ℞. saluie rorismarini acori: ana. M. j. decoquantur ⁊ colentur ⁊ in colatura ponatur zucchari lib. j. ⁊ croci. ʒ. ß. reducantur ad spissitudinem ⁊ tunc addantur pinearum. ℥. j. xiloaloes nucismus. macis cardamomi añ. ʒ. ß. dosis. ʒ. ij. in ieiuno stomaco: valent ventose posite supra loca ⁊ emplastra maxime cum synapi rubificantia post euacuationes. Dixit Ras. ꝑ continentis: quod medicine de synapi omni hora remoueant: nec oportet expectare quod fiat vesicatio fricationis: ⁊ reliqua que ponunt in cura paralysis fiāt: oleum supra dictum de costo vulpe ⁊ de reliquis sicut dictum est in paralysi similiter de melle anacardino. ¶ Hec que dicta sūt supra valent in causa communiter cōtingente materiali: sed in causis puta si fuerit ex frigiditate tm̄ sufficit calefactio: ⁊ si fuerit ex potu aque ponantur in stupha sicut supradictum est circa literam: ⁊ si fuerit ex potu multi vini tunc curentur etiā vt dictum est. Sz de eis dicit Ras. ꝙ bibuli tremuli abstineant a vino innuens ꝙ bibulis est difficilius abstinere ꝙ̄ sumere medicinas: tamen est euacuādus: quia vinum per accidens generat flegmata.

Elariū Gētilis ad tremorem.

¶ De tortura oris. Ca. xij.

Cum os hominis contorquetur ⁊ vnū de oculis suis claudere non valet. ⁊ si precipitur ei vt sufflet. flatus ab vna tm̄ parte exire videtur: ipsum tunc cōtorsionem pati dicimus. ¶ Cuius curam incipiemus cuz solutione ventris ex pillulis fetidis. ¶ Nutrimētum vero eius atqꝫ ipsius potū ordinabimus: vt in ca. de paralysi diximus. ¶ Egro preterea quotidie in mane anteꝙ̄ comedat synapiz cuz syrupo acetoso gargarizare faciemus. ¶ Et mittem⁹ eū in domuz obscuram. ¶ Et precipiemus vt vnā nucem muscataz in parte oris que torta est teneat: ¶ Naribus quoqꝫ tūc insufflabimus cōdisi vt sternutatio ꝓuocetur. ¶ Spōdiles quoqꝫ colli eius ⁊ faciem eius ⁊ frōtē ex oleo costino inungere cōuenit. ¶ Est quotidie de anacardino vnius aurei pōd⁹ sumēdū. ¶ Et si passio hoc mō soluta nō fuerit: ad vētris solutionem ⁊ egri preseruationē redeundum est. ¶ De tortura vero que non repente: sed paulatiz accidit non loquimur: ipsa mamque nō contingit nisi in frenesi pernitiosa morte iam imminente ⁊ est ex siccitate.

Post expeditum capitulū de paralysi ⁊ stupore ⁊ tremore dominus Ra. seqtur ponēdo cam̄ de tortura tāꝙ de dispositione ad paralysim sequētem immo sepe est particularis paralysis realiter vnius partis faciei: lzetiā aliqñ fit spasm⁹: vñ ſm veritatē ipsa tortura realr̄ nō ē morb⁹ ꝯ distinctus paralysi ⁊ spasmo: immo est aliqñ eoꝝ vel ambo sil' in facie ꝯtingēs. ꝯuenienter ḡ determinauit post ꝑalysim vl'em de tortura oris tanꝙ̄ de ꝑalysi ꝑticulari ⁊ ꝑus etiā de tortura oris ꝙ de spasmo a q̄cūqꝫ causa ꝯtigēte cū tortura oris fit spasm⁹ faciei vl' ꝑtis ei⁹: vt in pluribus pendet a nucha tm̄ causa spasmi vt ex causa repletionali vt videbitur in causis: ⁊ sic ꝯuenienter posuit capm̄ de tortura oris mediū inter capitulū paralysis stuporis vel tremoris ⁊ capm̄ de spasmo: ⁊ diuidit pñs capm̄ ꝑª diuisione in duas: qm̄ ꝑº ponit signa declarātia torturā per q̄ debet cōcludi aliquē esse tortū. 2º ponit curā 2ª ibi (Cuius curā ⁊c.) ¶ De ꝑª parte dixit. Cū os hominis ꝯtorquet ⁊ vnū de oculis suis claudere nō valet: ⁊ si ꝑcipitur ei vt sufflet flat⁹ ex vna parte tm̄ exire videat: ipsum tūc torsionez pati dicimus. ¶ Pro intelligētia partis ꝑmo aduertēdū qꝺ licet tortura ad mētē medicoruz possit multis mēbris corporis accidere. s. oīb⁹ q̄bus accidere potest paralysis vel spasmus ꝑ hoc qꝺ membrū male figurabit cuz tortura sit idem vt dictuz ē realr̄ ꝙ paralysis vl' spasmus: verūtamen qꝛ tortura qñ est in facie reputatur res magis feda. ideo autores de tortura faciei fecerūt speciale cam̄: ⁊ ita stat rubrica de tortura oris. i. de tortura faciei. nā solent antiqui ꝑ ora intelligere facies. ¶ 2º aduertendum ꝙ in hac tortura ponit duas sensibiles lesiones Rasis in operationib⁹ ꝑtiū faciei. Una est lesio operationis oculi ꝑ hoc qꝺ dixit ꝙ ꝑ eā torturā vnū de oculis suis claudere non valet posuit 2º lesionē sensibilem alterius operationis alteri⁹ mēbri vel mēbrorum in facie vt labioꝝ oris ꝑ hoc qꝺ dixit ⁊ si ꝑcipiat ei vt sufflet vel sup. expuat flatus vel sup. sputum ab vna parte tm̄ exire videt ꝓpterea qꝺ labia nō possunt debite eleuari ſm qꝺ cōuenit ad expuitionē vel exsufflationē. Ex his potest cōcludi ꝙ tortura est vere morb⁹ cū sit dispō ledēs operationes sensibiliter ⁊ tota causa horum signorum sumitur: quia si est paralysis vnius partis ex mollificatione lacertorum monentium palpebras oculi vl' labia verbi gratia. partis dextre tunc tota illa pars cadit supra sinistram ⁊ consequenter inequaliter disponuntur partes labiorum vt non sibi inuicem recte obuient: ⁊ sic ab vna parte apparet remoueri pars a parte per illam fit exitus sputi vel flatus: ita similiter de oculo relaxato musculo faciente eleuationem palpebrarum prohibetur eleuatio palpebre: ⁊ sic vnus oculus non potest aperiri: ⁊ per eundez modū pōt declarari si fiat ex spasmo ꝯhēte. Nā ꝑ ꝯctionē lacertoꝝ faciētiū ad motum labioꝝ et vna ꝑte clauduntur labia ſm partem oppositam ita quod vna pars oris videtur dilatari ⁊ alia cōstringi: ⁊ sic per vnam partem solum fit expuitio: et ita de musculo palpebrarum vnius oculi contracto versus angulum sylvestrez fit clau

Declaratio prime ꝑtis hui⁹ capituli.

ſto oculi ex eadē parte ⁊c. ¶ Sȝ hic debetis no tare ꝙ lȝ qđ dcm̄ est vtplurimū fit eueniēs:non tn̄ in oī paralyſi vel ſpaſmo dictoꝝ lacertoꝝ mo uētiū palpebrā oculoꝝ vel mouētiū labia:de q̄ bus ſpālē fecit mētionē tāꝙ de mēbris in facie participātibus magis motu locali maniſeſte. Nō tn̄ hoc eſt ſemꝑ verū:qm̄ ſm multas cōtin gētias cadit oppoſitū. naȝ vbi ſpaſmaret mu ſculus eleuās palpebrā ſuperiorē v̄ſus ſuperci lium muſculis alterius oculi debite diſpoſitis tūc vterꝗ oculus poſſet aperiri immo alter eo rū ſtaret ꝯtinue aptus:⁊ tn̄ ibi eſſet tortura:qꝛ mala figura partiū faciei ⁊ malus ſitus vt vide bit. ſi etiā ſpaſmaret equaliter muſculi labioꝝ cōtrahēdo ad dextrum ⁊ ſiniſtrū ipſa labia:tūc fieret in illis recta obuiatio. ⁊ ſic vna pars non videret eleuari ab altera. Et tūc verū eſt ꝙ non tāta diſſormitas appareret ſicut altero muſcu lorum paralytico tm̄. vel altero tm̄ ſpaſmato: vel vno ſpaſmato ⁊ oppoſito paralytico: quia tūc multo maior apparet deformitas:vt pȝ cō ſyderāti:⁊ ſic pȝ ꝙ nō ſemꝑ permutat in tortu ra ⁊ remouet bonitas obuiationis labiorum ⁊ palpebraꝝ ſil:ſȝ aliqn̄ ſolaꝝ palpebraꝝ abſꝗ la bijs ⁊ aliqn̄ ecōtra. Eſt tn̄ veꝝ qđ dicit Raſis ꝙ cū os hominis ꝯtorquet ⁊ ibi accepit os ꝓprie ⁊ vnū de oculis claudere nō vȝ ⁊c. ꝙ tūc ipm̄ di cimus pati torſionē:licet etiā alijs modis ꝑ ma lā figurā partiuȝ faciei debeat corpus poni in capitulo torture vt infra videbitur in quid no minis huius termini.

Declaratio 2ᵉ ptis hui⁹ capli.

¶ Seq̄tur illa pars (Cuius curam incipiem⁹) Hic ponit curā ⁊ duo facit. Primo ponit curaȝ torture vtplurimum eueniētis. ſ. a paralyſi vel ſpaſmo repletionalibus. Scđo excuſat ſe de nō ponere curam torture a ſiccitate cū ſit incurabi lis vtplm̄. ſcđa ibi ad finem capli. (De tortura vero q̄ non repente ⁊c.) ¶ Prima pars poſſet di uidi in tot partes quot puncta principalia po nit in cura eius:⁊ ſunt octo vel nouē ꝑtes pate bunt legendo lr̄am ⁊ declarando ſingula pun cta. ¶ Dixit p̄mo ꝙ eius curā incipiemus cū ſo lutione vētris ex pillulis fetidis:qđ dictum dȝ intelligi nō abſolute niſi in caſu vbi eſſet timor de apoplexia vt videbitur infra. Nā apparenti bus ſignis apoplexie ſimul cū tortura bene eēt incipiendū a ſolōne ventris cū medicina forti: ſed aliter non vt ſtāte ſola leſione in partib⁹ fa ciei cū bonitate operationū aīalium eſſet ꝓce dendū vt dcm̄ eſt in caplo de ſtupore incipiēdo a debilioribus laxatiuis anteꝙ veniam⁹ ad for tia ⁊ ita prius digerere mām̄:⁊ poſtea eūare ſi cut dictum eſt etiam in paraliſi eūando pri⁹ cū cliſteribus ⁊c. ¶ Dicit ſcđo ꝙ nutrimentū eius atꝗ eius potū ponimus vt in cap° de paraliſi. Rō eſt clara cū vt dcm̄ eſt tortura ſit multū ꝑti cularis paraliſis:⁊ ita ꝙtum ad qualitatem ci barioꝝ eſt ordinandum dietam ſicut dictuȝ eſt in paraliſi:ſed vbi non cōiungatur paliſis alio rū mēbroꝝ niſi faciei neꝗ ſint accidētia de apo plexia futura non opȝ dietam eſſe eque tenuem ſicut in paraliſi vlī vel vnius partis ſm totum cum tortura ſit minor morbus ſicut in ſilī dice batur in ſtupore reſpectu paraliſis. ¶ Dicit 3°. egrum ꝑterea quotidie ī mane anteꝙ comedat ſinapim cum ſirupo acetoſo gargarizare facie mus qđ dictum eſt intelligendum prius facta

Qualis dȝ eſſe dieta patientiū torturam.

Nō vtatur gargariſ matib⁹ ni ſi pri⁹ cor pore pur gato ⁊ mā iam fluxa.

eūone. Nam in corpore pleno maior ꝑ gargariſ mata fieret attractio de mā ad faciē quā fieret eūo:⁊ hoc dȝ intelligi nō amplius flu ēte mā: ſȝ iam in totū fluxa:qm̄ tunc ꝑ gargariſma eūabi tur mā cōiuncta in dictis muſculis partiuȝ fa ciei cōtenta ⁊ dȝ ꝯuerti gargariſma ad illā par tem vbi dr̄ eſſe leſio:⁊ que ſit pars leſa in toto vi debitur magis in ſignis. Sed dicebat Gal. 3°. in terio. ca° vltimo. lacerto ſiniſtri lateris labium mouente idē labiū ad dextrū vertitur. ⁊ idē 4°. de interioribus exꝑſſius. cap° p̄°. in fine dixit ꝙ latus ſanum erga. i. ꝯtra mollificatū trahitur: mollificatum vero ad ꝯtrariū trahitur:⁊ ita ex ſitu partiū faciei pōt inſinuari q̄ ſit pars leſa:⁊ maxime circa eam gargarizare. verbigrā coquā tur. ʒ. ij. ſinapis cū aqua hiſopi:poſtea de dicta aqua facta colatura cū ſirupo acetoſo fiat gar gariſma ſumendo. v. vel. vj. coclearia pro vice:⁊ fiant ante prandiū ſtōaco ieiuno expulſis ſuꝑ fluitatibus. nā in gargariſmate maxime conue niunt oēs autores:ideo de eo dicit Raſis p̄° cō tinentis. ca°. 4° de mēte Serap. gargariſma eſt magis neceſſarium in tortura ꝙ in aliquibus alijs morbis:ideo debēt multiplicari ⁊ aſſidua ri in ipſa. Verū eſt qđ iſta verba nō reperiūtur taliter in breuiario eius ſed forſitan alibi in vo lumine magno:⁊ ſicut dictū eſt de hoc gargariſ mate ita intelligi pōt de ſibi ſilibus in virtute v̄.g. decoquēdo radicē acori cū zinzibere ⁊ nuce muſcata ⁊ cubebis in aceto:poſtea facta colatu ra cū melle colato gargariſma fiat. ¶ Cōſequē ter dixit ordinando aerē in quo debēt ſituari:⁊ mittemus eū in domū obſcurā ita ꝙ vult eū ſi tuari in aere obſcuro. De cā huius dicti videbit ꝓpter aliquas difficultates circa hoc. ¶ Dicit ꝯn̄ter ꝑcipiemus vt vnā nucē muſcatam in ꝑte oris que eſt torta teneat. Iſtud dictū hȝ rōnem clarā. nā facta eūone a cerebro nucha ⁊ a neruis totius:⁊ ꝯn̄r facta ꝑticulari eūone a lacertis p̄n cipaliter leſis faciei ⁊ labioꝝ ⁊ palpebraꝝ oculo rū cū gargariſmate appropriato:ſuccedit ꝯn̄ter intētio ꝯfortatiōis neruoꝝ ⁊ ipſoꝝ lacertoꝝ ⁊ re ſolutionis reliquiaꝝ que remāſerunt:⁊ hoc to tū cōplet tenēdo vnā nucē muſcatā ī ore ruptā in duas medietates vt meli⁹ euaporare poſſit. Sed eſt notandū qđ dicit qđ teneat in ꝑte oris extorta:qđ ꝑ ly extorta vt intelligat ps torta ad ſenſuȝ:qm̄ aliquotiēs illa eſt pars ſana: ſed ipe voluit ꝙ ponat in ꝑte egra vt meli⁹ virt⁹ ꝯue niat ad locū leſum ꝯfortādo. ¶ Pro quo igit eſt notandum ꝙ in tortura faciei illa pars dr̄ egra que hȝ ſpaſmū vel paralyſim. ⁊ ſana dicitur illa que iſta nō hȝ. Nam iſte egritudines vel altere eaꝝ cauſant torturā. i. fedā figurā ⁊ malū ſitū: ⁊ ideo pars ꝑalytica cadens ſupra partē ſanā illa pars ſana ꝯtrahit ⁊ ſic apparet feda : ⁊ tn̄ in ea nō eſt ꝑalyſis vel ſpaſmus vt ſuppono. Per hoc ergo dixit ꝙ teneat in ꝑte oris q̄ eſt extorta:ītel ligit ꝑ partē extortā ꝑtē egrā:nā quecūꝗ pars egra ꝑalytica vel ſpaſmata neceſſario eſt torta large ſumēdo ly torta:nō ſolū pro ꝯtracta:ſed ꝑ omni ea in qua eſt malus ſitus partium:ſiue ſit elōgata ⁊ relaxata:ſiue ſit ꝯtracta:pur ꝙ ſit di uerſus ſitus in ꝑtibus a ſitu naturali : qꝛ q̄cūꝗ pars faciei in q̄ eſt laxitas vel mollificatio mu tat ſitū ſuū in ꝑtibus eius a naturali ſitu:ſic ēt pars ſpaſmata mutat ſitū ſuū per cōtractionē:

Gargariſma eſt magis neceſſariū ī tortura oris ꝙ in alijs morbis.

De aere in hac egritudine cōueniente.

Qualr̄ pōt cognoſci ps egra in tortura.

⁊ ita omnis pars egra hoc mō vocatur extorta
large: ſ; q̄ dicaꝛ illa ꝑs in qua ſit actualr̄ egri-
tudo cui opꝫ occurrere cū medicinis: qꝛ de hoc
diuersi diuersa sentiūt: nūc nō declarabitꝛ sed
infra loco suo. ¶ Addit vlterius: narib⁹ q̄ꝫ in-
sufflamus ꝯdiſi vl' ſup. aliō ſtimulatiuū vt ſter
nutatio ꝓuocetꝛ ad euacuandū māam ex dictis mu
ſculis immediate ſic̄ dcm̄ eſt de gargariſmati-
bus: ⁊ talia sternutatoria multū ꝓficiūt ad ex
cutiēdū māam extra interſecatā ⁊ ꝓfundatā in
musculis ꝑpter fortē ⁊ violētū motū ei⁹. ¶ Ad
dit ꝯſequēter ad intētionē etiā ꝯfortationis ⁊
reſol'onis nō tm̄ ex locis leſis ſ; etiā ad ꝯforta-
tionē ꝑncipioꝝ vt originū neruoꝝ illoꝝ muſcu
lorum ad quā etiā attendere opꝫ vt ſuꝑ viſum
eſt: ideo dixit. Spōdiles q̄ꝫ colli ⁊ faciē eius et
frōtē ex oleo coſtino inungere ꝯuenit: vel ſup.
alio ꝯfortatiuo oleo vel vnguēto vt ſupra dcm̄
eſt. Nā talis tortura accidit ꝑpter leſionē pro
uenientem in neruis ꝓcedētibus a tertio pari
vel quinto neruoꝝ cerebri: vel ꝓcedētibus a q̄ꝫ
pluribus ſpōdilibus colli an̄ muſculos faciei
ideo oꝫ ad huiuſmodi muſculos ⁊ ad origines
neruoꝝ eoꝝ facere inunctiones. ¶ Addit ⁊ quo
tidie de anacardino pōdus auri vnius aſſumē
dum eſt: de quo electuario dcm̄ eſt ſupra in cu-
ra paraliſis qn̄o cōſumit māam ⁊ exhibetur cū
aqua decoctionis acori ⁊ ꝓuocat febrē: ⁊ cōſe-
quēter poſtponit exhibitionē ei⁹ q̄ eſt vltime
virtutis qn̄ reliqua nō ſuffecerint. pōt ergo fie
ri electuariū magis domeſticū tētādo curā cū
eo ⁊ reliquis dictis ꝑus. ℞. acori cōditi. ℥. i. ʒ.
nucis muſcate cubebarū ʒinʒiberis. ana. ʒ. ij.
omnia ſimul cōquaſſentur cū lib. ſ. ʒuccari fiat
electuarium: ſed non exhibeatur niſi facta pur
gatione vt dictum eſt. ¶ Ultimo circa hāc par
tem dixit q̄ ſi paſſio hoc modo ſoluta nō fuerit
ſup. cum dictis ad ventris ſolutionem ſup. ite-
rato veniendum eſt: ⁊ in hoc ſingulariter hiera
Hermetis ⁊ egri preſeruatione vtendū eſt. Nā
cum eiſdem preſeruatur cum quibus curatur. ſ.
cum dieta ⁊ reliquis conuenientibus vt ſupra
proxime fuit allegatum de mente Gal'. quecūq̄ꝫ
enim ſanant ſientes egritudines: ⁊ anteq̄ꝫ ſiant
prohibent conſiſtere.

Postponatur exhibitio confectiōis anacardie: qꝛ eſt vltime virtutis.

electuariū magis domeſticum.

¶ De vltima parte principali excuſat ſe pone-
re curā ſpālem torture pendētis a ſiccitate vel
ſpaſmo de inanitione q̄ paulatim inducitꝛ ⁊ nō
repente ſicut ſpaſm⁹ vel paraliſis mālis ꝑpter
impoſſibilitatē quaſi curationis vt eſt ſnīa af-
foriſmi. Spaſmus ex eleboro mortale dixit: de
tortura vero que non repente vel paulatim ac-
cidit non loquimur: ipſa enim non contingit
niſi in freneſi pernitioſa vel ſuꝑ alio morbo acu
to vel alia cauſa vehementer exſiccante morte
iam imminente: ⁊ eſt ex ſiccitate. Et ſic finis ca-
pituli textualiter.

Expeditis textualibus ex ordine: videatꝛ
ꝑmo de q̄d nōis ⁊ q̄d rei. Scōo
ponētur ſpēs ⁊ diſtinctiones eius. Tertio po-
nentur ſigna ꝓnoſtica: poſtea demōſtratiua ge
neris ⁊ ſpecierum: quarto ponetur cura regimi
nis ⁊ medicinarum.

Quid nois ⁊ quid rei. Prīo ergo circa q̄d
nōis. nota q̄ hic terminus tor
tura multis modis ſumitur: nam aliquādo im-
portat actionem cum dolore corporis torquen

Hic terminus tortura tribus modis ponitur ſumi.

tis propter dolorem. vt ſecundo tegni. Tortio
vero in ventre. ¶ Aliquando vero proprius im
portat omnem remotionem cuiuſlibet figurati
a ſitu partiū eius vel in figura: ⁊ hoc modo tor
tio vel tortura cuilibet a recto ⁊ obliquo cōmu
nicari poteſt. ¶ Tertio contrahitur magis ad
membra que taliter contorqueri poſſunt ꝑpter
malum ſitum partium eoꝝ: ⁊ hoc modo vt dice
bat circa literam in oī mēbro in quo pōt accide
re paraliſis ⁊ ſpaſm⁹ in oī tali pōt accidere tor-
tura: qꝛ per paraliſim elongantur partes a ſitu
ſuo naturali ⁊ ſocietate debita: ⁊ per ſpaſmum
cōtrahuntur: ⁊ hoc modo ſumitur tortura apud
medicos: qꝛ eſt morbus officialis in ſitu: ſaltē
ſumendo ſitum pro ſocietate. Uez qꝛ ſepe mani
feſtatur talis ſitus malus in facie: ideo auctoꝛ-
res ſolum faciunt mentionem de tortura faciei
et non aliorum membrorum etiam qꝛ maior fe-
ditas eſt ex parte faciei qn̄ labia vel palpebre
non ſimul cōiūguntꝛ: qꝛ ſunt membra ſeparata
et diſtincta: ideo aliqui autores magis cōtrahē
tes fecerunt capl'm de tortura oris: l; vt ſupra
dixi per torturā oris poſſunt etiam intelligere
torturam faciei. tortura ergo faciei vel oris eſt
mala figura ⁊ feda partium faciei: qn̄. ſ. non ſit
debita obuiatio labiorum adinuicem: ita. ſ. q̄ꝺ
medium labij ſuperioris non occurrit medio la
bij inferioris. Et ſic ꝑꝫ quid nominis.

Qr autores magis fecerūt mētionem de tortura faciei.

¶ Quid aūt rei diffinitiue declaratꝛ ab Aui. 2ª
tertij. capi. proprio: q̄ꝺ tortura eſt morbus offi-
cialis in facie: ſm̄ quē mouetur pars faciei ad
partem innaturalē ⁊ alteratur forma et figura
eius naturalis. ſ. faciei: ⁊ remouetꝛ bonitas ob-
uiationis vtrorūq̄ꝫ labioꝝ ⁊ ambaꝝ palpebraꝝ
ex parte. Dicit primo morbus officialis. nam eſt
membri organici. ſ. faciei: qꝛ alteratur figura ꝑ-
ternaturaliter: ⁊ eſt ſenſibiliter ledēs operatio
nes maxime in flatu ⁊ expuitione: eſt etiā mor-
bus in ſitu qꝛ partes mutāt debitū ſitū a natu-
rali ad innaturalē: ⁊ nō tm̄ in ſitu pro loco: ſed
etiā ꝓ ſocietate: vt ꝑꝫ. ⁊ dicebat q̄ mouetꝛ ad ꝑ
tē innaturalē: q̄ꝺ dupl'r pōt intelligi. Uno mō
q̄ pars ſana ꝑpter ꝑtē egrā moueatꝛ ad ꝑtē in
naturalē. nā palyticata ꝑte dextra ⁊ ipſa caden
te ſupra ꝑtē ſiniſtrā ꝑpter mollificationē ipſi⁹
dextre: tunc pars ſiniſtra ſana exn̄s ſm̄ partē il-
lius mouetꝛ ad ſitū illi nō naturalē per modum
infra declarandū: vel aliter pars faciei mouetꝛ
ad partē innaturalē. i. pars ſana mouetꝛ ad ꝑtē
nō naturalē. i. ad eā q̄ non eſt naturaliter diſpo
ſita: vt contingit qn̄ pars ſiniſtra ſpaſmatur ꝑ-
te dextra ſana exiſtente: tūc propter ſpaſmum
partis ſiniſtre contrahitur pars dextra ad par-
tem innaturalē. i. innaturaliter diſpoſitā. ſ. ad
ſpaſmatā: vel vl'r in tortura mouetꝛ pars faciei
ad partē innaturalē. nam cum in omni tortura
ſiat morbus in ſitu neceſſario opꝫ q̄ pars faciei
permutetur a naturali ſitu. addit. ⁊ remouetꝛ bo
nitas ⁊c. ex ꝑte. i. q̄ hec bonitas obuiationis re
mouetur ex parte. ſ. ſana: vel ex parte egra: vt di
ctum eſt: palytica vel ſpaſmata: qꝛ qn̄q̄ꝫ contin-
git ex parte ſana: qn̄q̄ꝫ ex egra. vel ex parte. i. ꝓ-
pter cām in vna parte. ſ. in vno labio vel in vna
palpebra: ⁊ ſic alteratur forma faciei: ⁊ ꝯſequen
ter remouetur bonitas obuiationis labioꝝ ad-
inuicem. ¶ Nota tamen ꝓ intellectu huius nō
eſſe neceſſarium in omni tali tortura faciei cor-

Diffinitio torture oris

rsipi bonitatē obuiationis labioꝝ. Nam cōtin git male disponi musculos motiuos palpebra rū vel frōtis nō lesis musculis maxillaruz vel labioꝝ in quo casu fiet tortura faciei vt frōtis vel palpebraꝝ nō facta tortura labioꝝ ⁊ cōtra ꝯtingit indispōi musculos labioꝝ ꝑternal̄r nō indispositis illis q̄ mouēt mēbra superiora v̄ sus frontem: sepe tn̄ cōtingit ꝓpter vicinitatē neruoꝝ musculoꝝ mouentium ⁊ labia ⁊ palpe bras ⁊ alias partes faciei: q̄ stāte nocumēto in musculis labioꝝ: stat etiā nocumētū in mu sculis palpebrarum: ⁊ ecōtra: ideo diffinitio ca dit super illud quod vtplurimū est cōtingens.

Distinctiones.

Jam sunt ponēde distin ctiones: quaruz Prima est ista. q̄dā est tortura faciei facta incipiēdo. q̄ dā est sequēs ad alios morbos maxime cerebra les vt ad subeth apoplexiā vel epilepsiā: ⁊ que dā cū eis cōiūgitur ⁊ quedam non.

¶ Alia distinctio. cū paralysi vel spasmo ptiū faciei q̄ sunt idē ꝙ tortura eius vt dictū est ali qn̄ cōiūgitur paralysis ꝓprie sumpta vnius la teris infra caput vel alioꝝ mēbroꝝ multū siue spasmuz ipsoꝝ mēbroꝝ ⁊ aliqn̄ nō. ¶ Alia disti ctio est de incipiēte: q̄dam cōiūgitur cuz obtu sione sensuū ⁊ grauitate mot⁹ ⁊ v̄tigine ⁊ reli quis añtibus ad apoplexiā: q̄dā stat cū bonita te opationū aīaliū aliaꝝ ab operationib⁹ par tiū faciei. ¶ Alia distinctio. talis tortura aut est recēs aut est antiqua: ⁊ etiam q̄lz talis aut est multū feda ꝓpter multū ꝯuerti figuram a naturali ad innaturalē: q̄dā modicū feda.

¶ Ultima distictio: q̄dā coniungit̄ in corpore forti ⁊ robusto ꝑ etatē vel ꝯplōnē: q̄dam in cor pore debili naturaliter vel accidētaliter

Cause.

Istis stātib⁹ veniēdū est ad causas: Cause aūt torture sūt due in genere s. paralysis aut spasmus vt innuit Ra. in diui sionib⁹ ca° ꝓprio: ⁊ similiter p° cōtinētis mul totiēs: ⁊ Auic. 2ª tertij. ca° ꝓpō. nā ꝓpter quā cūq̄ causam mollificationis vl̄ spasmi in parti bus faciei cōtingit fieri malā figurā ⁊ partem faciei ꝯhi ad ptē nō naturalē vt supra declara tū est. fit aūt aliquotiēs ⁊ sepe vna pte tm̄ egra existente ⁊ alia sana.

¶ Sz ꝑter cās tales vt ꝓpter paralysim vni⁹ partis alia parte sana exñte vl̄ ꝓpter spasmuz vni⁹ ptis alia pte sana exñte aliqn̄ ꝯtingit q̄ vtraq̄ pars d̄r lesa. dico etiā essentialiter ⁊ nō tm̄ ꝑ cōitatē. nā nō repugnat vnā ptē palytica ri ⁊ aliā spasmari: ⁊ sic pars spasmata trahit ꝑ tē palyticatā habilē tractui versus eā: cōtigit etiā vtrāq̄ palyticari sed inequal̄r ⁊ vtrāq̄ spas mari ⁊ inequal̄r s̄m q̄ nerui motiui diuersaꝝ ptiū sunt diuersi. nā vbi forte spasmarēt equa liter non appareret illa mala figura qm̄ esset ꝯ resistētia ptis ad ptē: ⁊ sic nō fieret tract⁹ alic⁹ ptis ad aliā ptē vt pz ꝯsyderāti: ⁊ iō cā vn̄ fiat mala figura stāte vna pte sana et reliqua egra maxime sumit̄ ex hoc ꝙ naturaliter musculi mo tiui diuersaꝝ ptiū faciei vt partis dextre ⁊ sini stre tenēt naturaliter illas partes taliter situa tas s̄m certū modū ⁊ quādā ꝺr̄iam ita vt nō vl tra naturaliter dilatari possint vel corrugari: ⁊ ideo mollificato musculo vni⁹ ptis decidit il la pars mollificata q: nō sustentat̄ ex musculo sup aliā ptē: ⁊ alia pars etiā si sana fuerit depo nitur ⁊ ꝯhi videt̄: ꝙuis sana existēs ꝓpter aliā partē nō cōtra resistere: inmo in illo casu pars q̄ est sana cōtracta apparet ⁊ pars mollificata q̄ est egra nō videt̄ lesa. Cōtingit etiā oppositū nā spasmato musculo ptis dextre tūc violēter ꝯuertit̄ ps sana ꝓpter alligationē ad ptē egrā maxīe si cōtraheret̄ mollificatio illius partis: tūc maior fit spasmus ⁊ cōtractio etiā in parte p̄ncipaliter egra spasmata ꝓpter nō ꝯ resistere reliquā ptē ad tractum partis egre.

¶ Ueruz est tn̄ ꝙ lz a paralysi ⁊ a spasmo fieri possit tortura vt dcm̄ est. ⁊ sic quecūq̄ cause ēt añtes ⁊ p̄mitiue que sunt vel esse possunt cau se paralysis vl̄ spasmi: sunt etiā vel esse possunt cause ipsi⁹ torture: ideo de illis specialiter dis currēdo nō ꝓcedā remittēs me ad causas pa ralysis supra dictas ⁊ ad causas spasmi infradi cēdas: tn̄ s̄m sniam auctoꝝ vt multuz ⁊ magis fit tortura a spasmo q̄ a mollificatione: vt dic̄ Aui. in tex. ⁊ hoc est quia facilior est dispositio spasmus q̄ paralysis: etiā vt voluit Ra. 3° cōti nētis. Nā dixit ꝙ tortura est spasmus s̄m plus ⁊ mollificatio s̄m minus. Et addit: ⁊ hoc dz in quiri ꝑ signa sed nō multū refert eo quod cura debet esse vna ⁊ eadē quia spasmus est humi dus. s. de quo est sermo ⁊ nō siccus. Est ergo ne cessaria inuestigatio ad agnoscendū que sit ps p̄ncipaliter lesa vt ei medicamen ꝯueniēter ap plicari possit quia que sit pars egra vel sana est a doctoribus aliquotiēs dubitatū ꝓpter di uersos textus auctoꝝ hincinde. Et in hoc Bēri lis fecit lōgam discussionem. sed ꝓpter abbre uiare q: nō est necessaria talis inuestigatio cu riosa ꝑ rationes: ponā signa ad distinguēdum sed anteq̄ ponamus huiusmodi signa prius po nenda sunt signa communia. primo ꝓnostica: deinde demonstratiua.

Sepi⁹ fit tortura a spasmo q̄ a paralysi

Signa.

Signa igitur ꝓnostica sunt dupli cia: q̄dā sūt talia futuri euēt⁹. q̄daz terminationis ad bonū vel ad malum.

De signis futuri euē tus tortur̄

¶ Signa futuri euētus sunt salt⁹ vl̄ iectigatio vel mot⁹ partiū faciei ⁊ dolor circa ossa faciei. Dic̄ Ras. p° ꝯtinētis. stupor circa coriū faciei. i. cutim: iectigatio aūt vl̄ salt⁹ est añs ad tortu rā ⁊ maxīe cū fit a spasmo. nā sign̄at mām gros sam induratā circa partē musculorū ipsius fa ciei q̄ ꝯuertit̄ in vētositatē q̄ cū nitit̄ ad exitū facit saltū ⁊ iectigationē: q̄ vētositas sua quali tate etiā p̄t facere stuporē in cuti. talis ergo vē tositas cū pseuerat faciēs saltū sigñat nām im potētē ad ipam resoluēdū sz sufficiētē cōuerte re mām in vētositatē: q̄ mā faciet ad paralysim si fuerit subtilis humida: vel spasmuz si fuerit grossa sic rationabiliter esse debet perseueran te saltu. ⁊ ideo nūcia torturā. ¶ Stāte etiā do lore circa ossa faciei denotat̄ mām esse ꝓfundā vn̄ ꝯsequēter significat futuꝝ spasmuz maxime si fuerit perseuerās dolor: ⁊ sic significat tortu rā. ¶ Item dicit Aui. secūda tertij ca° ꝓprio in fine capl̄i de signis: colligēs hec tria signa que dicta sunt ꝓnostica dicit. Et ex signis q̄dē tor ture euētus est ꝙ homo inuenit dolorē in ossi bus faciei. i. in ꝓfundo versus ossa ⁊ stuporem in cuti sua ⁊ multitudinē salt⁹ eius: vel sup. ie ctigationis. signāter dixit multitudinē saltus eius: ad denotādū de perseuerātia horū signo rū esse cōditionē necessariā ad significādū sup

torturā. Et sic voluit ꝙ eius euentus declarat
ex dolore circa ossa .i. pāniculos ossa circūdan-
tes: ꝛ partē ꝓfundā ipsius faciei ꝛ saltus vl' ie-
crigatio ꝛ stupor cutis. Aācedit etiā aliqñ do
lor capitis maxime cū tortura debet esse spas-
mosa: ꝛ qñ eius pncipiū est ex cerebro ꝛ etiā ob
tusio in opationib' animalibus sensitiuis in
casu dicto. Hec tñ vltima signa nō semp antece
dūt neqꝫ cōcomitāt ad torturā: vt cōicata lesio
ne tm̄ musculis faciei ꝛ nō cerebro: lꝫ fiat tunc
dolor ꝛ saltus ꝛ forte stupor in partibus faciei
nō ꝓpterea seqtur obtusio in opationibus no-
bilioribus animalibus neqꝫ dolor capitis.

De signis pnosticis ad maluꝫ.

¶ Signa ṽo pnostica terminationis ꝛ p° ad
malū dicit Ra. p° cōtinētis ꝙ qñ tortura trās-
cēdit sextū mēsem fit incurabilis: tūc eñ decla
rat ꝙ fortis fuerit causa ei' euētus: ꝛ maxime
si cū bono regimine in dieta medicinalibus nō
curātur in sex mēsibus: tūc euidēs fit signū qꝺ
nō est curabilis: immo dicit Ras. debet cura-
ri tortus per mēsem: ꝛ si nō curat. s. medicinis
debite applicatis tunc nō est spes curationis
saltē vt in pluribus. Ex hoc tñ nō fiat arg^m: ꝙ
si est incurabilis qꝺ ꝓpterea fit morbus morta
lis: Nā dicit Ra. loco allegato ꝙ vidit patiētes
torturā p. x. ꝛ. xx. ꝛ. xxx. ānos: neqꝫ tñ sequutum
est piculū. Et dicit alibi. dico ꝙ vidi patiētem
torturā ꝛ nō morabat in camera obscura ꝛ sem
per videbat lucē faciēdo oīa exercitia q̄ sibi in
cumbēbāt ꝛ nō obfuit ei. etiā hoc maxime verꝫ
est qñ nocumētū nō est cōmune cerebro vl' ori-
gini neruoꝝ: qꝺ declarat ex bonitate sensuum
interioꝝ ꝛ ex opatione eoꝝ: sed tm̄ est nocu^m cō
municatū musculis ꝓprijs faciei. Naꝫ dicebat
idē Ra. dico qñ in patiēte torturā non deficit
patiēs in suis opationibus. s. animalibus eis
morbus nō est ex cerebro: ecōtra dicat vt colli-
gitur loco alle. ꝙ tortura eueniēs vsqꝫ ad 4^m
aliqñ portēdit mortem: ꝛ si effugiat 4^m nō est
tātus timor. Uñ de hoc dicebat etiā Ras. loco
alle. auctoritate Scardi: ꝛ innuit in quodaꝫ li
bro ꝙ patiētes torturā timēt subitaneā mortē
vsqꝫ ad q̄rtū: ꝛ si transeūt hūc terminum nō for
midāt de morte. Ideo dixit Avi. ca° ꝓprio. Qui

Patiētes torturā suspecti sūt de morte subitanea vsqꝫ ad 4^m

dā aūt existimauerūt ꝙ in patiētib' torturā ti
met mors subitanea vsqꝫ ad quatuor dies eoꝝ.
si ṽo hos ptrāsiuerint euadūt: ꝛ hoc est qꝛ quar
ta est dies creticus: vñ per malam crisim posset
terminari ad apoplexiā quā pnunciat vt loco
alleg. A. dixit hoc. s. est qñ cū tortura stāt signa
añdicta ad apoplexiā vel epilepsiā fortē vl' apā
cerebri de q̄bus supra dictū est. nō est tñ simplr
dicēdū ꝙ post 4^m nō fit timor: immo post 4^m ꝛ
20^m pōt esse timor maxime cū isīgūt in ꝓcessu
signa apoplexie vel epilepsie vl' apatis cerebri
qm̄ cū ꝯuertit ad aliqꝺ hoꝝ est signū male ter-
minationis. Aliꝺ signū ad malum. tortura eue
niēs in etate decrepita fit vt in pluribus incu
rabilis. pꝫ vt supra de tremore: ꝛ simili causa: ꝛ
silr si accidat corporibus aliter multū debilib'
maxime cū succedit ad morbos lōgos cerebra-
les. ¶ Signū ṽo ad bonū in tortura est cū ipa
nō est feda ꝛ accidit in corpore ex causa pmiti-
ua manifesta maxime de occursu aeris frigidi ꝛ
in corpore in reliquis opationibus nō leso: sic
ex predictis colligi potest.
¶ Signa ṽo gñis sunt signa posita circa lr̄am
sm Rasim in textu. ꝛ sm. A. sunt vt accidat in-
flatio faciei sup. maxime ptis lese: ꝛ hoc ꝓpter
materiā replonalē ꝯtingētē in tortura in pa-
ralysi vel spasmo ei' vñ fit inflatio. vel fit etiaꝫ
ꝓpter difformitatē partiū faciei maxie in par
te ꝯcta: qm̄ ibi alique partes sunt magis gros-
se. ¶ Aliud signū cōe etiā sm. A. est emissio spu
ti ex latere ꝛ nō retinet saliua partis vel forte
patiētis. nā qꝛ labia nō bene sibi obuiant non
pñt in rectū sufflare vel expuere sed lateraliter
ꝛ ꝓpter hāc causam nō retinēt saliuā sꝫ effluit
Sꝫ ista signa. A. sunt signa torture vt multum
ꝯtingētis sicut etiā signa Ra. vt fuit dcm̄ in li
tera puta torture communicate partib' oris:
nam in tortura partium superiorū non fierēt
predicta.
¶ Signa vero distinctiua inter partē sanam ꝛ
egrā sumūt ex eo qꝺ pars sana etiā nō mota re
ducitur ad sitū suū nālē si pars egra etiā p vio-
lētiā trahatur ad sitū naturalē. vñ si pars sini-
stra esset spasmata ꝛ pars dextra esset ꝯcta ad p
tē sinistrā tūc pars dextra immediate cedit ad
sitū suū naturalē tracta pte sinistra: ecōtra aūt
pars egra si fuerit nō nisi difficulter ad sitū suū
naturalē reducit maxime si fuerit spasmata: et
si fuerit paralyticata lꝫ videatur obediēs ꝛ ad
situm naturalem reducat. tamen incontinenti
non seruata eius retractione decidit vt. s.

De signis specꝝ torture.

¶ Signa ṽo specierū si fuerit a mollificatiōe
stat aliqualis stupor in parte illa mollificata ꝛ
obtusio in operationib' illius. ꝛ si fuerit pars
spasmata fit aliqualis dolor ꝛ inobediens ad
reductionē ad situm suum naturalē: pars etiā
sana apparet coloris melioris ꝛ magis tracta-
bilis ꝯsequēter: ꝙuis videat aliqñ cōtracta ꝓ
pter casum alterius ptis ad aliam ptē: tñ ex co
lore ꝛ in faciei ꝯuersione ad sitū naturalē dicit
declarari eius sanitas vel egritudo: ꝛ qñqꝫ con
tingit vtrasqꝫ partes esse lesas: ꝛ tunc erunt si-
gna lesionis in vtraqꝫ parte: ꝛ de hoc videatur
consilium per me facum de tortura oris.
¶ Rasis etiā ponit vnū signuꝫ ꝛ cum eo videt
ꝯsentire. A. maxime cū est a paralysi ꝛ mollifica
tione q̄ difficulter magis cognoscitur q̄ꝙ q̄ est
a spasmo ꝙ aperiat os patiētis fortiter ꝛ p̄ma
tur lingua deorsum ꝛ inspiciatur circa colato-
rium ꝛ palatū. nā ibi est signum distiguēs par
tem egram a sana sm incessum vnius villi et
eius: vnde dicit ipse quod vbi mollificatio fue
rit in parte dextra: exempli gratia apparebit
illa pars vel panniculus oris secundum partē
palati mollificata deorsum extensa mollis ꝛ hu
mida propter continuationē illius panniculi
cū reliquis pāniculis intrinsecis ptis faciei.
¶ Signa autē declarantia causam si fit a spas
mo distinguit a causa mollificationis: vt pau
lo ante dictum est: quoniam in mollificatione
non concomitatur essentialiter dolor sed ma-
gis stupor in spasmo. sic etiam pars spasmata
dicitur esse durior difficulter trahibilis ꝛ pars
mollificata faciliter est trahibilis ꝛ reducibi-
lis ad naturalem situm.
¶ Etiā cum spasmo non est abundantia sputi
ꝛ humiditatis defluentis ab ore sicut a tortu-
ra ex paralysi vel mollificatione. ¶ Etiā cōiter
in mollificatione membra ꝛ oculi ꝛ palpebre vi
dēt inferius deijci ꝛ oculi claudi: in spasmo vñr

surſum eleuari vel circa aures cōtrahi. alia fit elevatio ꝓpter cōtrahi mēbra ad origines ner uoꝝ: vnde in ſpaſmo ſepe cōtingit oculum vel oculos nō poſſe claudi: vbi in mollificatiōe fit clauſio oculoꝝ vel ſalteꝫ partis leſe.

¶ Signa aūt materieꝝ humoraliuꝫ paralyſis vel ſpaſmi vt vtrū q̄d fuerit ex ſanguine vel fleg-mate vel ex alia materia habētur ex his q̄ dicta ſunt ſupra ſepe.

Cura. De cura p° in regimine in dieta non hñdo ꝯſyderationē ad torturam que pēdere poteſt a ſpaſmo de ſiccitate vel ex apāte colli ꝑfocatiuo de quo videbatꝰ facē mētionem Ga. 3° interioꝝ: qm̄ tales rariſſime fiūt et ſunt vt in pluribus mortales: ſꝫ tm̄ ꝯhēdo ſermonē nr̄m ad eam q̄ vt plurimū cōtinget. ¶ Primum obſeruētur oīa ſupra dcā de regimine paraly-ſis: ꝛ qd̄ infra dicetur de regimine ſpaſmi vt. ſ. infirmus ſituetꝰ in aere calido ꝛ ſicco: ſꝫ nō mul tū calido in p̄n° ſtāte replōne toti⁹ neqꝫ exicca tiuo multū ne ſubtile exiccetꝰ groſſo remanēte ꝛ maxime in ſpaſmo: ſed vnuꝫ cōem in hoc po-nūt cañ. auctores. ſ. ſtet tort⁹ in aere obſcuro ꝙ nō eſt cōe in paralyſi neqꝫ ſpaſmo. Gētilis dat diuerſas cauſas hui⁹ dicti: ſed oēs in hoc cōue niūt auctores cauſam exꝑmēdo ꝓhibitionem occurſus ꝛc. ſed nulla cauſa eſt iudicio meo me lior niſi ꝙ cū ſūt in lumīe cōprehēdūt ſe nō poſ ſe expuere neqꝫ loq̄ niſi cū difficultate: ꝛ hūidi tates ꝛ bauas ex ore ꝓfluētes: ꝑcipue in molli ficatione vel paralyſi ne ſupueniētes ad infir-mos videāt turpitudines ipſoꝝ: etiā ipi de ſe-ipſis accipiāt triſtitiā ꝛ hmōi paſſiones anima les. nā aer luminoſus vrꝰ magis in caſu ſaltē in ꝓceſſu iuuare ſubtiliādo ꝛ reſoluēdo mãꝫ mol lificātē: ſed ne ſint ludibrio alijs ordināt aucto res vt ponantꝰ in loco obſcuro in camera calꝰa ꝛ ſicca moderate. ¶ Circa cibos ꝛ potus q꞉ de re liquis non nālibus ꝓpter abbreuiare nō eſt ne ceſſarium loqui cū regimē ſit vt dictū eſt obſer uandū vt in paraliſi ſtupore ꝛ tremore aliq̄ lau dant colūbos in prin° ꝛ mel ꝛ aquā mellis. ſed A. videtꝰ nō laudare. imo dixit ꝛ nō deſiccentꝰ cū exiccatione mellis ꝛ pullis colūboꝝ: aliq̄ dicūt ꝙ p talia p ſuā caliditatē reſoluitꝰ ſubtile ꝛ ter reſtrificatꝰ groſſum: ideo in tortura ꝛ ſpaſmo ti mentꝰ: ſed Gentilis trahit iſtū textū p exiccatio nem intelligendo ſtipticitatem ventris cū di-xit: ꝛ non deſiccentꝰ intellexit nō exhibeantꝰ ſti-pticātia ventrē: ꝛ ꝓpterea vetātur pulli colum boꝝ q꞉ tarde digeruntꝰ in tertia tertij: ꝛ ita mel coctu multū: ꝛ ꝓpterea dixit ipe ꝙ laudauit aquā ciceꝝ q꞉ ſubtiliatiua. Pro cibo laudauit cum oleo ad leniendū ne ꝓuocatione vrine inducāt ſtipticitatē ventris: ꝛ iſta ſnīa videtꝰ magis cō formari textui: qm̄ paulopoſt addit: ſi nã fuerit ſicca moueatꝰ in die ſcdo cū cliſteri vehementis lenitatis: qm̄ eſt cōueniēs quaſi innuat ꝙ leni tio vētrꝫ ſit in caſu neceſſaria: ꝛ iſtū cañ. poſuit ſignāter. A. qm̄ ſūpta debita dieta exiccatiua vt ſupra dcm̄ eſt in ſīlib⁹ fecit medicū cautū ne vē ter ſtipticetꝰ: iō ſtipticitate vētris vitupauit co lūbos ꝛc. ꝛ ita aliq̄ alij vituperant mel ꝛ oīa ex ſiccātia in prin°: ꝛ hec ꝓpter id qd̄ dcm̄ eſt: ſꝫ re vera oīa iſta ſtant in ꝯſideratione medici: ne a p̄n° occurrant multū exiccātia ne exiccetꝰ ſubti le vel ꝓpter ſtipticitatē vētris. De potu aūt in ꝯſuetis vino ſi paꝝ detꝰ ſtāte magno deſiderio erit tolerabile: ſed reglr̄ magis eſt vinū dimit-tendū: brodiū ciceꝝ multum conuenit: ꝛ carnes ſilueſtres ꝛ capretoꝝ: vt in ſīlibus dictum eſt ca uendo ab humidis ꝛ humidis herbis in virtu-te venter teneatur mollis: nā ꝛ ventris lenitio eſt maxime iuuans vt dictum eſt.

Quare debēt ſituari in loco obſcuro ſm̄ aliquos.

De cibo et potu.

¶ In regimine p medicinas circa digeſtiua ſer uetꝰ regula ꝙ dimittantꝰ ſubtiliatiua multum ꝛ fortiter digeſtiua a prin°: ſed dentꝰ decoctiones ſubtiliatiue mediocres ꝛ in ꝓceſſu fortiores cū appropriatis de q̄b⁹ ſupra in de paliſi: ēt ſi pen deret tortura a ſpaſmo. nā cura ſpaſmi nō mul-tū diuerſificatur a cura paliſis. ¶ Circa eūoneꝫ vero eſt obſeruādus cañ. ſicut in digeſtiuis vt a debilioribus ꝓcedatꝰ: q꞉ tñ eūonū q̄dā eſt regu-laris quedā cocta ꝙ eūone regulari nō dꝫ eūa-ri a p̄n° cū ſolutiuo: imo tardāda eſt eūo vſqꝫ ad 4^{m} vel 7^{m}. q꞉ ſm̄ ꝙ materia fuerit minus apta eūoni longius digeratꝰ ꝛ tardius eūetur: et hoc q꞉ morbus dat inducias ꝛ calide medicīe a p̄n°. agitādo materiā nocēt: ꝛ fortes debilitādo ꝛ ma xime cū virtus in morbis chronicis ſit multum cuſtodienda: In cura tñ coacta vbi ſit periculū de caſu in epilepſiā fortē vel apoplexiā p ſigna que ꝑceſſerunt ꝙ opꝫ a p̄n° eūare nō expectata digōne ꝓpter periculū imminēs. ideo dicit Ra ſis. in textu noſtro. hmōi curā in ſolōne ventris incipiemus cū pillulis feridis. Hoc dꝫ intelligi coacte ꝛ ſtāte repletione ſm̄ totū: ꝛ maxime ſm̄ cerebrū. Et hic eſt alius madus exponēdi iſtum textū ab illo q̄ poſit⁹ eſt circa literā. ſed ſi nō ſit talis timor prius digeratꝰ deinde eūetur: et pro hoc dicebat idē Raſis. p° ꝯtinētis: ꝛ eſt ꝑmedi-tandū in diſpōne torture: q꞉ ſi cōtingat ſenſus patientis turbari ꝛ corp⁹ eſſe pōderoſius ꝛ non agile in ſuis motib⁹ dꝫ purgari cū difficili pur gatione: ſed ſi corpus eſt ſm̄ diſpōnē naturalē: tunc eſt ſciendū ꝙ paſſio eſt ſolū in illo mēbro qd̄ eſt leſum in ꝑtibus faciei ꝛ eſt mundificatū: ꝛ nō dꝫ incurrere aliqd̄ malū niſi illud qd̄ prius habuit ꝛc. ꝛ tūc ſup. nō dꝫ eūari cū difficili pur gatione: ſed tūc in eūone habeatꝰ regula vt non eūemus cū debilib⁹. i. lenitiuis: q꞉ talia lenien-tia mollificātia mēbra neruoſa nocēt. vñ nō dꝫ dare caſſiam a p̄n°. donec digeratꝰ materia: ſed eūando eūetur cū ſolutiuis fortib⁹ ſm̄ naturā: debilibus tñ in doſi: ita ꝙ poſſint de materia ꝓ pria aliq̄d eūare. Vñ Raſ. p° cōtinētis. laudat in eūone prius aliquā digeſtionē dari de hiera hermetis: ſed bonū eſt prius interpolare p tres vel quatuor dies dādo hierā cū agarico et cum acoro ſticados que videntꝰ tanꝙ materie medi cinarū in talibus diſpōnibus: tñ cū dicit Aui. ꝛ neqꝫ facias eūonē cū debilibus nō ſufficiētib⁹ donec digō aliqua vice fiat. feſtinatio eīn ad me dicinā exiccat mām ꝛ minorat eā ꝛ exiccat ner-uos ꝛc. Aliq̄ exponūt illū text. ꝙ nō facias neqꝫ cū debilib⁹. i. cū lenitiuis vt caſſia: neqꝫ cū acu-tis ante digōnem: q꞉ medicina acuta fortis in-groſſat materiā ꝛc. ſed reuera iſta non fuit ſnīa Aui. ſed hic voluit innuere ꝙ nō debem⁹ facere eūonē cū debilib⁹ lenitiuis vt ipſi exponūt: q꞉ nō cum caſſia lꝫ in ſe hoc dictū ſit verum: ſed nō ad mentem Aui. ſed voluit vlr̄ vt voluit Gētilis et bene: vt nō eūones cū debilib⁹ abſolute: q꞉ ni hil imprimunt in mām ſicut eſt caſſia fi. iō dixit

Cañ. obſeruād⁹ quo ad digeſtiua.

Cañ. obſ-uād⁹ quo ad euacuatiuam.

Cōtrariuꝫ cañ. agitꝰ i caſu p̄nti. Nota.

Not. bene regulā preſentem.

No. qualꝰ caſſia fi. in hoc caſu nō valet.

nō sufficiētib⁹. vt ēt ipsi dicūt. sꝫ sup. eña cū debilib⁹ qꝛ sunt vno mō debilia ꝛ alio mō fortia donec digō ꝛc. qꝛ lꝫ nō sit digestio ꝑfecta sed inchoās in morbis hmōi flegmaticis multotiēs minuim⁹ de mā cū medicinis solutiuis debilibus ꝛ sufficiētib⁹ vt cū infusiōe turbith ꝛ agarici dimittēdo nō sufficiētes vt purā cassiā: et verū est ꝙ festinatio ad medicinā acutā. i. fortem vt colloq̄ntida exicat ꝛ minorat ꝛ restringit materiā minorādo: ꝛ sic exiccat eam ꝛ desiccat neruos: qꝛ nō exñte mā ꝑata eñoni ꝯuertit se ad humidū neruorum ꝛ debilitatur oꝑatio i. non facit operationem quam intendis.

De diuersionib⁹ fiēdis in hac egritudīe.

¶ Deide fiāt diuersiones ꝑ clysteria ꝛ cū vētosis maxime circa collū sine scarificatiōe ad calefaciēdū neruos ꝛ diuertendo materiā ne fluat ad musculos faciei: sꝫ nō fiat a pn°. valēt etiaꝫ fricationes mēbroꝝ inferioꝝ: lotiones tibiarū cū approp̄atis decoctionib⁹ vt acori sticados maiorane calamēti pulegij rorismarini ꝛ sil'iū ¶ Dehinc veniat ad ꝑticulares eñones cū gargarismisq̄ maxie valēt in casu vt supra dictū ē Et de his dixit Me. vex gargarismata cūctꝫ medicinis ꝓponēda sūt cū caputpurgijs cum sint vtraqꝫ cura xa qm̄ faciūt ad motū oris ꝛ ꝑtiū circūstātiū: facta tm̄ ꝓus eñone. nā a pn° nocēt vt dicebat Aui. intēdere aūt ad gargarismata a pn° est nocēs. ꝛ qñqꝫ attrahit qꝺ ꝓpinquū est ꝛ nō resoluit crudū. ¶ Fiat deīde ꝯfortatio calidi nālis istoꝝ mēbroꝝ: sꝫ eñoꝛ resol'o materie cū gargarismis fiāt cū oximelle cū modico synapis ꝛ piretro faciēdo decoctionē synapis et piretri: vel synapis tm̄: ꝛ postea cū oximelle s. fiat gargarisma de quo dixit Rasis p° ꝯtinētis Dico ex autoritate olibasij ꝙ flegma viscosum purgatur cū semine sinapis mixto cū sirupo acetoso facto gargarismate ex eo ꝛ addit ꝛ est bonū dictum: ꝛ alia gargarismata non trahūt nisi humiditatem subtilē. ¶ Fiant ēt masticatoria appropriata ex acoro nucemuscata pipe longo piretro ꝛ cū modico cere fiat masticatoriū. ¶ Ualent etiam caputpurgia de q̄bus dixit Auic. dignius vero quo fit caputpurgiū est auricula muris: voluit ergo ꝙ succus auricule muri sit mirabilis: estqꝫ auricula muris spēs sil'is maiorane vel ex decoctione eiusdem potest fieri: ꝛ si ponatur paꝝ sinapis vel nigelle est forti⁹. ¶ Laudant aliqui flōiam vene sub lingua in chronica tortura: sed Aui. artificiose loquens dixit. Si fuerit sanguis dñans ꝛ recte etiam circa faciē.

Raß. p° cōtinētis. dico ꝙ ego vidi multos liberari ab hac egritudine soluꝫ cū ista herba.

¶ Cōiter laudant oēs ꝛ iubēt qꝺ habeāt speculum factū ex calibe: qꝛ talia specula sunt plana reddunt faciē magis latā ꝛ repñtant maiorē deformitatē: ꝛ ꝓñr ꝯuertunt ꝛ melius rectificāt faciē eoꝝ: ꝛ ipsi infirmi se iuuāt tunc manib⁹ conuertendo ꝑtes eoꝝ ad sitū nālē: postea facies reducta ad sitū nālē ligeꝛ cū plumaceolis prius factis inunctionib⁹ resolutiuis cōfortatiuis vt ē oleū de costo de spica. ꝛ hoc in pēdēte a palisi. ¶ Uñ aduertēdū est bene ꝙ si tortura fit a spasmo nō debēt poni hmōi localia calefaciētia exsiccantia multū nō ꝯuenientib⁹ mollificatiuis qm̄ mā spasmi est grossa: ideo opꝫ ꝯuenire cum mollificantibus vt oleo amigdalaꝝ dulciuꝫ de lilio simplici cum mucillaginibus altee ꝛ fenugreci ꝛ sil'ibus: ꝛ postea venire ad olea fortia calefacientia ꝛ exiccantia: non solum circa facieꝫ sed circa nuchā ꝛ collum. ¶ Et si paralisis sit circa frontem primū extēdatur pars ad sitū nāleꝫ ꝛ ligentur cū binda ꝛ plumaceolis infusis in locis exiccātibus ꝛc: sed vl'r singula die speculenꝛ ꝛ nitantur ad rectificationē q̄tuꝫ possibile est. ¶ Laudatur ēt si in ore teneant nucē muscataꝫ in parte lesa fractā vel mirabolanos kebulos vel nigros vel acoꝝ cōditū vel piretrū cōdituꝫ nā est fidelis medicina vt dicit Mesue.

¶ Laudatur sil'r fieri euaporationem ad facieꝫ facta decoctione reꝝ calidaꝝ exiccatiuaꝝ in vino vel aceto ꝛ aqua: vt camomille melliloti: calamenti: sticados maiorane hysopi serpilij pulegij ꝛ hmōi cū acoro nuce muscata: q̄ postq̄ bullierint debita decoctione fiat stupha ꝛ recipiaꝛ fumus ad faciē. nā ꝑ eaꝫ aperiuntur pori faciei ꝛ per sudorem mā educitur ꝛ cōfortanꝛ nerui et neruosa mēbra. Et eadē decoctiōe fiat artificiū tribus vel quatuor dieb⁹ capiēdo lapides ignitos ꝛ superponendo ad dictā decoctionē: ꝛ cum pannis tegendo vas vel bacile in quo ponūtur lapides igniti cū decoctione. recipiatur fumus ad partem lesam faciei. ꝛ si fiat cuꝫ emboto erit fortior impressio si etiam istud fiat anteq̄ veniatur ad vnctiones felicitabitur operatio.

Raß. p° cōtinēñ. circa fineꝫ capituli. vl'. dicit recipere fumū ex decoctione camōille inclinata facie supra ipm ieiuno stōcō fert plim torture.

¶ Laudauit etiā Raß. p° cōtinentis. vt coquātur carnes syluestres. s. sicce ꝛ teranꝛ ꝛ misceanꝛ cum oleo appropriato ꝛ calide apponanꝛ super locū torture. Et dixit ꝙ hec est melior et magis experta cura que reperiatur ad hunc morbum. ¶ Cōfectiones etiā cerebrales oēs ꝯueniūt vt de metridato tyriaca ꝛ reliq̄s de q̄bus supra: et inter alia valet electuariū. Rasis p° ꝯtinētis de quo dixit. Electuariū mirabile ꝛ expertū ꝛ fuit repertū in quodā antiquo tractatu cuiusdā medici. ℞. ꝫinꝫiber ꝛ acoꝝ. teranꝛ ꝛ ꝯficiantur cum melle. ꝛ detur de eo ad quātitatem vnius uncis mane ꝛ sero. ¶ Ponit etiā vnū aliud electuariū singulare hic dicēs melior ꝛ exꝑtior cura que reperiatur in hac egritudine est dare omni die in quātitate vnius oui de seminibus iuniperi tritis ꝛ pulueriꝫatis ꝛ ꝯfectis cū tātūdē de melle. ¶ Postremo qñ alia nō cōtulerint veniendum est ad cauteria: de quibus al's dictū est: ꝛ de his dixit Mesue. ad cauteria autem approximandū quādo iam alia non contulisse experieris: ꝛ hoc erit vltimum studium: ꝛ de his dixit Rasis p° cōtinētis: ꝛ si hec oīa. s. medicinalia dicta nō cōferunt coquaꝛ vena que est post aurem ꝛc. Et sic est finis huius capituli de tortura oris ꝛc.

¶ De spasmo thetano ꝛ alcuꝫeꝫ. Ca. xiij.

CUm aliquod membrū alicuius cōtrahiꝛ ꝛ ad suam redit originē aut plura ex membris sic disponunꝛ ipsa spasmata esse ꝓnūciabimus. ¶ Spasmus aūt subito aut paulatim inuadit. ¶ Spasmo autem subito euenienti eadem preparanda est cura quā in paralysi cōferre diximus. In eo tamen fricatione manuum et inunctione ex oleo costino plus vtimur.

¶ Spasmus vero qui non repente sed suaniter accidit post febrē aut post multam ventris solutionem aut multū vomitum aut sanguinis fluxum: malus est et vix curabilis. ¶ Quicquid tamen accidit ei mederi incipiemus. Egro nāq; ordei aquam ꝛ iura vnctuosa et mollia ministrabimus: et in aquam dulcem tepidam ipsum mittemus: et inungem⁹ ex oleo vio. tepido ꝛ oleo de semib⁹ cucurbite: et precipue neruorum radices in quibus spasmus existit. In tina quoq; diu moretur et ex oleo viola. inungatur. De vino bibat patiens parum: qđ tn̄ multā habeat aque admixtionē ꝛ cibis nutriatur humidis.

Istud est capitulum de spasmo: qđ sic ꝯtinuatur ad p̄cedens: nā postq̄ꝫ supra in p̄cedenti cap. determinauit de tortura oris: q̄ꝛ vt in pluribus pendet ex spasmo vt dictum est supra: fuit ꝯueniēs ad ꝑfectam intelligentiam torture facere ꝯn̄s capl̄m de spasmo. Declarando ergo de spasmo tria facit p̄ricipalr̄: qm̄ p̄ signa declarat eē ipi⁹ spasmi vt ex dictis signis habeatur quedā significatio spasmi. Scđo ponit vnam diuisionez, vt innuat quasdā differentes sp̄es spasmi. Tertio sequitur ad curam eius. scđa pars incipit ibi. (Spasmus aūt aut subito ꝛc.) tertia ibi. (Sz ex subito venienti.) ¶ De prima parte dicit. Cum aliqđ mēbrū alicuius ꝯtrahit̄ ꝛ ad suā redit originē: aut plura ex mēbris, sic disponuntur ipsa spasmata ꝓnunciamus. i. in eis declarat̄ eē disponem q̄ est spasmus. ¶ Pro intelligētia ꝑtis est notandū ꝙ ex verbis positis in litera Rasis manifestat duo principalr̄ q̄ sunt velut differētie ad declarandū spasmū: que etsi sit passio nernosa differt a paralisi ꝛ ab alijs dispōnib⁹ membroꝝ neruosoꝝ. Primū est ꝙ mēbrū cū torquet̄ non solū cōtorquetur: sed talis cōtorsio fit cum redditu vel cōuersione ad suā originē: puta ad cerebrū vel ad nuchā q̄ sunt prin^a ꝛ origiēs neruoꝝ: ꝛ ꝯn̄r lacertoꝝ mēbroꝝ neruosoꝝ. nā si fieret torsio ossis p̄ncipl̄r ꝛ non mēbri neruosi vt cū torquetur crus vel brachium p̄ cōtorsionē ossis non deberet dici spasmus: sed cū cōtorquet̄ mēbrum organicū ꝛ maxime iūcturale ꝓpter contractionem lacerti quo mediante p̄ alligationē ad iuncturam mediantibus chordis fit ꝯn̄r cōtractio illius mēbri secū cōcathenati: vt cōtracto lacerto brachij a cubito infra in parte domestica exn̄te: ꝯhit̄ ꝯn̄r man⁹ parua ꝛ ꝯuertitur ad suū p̄n^m: puta versus radicē ipsi⁹ lacerti ꝛ eo mediante versus nuchā ꝛ cerebrū. Signū qđ pōit ad declarandū spasmū est vt ꝙ ꝯtrahat̄ vnū mēbrū tm̄ aut plura ex eis ꝛ nō oīa qđ māifestauit p̄ hoc qđ dixit vnū aut plura: qm̄ si oīa vl̄r ꝯtraherent̄ mēbra versus originē: puta cerebrū: iaz illa ꝯtractio ꝛ redditus ad suū prin^m non deberet dici spasmus: vt spasmus distinguit̄ ab epilepsia: sed ꝓprius dz dici epilepsia: vt paulopost dicet̄ cū declarabit̄ de quid nois ꝛ q̄d rei ipius spasmi. ¶ De scđa parte ponit vnā distinctionē de spasmo dicens. spasmus aūt aut subito aut paulatim inuadit: ex qua distinctione ipse innuit distinctionē cōiter datā de spasmo māli. s. vel ad mām ꝓportionato: ꝛ est ꝙ q̄dā ē spasm⁹ de repletione vt qui subito fit: quidā est spasm⁹ de inanitione vt qui fit paulatim: nā vt plurimū spasmus repletionalis fit per defluxum māe q̄ recipitur in musculis vel lacertis: vnde fit dilatatio ꝓpter impletionem subito: ꝛ ꝯn̄r abbreniatio in longum: spasmus aūt sequens inanitionem ꝛ minorationē humidi q̄ dict⁹ est spasmus de siccitate paulatine inducitur: quō aūt ꝛ qualr̄ fiant isti spasmi videbit̄ in scđo p̄ncipali de sp̄ebus eius. De spasmo aūt ad mām nō ꝓportionato non fecit mentionem tanq̄ꝫ breuiloquus: ꝛ qm̄ talis spasmus vt in pluribus reducitur ad alteram illaꝝ specieꝝ de quibus dictū est vt infra consideranti patebit.

Declo p̄me ꝑtis hui⁹ capituli.

Declatio scđe partꝫ p̄ricipalis hui⁹ capl̄i.

¶ Sequitur alia pars. (Sed ex spasmo.) Ista ē tertia pars in qua ponit curā ipsius spasmi. Et duo facit principalr̄: qm̄ p̄^a excusat se a p̄ricipali determinatione spasmi repletionalis ꝓpter ea q̄ dicta sunt supra in cura paralisis: q̄ꝛ cura fere est eadē: lz poneret vnū sp̄ale spasmo differenter a paralisi. Scđo ꝯn̄r ipse ponit curā spasmi de inanitione siue siccitate. scđa ibi. (Spasmus vero q̄ non repente ꝛc.) ¶ De prima parte dicit. s. spasmo subito euenienti ꝑquirenda est cura quā in palisi diximus cōferre: deinde ponēdo curā sp̄alez differentē a palisi dixit: in eo tū s. spasmo fricatione manuū. s. spasmataꝝ ꝛ inūctionibus ex oleo costino plus vtimur. ¶ Pro intelligentia huius partis opꝫ notare ꝙ materia spasmi vt multū differt a mā palisis vt lati⁹ infra videbitur in hoc. s. ꝙ mā spasmi est grossior q̄ꝫ mā palisis ꝓpter cās infra dicēdas: lz in reliquis cōicent. s. in hoc qđ est mā frigida flātica: ꝛ in hoc qđ est recepta in villis neruoꝝ lacertoꝝ vtraq;: vnde dicebat Aui. scđa tertij. ca°. de spasmo: mā vero spasmū faciens nō efficit spasmum ꝛ mollificat. i. nō facit paralisim: ꝛ est satꝫ cōis modus loquēdi nisi ꝓpter suā grossitudinem: ꝛ q̄ꝛ non est ingressa subām villi ꝑuo ītroitu. s. in poris paruis sup. tm̄ mēbri quo inuetur s. p̄ hmōi paruū introitū ad mollificationē ꝛ paralisim: sed est coartata in foraminibus magis ꝛ sua grossitie dilatat ꝛ ꝯn̄r abbreniat: vn̄ materia palisis subtilior exn̄s imbibita in poris minutissimis mēbri elongat ꝛ relaxat: ꝛ ex hoc fundamento satis ꝑꝫ quō mā paralisis cōicat cuꝫ materia spasmi: ꝛ cōsequenter ipsius cura cōicat: q̄ꝛ cū intentione ad mām frigidā flāticā in neruosis mēbris p̄ter naturā receptam: et ideo cū digerentibus ꝛ eūantibus quasi equalr̄ ꝛ cū cōfortantibus cerebrum ꝛ neruos etiā equalr̄: sed in eo qđ est mā grossior ꝛ magis in ꝓfundo ad intellectum datum est indigentia fortioris resoluentis ꝛ exiccantis. Et ꝓ tanto innuebat hoc in textu p̄ hoc qđ dixit ꝙ vtemur plus fricatione manuū in spasmo q̄ꝫ in paralisi. s. calefaciendo ꝛ exiccando. ꝛ ex oleo costino qđ est vehementer calidum ꝛ exiccatiuuꝫ: ꝛ ex his duobus innuebat ꝙ oē aliud ingeniū faciens ad resolutionem dz esse magis resolutiuū ꝛ calefactiuuꝫ

Decla° p̄^e ꝑticule 3^e partis p̄ncipalis.

in spasmo ꝙ̄ in paralisi. Sed ēt hoc dictū notat Gerardus de solo ꝙ in hoc dꝫ differre medicina exterius applicata in spasmo a paralisi: qm̄ in paralisi possumus exiccare non p̄cedente humectatione: sed in spasmo ꝓpter grossitiem mãe vt dicit ipse nō possumus tute exiccare cū medicina forti exiccatiua vel resolutiua nō p̄cedēte resolutione ꝓpter dubiū indurationis mãe vnde ipe laudat prius inungi mēbrū spasmatum cuꝫ mollificātibus ꝛ cū mucillaginibus fenugreci seminis lini ꝛ silꝫibus: ꝛ postea cū exiccātibꝰ resoluentibus ꝓcedere: ego tm̄ in hoc non laudo simpl'r mollificatiua sepata a subtiliantibus ꝛ cōfortantibus qꝛ mã nō est dura: ꝛ si dicatur eē grossa respectu illius q̄ facit paralisim. scd̄o qꝛ nã mēbroꝝ neruosoꝝ est ꝯseruāda ꝛ aliqualiter sicca cū nerui sint nāl'r sicci ꝛ facile resoluat̄ eorū virtus ab humido relaxante vt clare ꝓbauit Plusꝙ̄ cōmenta. 3º tegni. Magis ego laudareꝫ vt cū medicis a dn̄io subtiliantibꝰ resoluētibꝰ ꝛ exiccātibus aliq̄d apponat̄ de medicinis mollificatiuis ad ꝓhibitionē indurationis ꝛ ad faciendā equalē resolutionē in toto ꝙ̄ simpl'r vna vice humectare tm̄ ꝛ mollificare: ꝛ alia vice resoluere simpl'r vt est cañ. in cura apatum duroꝝ ꝓpter cām supradictam.

Nota.

¶ Seq̄tur alia pars. (Spasmus xͦo q̄ nō repēte ꝛc.) In qua ponit curā spasmi de inanitiōe ꝛ duo facit. pͥmo ponit vnū ꝓnosticū in cura eiꝰ. scd̄o ꝓseq̄tur in cura eius. scd̄a ibi. (Quicq̄d tm̄ accidit). ¶ De prima pte dicit: spasmus vero q̄ non repēte sed suauiter accidit post fe. sup. longam aut ēt acutā in pueris aut multā vētris solutionem aut multū vomitū sup. factū a nā vel arte aut sanguis fluxū sup. imoderatū malꝰ est s. talis spasmus vt vix curabilis: rō dicti est satis clara. nā facta exiccatione humiditatuꝫ nālium tali ꝛ tāta ꝙ mēbra ꝯtrahant̄ ꝛ spasmātur significat̄ magna resol'o in virtute ꝛ maxime qꝛ vt pl'm talis spasmus est toti cōis ꝓpter eñare humidū toti cōem: ꝛ cū non fiat curatio eiꝰ nisi ꝑ resumptionē ꝛ restaurationē q̄ nō pōt nisi in multo tempore fieri virtute debili existēte: igitur cum spasmus sit egritudo difficilis ex parte accidētium ꝛ doloꝝ consequentium ad eū ꝑ contractionem inuoluntariam factam in membris neruosis sequitur ꝙ non nisi tēpore modico poterit cum his accidentibus virtus conseruari: ꝛ ita non poterit morbus curari: ꝛ hoc lꝫ sit veꝝ vt in pluribus: tm̄ non est vl'r veꝝ: vt de q̄busdam in ꝓcessu declarabitur: ꝛ maxime in pueris: ꝛ ideo dixit vix curabilis. ¶ (Quicquid tm̄ accidit.) In hac parte ponit curā: ꝛ pōt ī tot partes diuidi quot ingenia ponit̄ curatiua. Primo ordinat dietam: postea balneū ꝯñr inūctiones. Ultimo ponit etiam ordinem in potu.

Declaº secūde particule 3ᵉ partis pͥcipalis.

¶ Pro intellectu oīm partiū gñaliter est vnum notandum ꝙ ex isto tex. dn̄i Rasis possumꝰ colligere ꝙ ēt in morbis sil'r incurabilibus medicꝰ dꝫ intendere cum suis ingenijs ad curā quātuꝫ pōt: vt hic fecit Rasis: ꝛ isinuauit hoc ex modo suo dicendi per hoc qd̄ dixit: quicq̄d tm̄ acciderit: ꝛ sic vtitur ad prolongationem vite: nam cito morientur vbi longo tēpore possunt cōseruari in vita. Scd̄o ad ꝓhibēdum ne infirmi ducātur ad desperationem. Tertio vt cōplaceat astātibus ꝛ amicis: sed bene laudo ꝙ hoc fiat cū ꝓtestatione non promittendo salutem: vt multi bestialiter faciunt qui propter cupiditatem lucri ꝓmittunt salutem: etiam in morbis desperatis: ꝛ in ꝓcessu remanent infamati: ꝛ tm̄ melius est bonuꝫ nomen ꝙ̄ diuitie multe.

Hoc idē voluit Mes. in pͥº gradibus medicinaꝝ vltimum.

¶ Dixit ergo primo: egro nanqꝫ ordei aquam ꝛ iura vnctuosa ꝛ mollia ministrabimus. ¶ Pro intelligentia huius partis notandū ꝙ lꝫ spasmus de inanitione aliquotiens non coiungatur febri neqꝫ sequatur eam: qꝛ tm̄ ille q̄ mortalis est vt pl'm sequitur ad febres longas: ꝛ cū qualibet exsiccatione membroꝝ diminuto humido naturali membroꝝ calor in mēbris exacuatur ꝛ igneat̄ cū sit calor elemētalis ꝑ magna parte: ꝯñr in exsiccato dieta dꝫ ad humidū declinare pͣ intētione: ꝛ ꝯñr mediate paruꝫper ad frigidū ꝓpter prohibitionem igneitionis calidi nālis: vel salteꝫ non declinet ad calidum: ideo laudauit aquam ordei ꝛ iura pinguia humectantia restaurātia: nā talia sunt facilis digestionis q̄ sunt necessaria ꝓpter debilitatem digestiue: est etiaꝫ aqua ordei penetratiua in partes difficiles penetrationi vt ꝯtingit in corpore extenuato vbi vie sunt angustate. Exigitur etiam ad cōuenienteꝫ nutritionē hoꝝ corpoꝝ vt cibi sint multū nutritiui modicaꝝ supfluitatum ꝓpter necessariam maximā restaurationē: opꝫ ēt vt dicta nutrimēta participent vnctuoso pingui ꝛ adherente vt melior fiat appositio ꝛ vnio cū mēbris siccis et inuiscatio. Idcirco brodia vel aqua carnis sūt in casu multum cōuenientia: tum qꝛ facilis digestionis: tum qꝛ multi nutrimenti modicaruꝫ supfluitatum: tum qꝛ viscositate ꝛ vnctuositate participantia: ꝛ si misceantur cum aqua ordei ad penetrationem maiorem in ꝓfundū mēbri ꝛ ad prohibitionem inflāmationis dictorū nutrimentoꝝ ꝛ ꝓhibitionem incēdij calidi nālis: tunc habebūtur oēs intētiones in casu necessarie: ꝛ ex hac regula potes discurrere ad multa gña cibarioꝝ in casu cōuenientia de q̄bus fiat spālis sermo loco suo: sed maxime hic laudatur aqua decoctionis ordei ꝛ cancroꝝ: carnes etiaꝫ testudinū ꝛ sanguis eaꝝ ex mirabili ꝓprietate laudatur pͦ cōtinentis: ¶ Aduerte scd̄o ꝑ hoc qd̄ dixit: ponatur in balneo aque dulcis tepide ad humectandum totius habitudinem: dixit tepide ꝛ non frigide: qꝛ in membris extenuatis actualis frigiditas aque si occurreret induceret rigorem: non dixit etiam calide ne caliditate fiat resolutio que maxime prohibenda est: sꝫ dixit tepide sed de conditionibus balnei: ꝛ qualia debent esse videbitur latius loco suo. ¶ Dixit ꝯñr ꝙ dꝫ inungi cum oleo violato post exitū s. balnei ad retinenduꝫ humiditatem balnei intra membra ꝛ ad humectationem: ꝛ si forte poneretur aliquid olei rosati ad clausionem pororum vt melius aqua recepta in poris claudatur ꝛ quoniam profundare facit credo iuuabit. Et dicit ꝙ fienda est inunctio maxime vbi sunt radices neruorum vbi est spasmus: vbi si sit particularis querendus est locus originis neruorum illius loci: et si sit vniuersalis preter caput fienda est inunctio et ad nucham et ad spondiles et ad omnes iuncturas: quia humectato principio et radicem reliqua consequenter humectantur. ¶ Dicit vltimo: et de vino bibat parum quod tamen multum sit aqua mixtum: ita

Nota bene

ꝙ nõ sufficit vt sit parũ vinũ si solum exhiberet ꝓpter calefactionẽ eius ⁊ resolutionẽ cõsequẽtem: sed sit multũ aqua mixtũ .i. dñante aqua: ita vt magis sit dicendũ aqua vinata ꝙ vinum aquatum vt aqua zucch. vel ordei in q̃bus non acetosatur. nã vinũ ponitur vt penetrare faciat aquam in partes in quas non penetraret: ⁊ ita si poneret in brodijs faceret etiam ad citiorem resumptionem ⁊ restaurationem. Et sic sit finis capituli.

De q̃ddita te nõis et rei spasmi

Uisis textualibus videndũ est de q̃d nõis et quid rei ipsius spasmi. Scdo ponentur distõnes ⁊ spẽs eius: ⁊ ibi declarabit de modo euentus. Tertio de causis specieꝝ. Quarto de signis causaꝝ. Quinto de cura.

Quid nõis

⁊ quid rei. Circa pᵐ ergo pmo aduertendũ est ꝙ spasmus generali vocabulo dicit oẽm mẽbri inuoluntariã cõtractionẽ siue sit pticularis mẽbri cõtractio siue totius corporis: modo fiat a cã ꝑter naturã intelligendo de mẽbris volũtarijs: vñ. dicebat 2ª tertij. capᵒ proprio. qḋ spasmus est motus inuolũtarius egrediens a natura quẽ in mẽbris voluntarijs accidere facit repletio aut eñatio preter naturã siue fiat talis motus vel ↄtractio cum habilitate vt dilatentur membra: vel non cũ habilitate vt dilatent: siue fiat a cã cõi causante: siue a cã pticulari modo sit cã ꝑter nãm.

No. dñiam inter spasmũ ⁊ epilepsiam.

¶ Spasmus vero ꝓprie sumptus dicit cõtractionem factã in mẽbro vel in mẽbris dictis nõ in toto cũ inhabilitate dilatatiõis mẽbri vel mẽbrorum: ⁊ sic ẜm hec duo distinguit a spasmo cõmuniter accepto: qm̃ in epilepsia est spasm⁹ cũ dicimus eã fieri cũ spasmo: nõ tñ dicimus epilepsiam esse spasmũ ꝓprie sumptũ: ⁊ hoc est qꝛ in epilepsia cõcomitat spasmus totius ⁊ nõ pticularis membri nec pticulariũ mẽbroꝝ. dictũ est etiã in cõi spasmo qḋ est cõtractio ⁊c. siue sit cũ habilitate dilatationis siue nõ: vbi in spasmo proprie sumpto nõ est habilitas dilatatiõis ⁊c.

Singl'tus stõi nõ est spasm⁹ ꝓprie acceptus.

Et inde singultus stõaci nõ est spasmus ꝓprie sed tm̃ cõiter sumptus qm̃ in spasmo stõaci sit motus dilatationis ⁊ quietis: vbi in spasmo ꝓprie sumpto nõ est membrũ obediens in dilatatione: ideo Raẜ. de spasmo ꝓprie sumpto ĩ tex. dixit. Cũ videris membrũ alicuius contrahi ⁊c. sic per illã pticulã mẽbrũ alicuius vel aliquoꝝ mẽbroꝝ excludit spasmũ totius cõem nõ esse ꝓprie spasmũ. Et ideo. A. ẽt strictius declarando 2ª tertij. caᵒ ꝓprio dixit declarãdo spasmũ proprie sumptũ ꝙ spasm⁹ est egritudo neruosa: q̃.i. ꝓpt quã ↄtrahunt lacerti ad sua pnª. ⁊ sup. ad ↄtractionẽ ipsoꝝ cõtrahũt mẽbra que alligant musculis mediantibus chordis, ad sua pnª .i. versus cerebrũ vel nuchã q̃ sunt pnª ipsoꝝ neruorum ⁊ pñr lacertoꝝ ⁊ fiunt inobediẽtia in dilatatione. nõ dicit ↄtrahunt oẽs lacerti: sed determinate dixit lacerti .i. quidã ⁊c. nõ ↄtrahuntur oĩa mẽbra sed quedã mẽbra ⁊ ↄtrahunt ad suam originẽ. s. cerebrũ vt dictũ est: ⁊ p talẽ contractionẽ reddunt inobedientia in dilatatiõe: ⁊ sic remouet singultus a spasmo. Per hoc etiã ꝙ dicit cõtrahunt ad sua pnª. per ↄtrahi intelligit ẽt ↄ̃ctũ eẽ: qm̃ nõ tm̃ mẽbrũ spasmatũ dicimus cũ ipm actu ↄtrahit vel est in spasmari: sʒ cũ est ↄtractũ ṽsus suã originẽ: oĩno ẽt tũc dicimus spasmũ eẽ in illo mẽbro sicut, cũ actu ↄ̃hit

dicit ẽt ipm esse inobediẽs in dilatatiõe: nõ qꝛ omne membrum spasmatum sit inobediens dilatationi sed solummõ spasm⁹ de inanitiõe facit mẽbrũ absolute dilatatiõi inobediẽs. nã qꝛ exiccatũ est ↄtractũ vñ nõ pt dilatari: sed istud cõtractũ est ⁊ ꝑꝑ repl'onẽ sepe cũ fricatiõe pt dilatari. Tñ dicit Aui. ꝙ est iobediẽs dilatatõi .i. qm̃ ⁊ si dilatent in oppositã ptẽ ↄ̃hẽdo: tñ nõ remanẽt talr reducta in nãli sua dispõne nisi cã ↄ̃hente ↄtinuo assistẽte imo iterato ↄtrahunt: iõ dicimus illa mẽbra esse inobediẽtia ĩ dilatatione. ⁊ hoc intelligit tpe ꝑ quo spasm⁹ durat: qꝛ aliq̃s spasmus facile remouet prout q̃ fit a ventositate. Et p hoc qḋ dixit ↄtrahit: dixit Gẽtilis per hãc particulã distinguit spasm⁹ ꝓprie sumptus a thetano. vel dr talis inobediẽtia in dilatatione qꝛ nõ dilatant a ṽtute ꝓpria simplr volũtarie motiua sed ab aliena trahẽte. ⁊ sic hoc totũ intelligat. s. ꝙ mẽbrũ ↄtrahit vel est ↄ̃ctũ vel ↄtraheret nisi esset cã ad oppᵐ ↄtraria ꝓhibens ↄtractionẽ vt fit in thetano qñ sunt simul duo spasmi eque potẽtes in eodẽ mebro vt in brachio .i. due cause spasmare faciẽtes: vna in parte domestica ⁊ altera ĩ pte siluestri: quaꝝ q̃libet de se ↄtraheret tũc nõ põt membrũ ↄtrahi concurrentibus his causis: immo mẽbrũ remanet erectum ⁊ nõ cõtractũ: cum tñ thetanus sit species spasmi proprie sumpti: ideo cum dicit contrahi: intelligitur vt dictum est. Et ita ex dictis etiam patet quid rei spasmi.

Thetanus ẽ spẽs spasmi ꝓprij.

Distinctiones

et spẽs spasmi. Iã circa 2ᵐ ponẽdo diuisiones ⁊ spẽs spasmi sit hec pª distõ. Spasmoꝝ q̃dã fit a morbo tm̃ vl' a cã morbi: quidã a ṽtute tm̃: q̃dã simul a morbo ⁊ a ṽtute: ⁊ iõ ex hac diuisiõe habetur alia diuisio. Nã q̃dã spasm⁹ est mãlis: q̃dã materie nõ ꝓportionatus. Materialiũ q̃dã de repl'one q̃dã de inanitiõe: lʒ Hip. solum hãc diuisionem posuerit: ⁊ ita Galenus de accidenti. capitulo secundo. tamen idem Gal. tertio. interioꝝ. ca. septimo ad finem. ⁊ cõmẽ. pᵒ quinte pticule posuit ẽt spasmũ ad materiã nõ ꝓportionatũ: ⁊ ita eñ Aui. sequut⁹ est: ⁊ expsi⁹ de eo facit mẽtionẽ 2ª tertij. ca. ꝓprio. Spasm⁹ ṽo siue ↄ̃ctio q̃ fit a mã tanꝙ a cã morbi ↄtingit propter materiã recipi in musculo maxie ẜm villos ẜm latũ ꝓcedẽtes ipsi⁹ musculi vñ elõgat in latũ: ⁊ inde opʒ ꝙ abbreuiet in lõgũ. cã ergo hui⁹ ↄ̃ctionis nõ est virt⁹ sʒ morb⁹ vel cã morbi: puta repl'o: qꝛ equalr ẽt ↄ̃ctio fieret in nõ aĩatis vt pʒ in chordis musicoꝝ. Et aliqñ spasmi ⁊ ↄ̃ctionis cã est ṽt⁹ tm̃. vt qñ. s. a dolore ꝑꝑ pũcturã vl' ex morsu scorpiõis vel cũ ferro fctã sol'one cõtinui vl' mala q̃litate cõicata alio mẽbro sentiẽti fit fuga mẽbri sensitiui ad suũ pnᵐ: ⁊ sic hmõi retractionis cã est ṽtus retrahẽs vel aĩa. Et aliqñ cã est simul mã cũ ṽtute vt si fluat mã supra musculũ q̃ aliqualr dilatat: ⁊ mã sit venenosa vl' nitrosa malã qualitatẽ imprimẽs vt col'a prassina. tũc ꝑcepto nocumẽto vel mala q̃litate virtus ex vna pte ↄtrahit. ⁊ mẽbrũ ẽt ↄtrahit: ⁊ sic huius ↄtractionis duplex est cã. Una est virt⁹ ⁊ alia mã. Spasmus ergo cui⁹ ↄtractionis cã est virtus tm̃. s. immediata ↄtrahẽs ab autorib⁹ dr spasm⁹ ad materiã nõ ꝓportionat⁹: qꝛ nõ sequitur repletionẽ vel inanitionẽ materie ⁊ ecõtra ille cuius cã est repletio humorũ vel inanitio

De spasmo q̃ fit a mã tantũ.

Spasm⁹ a virtute fact⁹ est nõ ꝓportionatus ad materiam.

membri dicit̃ spasmus materialis. vñ spasmus cõtingens etiã ex inanitione qui in suo formali includit ⁊ de necessitate denoĩat materiã: dicẽdus est spasmus ille de inanitione spasm⁹ materialis: qm̃ fit ꝓpter carentiã materie ⁊ exiccationem in mẽbro ꝯtingente: ꝓpter. s. minorationem materie hũide: sicut ꝯtingit in cordis apud ignem existẽtibus in chordis musicoꝝ tꝑe estatis extrẽsis. nã cõtrahunt̃ ⁊ rumpunt̃ ꝓpter siccitatem inductã: ita nerui ⁊ neruosa mẽbra a cõplexione calida ⁊ sicca superueniente humidũ resoluente vt in febribus adurẽtibus in processu cum fit exiccatio de necessitate fit cõtractio: iõ talis spasmus de inanitione includit materiã denominatiue. s. absentiã eius: ⁊ ẜm hoc talis dispõ ꝗuis dicat̃ spasmus inanititionis et sic ad materiã ꝓportionatus: tñ cũ hoc nõ est morbus materialis: q꞉ eius cã nõ est materia: iõ nõ sequitur. est spasm⁹ materialis: ergo est morb⁹ materialis: ptꝫ ꝙ nõ valet. Nã est morb⁹ de inanitione: cuius curatio nõ cõpletur cũ euãntib⁹ sed cũ resumẽtibus. ⁊ sic cõmittit̃ fallacia in argumento cũ dicit̃. est spasmus materialis. ergo est morbus materialis: ptꝫ ꝙ nõ vꝫ. Nã illa nota materialis aliud denotat cum addit̃ ad spasmum: ⁊ aliud cũ additur ad morbũ: q꞉ cũ dicit̃ spasmus materialis: sufficit ꝙ sit spasm⁹ in rõe cuius vt declarabit̃ opꝫ intelligi materiã vł positiue vel priuatiue: puta ipsius ꝑsentiã vł ipsi⁹ carentiã: qđ nõ sufficit ad hoc ꝙ sit morb⁹ materialis: immo exigit̃ ad hoc ꝙ sit materialis morbus ꝙ ꝑncipałr pẽdeat a mã. Etiã ex opposito hoc argᵐ nõ vꝫ. iste est morbus mãlis ⁊ iste est spasmus: ergo est spasmus mãlis: in casu vbi cã spasmi sit mã nõ ledens q꞉ replẽs sed q꞉ acuta mordens: ptꝫ tũc ꝙ est morb⁹ mãlis: ⁊ si sit spasmus ad materiã nõ ꝓportionatus. ¶ Alius est spasmus mãlis de replõne: vt cuius cã est materia replẽs maxime dilatãs ẜm latũ ⁊ abbreuiãs in longũ: vt cũ est ẜm villos latitudinales vel transuersales mẽbri lacertosi recepta: nam tũc de necessitate membrũ dilatat̃ ⁊ elongat̃ in latũ: ⁊ exꝯsequẽti abbreuiat̃ in longũ quecũqꝫ sit talis materia taliter situata: ⁊ ꝓinde sequitur. Et hoc bene notate: ꝙ possibile est mãm spasmi esse materiã subtilẽ ⁊ forte subtiliorẽ ꝙ̃ sit certa materia palysis: que ideo facit spasmũ qm̃ talis in membro recipit̃ vt elõget ẜm illã positionem vt ẜm latũ: ⁊ nõ q꞉ grossa oppilãs ⁊ dilatans: vt ptꝫ cõsiderare volẽti. ⁊ sic nõ est verũ qđ cõiter dicit̃ ꝙ in hoc differunt materia palysis ⁊ materia spasmi: q꞉ mã spasmi sit grossa oppilãs: ⁊ mã paralysis liq̃da fluẽs: dico tñ ꝙ qm̃ mã liquida ⁊ subtilis est de se parata recipi et fluere ita in villos lõgitudinales sicut in latitudinales vel transuersales: ⁊ plures villi membroꝝ lacertoꝝ in maiori parte membroꝝ incedũt ẜm incessum rectum idcirco ẜm villos fluente mã est magis paratum membrum elongari: ⁊ sic paralyticari ꝙ̃ spasmari: sed ꝙ recipiatur materia sic in villis latitudinalibus vel trãsuersalibus ꝙ nõ in longitudinalibus: hoc vt plurimum euenire potest ex grossitie materie oppilantis: vt patet: et sic bene verum est quod vt plurimũ grossior est materia spasmi ꝙ̃ paralysis.

¶ Alia diuisio: quidã est cõfirmatus: quidã nõ cõfirmatus. ¶ Alia diuisio: quidã est spasmus musculoꝝ anteriorũ vñ ꝯuertit̃ corp⁹ in añrius: quidã posterioꝝ vñ cõuertit̃ posterius: vñ q̃dã dicitur epistonus: quidã prostenus hoc est siue sint de inanitione siue de repletione.

Questio.

¶ De mõtũ spasmi inanitionis multũ dubitat̃ a doctoribus. nã si spasmus sequit̃ cõsumptionẽ ⁊ minorationẽ humidi membroꝝ sequit̃ ꝙ q̃libet ethicus tertie spẽi dꝫ spasmari cũ in quolibet tali membra ad maiorẽ debeãt deduci siccitatẽ per exiccationem in humido factã ꝙ̃ in mẽbro ałr spasmato a cã exiccãte. si ergo siccitas in illo est causa cõtractionis: sequitur etiã ꝙ mẽbra ethici multomagis a siccitate debent spasmari.

¶ Breuiter multis dimissis rñsionibus cõmuniter ad hãc difficultatem datis q̃ meo iudicio nõ vident̃ satisfacere: est dicendũ ꝙ maior siccitas est in neruis musculi spasmati a siccitate ꝙ̃ sit siccitas in ethico etiã tertie spẽi. ⁊ si ethicus tertie spei ad tantã siccitatẽ duceret̃ quãta gradualiter reperiet̃ in illo neruo musculi taliter spasmari: dico ꝙ corp⁹ taliter ethicũ spasmaret̃ ⁊ hoc est cũ siccitas sit ꝑ se corrugatiua 4° metheoroꝝ maxime siccitas terrea vt siccitas faciens ad minorationẽ humidi subtilis inspissando grossum. Si ergo naturałr siccitas corrugat ⁊ cõdensat vbi erit maior gradualis siccitas de hac siccitate terrea loquendo ibi erit maior corrugatio partiũ ⁊ ꝯñr maior spasmus cũ fiat talis a cã preter naturã vt supponit̃. Dico signãter intelligẽdo de siccitate terrea ꝓpter caliditatem igneã cõiunctã siccitati in igne q̃ stat cũ multa raritate vt ptꝫ. sed in materia terrestri a dñio videt̃ dicendũ vt dictũ est qđ vbi est inducta maior siccitas ꝑter naturã: ibi ceteris ꝑib⁹ debet esse inducta maior corrugatio ⁊ ꝯñr maior spasmus: ⁊ sic videt̃ repugnare ꝙ maior siccitas sit inducta in mẽbris ethici tertie spẽi ꝙ̃ in certo mẽbra alterius corpis spasmato a siccitate: ⁊ tñ mẽbro ethici nõ sunt spasmata: iõ dico ꝙ nõ tãta est siccitas preter naturã inducta in ethico sicut in dicto mẽbro spasmato: nõ tñ sit admiratio ꝙ si ethicus tertie spẽi nõ curat̃ qđ ꝓpterea nõ possit curari ⁊ resumi mẽbrũ particulare exiccatũ: qm̃ in ethico tertie spẽi exiccant̃ ⁊ cor ⁊ epar in ꝟtute: q̃rũ fit toti⁹ restauratio: ⁊ iõ nõ resumit̃ in corpore vero spasmato ẜm membrum vel mẽbra stãte valitudine ꝑncipaliũ mẽbrorum põt fieri refectio ⁊ restauratio: ⁊ ꝯñr vera curatio. Nec ẽt miret̃ q̃s ꝙ mẽbra vident̃ magis sicca in ethico ꝙ̃ in spasmato: quia in ethico morbus est cõis toti: nõ sic in spasmo particularis mẽbri: q꞉ nõ incõuenit exiccari appropriatã humiditatẽ neruoꝝ ⁊ nõ exiccari hũiditatẽ mẽbri carniformis eiusdẽ mẽbri vel ossis: ⁊ sic apparebit membrũ multo minus siccũ ꝙ̃ in ethico: lꝫ tñ nerui quorum cõtractione fit spasmus magis sint exiccati ꝙ̃ sit siccitas ĩ ethico repta.

¶ Alia diuisio. spasmorũ quidã est multi tꝑis quidam modici: quidã medio modo. ¶ Itẽ quidam intensus: quidam mediocris: quidam remissus. ¶ Item quidam vnius membri quidã plurium: quidã vniuersalis. i. cõtinẽs totũ corpus preter partes faciei. nam si cũ hoc spasmaretur pars faciei esset epilepsia.

De causis primitiuis spasmi ex replone.

Cause. Jam ꝯñr sunt ponende cause de quibus quandã ponimus primitiuam: quandã añtem: ⁊ quandã cõiunctam. nã in cau

tis spasmi repletionalis cā primitiua esse pōt q̄ libet, cā extrinseca ꝓpter quā multiplicatur humor q̄ recipi pōt in neruis talr opilando vt faciat dilatationem in mēbro spasmato ⁊ abbreuiationē in longo: ⁊ hoc mō oīs immoderantia causaꝝ cōplexionaliū ex parte aeris debilitādo ꝟ.g. digestiuā: ⁊ sic ad multiplicationē sup̄fluitatū faciens pōt esse cā primitiua spasmi repletionalis: ⁊ ita discurrendo ꝑ alias res nō naturales maxime de coitu ⁊ multitudine ciboꝝ ⁊ nauseatiua sacietate ⁊ reliq̄s mō suo. s. vt subito timore cōmouēte humores. ¶ Accidit ēt estq̄ dictum notabile Ras. p° ɔtinen. ca°. 6°. nā aliqn̄ fit, vt dicit hic morbus qn̄ extendunt mēbra ex ventositate inflatiua q̄ resoluit ex medicinis calefacientib⁹ iniunctis sup̄ficiei corporis. s. non debito tp̄e applicatis vt stāte repletione: ⁊ addit: ⁊ medicinis extenuātib⁹ ⁊ expellētibus ventositatem. sup. etiā nō in debito tp̄e exhibitis: ⁊ ex hoc textu pōt notari magnus error īperitorū q̄ in dolore ventoso: aliqn̄ in prin° cū medicinis fortibus resolutiuis adducūt ad spasmum.

Nota.

Not. bene errorē sepe cōmissū de causis primitiuis spasmi ex inanitiōe.

¶ De causis ēt primitiuis in pueris est multitudo lactis bibiti, vt voluit Ari. 5°. de gn̄atiōe aīalium. ¶ Spasmi aūt inanitionis cā primitiua est cōis cā exiccās extrinseca siue aīalis vt caliditas solis: laboꝝ vigilie ⁊ passiōes aīales fortes: ⁊ coitus ⁊ eūo sanguinis quōcunq̄ ꝑ artificium sup̄flua ⁊ colerica passio, dicit Aui. ⁊ oīs cāe extrinsece minuētes humiditates nāles vt est eūo medicinaꝝ fortiū. ¶ Cause ꝓmitiue spasmi ad mām nō ꝓportionati sunt oēs cāe q̄ facere p̄nt nocumētū sensibile in cerebro ⁊ mēbris neruosis: vn̄ virtus stimulata vl' ꝑ dolorē vel ꝑ malā qualitatē retrahit mēbra neruosa ad sua p̄n^a: vn̄ fiunt inobedientia in dilatatione vt dictum est: ⁊ hoc modo multiplicata intēsa qualitate ab aere frigido ledente cerebrū vel mēbra neruosa vel vapores venenosi ⁊ punctura scorpionis: ⁊ aliqn̄ solutio facta in mēbro neruoso: oēs tales sunt cause primitiue spasmi ad mām non proportionati.

De causis añtibus.

¶ Cā vero añs ī spasmo ꝓportionali al's repl'onali est p̄ntia māeꝝ humoraliū in toto vel ī p̄te potētiū replere neruosa mēbra ⁊c. ¶ Cā añs de spasmo inanitionis est mala cōpl'o cal'a principaliū mēbroꝝ anteq̄ ad exiccationē ꝑducat faciendo ɔtractionē: ⁊ hoc siue cōpl'o sit radicalis nālis siue p̄ter naturā talis: ⁊ silr oēs cāe intrinsece corporales q̄ exficcare p̄nt vt colera ignea ⁊c. possunt esse cāe hmōi añtes. ¶ Cae ꝟo añtes in spasmo ad mām nō ꝓportionato sunt humores venenosi in corpore humano exn̄tes mala qualitate infecti q̄ escētes in particularib⁹ mēbris: q̄ tn̄ sunt parati fluere ad membra ⁊ facere cōtractionē. ¶ Cā ēt añs oīm ⁊ vl'is est acuitas sensus oris stōi ⁊ debilitas eius ⁊ ēt debilitas cerebri ⁊ membroꝝ neruosoꝝ. nā ad hmōi debilitatem seq̄tur facilior spasmus quicūq̄ fuerit: sꝫ maxime spasmus ad mām non ꝓportionatus.

¶ Sed de causis corporalibus faciētibus spasmuꝫ repletionale videt innuere. A. q̄ aliqn̄ mā est fluēs supra totū mēbrū: ⁊ aliqn̄ stans in particulari situ membri musculosi. s. ⁊ neruosi: ⁊ sic ibi faciens dilatationē: tunc reliq̄ partes illuc ɔtrahunt. Sed hic nota q̄ oēs partes musculi ad illā partē ɔtrahūtur: q̄ nō ꝑs versus radicē musculi trahit ad mediū: qm̄ in oī spasmo ɔtrahunt lacerti ad suā radicē: sed dꝫ itelligi q̄ alie p̄tes infra partē spasmatā principal'r vt ap̄atū trahunt ad eā. Et videt innuere Aui. in tex. q̄d oīs mā humoralis pōt esse cā repletiōalis spasmi cū est fluens etiā nō ap̄ans: immo ēt mā ventosa grossa: ⁊ hunc spasmū dicimus vulgo granfum: ⁊ de hoc dicit Aui. ⁊ non est longum q̄n sit spasmus eueniens a vētositate inflatiua spissa: ipsa em̄ est ex eis q̄ vt pl'm accidūt ⁊ remouētur in hora. i. statim ⁊ subito: sed videt innuere q̄d sanguis nō facit spasmū nisi sit ap̄ans. Relique materie p̄nt facere spasmū: ⁊ vt fluētes materie ⁊ vt ap̄antes: q̄d etsi sit forte vt pl'm veꝝ: ꝓpterea q̄ nerui sunt membra exanguinea: neq̄ abūdet sanguis cōiter circa neruosa mēbra tal'r vt labendo faciat opilationē: non videt tn̄ repugnare quin etiā saltem ex ꝑcussione vel ex certo dolore ēt circa mēbra neruosa a quacūq̄ causa fluere possit sanguis tal'r abūdās ⁊ facere spasmum sine ap̄ate: q̄d ēt nō ap̄ando poterit facere opilationē ⁊ spasmū: ita q̄d a flāte ⁊ a mel'ia ⁊ a sanguine: lꝫ rarius pōt fieri spasmus repletionalis a sanguine. De colera non fecit mētionem Aui. qm̄ ab eā magis pēdet spasm⁹ ad materiā nō ꝓportionatus ꝓpter acuitatē ⁊ mordicationeꝫ ēt q̄ sua subtilitate nō retinet in poris mēbroꝝ extensionem faciendo ad spasmuꝫ. lꝫ ex colera grossa non repugnat fieri.

Erit scd̄m nr̄m vulgare idioma. La crāpa.

¶ Cā vero cōiuncta spasmi repletionalis ē ip̄e humor existens in neruo vel in neruis lacerti actu faciens extensionem in latum ⁊ decurtans in longum. ¶ Et cā coniuncta spasmi sicci ē ip̄a siccitas actu inducens contractionē in neruis. ¶ Et spasmi non ꝓportionati ad materiam cā coniuncta est mala qualitas actu ledens: vn̄ fugit membrum ⁊c.

De causis cōiunctis.

¶ Preter has aūt sp̄es spasmoꝝ fiunt quedam sp̄es q̄ non sunt ꝓprie spasmi: sed ꝓprius q̄dam frigiditates in mēbris facte ⁊ inhabilitātes in dilatatione vel cōtractiōe: de q̄bus tn̄ fecit mētionē Aui. in ca° ꝓprio spasmi. ꝟ.g. ɔtingens ꝓpter sustentationē factā sup̄ aliq̄d mēbrorū q̄d est ɔtractū: vt cū sūt ɔtracta crura sedendo ⁊ hō cū brachio ɔtorto appodiat se sup̄ alteꝝ crus q̄escēdo s̄m caput supra brachiū ⁊ crus ɔn̄r: et ex ista cōpressione indurant chorde musculoꝝ vel mouent māe ad mēbra tal'r ɔtracta ꝓpter laborē in sustētādo: vel excutiunt ab eis humiditates ꝓprie ꝑ cōpressionē vel distriguunt meatus dilatatiōis spūs aīalis ⁊ ꝟtutis motiue ad mēbrū: ⁊ ī hoc fit q̄dā inhabilitas in motu vel rigiditas: ⁊ ad has cās reducit ēt talis inhabilitas aliquotiēs ɔtingēs post somnū cū hō fuerit dormiens supra aliq̄d mēbrū contortū vt supra brachium ⁊c. Et hec sufficiant de causis.

Signa. Signoꝝ q̄daꝫ sunt ꝓnostica futuri euent⁹ q̄dā ꝓnostica ad salutē vel mortē: q̄dā demonstratiua ⁊ gn̄is ⁊ sp̄eꝝ. ¶ Signa ꝓnostica futuri euentus sunt vt spasmi maxime repletionalis sicut saltus ⁊ pulsatio ⁊ iectigatio in membris: ⁊ q̄ pulsus fit paruus ⁊ rar⁹ in principio: qm̄ declaratur virtutem opprimi a multitudine materie ⁊ sic fieri paruum: fit ēt rarus ꝓpter diminutam necessitatem ex materia humida abundante nata fluere ad neruosa membra obtundente caliditatem. Et si aliquan

De signis ꝓnosticis euēt⁹ spasmi repl'onalis.

do fiat stridor dentium ⁊ aliqualis tortura apparens in labijs vel in oculis: ista videtur ꝓnosticari sup futuro spasmo repletionali. Et addit Aui. Qn̄qꝫ accidit risus non ſm radicē. i. non est verus risus ⁊ hoc est. s. cū mā iam incipit recipi in musculis mandibulaꝝ vn̄ fit aliqualis cōtractio: ⁊ sic est signū quasi demōstratiuū principij spasmi repletionalis ⁊ ꝓnosticū futuri spasmi magis cōis.

De signis futuri spasmi ex inanitione.

¶ Pronostica aūt spasmi inanitionis sunt fe. valida ⁊ acuta ⁊ maxime in pueris ⁊ lactentibus ꝓpter passibilitatem humidi eorū ⁊ facilem resolutionē ⁊ exsiccationem. Et de his dixit Rasis p° ꝯtinentis. Et pueris solū vigilie aut timor aut vētris cōstipatio aut corporis distensio aut coloris mutatio sup. antecedūt cum spasmus est eis futurus cā fe. ¶ Et ꝑexistēs habitudo macra cum pulsu aliqual'r duro cum aliquibus passionibus vehementib⁹ ⁊ solitudine cogitatione ⁊ ꝑcedentes eūones fortes facte a natura vel arte: ⁊ siccitas ēt cerebri vehemēs q̄ declaratur ex vigilijs: ista oia sunt de signis ꝓnosticis spasmi sicci: qm̄ dicit. A. ꝓpter debilitatem quā seq̄tur siccitas lacertoꝝ. Nā cum nimia cā desiccatiua cerebro aduenit reducit ad se humiditates a neruis ⁊ sic fit spasmus: ⁊ ita de reliq̄s q̄ pn̄t esse cā exiccationis ⁊ infra.

¶ Pronostica spasmi ad mām nō ꝓportionati sunt cū ꝑcipitur ī corpore materia colerica acuta vt prassina vel vermes vel sumptio medicine multum fortis acute ⁊ impressiue in os stomaci: vt cum datur eleborus vel lapis lazuli non preparatus ⁊ maxime in corpore fortis sensus stomaci.

De signis ꝓnosticis spasmi ad malum.

¶ Signa ꝓnostica ad malū ⁊ ad bonū. Prio ad malum ⁊ ad mortē dicit Aui. in fine capl'i causarū. Et oīs quidē spasmus seq̄ns vulnus est mortalis: ⁊ sic factus ex punctura vel solutione ꝯtinui nō recipit curā: hoc dictū nō sic absolute dꝫ intelligi: qm̄ dt Genti. ꝙ spasmus ꝓpter pūcturam fit ꝓpter vnā tm̄ triū causaꝝ: vt ēt notatur tertio tegni clare a Plusq̄ cōmentatore sup illo passu. Nerui ⁊ tenātos punctura ⁊c. Uno mō q̄r ad puncturam seq̄tur dolor ⁊ ad dolorē fit spasmus: ⁊ ptꝫ ꝙ talis spasmus nō est semp mortalis: q̄r mitigato dolore remittit spasmus. Fit scdo ꝓpter aп̄a qd ꝯtingit ī vulnere: ⁊ tale aп̄a si supflueret al's pseueret faciens exsiccationem in vulnere ⁊ ꝓhibens transpirationem materie acute putrescētis pōt inducere timorē: sed non clauso orificio nō facit timorē ꝓpter transpirationem māe si ēt fiat aп̄a apparenter: ⁊ postea delitescat erit signum malum: sed ꝯtinuet vt dictuꝫ est aperto orificio non sic est timor. Potest vltimo esse ꝓpter supfluam effusionem sanguinis de quo dixit Hypo. 4°. affo. Spasm⁹ ex vulnere mortalis. Aui. declarat ꝙ intelligit qn̄ fit ex emanatione sanguinis supflui: ⁊ tūc fiet spasmus de inanitione de quo statim dicet. q̄ vt pl'm est mortalis: credo tn̄ ego ꝙ qn̄ fit spasm⁹ ex vulnere in ꝓfundo nerui ꝙ tunc fit mortalis q̄r medicine non possunt bene pertransire ad locuꝫ lesum. Et si medicus voluerit dilatare vuln⁹: tūc aucto dolore perducitur ad maiorem spasmum ⁊ ad morteꝫ infirmus: ⁊ ideo incisiones facte cū re acuta maxime cum profundatur sunt magis periculose vt sunt aliqua arma acutissima.

¶ Secundum pronosticum est ꝙ spasm⁹ de inanitione sequens morbos diuturnos est mortalis: dico signanter diuturnos: qm̄ si subito inducatur non semper est mortalis: ⁊ ideo in pueris q̄r a facili cā ⁊ subito potest induci ꝓpter passibilitatem humiditatum eoꝝ non est mortalis: q̄libet tn̄ de inanitione cōfirmatus est mortalis etiam ꝓpter aliam cām fit salubris in pueris vt dicebat Aui. nam in pueris ꝓpter fortitudineꝫ virtutū: cordiū ⁊ epatum eoꝝ ⁊ fortē restaurationem talis spasmus non est mortalis: nā vterqꝫ spasmus ⁊ inanitionis ⁊ repletionis est pueris ꝓportionalis: ⁊ ab his faciliter reducuntur pueri sicut ⁊ faciliter incidunt: sed in prouecta etate spasmus de inanitione vt pl'm est mortalis. Et ꝑ hoc dicebat Rasis p° ꝯtinentis. ca°. 6. Et spasmus accidit infantibus ꝓpter debilitatem neruoꝝ: ⁊ sic iuuuebat spasmū inanitionis ⁊ copiam nutrimenti: ⁊ per hoc iuuuebat spasmum repletionis: ⁊ de facili possunt reuerti ad eorum naturalē dispositionē: ⁊ q̄r alij quorum etas transit: 20. annū nō de facili incurrūt spasmū. ideo cū ipm incurrūt nō de facili curant: et spasmus maxie declatur mortalis qn̄ remedia nō videtur cōferre ⁊ color mēbri variatur. Nec est dicendū de spasmo sicut dicebat de paralysi: vbi dicebat ꝙ nō q̄lꝫ paralysis incurabilis est mortalis: q̄r spasmus cū fit incurabilis fit mortalis q̄r aut ad salutem terminatur aut ad mortem. nam in spasmo fere semper cōiungitur dolor: q̄r membra sensitiua preter nām cōtrahunt ad sua pn̄a: sꝫ cum apparet remissio accn̄tiū de dolore ⁊ de bonitate colorum membri sine singultu sine lesione sensibili cerebri ⁊ oparationuꝫ: tūc significatur spasmus salubris. siue sit repletionalis siue de inanitione: siue ad materiā nō ꝓportionatus. ¶ Aliud signum ꝓnosticum ad malum ⁊ etiam Rasis loco allegato dicit: ex nequioribus signis sunt oculorum tortuositas et stridor dentium ⁊ assiduus motus palpebrarū ⁊ strabositas pꝫ nam ista omnia signa declarāt nocumentum magnum communicari cerebro. ¶ Aliud signum ad maluꝫ est qd ponit Ruffus ⁊ scribitur a Rasi loco allegato in hunc modū dicit Ruffus in libro suo de dieta. Inflatio ventris in spasmo est signum mortale: hoc signum potest declarari quia significat debilitatē virtutis naturalis ideo coniuncta debilitate v̄tutis cū spasmo morbi difficili fit morbus mortalis: ⁊ continuando dicit Rasis: dico quod vidi quandam mulierem cuius inferior mandibula repercutiebat assidue superiorem: ⁊ aliquanño superior inferiorem: ⁊ ego conclusi vtranqꝫ mādibulam forti ligatura quod non sonarent: et nullo modo obtinere ꝑ otui quin sonarent eo quod eius corpus tantum inflabatur quod videbatur scindi per medium ⁊ fuit mortua.

De signis ꝓnosticis ad bonum

¶ Signuꝫ vero ad bonum est vt dictum est supra remissio malorum accidentium cum manifesto iuuamento medicinalium ⁊ virtute forti exn̄te sed specialiter in repl'onali signū bonum est quartana succedēs. nā dicit. A. ꝯfert ad id. i. spasmum propter cōcussionē tremoris. i. excussionē materie ꝓpter tremorē ei⁹. s. q̄rtane ⁊ propter multitudinē sudoris sui. ¶ Aliō sigᵐ ꝯparatiue ad bonum spasmus ad materiam non proportionatus: maxime a mala cōplexiōe contigens manifesta vt calida vel frigida maxime

inter ceteros sit curabilis ptz ꝑ occursum cause cōtrarie. ¶ Aliud signū ad bonū in spasmo sic-citatis: ⁊ est Aui. spasmus sequēs debilitatē cerebri ex siccitate faciliter curat̄ dicit sic: ⁊ plurimum est ex hoc caº. q̄ sit. s. spasmus ⁊ destruitur velociter: ⁊ cā in ipso est siccitas cerebri ꝓpter debilitatē quā cōsequit̄ lacertoꝝ siccitas. nā cū minima cā desiccatiua cerebro aduenit deducit ad se hūiditates a neruis: deinde cū natura sollicitat̄ vt cerebro humiditatem acq̄rat sufficientem redeunt membra sup. ad naturalē dispositionem ⁊ fiunt obedientia dilatationi cum perceptione. i. sensibiliter.

De signis demōstratiuis spasmi.

¶ Signa vero demōstratiua spasmi cuiuslibet indifferēter maxime vbi cōicet̄ arterijs ⁊ nō sit alicuius ꝑticularis mēbri in quo manifestet̄ arteria: sed quasi vl'is preter q̄ꝫ capiti. ¶ Primum signū est pulsus tēsus inequalis ꝟm partes arterie: qm̄ in mēbris spasmatis ꝑtes sunt ineq̄liter situate: quedā eleuate magis: quedā dep̄sse: et ideo arteria percipit̄ inequal'r eleuari: nec videtur fieri ꝓprie vera diastoles nec systoles: sed quasi quidā motus cōcussiuus ⁊ tremulus arterie: sicut est de chorda baliste ꝓiecta sagitta. nā saltat quodāmō saltu impꝑceptibili: ⁊ hoc ꝓpter maximā intentionē arterie ex spasmo. ¶ Cōiūgitur etiā in spasmato stipticitas vētris: q͛ materie in spasmo cōuertunt̄ ad superiora sicut et membra neruosa ꝯuertunt̄: tunc ēt ⁊ est fortior causa: q͛ musculi vētris debilitati nō p̄nt cōprimere myrach cōpressione cōuenienti ad expressionem: vel qm̄ ⁊ est fortius ꝑuenitur ad spasmū musculi ani: qm̄ sicut talis musculus qui naturaliter dispositus factus est ad expulsionē et ad certam retentionē: ita naturaliter spasmat⁹ facit retentionē ꝓhibendo expulsionē: vt vult. A. 20ª. tertij. de causis exuberantie sꝑmatis: in cōtrarium est de musculis vasoꝝ sꝑmatis vt loco suo. ¶ Et ꝑ sil'es causas: fit ēt retētio vrine nisi aliq̄n dicit. A. fluat vrina ꝓpter hūiditatis multitudinē eius: vñ distillando labit̄ q̄ꝫ ꝙ expellatur a virtute: vel q͛ ꝑ cōpressionē musculi intestini recti exprimit̄ humidū de cōcauitate vesice: nō opꝫ multū laborare in signis demōstratiuis: q͛ manifestat̄ morb⁹ ex signis lesionis mēbri spasmati vel membroꝝ spasmatorū: vt dicebat Rasis in textu nostro cū aliq̄d mēbrū alicuius cōtrahitur: ⁊ ad suā redit originem ⁊c.

De signis distinguētibus iter spasmū de inanitōe ⁊ repl'one.

de arsenico. fiat ergo de temperatis magis ꝑti-
cipantibus quadā humiditate leui sine siccita-
te acuta. vñ vitellus oui ad hanc intentionē va
let etiam frustum casei recentis aliqualr saliti
valet ad resolutionem virtute salis: ꝛ sic ad mul
ta potest discurrere medicus fortia ꝛ magis for
tia prius semper tentata via mitiore. Et sic fit fi
nis huius capituli.

¶ De lachrymis oculorū. Cap .xxiij.

CUm lachrymales oc̄lorū angu-
li semper humidi vident pati-
ens quotidie ieiunus ingredia
tur balneū ꝛ in oculis istud al-
cofol mittat. ℞. thutie. ʒ. x. coralli rubei. mi
rabol. citrini fricati aloes: omniū an̄. ʒ. ij. pi
peris. ʒ. ſ. fiat ex eis puluis qui assidue mit
tatur in oculo.

SEquitur capitulum de la
chrymis qd̄ cōtinuatur ad precedētia
maxime ad capitula de scabie sebel ꝛ
vngula in hunc modū. Nam postq̄ in curatiōe
illarum passionū: vt supra visum est sepe: docti
etiā medici vtūt medicinis abstersiuis ꝛ exicca
tiuis nimis: nō tm̄ a motiuis ꝛ cōsumptiuis cāe
ꝑter naturā ledētis: imo aliqñ ita fortibꝰ vt exic
cēt ꝛ amoueāt carnē: ꝛ si nō ſm totū saltē ſm ꝑ-
tem de carne in angulis oculoꝝ situata a natu-
ra deputata ad ꝓhibitionē lachrimarū: vt infra
videbitur: ꝛ aliquotiens hoc efficiunt cū instr̄o
chirurgico: vnde sepe deuenit ad lachrimas ab
huiusmodi cā extrinseca ꝛ ꝑmitiua. Idcirco fuit
cōueniens post expeditionez illoꝝ capituloꝝ si-
mul cū capitulo de macula rubea sepe sequente
ad ea: vt dictū est supra ponere capitulum de la-
chrymis tanq̄ de accidēti sepe ꝯtingēti in cura
dictaꝝ passionum vt eisdez lachrimis occurrere
possit medicus cū euenerit: et ita pz cōtinuatio
capituli cuz precedentibꝰ. De capitulo igit bre-
uiter se expediēs. ꝑmo declarando qui dicātur
patientes lachrymas ponit curam earū per in-
gressionem in balneum. secundo ponit curam
per medicamen locale applicandum. secunda
ibi (Et in oculum alcofol.) ¶ De prima parte
dixit. Cum lachrymales oculorum anguli sem-
per humidi videntur: patiēs quotidie ieiunūs
balneum ingrediatur. Circa quam partē opor-
tet duo notare. Primo in hoc quod declarat la-
chrymas que curari debent differenter ab his:
de quibus non est intentio ad curam vt sunt la
chryme voluntarie que non subijciuntur regi-
mini medici: sed magis per philosophiam mo-
ralem corriguntur vt videbitur statim. vnde de
clarat quod de inuoluntarijs est sermo in hoc
capitulo per hoc quod dicit. Cum lachrymales
anguli semper humidi ꝛc. Ex ista nota semper
denotatur quod non sunt voluntarie. ꝛ vt spe-
cialius intelligatur est aduertendum vt vide-
bitur infra in distinctionibus quod lachryma-
rum quedam sunt voluntarie ꝛ quedam inuo-
luntarie. Voluntarie, vt que sequuntur risum

vel tristitiam volūtarias. nam per risum sequi
tur distensio ⁊ dilatatio pororꝝ: nō tm̄ tunicarū
oculi: sed etiā illi⁹ carnositatis in angulis ocu
lorum existentis de qua dictū est ordinate ad si
stendum humiditatē naturalr̄ a natura depu-
tatam vt ad oculos trāsmittat̄ ꝑ finib⁹ infra di
cendis: ⁊ ita dilatatis poris effluit hūiditas la
chrymalis. ex opposito in tristitia ꝓpter ꝑcipe-
re aliqđ tristabile cōstringit̄ cerebrū: ⁊ sic expri
mitur humidū ex eodē ꝑ poros ad angulos la-
chrymales: ⁊ ita manifestat̄ lachryma. Et ptꝫ ꝙ
in istis nō semꝑ anguli oculoꝝ humidi vident̄:
sed solum cū occurrūt passiones aīales de gau-
dio risu vel tristitia: immo raro in ꝓuectis ad
has lachrymas peruenit̄: sed in pueris frequen
tius ꝓpter quasi cōtinuo de singulis admirari
ex incōsuetudine perceptoꝝ: ⁊ ita quedā cōpre-
hendunt vt cōuenientia iocūda ⁊ quedā vt tri-
stia: ⁊ ꝓpt̄r frequens fit risus ⁊ frequens tristitia
⁊ inde fluunt in eis frequentes lachryme: in eis
tn̄ nō semꝑ apparent. per hoc ergo qđ dixit sem
per innuebat ꝙ esset sermo de lachrymis inuo-
lūtarijs. ¶ Nota scđo ꝙ ipse ordinat in cura di
missa dieta ⁊ multa silia q̄ dicta sunt supra ī ca
pitulo de catarro cū eodē modo quasi curari de
bent lachryme ex ꝑte regiminis ⁊ diuersiōis et
prohibitionis fluentis materie ⁊ eūonis ⁊ exic
cationis sicut ⁊ fluxus catarralis vt breuiloqu⁹
ponit vnū ingeniū curatiuū ꝑ balneū cū corp⁹
est ieiunū. 2° posuit tanꝙ forte curatiuū in casu
nam valet ad duas principales intētiones. s. et
ad diuertendū materiā aptā fluere ad oculos ⁊
cutim totius qđ est in casu maxime iuuans: qm̄
difficile est cū materia demādauit ad oculos su
perfluitates ex cerebro maxime ꝓpter vicinita
tem oculoꝝ ad ip̄m ⁊ passibilitatē: difficile est
dico tunc cōsuetam eūonem ad talia mēbra cor
rigere: ⁊ nō corrigit̄ nisi inducat̄ vsus ꝯtrarius
ad diuersas ꝑtes qđ cōuenientissime fit cū bal-
neo. Cōuenit etiā ꝓ intētione exiccationis ma
xime tꝑe ieiunij: vt ptꝫ. Sed hic opꝫ cōmemora
re que supra dicta sunt de exhibitiōe balnei de
mente Mesue vt nō exhibeat̄ nisi post mundifi
cationem totius: qm̄ tunc agitationis suspitio
tollitur sublata multitudine: nā tūc resoluit re
liquias ⁊ cōuertit ex ꝑtibus lesis ⁊c. Et forte qđ
hoc insinuauit ꝑ hoc qđ dixit quotidie ieiunus
balneū ingrediat̄. signāter ieiunus vt insinuet
qđ non tm̄ ieiunus sit ex ꝑte cibi: sed etiā ex ꝑte
humoꝝ in toto q2 sit mūdificatus vel al's nō fuis
set corpus repletum: ⁊ sic ptꝫ prima pars clara.
¶ De scđa parte dicit ponēdo medicamē locale
et in oculis istud alcofol mittat̄. ℞. thutie. ʒ. x.
coralli rubei mirabolanoꝝ fricatoꝝ aloes: oīm
aā. ʒ. ij. piperis. ʒ. ſ. fiat ex eis puluis q̄ assidue
mittatur in oculū. s. in angulū eius. Circa quā
partem nota ꝙ ex ordine textus videt̄ innuere
ordinem seruandū a medico in cura. vt. s. prius
fiat diuersio ⁊ eūo. ⁊ sup. repercussio. deinde ve-
niatur ad localia. Ex quo pri⁹ posuit exhibitio
nem balnei pro intētionibus dictis. 2° nota ꝙ
hec descriptio maxime valet: vt ptꝫ ex simplici-
bus ad exiccationē materie ⁊ cōfortationē cali
ditatis naturalis oculi vigorando digestiuam
eius ⁊ cōtentiuā: ⁊ nō est in actiuis multū excel
lens temperamētū: vt ptꝫ cōsiderāti. Et nota ꝙ
ordinat cōpositionē in forma pulueris ⁊ non in

Nota.

forma collyrij humidi: qm̄ in hoc casu plus va-
lent medicine in forma pulueris: qm̄ vel adhe-
rent: ⁊ ꝓpt̄r magis penetrant in mēbra lesa. Uti-
litates simpliciū sunt manifeste ex supradictis:
et si velles istā descriptionem fortificare ad no-
stram intentionē posset infundi thutia in aqua
myrti: ⁊ de mirabolanis eligant̄ ossa mirabola
norum chebuloꝝ ⁊ si aliqualr̄ cōburerent̄ essent
efficaciora ad exiccandū: ⁊ ex eis posset fieri pul
uis cū reliqs. ¶ Et ad hanc intentionē posuit
Gerar. descriptionē vtilē. vt infra. ℞. thutie in-
fuse ⁊ ablute cū aqua myrti. ʒ. j. coralli albi ⁊ ru
bei: ossiū mirabolanoꝝ chebul̄. modicū cōbusto
rum: sumach galaꝝ: aloes: masticis: olibani. aā.
℈. j. ⁊ addit ipse etiā opij. ℈. j. sed ego nō laudo
propter timorē extinctionis spūum visibiliū vt
supra declaraui: sed pn̄t poni duo grana vel tria
ad maius ob maiorē fixionem operationis alia
rum medicinaꝝ ⁊ nō ad infrigidandum: ⁊ fiat ex
eis puluis subtilissimus. Et sic sit finis hui⁹ ca-
pituli textualiter lecti.

Puluis gerardi.

Not. bene

Pro doctrina clariori hui⁹ capl'i q̄dam
ꝑ ordinē videbunt̄. Prio
de quid nominis. 2° ponētur quedam diuisiōes
3° cōsequenter ad casas veniemus. 4° ad signa
vltimo de cura dicetur.

Quid nois. De quid nominis ꝓm Aui. ca°
ꝓprio declarat̄ ꝙ est vbertas
humiditatis aquose quasi continua: immo sem
per circa oculos ⁊ sepe cum fluxu lachrymarum
extra oculum: ita ꝙ duo dicit. Primū est humi-
ditas quasi continua circa oculum. Secundum
est casus lachryme extra oculum. ex coniunctio-
ne igitur vtriusque accidentis fit proprie ista
dispositio.

De q̄dditate nois.

Distinctiones. De speciebus et distin-
ctionibus Gerardus po
nit vnam diuisionem scilicet quod lachrymarū
quedam sunt voluntarie quedam innoluntarie
et voluntarias appellat: vt que sequuntur risuꝫ
et tristitiam: ⁊ de his non est sermo noster prin-
cipalis: quoniam correctio harum lachrymarū
voluntariarum magis habetur ex libris ethico
rum quam ex medicina.
¶ De innoluntarijs ergo sit ista prima diuisio
Auic. quod quedam sunt natiue quedam acci-
dentales. ¶ De accidētalibus. quedam sunt in
separabiles ⁊ quasi continue quedā sunt inter-
polate: ⁊ istarum interpolatarum est alia diui-
sio: quedā consequuntur alios morbos aut cau
sas primitiuas: quedam consequuntur causas
corporales intrinsecas non cum alijs morbis
coniunctas.

Cause. Jam consequenter ad declarationē
causarum veniendo dicatur quod la
chryme quedam fiunt a causa primitiua: quedā
a causa corporali.
¶ A primitiua ꝓ^m fiūt ab oī cā rarefaciēte liq-
faciente ⁊ debilitāte ꝯtentiuā musculoꝝ in an-
gulis oculoꝝ. vn̄ dilatatis illis poris fluit hūi-
ditas per oculū ⁊ totū hūectat ⁊ inde fit lachry
ma: ⁊ hoc modo caliditas solis ignis balnei aer
multū humidus grossus: ⁊ oīa q̄ humectāt ⁊ de-
bilitant ꝯtentiuā ⁊ ex parte cibi ⁊ potus in hu
mectātibus oīa talia possunt esse cā multipli-
cationis lacrymarum. ¶ Potest etiam causa oc
currens frigida esse causa lachrymarum: quia

De causis ꝓmitiuis.

ad frigiditatē seq̄tur cōstrictio cerebri: ⁊ fit ex/
pressio humiditatis cerebri exn̄te eo naturalr
hūido: vn̄. defluēs fit materia ad angulos ocu/
loꝝ cū naturaliter ordinata sit via ꝑ quā fluat
materia ad illum locū gr̄a iuuamēti ⁊ vtilita/
tis. s. ad rehumectādū oculū: ⁊ si fiunt sube hūi/
de ne ꝯtinuo motu ⁊ opatione visiua fiat ipsi᷒
oculi exiccatio: idcirco natura ordinauit in an/
gulis oculorum carnositatē quādā porosam et
spongiosam ad dictā humiditatē ꝯtinēdā ꝓ fi
ne dicto: sicut etiam ordinauit amigdalas cir/
ca radicē lingue ⁊ alias ꝓportionales carnes
circa radicē colli ⁊ vesice ꝓ ꝓportionalibus fi/
nibus: vn̄ cōstricto cerebro a causa frigida per
eosdē meatus defluit maior humiditas q̄ꝫ con
ueniat ꝓ oculi cōseruatione: ⁊ cōsequēter reci/
pit in illa carne spōgiosa dicta humiditas sup̄
eam q̄ sibi cōuenit: ⁊ ita abūdat humiditas cir
ca oculos: ⁊ cōsequēter ita fiūt lachryme: ⁊ ali/
qn̄ stāte vno oculo magis debili vel ex via com
plōnis vl' cōpositionis cōtingit alterū tm̄ ocu
lū lachrymare ꝓpter materiā lachrymosam re/
cipi posse in vna pte vt debiliori altera sibi resi
stēte. ¶ Fit etiā aliqn̄ a causa primitiua ꝓpter
abscisionē illius carnositatis. Et dicit Ras. 2°
cōtinētis. q̄ꝫ hoc aliqn̄ cōtingit ꝓpter imperi/
tiā medicoꝝ: q̄ cū aliqn̄ volūt remouere vngulā
scindūt: nō tm̄ carnē ꝑternaturalē additam: sꝫ
etiā naturalē. 2° etiā cōtingit in glādula vel re
motione eius si etiā abscindāt carnē illaꝫ a na
tura ordinatā ad retinēdā humiditatē de qua
dictum est. s. ¶ Potest etiā hoc fieri per medi/
cinas corrosiuas: vt aliqn̄ fit in remotione vn/
gule cū applicatione arsenici ⁊ colcotar ⁊ horū
q̄ dicūtur esse corrosiua. Et dicit Aui. in cap° ꝓ
prio: q̄ꝫ si talis corrosio vsq; ad finē ꝑuenerit. s.
amotionis carnositatis nunq̄ꝫ est possibilis cu
ra: quasi innuat q̄ꝫ lꝫ remoueat̄ ista carnositas
naturalis nō ſm totuꝫ vel ꝑ medicinas vel per
aliō: adhuc est possibilis cura. ⁊ curā illius po
nit Auenzoar in cap° ꝓprio vt statim dicetur.

De causis añtibus.

¶ Qō si fuerit a causa corporali ponit Auicen.
duas causas immediatas. vna est debilitas cō
tētiue. s. illius carnis: alia est debilitas digesti
ue. Nā de debilitate cōtētiue est declaratuꝫ: q̄r

Nota.

naturaliter natura semper mādat aliqō humi/
dū ad ipsum oculum ⁊ cōtētiua ei᷒ debilitata
existēte fluit dicta humiditas.
¶ De debilitate aūt digestiue est dubitatio Gē
tilis si intelligit̄ de debilitate digestiue oculi
vel cerebri: ⁊ breuiter ipse videt̄ innuere q̄ꝫ in/
telligit̄ de debilitate digestiue cerebri. Et ratio
est. nā q̄ꝫuis oculus sit natura humidus ⁊ q̄ꝫuis
nutrimēto indigesto multiplicet humiditateꝫ
non posse tamen tantam humiditatem super
fluam multiplicare quod abundaret continue
lachryma. immo citius si ex oculo emanaret tā
tū substātia oculi exiccaret̄. Itē dicit Auicen. ⁊
huius ꝑncipium est ex cerebro: quasi innuat q̄ꝫ
ex debilitate digestiue cerebri: ex quo cerebruꝫ
naturaliter humidū exn̄s ⁊ nutrimētū ad ip̄m
veniēs sit humidū: tn̄ cū debilitat̄ in digerēdo
multū superfluū humidū multiplicat̄: ⁊ tādeꝫ
per istos poros fluēs indisproportionatū ⁊ sup
fluum relaxatur cōtētiua: ⁊ consequenter multi
plicat̄ lachryma vt declaratū est: ⁊ ex his causis
ad multas possum᷒ discurrere remotas magis
qō breuitatis causa nō deduco impresentiarū.

Signa. Signorum q̄dā sunt ꝓnostica: q̄dā
demōstratiua. Et ꝓnosticoꝝ: q̄daꝫ
sunt ꝓnostica euentus: ⁊ quedam ad bonum ⁊
quedam ad malum.

De signis euentus.

¶ De ꝓnosticis euentus fit hoc p̄m ꝓnosticum
cuius est cerebrū debile ⁊ oculi dicuntur esse
magni: tale corpus paratuꝫ est ad lachrymas.
Clara est ꝯclusio ex passibilitate oculoꝝ ꝓpter
raritatē pororum oculoꝝ ⁊ ex generāte parato
multiplicare materiā fluēdā ad oculos. ¶ Se/
cūdū ꝓnosticū: cuicūq; corꝑi accidūt cause siue
ꝑmitiue siue corꝑales apte cōicare nocumētuꝫ
sensibile ⁊ dolorē oculis vt est ꝑn̄tia multi fu/
mi siue pulueris siue ap̄ata oculoꝝ ⁊ similia: in
tali ꝓnosticādū est de futuris lachrymis. ptꝫ.
¶ Alia cōclusio: ꝓnostica in hn̄tibus cerebrum
humidū succedēte febre possumus ꝓnosticari
de lachrymis: qm̄ per febrē liquescūt humidita
tes ex cerebro cōsequēter ad oculos fluentes q̄
faciunt lachrymas. ¶ Aliud. subitus occursus
ad aerē frigidū in corꝑe raro ⁊ passibili ſm cere
brū ⁊ oculos adducit lachrymas ptꝫ. cōstringē
do cerebrū ⁊ cōp̄mēdo humidū ex ipsis oculis.
¶ Ultimuꝫ. si fuerint ap̄ata in cerebro vel aliꝗ
morbi ꝓpter resolōnē virtutis debilitās nāles
virtutes in his expectare opꝫ lachrymas: pꝫ ex
his q̄ dicta sunt supra de frenesi ⁊ lythargia et
de ꝓpinquis morti propter causam vt supra: vt
fuit sententia Hyppo. ⁊ Ga. p̄° ꝓnosticorum.
¶ De ꝓnosticis vō ad malū fit hoc p̄m ꝓnost.ᵐ
Lachryme natiue nō curātur. intelligat̄. i. ma/
xime difficulter curāt̄ nā aliqn̄ ꝑ ꝓcessum eta/
tinum etiā ꝑ medicinas fieri pōt curatio hm̄ōi
dispōnū naturaliū quasi nō a p̄n° generatiōis
exuberāte mā hūida in etate humida passibili
tate oculoꝝ pueroꝝ posset fieri lachryma: et ꝑ
tp̄s durare vbi succedēte etate minorata mēsu
ra hūidi posset induci dispositio cōtraria ⁊ pos
set fieri curatio maxīe si fit intētio ꝑseruatiua
vl' curatiua ad hm̄ōi dispōnes: difficilis tn̄ est
curatio ⁊ reductio: q̄r difficile ē naturā ex mul
to tp̄e errātē corrigere nō inducta q̄si cōtraria
habituali dispōne: tū ꝓpter fixionē ꝑncipioꝝ
quasi naturaliū debiliū exn̄tiū: tū q̄r dispōnes
quasi innatas ⁊ a gn̄atione contractas natura
nō tentat remouere: sicut facit dispōnes q̄ ei ex
tp̄e cōtingūt cū nō sint ei connaturales: ⁊ ideo
illas nitit̄ remouere: ⁊ ideo videm᷒ naturā pro
isto fine mirabil'r opari. Nā abscisa pte carno/
sa vt natis in corꝑe etiaꝫ debili ⁊ macro ⁊ sene
fit in modico tp̄e multa carnis regn̄atio: q̄ꝫuis
totius restauratiua sit minor resolutiua in to/
to: ⁊ hoc solū est q̄r natura intēdit remouere dis
positionē preter naturā. ¶ Scōm ꝓnosticum.
lachryme accn̄tales facte ꝓpter abscisionē la/
chrymalis carnositatis vel corrosionē ex medi/
cinis: vel etiā ex lachrymis corrodētibus vt in

De signis ꝓnosticis ad bonuꝫ.

nuit Me. in ca° ꝓprio in p̄n°: etiā nō curātur:
ꝑcipue intelligitur cū deuētū fit ad fineꝫ vt. s.
dictum est de mente Aui.
¶ Signa vero ad bonū sunt: q̄ꝫ lachryme ex tē
pore facte ⁊ ex causa ꝑmitiua cōtingētes vt ex
occursu aeris frigidi maxime in corpore natu/
raliter forti tales faciliter curātur ꝑ ꝓhibitio
nē cause ꝑmitiue ⁊ remotionē ei᷒ impressionis
¶ Scōm ꝓnosticum: lachryme sequētes alios

morbos curabiles siue cerebri siue oculoꝝ sunt curabiles: ⁊ de eis dicebat Aui. in caº ꝓprio, et de accidētalibus sunt alie seq̄ntes egritudinē q̄ remouētur si remoueatur sup. egritudo: sicut fit in febribus. Et eandem ponit Me. ibi supra cum dixit. verum si cum occasione alterius morbi sic ꝓpter febrem supple fiat lachryma tollit sublata febre.

De signis demōstratiuis.

¶ Signa demōstratiua lachrymaꝝ sunt manifesta si sunt signa generatiōis.

¶ Signa causarum p̄mitiuarū sunt nota etiā ex relatione infirmi vt de occursu causarum calidaꝝ vel frigidaꝝ ab extrinseco vel de incisiōe vel corrosione illius substantie carnose ex medicinis applicatis vel cum instrumento ⁊ similibus.

¶ Signa causarum corporalium de debilitate cōtētiue vel digestiue hn̄tur ex p̄uatione ⁊ positione causaꝝ corꝑaliū ad illō adducētiū. ¶ Sz signa magis sp̄alia materieꝝ si fuerint flegmatice aquose vel cū materia col'ica mixte cognoscitur ex punctione corrosione ardore vel p̄uatione eorum.

¶ Sigª si sint natiue vel accn̄tales ⁊ ꝑ se note sunt: ⁊ ex his posset inferri si curiose procedere vellemus q̄dā ꝓblemata circa hanc ꝑtē cōiter inducta: sed q̄m nō sunt ad vtilitatē p̄sentis ꝓpositi nō curo prolongare sermonem.

Cura. Quātū ad curam q̄ est duplex gn̄alis. vna circa regimē: alia circa medicinalia. ¶ Cura in regimīe ꝓportionalis est ⁊ sil'is q̄ntū ad ꝓhibitiont euaporationis ad caput regimini dato supra in capl'is sil'ibus in dispositionibus oculoꝝ. Sed in reliq̄s p̄cipit sp̄aliter q̄ regimē inclinet magis ad siccū q̄ in multis p̄cedētibꝰ ⁊ in obuiatione causaꝝ ex parte aeris ⁊ cibi ⁊ potus ⁊ reliquoꝝ q̄ pn̄t facere multitudinē hu̅iditatū ⁊ debilitatem digestiue cerebri ⁊ debilitatē contētiue ipsius et oculorum. Et sic cōplet pª intētio q̄ntum ad regimen.

¶ Alia intētio medicinalis est multiplex. nam q̄dā ꝑtit ad equationē materie: q̄dā ad eu̅onē q̄dā ad diuertēdū ad oppoᵐ: q̄dā ad reꝑcutiendū: q̄dā ad exiccādū ⁊ cōfortādū ip̄m oculum.

¶ Pria de adeq̄tione mãe lz videat esse intentio cōis exiccatiua ex parte digestiuoꝝ quorūcūq̄ q̄ ꝑ interius sumūtur vt confectionū syrupoꝝ cerebraliū calidoꝝ: tn̄ vel frigidorū s̄m diuersitatē materie equādē in actiuis vt dc̄m est supra de soda frigida vel cal'a: tn̄ ex ꝑte medicinaꝝ q̄ occursit oculis iste medicine q̄ equāt reducēdo humiditatē ad temꝑantiā hn̄t regulaz Nā in hoc dicit Aui. in cura. s. in p̄nº capl'i cure q̄ hoc fiat cū temꝑate siccis. vn̄ dixit. can̄. in cura eaꝝ est administratio medicinarum equalis stipticitatis ⁊ accepit illū can̄. a Rasi in 2º cōtinētis caº pº. Nā fortiter stiptica si applicētur an̄ mūdificationē ⁊ totius ⁊ cerebri sūt cā notabilis nocumēti. Nā cū ꝓhibēt exitū lachryme ab oculo recepta postea materia inter tunicas oculoꝝ extēdūt tunice oculoꝝ q̄ propter nimiā extensionē aliq̄n rumpūtur ⁊ scindūtur vl' saltem fit vehemēs dolor. vn̄ non opz ista localia equātia applicare nisi temꝑate siccitatis ⁊ remisse multū. Et Ra. loco all'e. ponit quasdam medicinas temꝑate stipticitatis: īter frigidas ponit rosas ⁊ semina eius ⁊ sief memithe. in calidis ponit spicā nardi ⁊ foliuz ⁊ crocū ⁊ pr̄it in angulo oculi poni. Nota tn̄ q̄ tales medicine conuenientius applicantur in forma pulueris q̄ in forma alterius collyrij: quia magis adherent angulo oculi.

¶ Est igitur intendendum in euacuando p̄mū: ⁊ fiat euacuatio diuersiua cum flebotomia in calida ⁊ in frigida cum pillulis euacuatiuis remissioribus a p̄nº vt in materia calida cum pillulis alsaiereth addito modico reubar. ⁊ in frigida cū pillulis de hiera vel de aloe cōcili. postis in caº de soda: ⁊ in materia mixta vt ex flegmate salso cum pillulis medijs sicut cum pillulis alsaiereth ⁊ cū agarico trociscato: ⁊ ponat semper aliq̄d mirabolanorum etiam in aquosa flegmatica: ideo cōueniūt auctores in pillulis ducis ⁊ in pillulis sine quibus esse nolo. in quibus ꝓ magna parte intrāt mirabolani. q̄ pillule sunt facte ad confortationem sensuum ⁊ precipue visus: dentur etiam pillule auree: ⁊ pillule imperiales q̄ sunt magistrales: in quibꝰ omnibus stant mirabolani ad compressionem ⁊ exsiccationem: ⁊ cū his cōplet hec intētio de eu̅one minoratiua siue euacuatione diuersiua.

¶ Alia intētio p̄ncipaliter diuersiua succedit ⁊ in hac debemus multū insistere: q2 deriuare ⁊ membro nobili vt est oculus est valde aduertēdum ⁊ hoc fiat cum fricationibus cuz ventosis cum lotionibus extremitatū vt crurium ⁊ brachioꝝ cū setono post collū cū vesicatorijs post aures: ⁊ cū cauterio vltimate q̄n reliq̄ nō cōferūt. aliq̄ ēt laudāt caputpurgia in hoc ꝑ nares Sed nota q̄ talia caputpurgia per nares nūq̄ mihi placent in passionibus oculoꝝ: q2 conuertūt materias ad oculos maxime in passiōibꝰ lachrymaꝝ cū ꝑ eosdē poros deferatur lachryma ad angulos oculoꝝ domesticos ⁊ ad poros nasi: ⁊ sic conuertere ad nasum videt facere ad lachrymas: vt etiam exꝑientia manifestat. Masticatoria tn̄ ⁊ gargarismata nō discōueniūt sz conuersiones ad posterius sunt in casu cōuenientiores: valet etiam diuertēdo si corpus ieiunuz intret balneum aq̄ ca. nam conuertit materias ad exteriora vt dicit. A. in fine capl'i: ⁊ Rasis. in tex. nostro vt dictum est supra circa textum: sed nō fiat in p̄nº nisi prius facta mundificatiōe ꝑ mãeꝝ agitationem in toto. De repercussiōe aūt apponat repercussiuum circa frontem in materia acuta cum albumine oui subtili conquassato ⁊ cum bolo. ar. simul mixtis ⁊ extensis super petia. In materia frigida cum thure cū mastice laudat tn̄ in materia cōi. d. Mes. estq̄ medicamē Democriti: ⁊ vidi exꝑientiā sepe vt sumat cinis ex lana succida nō abluta combusta: et ex eius cinere diligenter trito dissoluto cum albumine oui sup petia extēso sup frōtē nā vt ibidē dixit stati em̄ mãe fluxū lachrymaꝝ sistit: ⁊ dolorē ēt tollit: ⁊ si fit mā frida fluens ꝑ vias extra craneū ꝯueniūt oīa stiptica ꝯfortātia de spica de squinanto de folio de nuce muscata ⁊ reliq̄s

Nota remediū singulare Auēzoar ī vltima intentione.

In calida circa ipsum oculum in ꝓcessu valet puluis ad exiccandum magis ⁊ ꝯfortādū factꝰ ex thutia p̄parata in aq̄ ro. Et laudat Auēzoar si fiat empl'm ex thure si masticet tenui masticatione: ⁊ postea cū penidijs ēt in ore masticatis suauit ieiuno stomaco totū ponat ī āgulo oculi. nā cū eo erit cā salutis vt dicit vz etiā ⁊ exic

cat sief positũ in textu: de quo etiaȝ dictũ circa lr̄am. Mes. etiã ponit in capº ꝓprio in lachryma corrodẽte ⁊ ardore ⁊ asperitate oculoꝝ collyriũ multũ valẽs vt infra. ℞. sarcocolle nutrite in lacte mulieris pluribus diebus. ʒ. iiij. dragagãti albi olibani scorie ferri margaritaꝝ nõ pforataꝝ añ. ʒ. j. spice inde climie auri ⁊ argẽti kakie añ. ʒ. ß. amidi. ceruse añ. ʒ. ij. thutie subrubee. ʒ. iij. tere oĩa ⁊ imbibe cũ aqua rosata cõterẽdo deinde fac siccari: deinde imbibe cũ succo granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ fac sicut p̃us: deinde cum aqua infusionis hueg. vltimo cuȝ aqua solatri idẽ fiat deinde pone cãphore. ʒ. ij. zucchari taberzeth. aur. j. deinde tere vltima cõtritione ⁊ fiat ex medietate eius sief cum aqua rosata et ex alia medietate fiat alcofol: ⁊ vtere cum aqua ro. vel cũ albumine oui ⁊ lacte mulieris: est em̃ valde bonũ vt dicit Auenzo. etiã ponit vnũ singulare remediũ quo sepe vsus sum: ⁊ est valde notabile: accipiatur frustũ thuris ⁊ in igne accẽdat᷑ ⁊ in aqua ro. infundatur: ⁊ extinguatur ⁊ ⁊ iterum infundat᷑: ⁊ extinguat᷑ postea in aqua: ⁊ ita q̃nquies vel sexies. illa aqua posita in angulo oculi multum ꝓdest ⁊ semper intelligitur factis q̃ debent precedere.

Nota remediũ singulare anẽzoar ꝺ vltima intentione.

¶ Ultima intẽtio de confortatione ⁊ remotione male cõplexionis inducte remouet᷑ cum appropriatis calefaciẽtibus aut infrigidãtibus. nã in frigida valet thus ⁊ crocus sief memithe. in calida rose ⁊ sil̃ia Et sic sit finis capituli.

De debilitate visus. Cap. xxiiij.

Si cum debilitate visus hũiditatis signa apparuerint manifesta q̃ in tempore famis ⁊ exercitij parumper dissoluantur pillule cocbie multotiẽs erunt tribuende. ¶ Nutrimẽtũ quoq; patiẽtis desiccatiuũ esse dꝫ. ¶ Et eger semp cogẽdus est vomere. Pulueres etiã desiccatiui ocl'is sunt immittẽdi. ¶ Qd̕ si cũ p̃dicta egritudine affuerint siccitas ⁊ corporis macies nutrimẽtum erit augẽdũ ⁊ vinũ ĩ potu est tribuendum. ¶ Ac supcaput ipsius aqua tepida fundẽda ⁊ incuruatio super eã facienda. ¶ Balneũ p̃terea ingrediat᷑ in quo tñ nõ multũ sudet. ¶ Naribus quoq; oleum de amigdalis dulcibꝰ atq; auribꝰ est ĩmittendum. ¶ Oculis vero lac adolescentis quaq; die est inĳciẽdũ. qd̕ etiã frequenter fieri cõuenit. ¶ Hec quoq; debilitatis visꝰ species fortior fit in tẽpore famis ⁊ cũ venter vacuus fuerit. ¶ Confectio alcofol quod valde acuit visum qui causa humoris debilitatur. ℞. tbutie ablute ⁊ siccate. ʒ. xx. deinde extrabatur succus sansuci viridis ⁊ p noctem vnã residere dimittatur ⁊ coletur: ex quo tbutia conspersa dimittatur quousq; siccetur postea teratur: deinde sumãtur ʒʒ. piperis nigri: macropiperis celidonie: omnium añ. ʒ. ß. salis armoniaci. ʒ. j. cum thutia fuerit. ʒ. xx. post bec omnia terãtur et ex succo teneri feniculi conspergantur. Et siccata iterum terantur et reponantur et cum necesse fuerit oculis immittantur. ¶ Ad boc preterea valde confert sief de fellibus.

Sequitur capitulũ de debilitate visus qd̕ sic continuatur ad p̃cedẽtia: nãpostq̃ dñs Rasis determinauit de lachrymis oculoꝝ in ipso capitulo p̃cedenti: ⁊ ad fluentiam lachrymarum potest multipliciter visus debilitari aut minorando humorem albugineum: aut exiccando tunicas oculorum: aut per adherẽtiam etiam humiditatis supra tunicas: q̃ omnes tales cause esse possunt cause debilitatis visus vt infra videbit᷑ in causis: idcirco fuit cõueniens post determinationẽ de lachrymis oculoꝝ ponere caᵐ de debilitate visus: ⁊ determinando de debilitate visus tria facit principaliter in caº. Nam primo declarãs debilitatem cõtingentẽ ab humiditate p signa propria ponit curam illius debilitatis. secũdo ponit manifesta signa debilitatis visus a siccitate: ponendo etiã curam eius per diuersa ingenia curatiua. 3º ponit vnius pulueris cõuenientis descriptionem ad acuendum ⁊ vigorandum visum cũ debilitatus est principaliter ab humiditate dñante. 2ª ibi. (Quod si cũ p̃dicta egritudine affuerit siccitas.) 3ª ibi (Cõfectio alcofol.) p̃ª adhuc in duas. p̃º ponit signa ad declarandũ causam debilitatis visus ab humiditate. 2º ponit curam. 2ª ibi (Pillule cochie multotiẽs ⁊c.) ¶ De prima parte dixit. Si cum debilitate visus humiditatis signa apparuerint manifesta: que sup. talia sunt q̄ in tempore famis ⁊ exercitij parumper dissolui videt᷑ sup. talis debilitas i. minui: tunc sup. ꝯñr est exhibenda cura conueniens ad talem humiditatem remouendam. ¶ Pro intelligẽtia partis est aduertendũ: q̄ lꝫ doctores cum loquuntur de debilitate visus sumant debilitatẽ visus gñaliter ꝓ nocumẽto in virtute visiua: et est lesio siue actio lesa diminute corrupte vel ablate propter causam essentialiter oculum ledentem vel partem eius vel instrumentum quod est spiritus vel propter nocumentum in via: tamen Rasis hic maxime contraxit ad debilitatem vt est actio diminuta visus vel aliqualiter corrupta comprehendendo res aliquotiens non ꝫm q̄ sunt ex parte rei simpliciter. ¶ Scd̕o notãdũ q̄ lꝫ vt videbit᷑ ĩfra latius in causis talis debilitas aliquotiẽs sequatur nocumentũ in ipso oculo vt dictũ est vel in ptibus eius: ⁊ aliq̃ñ nocumentũ in spũ qui est instr̃m ad operationẽ visiuã ⁊ aliquotiẽs sequatur nocumentum oppilationis fracture vel apatis in ipsis neruis obticis. Tamen Ras. hic p̃ncipaliter cõtrahit talem visus debilitatẽ ad eã que sequitur nocumẽtum in spiritibus ⁊ maxime per paucitatẽ cõsumptionem vel resolutio-

nē eoꝝ quā appellāt causam exiccātē: vł ꝓpter grossitiē ⁊ offuscationē factam in spiritibus a vaporib⁹ ⁊ fumis grossis ⁊ marie cōicāte stomaco vt patebit legēdo lrām. Et hoc qꝛ tales sunt cause q̄ ꝓpter nocumētū in spū visiuo faciūt ad debilitatē vis⁹ vtplurimū: ⁊ qm̄ si ꝓpter alias causas in spiritu cōtingat debilitas in opatione visiua vt ꝑ viā rarefactionis vt ꝓpter splendorē vł nimiā claritatē vł ꝓpter aliqualē cōdēsationē spūs a tenebris: qꝛ tales cause q̄si ad libitū sunt remouibiles: ideo de eis nō fecit mētionē in causis vł in cura. Et ita si cōtigeret debilitas ꝓpter multitudinē ipsoꝝ spūum q̄ aliq̄tiēs est causa adducēs ad resolōnē vt voluit. A. 3ª tertij tracta. 4° ca° ꝓprio qꝛ etiā illa causa est raro multū cōtingens ⁊ facilr̄ corrigibilis: idcirco de ea etiā nō fecit ēt mētionē de debilitate cōsequēte nocumētū in ipo organo puta oculo vł in ꝑtibus ei⁹ vt dicit Gerardus qꝛ sic determiatū est in alijs capl'is p̄cedētibus vt de tela oculi ⁊ obthalmia ⁊ cicatricib⁹ ⁊ reliq̄s ad quas seq̄t debilitas vel corruptio in opōne visiua. Et ex his pꝫ snīa p̄ᵉ ꝑtis. nā peccāte mā in stomaco marie ꝓpter quā fiat euaporatio ⁊ cōsequēter vapoꝝ mixtio cū spiritib⁹: vñ fiat obtenebratio visus ⁊ debilitas ꝯūr cōstat ꝙ i tpe famis facta inanitione stomaci de mā chilosa vel cibali nō fit resol'o vaporosa v̄sus caput et ad oculos maxime de vaporib⁹ a mā cibalis resolutis q̄ fiebat stāte stomaco pleno vel in dispositione nō famelica etiā si fuisset p̄ntia alterius materie in stomaco a qua partialiter eleuarentur vapores ad oculos: ita ꝙ simul cū vaporibus sibi fieret visus offuscatio tempore famis: suggente epate ⁊ stomaco: ⁊ attrahentibus reliquis membris ſm motus necessarios ad famem positos a Gal. 4° de accidenti consequenter illa materia humoralis in stomaco ex tali attractiōe cōuertitur magis versus epar: ⁊ sic diuertitur ab euaporatione versus caput: vnde ⁊ si non in totum ꝓhibeatur euaporatio saltem tamen minuitur: ⁊ ita consequenter minuitur debilitas visus ex tali euaporatione cōtingēs. ¶ Et idem patet de exercitio marie mēbrorum inferiorum qꝺ si fiat tempore non repletionis stomaci: sed vacuitatis diuertunt vapores ab ascēsione ad oculos ⁊ cōuertūtur ad mēbra deorsum: ⁊ ita videt innui offuscatio visus pēdēs a vaporibus hoc tñ de exercitio qꝺ dcm̄ est: est intelligendū si fiat in corpore nō pleno ſm totum vel ſm stomacum: qm̄ in dictis dispositionibus exercitium factum esset aptuꝫ nocere propter maiorem euaporationem communicari ad superiora ex agitatione forti facta in hūorib⁹ totius vt pꝫ intelligēti. Dꝫ ēt hoc intelligi vbi tale exercitiū nō occurrat corpibus colericis ⁊ marie ifelicib° i q̄bus facilr̄ flui t colera ad os tpe famis: qm̄ tūc tpe famis facto exercitio ex cā nota itelligēti auget debilitas visus ꝑꝑ maiorē euaporationē: ſꝫ qm̄ vtpl'm peccātes māe ſm stomacū sūt flegmatice vt in mł'tis locis auctoꝝ coll'r: tūc v̄ificat dictū Rasȝ. in tex. vt. s. ꝙ minoratio debilitatis visus in tpe famis ⁊ exercitiū ēt eo tpe fcm̄ sunt manifesta signa humiditatis peccātis marie ſm stomacū vel ſm ꝑtes capitis q̄ dictaꝫ debilitatē efficiebat vł fouebat mediāte ipsius euaporatione.

¶ Et ex dictis sequitur ꝙ in via curatiua est dicta materia euacuanda ⁊ nutrimentū dandum est exiccatiuum: ⁊ sepe. i. aliquotiens eger vomere est cogendus. Est etiā necessariū cōsumere vapores mixtos cū spiritib⁹ visiuis. vñ pulueres exiccatiuos cōsumptiuos vapoꝝ ⁊ sic clarificatiuos spūum in oculos mitti. Et hoc est qꝺ addit ponendo curā ꝑ diuersa ingenia. pillule cochie multotiēs erūt tribuende: nutrimētum q̄ꝫ patientis desiccatiuū esse debet: ⁊ eger sepe vomere cogēdus est. pulueres etiā desiccatiui oculis sunt immittēdi. ¶ Sed spālius nota in hoc ꝙ laudat pillulas cochias dꝫ etiā intelligi peccante materia ſm caput ⁊ ſm stomacū: dꝫ etiā intelligi p̄suppositis alijs mitioribus solutiuis vt exhibitis pillulis de hiera vel elefanginis vł aliquibus hmōi: debēt etiā intelligi facta pri⁹ digōne in materia: qm̄ tales pillule cochie laboriose soluentes maxime peccāte materia ſm caput p̄cipue in casu dante inducias vt in casu nostro nō debent exhiberi nisi p̄digesta materia vt al's fuit declaratū: ⁊ tunc in digestiuis habentibus respectū ad calefactionē ⁊ subtiliationem materie flegmatice debēt semꝑ ꝓ regula apponi in casu euaporationis aliqua stiptica cōpressiua: vt al's fuit declaratū de soda ebrietatis: et est exꝓ̄ssa snīa. A. in cura huius dispōnis 3ª tertij tractatu 4°. Si tñ materia a qua fiat euaporatio esset intra ipsum oculum cōtenta vel in locis proximis tunc dantur medicine magis appropriate in eūando materiā ab oculis ⁊ instrumentis sensuum: ⁊ sunt pillule lucis. si materia flegmatica fuerit dñans ⁊ immixta colera magis faciūt pillule sine quibus esse nolo nicolai. ¶ Quod dictum est de nutrimento est manifestum ex quo supponimus materiā peccantē esse humidā debet nutrimentū ad siccū conuerti de quo latius videbitur infra loco suo in regimie diete. ¶ Sed in hoc qꝺ dixit ꝙ eger sepe vomere cogēdus est: istud dictū est magna ꝯsideratione dignū: de quo lati⁹ videbit infra in p̄ncipali de eūone: sed summatim dicat ſm. A. in ca°. proprio: vomitus aūt q̄ minimus est ⁊ est factus cū leuiter ꝓuocātibus ad vomendum ⁊ in corpore apto ita ꝙ faciliter fiat est ex eis q̄ ꝯferūt ⁊ proprie senibus: sed laboriosus nocet valde. ¶ Qꝺ dicit vltimo de applicatiōe pulueris intra oculum est ex se manifestum per id quod dictum est: et puluis conueniens est qui infra ponetur in fine capituli et alia ponentur infra in loco suo: lege literam.

Not. bene

Nota de vomitu.

¶ Qꝺ si cū p̄dicta.) ¶ Ista est scd̄a pars p̄ncipalis in qua Rasȝ. pᵐ declarat causam nocumēti esse siccitatē ꝑ signuꝫ. 2° ponit ordinē in dieta. 3° ponit quomodo balneum est offerēdū: ⁊ etiā quedam humectantia sint auribus ⁊ oculis immittēda: ⁊ vltimo addit duo signa declarantia causam nocumēti esse siccitatē. Sed clarificando magis literam ponētur hec signa in fine posita cum prima parte textus: ⁊ sic legat. ꝙ si cuꝫ predicta egritudine. i. visus lesione vel debilitate affuerit siccitas sup. causa ⁊ corporis offuscatio. i. denigratio cum macredine supple est signum ad hoc declarandum: ⁊ continua cum litera inferiore. hec quoq̄ꝫ. i. causa debilitatis visus spēs fit validior tpe famis ⁊ dum vēter vacuus fuerit. ¶ Pro cuius partis intellectu opꝫ

aduertere ꝙ ſiccitas dominãs ĩ oclo ⁊ in toto
ſed ꝑcipue in oculo pōt multiplr̃ eſſe cauſa de/
bilitatis viſus vt infra ſpecialius videbit̃ loco
ſuo:ſꝫ ſummatim pōt eſſe cauſa diſproportio/
nãdo tempamẽtũ in ſpũ viſiuo q̃ eſt humidus
ꝑ naturã vt nō ſit ꝓportionatũ aĩe inſtr̃m pro
opatiōe viſiua pōt eſſe cauſa minorãdo ſubam
ſpũs exiccãdo:pōt ẽt eſſe cauſa reſolōnis ĩ ſpũ
Nã ſpũ calido exiſtẽte minorata in eo humidi
tate deducit̃ ad naturã igneã cōiũcta ſiccitate
caliditati ⁊ cōſequẽter parat̃ ad reſolōnem pt̃
etiã eſſe cauſa corrugãdo tunicas:⁊ cōſtringen
do pupillas.⁊ pōt eſſe cauſa minorãdo hũidũ
oculi maxime albugineũ vñ nimis illuſtrabit̃
oculus in medio mediocriter illuminato: ⁊ ita
nō fiet debita gradatio tranſitus ſpecieꝝ viſi/
biliũ ad cryſtalloidẽ ⁊c.⁊ ita ꝑ iſtos modos ſi/
miles debilitat̃ opatio viſiua.aliqñ ꝓprie.i.di/
minute:aliqñ improprie.i.corrupte ſm̃ diuerſi
tatẽ cauſaꝝ:huic igit̃ cauſe puta ſiccitati eſt᷒ oc
currẽdũ cum cōtrarijs. ¶ Sed manifeſtat̃ ſicci
tas ipſius oculi ⁊ humiditatuꝫ ⁊ ſpũum ipſius
a ſiccitate cōiũcta in toto vt cōtigit in tabefa/
ctis ⁊ ex multo tempe reſolutis ex ꝑcedentibus
diuturnis morbis in q̃bus ſepe debilitat̃ viſus
ꝓpter ſiccitatẽ oculo cōicatã:⁊ ita ſiccitas toti⁹
eſt ſignũ huius. Aliō ſignũ ſumit̃ ꝙ h̃ ſpecies de
bilitatis viſus validior fit in tempore famis vt
dum vẽter vacuus fuerit:pꝫ ꝑ maiorẽ reſolōnẽ
⁊ minorationẽ factã in ſpũ vbi ſumpto cibo mł
tiplicatis ſpiritibus in tempore minuit̃ illa de
bilitas. ¶ Et ex his infertur ꝙ dicit text⁹ q̃ptuꝫ
ad dietã ꝙ nutrimẽtũ in eis erit augmẽtãdum
ſ.in quali.i.plus reſtauratiuũ ſicut eſt nutrimẽ
tũ qꝺ debet̃ cōualeſcẽtibus ⁊ vinũ in potu tri/
buẽdũ ac ſupra caput ipſius aqua tepida infun
dẽda intelligẽdo de aqua dulci humectatiua ſi
gnãter tepida:q᷑ nō calida reſolutiua:⁊ incur/
uatio ſuꝑ eã faciẽda.i.debet corpus incuruari
ſm̃ faciẽ ſuꝑ aquã tepidã vaporãtẽ ad recipien
dũ vapores humectatiuos ad qualitatẽ hume/
ctãdo tunicas hũores ⁊ ſpũs:⁊ ſic ad ſiccitatẽ q̃
eſt cauſa nocumẽti remouẽdã. ¶ Balneũ ꝑter/
ea ingrediat̃:in quo tñ nō multũ ſudet ſignan/
ter dicit nō multũ ſudet:ne fiat reſolutio ⁊ exic
catio.nã humectare taliter exteriora mẽbra et
calefacere ꝙ ipſa aliqualr̃ calefiant ⁊ intume/
ſcãt ad ↄuertẽdũ nutrimẽtũ ad exteriora eſt in
caſu cōueniẽs:ĩtelligẽdo de balneo aq̃ dulcis ⁊
ſi fiat hũectatiuũ balneũ artificialr̃ magis cuꝫ
decoctione capitũ caſtratoꝝ ⁊ altee:⁊ ſic.cũ ſic/
citate cōiungat̃ caliditas addẽdo maluas ⁊ vio
las ⁊ nenufar erit fortioris efficacie. ¶ Addit
naribus q̊ꝫ oleũ de amigdalis dulcibus atqꝫ au
ribus eſt immittẽdũ:oculis vero lac mulieris
adoleſcentis quaqꝫ die eſt immitẽdum ꝙ ſepe
fieri ⁊ frequẽter ↄuenit ſup.vt ponat̃ in oculis.
Hoc totũ eſt clarũ: qm̃ lac mulieris humectat
oculos:etiã reliqua poſita intra aures ⁊ nares
mediate hãc intẽtionẽ ꝑficiũt. ¶ Conſequẽter
vltimo ponit deſcriptionẽ pulueris appropria
ti in debilitate viſus vt plr̃m cōtingẽte ab hũi/
ditate.nam talis puluis ſubtiliat ⁊ exiccat ma
teriam cum ꝓprietate cōfortatiua oculi ex par
te ſimpliciũ intrantiũ in eo. nã hic intrat thu/
tia de qua dcm̃ eſt ſupra qũo cōfortat tunicas
oculoꝝ conſumẽdo humiditatẽ; etiã eſt in pul
uere virtus ſubtiliatiua humoꝝ graſſoꝝ ⁊ exic
catiua in virtute ſucci ſanſuci:⁊ in virtute pi/
peris ⁊ zinziberis ⁊ macropiperis ⁊ celidonie
⁊ ſalis armoniaci:de q̃bus oĩbus ⁊ iuuamẽtis
eoꝝ dcm̃ eſt ꝑticulr̃ ſupra in ſuꝑioribus capitu
lis:fiat igit̃ cōpoſitio vt iacet in litera. ℞ .thu/
tie ablute ⁊ exiccate.ʒ.xx.intelligit̃ ꝑus lote ad
remotionẽ feculẽtie ⁊ pulueris.deĩde extraha/
tur ſuccus ſanſuci viridis:⁊ eſt ſpecies maiora
ne ⁊ ꝑ noctẽ vnã reſidere dimittat̃ .ſup. dictus
ſuccus vt faciat debitã reſidẽtiam ⁊ colet̃.ſ.di
mittẽdo ꝑtem groſſam reſidẽtẽ accipiẽdo cla/
riorẽ:ex quo ſup. ſucco colato thutia ↄſperſa.i.
prius puluerizata.ſ. miſceat̃: deinde dimittat̃
ſup.in loco ſicco quouſqꝫ ſiccet̃.ſ.ipſa thutia cō
ſumpto ſucco:poſtea terat̃:deĩde ſumãt̃ zinzi/
beris ad abſterſionẽ vapoꝝ groſſoꝝ mixtoꝝ cũ
ſpẽbus pipis ni.macropipis celidonie.oĩm.añ
ʒ.ij.iſta oĩa ſubtiliãt exiccãt ⁊ cōfortãt. ſalis ar
moniaci.ʒ.j.ad maiorẽ abſterſionẽ ⁊ reſolōnem
hec ſup.oĩa miſceantur cũ thutia q̃ fuerit.ʒ.xx.
poſt h̃ oĩa ſup.fił ⁊ ſup.ſubtiliſſime ⁊ fiat alco/
fol:⁊ reponat̃ ſup.i.ampulla vitrea bñ obtura
ta:⁊ cũ neceſſe fuerit oculis immitat̃. ¶ Addit
adhuc ꝑterea valde ↄfert fiet̃ de fellib⁹ de quo
ſupradictum eſt:⁊ patet qũo valet abſtergẽdo
⁊ exiccãdo. ¶ Cōſequẽter poſtq̄ꝫ poſuit curã de
bilitatis viſus ↄtingentis a cã in oculo ponit
curã debilitatis vł nocumẽti in opatiōe viſiua
ↄtingẽtis a cã in mẽbris vicinis puta ꝓpter pi
los inuerſos in palpebris q̃ aliqñ pũgũt oculũ
vñ fluit humiditas vel humor ad oculũ impe/
diẽs opationẽ viſiuam:⁊ aliqñ oppnũtur obie
ctiue ipſi oculo cũ interi⁹ reflectũt̃ ⁊ ita impe/
diũt̃ viſum. Et ponit curã breuiter quã videbis
in lr̃a excuſans ſe a lōga determinatione:q᷑ il/
la cura eſt magis chirurgica de qua nō eſt pñs
ꝑncipalis conſyderatio:tñ lr̃a eſt clara et lege
eã:tñ aliq̃d breuit̃ ⁊ ſũmatim dicã.ſ. ⁊ de tumo
re palpebraꝝ ⁊ de ipſis pilis inuerſis ⁊c.

Declarato ſummarie ca° ⁊ textualr̃ de de
bilitate viſus cũ alijs duob⁹
paruulis annexis:iam ex ordine videnda ſunt ꝑ̊
mo de q̃d nōis ⁊ q̃d rei debilitatis viſus.2° ſũt
ponẽde diſtinctiones ipſius.3° erũt vidende cau
ſe.ↄñr ⁊ 4° ponẽt̃ ſigna ꝓnoſtica euẽt⁹ ⁊ ꝓno/
ſtica ad bonũ vel ad malũ deĩde demōſtratiua
generis ſpecieꝝ quinto ⁊ vltimo erit veniẽduꝫ
ad curam.

Quid nominis. Pro ꝑ̊° nota ꝑ̊° ꝙ debi
litas viſus large vt hic
ſumit̃ aliqñ ſe extẽdit nō tm̃ ad diminutã viſio
nẽ:ſed etiã ad alterationẽ vel ablationem ſiue
corruptionẽ ipſius viſus.⁊ aliqñ ad quaſi in to
tũ ablatã. Aliqñ ſtricte ſumit̃ debilitas viſus
ꝑ diminuta opatione viſiua aſtãte ⁊ ita ſtricte
nō ſumit̃ h̃:ſed tamen iſta ꝓpꝰ appellatur de
bilitas:ſed quocũqꝫ talis debilitas eſt accidẽs
puta actio leſa diminute vel quaſi ablate:⁊ nō
dicitur ꝓprie egritudo ſed q̃cunqꝫ cauſa imme
diata ad hanc q̃ dicitur eſſe corporalis ⁊ intrin
ſeca mẽbro dicitur eſſe morbus ſed quia debili
tas viſus magis apparet q̄ꝫ cauſe: ideo aucto/
res ſolum fecerũt mentionem de debilitate vi/
ſus. ¶ Quid aũt rei ꝓprie ſumẽdo dici pōt qꝺ
debilitas viſus eſt opatio virtutis viſiue dimi
nute leſa vel quaſi ablate non ad placitum re/

Not. bene

Nota de vomitu.

Def. pulueris.

De q̃d dicitur nōis.

De q̃d dicitur rei.

mouibilis.

Distinctiones. Prima distinctio q̄dam est debilitas visus a gn̄atione cōtracta: q̄dam ex tp̄e. ¶ Alia distinctio q̄dā est p̄ cōitatē q̄dam p̄ ppetatē: q̄ aūt p̄ cōitatē q̄dā a toto q̄dā a p̄ticulari mēbro: vt a stomaco vel a cerebro. ¶ Alia distinctio q̄dā est a cā p̄mitiua cōtingēs q̄dā a causa corporali. ¶ Alia distinctio q̄dā est diuturna ꝛ ex multo tp̄e q̄dā modico tp̄e facta. ¶ Alia distinctio q̄dā fit non p̄cedēte alio morbo manifesto nec in toto nec alio mēbro sensibili: puta in oculo: q̄dā seq̄tur ad morbos toti⁹ vl̄ ipsius oculi. ¶ Alia distinctio q̄dā ꝯiūgit in sene vl̄ multuꝫ extremaliter debili p̄ naturā: q̄dā in corp̄e forti per naturam puta iuuenili.

De causis

Cause. Jam veniēdo ad causas de debilitate p̄ essentiā ponūt q̄dā cause generales: nā q̄dā se tenent ex p̄te cause spūum visibiliū: q̄dā ex p̄te tunicaꝝ oculi: q̄dā ex parte humoꝝ oculi: q̄dā ex p̄te neruoꝝ cōcauoꝝ: ꝛ q̄dā ex parte adiacētium ipsi oculo ꝛ palpebrarum.

¶ Ex parte spirituum nā spūs aut multiplicat̄ vltra q̄ oportet aut minuitur magis q̄ oportet aut fit grossior aut tenuior. ¶ Ex p̄te tunicaruꝫ aut tunice ꝫm essentiā sunt alterate: aut ꝫm cōplōnē: aut ꝫm cōpositionē: vt q: fiunt aspere facte vbi debēt esse lenes ꝛ plane: aut ꝫm colores vt cū colorificat̄ cornea maxie ad viride vel ad nigrū: ꝛ tūc nō tm̄ fit diminutio vel quasi ablatio: sꝫ etiam corruptio: aut ꝫm foramina maxie vuee ꝛ pupille: vt cū magis dilatat̄ q̄ opꝫ vl̄ nimis ꝯstringit̄. ¶ Humores etiā aut alterāt̄ in q̄titate vt multitudine vl̄ paucitate: aut variātur in mō sube in grossitie ꝛ tenuitate aut claritate ꝛ turbulētia vel p̄uitate ꝛ aliq̄n in situ. i. societate p̄tiū: ꝛ aliq̄n in figura maxime de crystalloide vt cuꝫ anterior nō est planitiē hn̄s vn̄ nō fit apta vt fiat debita impressio specierū visibiliū in eo: ꝛ aliquotiēs est eminēs nimis.

¶ Ex p̄te neruoꝝ aut fit oppilatio ppter rē cadētē in cōcauitate aut ppter alias causas de q̄bus dicet̄ infra: vel resolutio in ipsis neruis et ruptura: ꝛ aliquotiēs est mala compositio toti⁹ oculi q: fit nimis eminēs exteri⁹: vn̄ nimis irradiat̄ a lumīe: ꝛ hec est cā sepe contingens

De causis debilitatꝭ visus ex p̄te spūs.

¶ Et spāles cause haꝝ gn̄alium sunt multū diuerse. p̄mo ex p̄te spūum multitudo ex cā debilitatis visus. Nam multitudo pōt esse causa debilitatis p̄ q̄to ad multitudinē fit cōculcatio ipsoꝝ spūum circa oculū ꝛ ꝯsequēter fit supinflatio ꝛ distemperamētum in spiritib⁹ vn̄ fiunt disproportionati ad visum. nimia etiaꝫ multitudo facit vt nō sit liber motus ipsorū spūum intra vel extra ꝫm opationes aīe ad deferēduꝫ spēs visibiles obiectoꝝ extrinsecoꝝ: ideo multiplicātia spūs aliq̄n sunt causa obtenebratiōis visus: ꝛ ideo visus vitelloꝝ ouoꝝ nimius dicit Ra. in affo. suis p̄ducit ad tenebrositatē visus ꝛ ita intelligit̄ de qualꝫ re multū resumēte. quia sanguis q̄ ex vitellis ouoꝝ generatur maxime p̄portionatur generationi spirituum vt dicit Auicē. ideo de his specialiter facta est mentio. Raro tamen contingit q̄ multiplicatio nimia spirituum sit causa nocumenti maxime spūum visibilium cum spiritus sint maxime subtiles mobiles multum resolubiles: vnde raro multitudo eorū adducit ad nocumētū: ideo dicebat Aui. c. p̄prio all. s. in tex. multitudo aūt est melior res ꝛ magis iuuatiua. i. res raro ledēs ꝛ facile corrigibilis inter causas debilitatis vis⁹. Aliquotiens tamen multitudo ppter cōculcationem tandem ducit ad resolutionem ꝛ paucitatem: sicut etiam conculcatio spirituum facta in tenebris addit ad debilitatem per resolutionem ꝛ tandem per minorationem spirituū. Et hoc innuebat Aui. loco allega. cum dixit. Et q̄n q̄ꝫ perducit aggregatio valde superflua ad coartationem resoluentem ꝛ inspissatur ea p̄mū deinde subtiliatur valde 2°. i. minoratur per resolutionem ꝛ subtiliationem acquisitam: ꝛ declarans dixit: ꝛ istud est sicut accidit apud longam moram in tenebris.

¶ Et aliquando fit debilitas propter paucitatem spirituum ꝛ paruitatem eoruꝫ: ꝛ sic omnes cause minorantes spiritum de forti motu corporeo de forti motu animali studio diligentia ꝛ euacuationibus sensibilibus maxime per flobotomias ꝛ ventosas spatularum cum extractione sanguinis de egritudinibus diuturnis magne resolōnis p̄cipue de coitu ꝛ reliq̄s multū extenuātibus. iste oēs cause ducūt ad debilitatē visus ppter diminutionē instrꝫorum. Et hoc accidēs sepe contingit post lōgos morbos vt vidi ego in facto puerū tredecim annoꝝ post egritudinē sex mensiuꝫ factū esse cecū penit⁹: et tn̄ i substātia oculi nō erat lesio sꝫ ppter factā minorationē spirituum. ꝛ in p̄cessu per duos mēses facta restauratione cōualuit. ¶ Aliquādo cā est grossities in spū: ꝛ hoc mō friditas cōgregans ꝛ inspissans spūm pōt esse cā debilitatis: sꝫ dicit. A. vbi talis aggregatio non perueniat ad finē vn̄ fiat subtilitas. Nam mlt̄a vnio spūum faciēs ad iflammationē aliq̄n ducit ad subtilationē spūum caliditate aucta ꝯsumente hūiduꝫ grossum in spū ꝛ extenuāte spūm potēs ex coadunatiōe subtiliari vt pauloan̄ dicebatur: certa tn̄ inspissatio vl̄ coadunatio spūs facit ad ei⁹ igrossationē q̄ ingrossatio fieri pōt a malitia complōnis sine mā ꝛ frigida ꝛ sicca ꝛ a mala cōplōne māli sicca ꝛ melica. Ad grossitiē etiā plurimū facit mixtio vapoꝝ cum spiritib⁹. Et ideo dicit Aui. Omnia gn̄a leguminū sunt grauatiua visus ppter istā causam q: generant vapores grossos ꝛ ideo spiritus postea reddūtur inepti ad motū p̄ opatione visiua necessariuꝫ. ¶ Subtilitas aūt spūs etiā pōt esse causa debilitatis visus: tū q: ad nimiā subtilitatē seq̄tur nimia resolutio: tū q: non fit bona imp̄ssio ꝛ fixio specieꝝ visibilium obiectoruꝫ in eis nisi tāq̄ p̄ mediū. vn̄ ꝯsequēter nō p̄nt sufficiēter rep̄ntare obiecta. ¶ Cause etiaꝫ subtilitatis spūum sunt ꝯplō immaterialis calida vl̄ sicca. Nam cōplexio humida nō facit ad subtilitatē nec ēt frida. Cal'a āt rarefaciēdo ꝛ purificādo ad subtilitateꝫ inducit: vapores ēt resoluēdo spūm subtiliat: sꝫ magis vr̄ dubiū de siccitate q̄uo subtiliet spūm nā siccitas ad aggregationē spūum facit, ꝛ vnionē. iō nō vr̄ preparare ad subtiliationē: q: tamen potissima cā ingrossationis spuū est presentia vaporum: ideo exiccatione facta in eis ꝛ consumptiōe spūs remanet subtilior: etiam q̄m spiritus remanet subtilior: etiam q̄m spūs est calidus. Et si dice-

retur.ſiccitas exiccat vaporē ⁊ ſic inſpiſſat cum ſpūs de ſe ſit tenuior::ideo illa ſiccitas magꝫ ad terreſtre deduceret iō nō erit cā ſubtiliationis Dicit ꝙ ſpūs ꝑ materiā eſt humidus ⁊ ꝯn̄r ſibi annexa ſiccitate vbi ꝑ naturā calidus ꝑ ſiccitatē caliditati ꝯiūctā ꝯuertit ſe ad naturā igneā ⁊ ſic depoſito groſſo remanet ſubtilior:ſecus eſſet agēte ſiccitate ī materia groſſa nō calida ſꝫ humida:tūc ſiccitas exiccādo humidū faceret ad terreſtre exiccādo:ideo ſiccitas eſt cā ſubtiliationis ſpūum:⁊ ſic aer ſiccus eſt cauſa ſubtiliationis ſpūum. Et ideo melēcolici ꝑ viā aduſtionis ſunt ſubtils ingenij:nō aūt dico de radicalr̄ melēcolicis vt voluit Ari.3ª particula ꝓblematum ꝓblemate primo.

Nota.

De cauſis debilitatꝫ viſus ex ꝑte tunicarum.

¶Ex parte aūt tunicaꝝ maxīe extrinſecaꝝ nocumētū ꝯtingere pōt vl' ꝓpter nocumētū in eſſentia tunicaꝝ vl' in ſupꝑficie tunicaꝝ paruitate nimia vl' ꝓpter nocumētū ī poro maxīe ipſi⁹ vuee. ¶Ex ꝑte ſube tunicaꝝ vt cornee vel vuee nā vuea p̄t nimis exiccari:⁊ ſic ſeq̄t partiū coadunatio:⁊ ꝯn̄r ꝑ ꝯcl'onē vapoꝝ nigroꝝ ſit min⁹ ꝑuia:pōt etiā ꝑ infrigidationē duci ad eādem diſpōnē vbi ꝑ calefactionē ſupꝑfluā etiā indiſponiꝶ rarefaciēdo nimis cū ſpēs repēte nimis ꝑueniant ad criſtalloidē ⁊ ſic pōt acq̄ri debilitas in virtute viſiua. ¶Etiā ſm̄ ſupꝑficiē pōt cōtingere maxime ꝓpter vlcera vl' cicatrices p̄cipue ſi termināꝶ indirectū pupille.vl' ꝓpter vngulā adherētē cornee ſe extēdētē vſq; ad pupillā:vel ꝓpter ſebel ⁊ alios pāniculos accidētal'r ꝯnatos inter corneā ⁊ vueā:⁊ maxīe de catarracta vl' aqua deſcēdēte. ¶Ex parte coloris poteſt colorificari cornea colore citrino: vt ī icteritia ⁊ aliqñ colore rubeo:⁊ tūc aliqñ ſit nō tm̄ corruptio vel diminutio ſꝫ ablatio viſus.ſi ſit citria apparēt oīa citrina:ſi rubea apparēt rubea:ſi alba:alba. ¶Poteſt etiā eſſe nocumētū ex parte minorationis debiti coloris cornee vel vuee vtvbi cornea deberet eſſe colorata colore cornu ⁊ vuea ad nigrū debet declinare. Si cornea ſit ꝑuia nō colorata:tūc nō gradata fiet cōicatio ſpēꝝ:ſꝫ ſubita nimis:⁊ tunc viſus debilitatur. ¶Contingit nocumētū tertio maxime in vuea cū foramē ei⁹ nimis dilatatur vel cōſtringitur nimis:q: tūc reſoluiꝶ ſubſtātia ſpūs ⁊ ſpēs minus vniūꝶ ita vt ad cryſtalloidē non veniat:et ita ꝯn̄r viſus debilitatur:⁊ ſic oēs cauſe dilatātes vueā vl' pupillā pn̄t eſſe cauſe debilitatis viſus:etiā conſtrictio ſup̄ eam q̄ debeꝶ foramini vuee naturaliter eſt de cauſis debilitatis et ſic q̄cunq; cauſa ducit ad conſtrictionē ſupꝑfluā poteſt eſſe cauſa debilitatis viſus.

De cauſis ex parte humorū.

pressionem ab acu ꝓpter diuersas cās de q̄bus
videbiṫ infra loco suo: ita ꝙ nō oīs sic curari po
test ⁊ sic incisio. i. ꝑforatio cū acu non ꝓderit ad
curam: vel aliter talis incisio ꝓdesse nō poterit
etiam si sup. deponaṫ cataracta. s. ad restituēdū
operationem visiuā: q: forte malitiata est natu
ra humoris albuginei: ⁊ quasi corrupta: ita qđ
non remanet debitū medium ad delationē spe-
cierum propter cataractam que ex multo tem-
pore dictum humorem extraneauit: ⁊ sic nō pro
derit ad visum depositio cataracte.
¶ Sequiṫ illa pars. (Qn̄ imaginationes ⁊c.)
In qua declarat que sunt imaginationes facte
ex ꝓprio vitio oculoꝝ: ⁊ q̄ sunt signa ad catara-
ctam. ⁊ q̄ sunt imaginationes ꝑ viā cōitatis q̄
nō sunt signa: vt sunt imaginatiōes q̄ ex stōaco
fiunt. Et p̄° ponit tria signa ad declarandū eas
que fiunt ex stō. 2° ponit signū ad declarandum
qn̄ imaginatio est ex proprio vitio oculi. 2^a ibi.
(Si aūt vni oculo tm̄.) Prima posset diuidi in
tres ꝑtes ſm ꝙ tria signa ponit. 2^a ibi. (Et si ex
quo iste imaginationes ⁊c.) 3^a ibi. (Qn̄ aūt iste
cognitiones cōgregate fuerint.) ¶ De p̄^a parte
dixit qn̄ imaginationes q̄ videntur vtriqꝫ appa
rent oculo ꝯtingere hoc est ex vitio stōi ⁊ econ-
trario sup. qn̄ vni tm̄ oculo apparēt declaraṫ ꝙ
nō sunt ex stō. Ratio huius dicti est clara: qm̄ fa
ctis imaginib⁹ vitio stōi cū stōs hʒ directionē
ad vtrunqꝫ oculū equaliter rōnabiliter manife
stabitur imago in vtroqꝫ oculo ꝓpter directio-
nem equalē stomaci ad vtrosqꝫ oculos ⁊ hoc est
verum vt in pluribus ⁊ quasi semper: q: pur cō-
tingere posset oppositum vt stante vno oculo
forti: ⁊ alio debili: vt patet consideranti.
¶ Addit: ⁊ cum imaginationes in hora fastidij
i. repletionis stōi ⁊ in hora male digōnis pl'es
solito videnṫ. in hora aūt famis ⁊ laboris. i. exer
citij: ⁊ maxime membrorum inferioꝝ pauciora
apparent. Estimandum est etiā hoc ex stomaco
esse: ratio est satis clara ex se ꝓpter fieri maiorē
euaporationem hora repletionis a stō ꝙ̄ hora
inanitionis ⁊ famis. Posset tn̄ in casu continge
re oppositū vbi essent humores in fundo stoma
ci a quibus eleuarentur vapores qui essent cau
se imaginū: ⁊ per succedentē cibū fieret compres
sio vaporū tunc cōtingeret oppositū sicut decla
ratum est in simili in de soda per cōitatē stoma
ci: ad illū locū recurre: sed hoc est raro ꝯtingēs.
¶ Addit ponendo aliud signum: ⁊ si ex quo iste
imaginatiōes apꝑuerint duo p̄teriere mēses vl'
pl'es ⁊ i pupilla nō fuerit visa ꝯturbatio: estimā
dū ē hoc ēt eē a stō. hoc signū ē satis clarū: q: de-
claraṫ ꝙ ille imagines nō depēdēt ex vaporib⁹
mānsiuis i ipis ocl'is: sʒ ex vaporib⁹ aliūde cōica
tis nō ꝑsistētib⁹: sʒ q̄ ad tp̄s resoluūtur: ⁊ in tpe
multiplicantur. Nam si fuissent mānsiui in ipsis
oculis ex spatio duorū mensium ⁊ vltra fuissent
deducti ad naturā aqueā: ⁊ sic esset facta cōtur-
batio in ipo oculo vel in pupilla: qm̄ vt dicebat
Aui. in cap° proprio de imaginationib⁹: ⁊ ima
ginationes que sunt an̄tes aquam: vt sup. sunt
ille que sunt mansiue vitio oculoꝝ non cessant
gradari in conturbatione visus vsqꝫ quo descen
dit cū eis aqua subito. ⁊ addit: ⁊ raro pertransit
sex menses. s. quin fiat aqua. ¶ Addit ponendo
tertium signū: quando aūt iste cognitiones ag-
gregate fuerint. i. simul appareant signa dicta
supra sup. ad certificandū si sint imagines depē
dentes vitio stomaci: pillulas cochias in potu

Notate sequentia.

tribue: ⁊ ſi paſſio omnino remouet̃ iam eſtima- tiones p̃dicte. ſ. ꝙ ſint depẽdentes ex ſtõaco cer tificate erunt. i. tunc cũ ſignis precedẽtibus cõ- cluditur ꝙ tales imaginationes nõ portendũt aquã: ⁊ rõ eſt clara. Nã eũata mã a ſtomaco per pillulas: ꝓpter quã fiebat euapoꝛatio vel ex ſe vel debilitando digeſtiuã ꝯñr remouebunt̃ ima gines: ⁊ ita erit ſignũ ꝙ tales imagines erãt de pẽdentes ab eo. Sed nota ꝙ lz ipſe poſuerit pil lulas cochias ꝓ eũone materie a ſtõaco: tñ cre- do melius ſi ſumant̃ pillule mitioꝛes vt elefan gine vel pillule de hiera: ⁊ ita cõiter vtũtur au toꝛes hierapigra in caſu: ſed qñ iſte non ſuffice- rent poſſemus audere ad illas. ¶ Cõſequenter ponit ſignũ ad declarandũ qñ tales imagines pendent ꝓpꝛio vitio oculoꝝ: ⁊ ſunt ille q̃ ſignifi cant cataractã ⁊ dixit. Si aũt vni oculo tm̃ ap- paruerint ⁊ vno mõ oĩbus hoꝛis ꝑmãſerint: eſti mãdum eſt vt inde aque. i. cataracte adeſt p̃n^{m}: cum in pupilla nõ fuerit offuſcatio: nãq̧ ſi fue- rit in pupilla dubitatio tunc iã erit ſublata. i. tũc certificatio plana: nã antea ſemꝑ fuit dub^{a}. ¶ Ex multis igitur ſimul ſumptis poſſum⁹ con cludere apparẽtibus imaginationib⁹ vtrũ ſunt ſigna ad cataractã vel nõ: qꝛ difficile multũ eſt cognoſcere eius pꝛĩn^{m}: ſed cũ eſt ꝯfirmata eſt fa cilis cognitionis: ſed difficilis cure. Et hoc ẽ qð dixit Serap. 2° breuiarij ca° ꝓpꝛio cũ dixit. Hec aũt egritudo qñ firmat̃ cognitio ei⁹ facilis eſt. In inceptione vero cognoſcit̃ ſup. difficulter ꝑ ſignificationes ⁊c. Nã cũ cõfirmat̃ egritudo de- ſtruit̃ viſus. Cauſa aũt quare imagines in vno oculo fixe tm̃ ⁊ oĩbus hoꝛis ꝑmanẽtes: ⁊ non ſic in duobus ſunt ſigna cataracte eſt: qꝛ cũ nocu- mentum eſſentiale in albugineo exiſtẽs vt plu rimum nõ ſit equale in ambobus oculis: ſed in vno magis q̃ in altero ꝓpter diuerſitatem oculoꝛum in potẽtia digerendi ⁊ expellendi ſuꝑflui tates inde eſt ꝙ in diuerſis oculis non apparẽt imagines equales neq̧ vno modo: immo in de- bilioꝛi plures ⁊ foꝛtioꝛes apparent ⁊ ſepe in foꝛ tioꝛi nõ apparent vbi in debilioꝛi apparent cuꝫ fiunt ꝑ viã paulatine ꝯgõnis. Si aũt fiãt ꝑ viã defluxus ex cerebꝛo vel pãniculis maxime ex pã niculis intra craneũ alligatis pãniculis ⁊ tuni cis oculoꝝ vt ſupꝛa declaratũ eſt in anathomia oculi. pars dextra capitis nocumentũ cõicabit oculo dextro ⁊ ſiniſtra ſiniſtro: ⁊ hoc mõ fit pau latina reſudatio de hũiditatibus ꝑ dictos pan niculos intra humidũ albugineũ vbi fit catara cta: vnde fiunt inequaliter imagines in oculis immo ſepe in vno ⁊ nõ in altero. Sed ſi materia fluat ꝑ neruos obticos ex cerebꝛo cũ dicti ner- ui ꝑueniant ad ꝯtactũ in cruciatione eoꝝ nõ vi deo quare nõ recipiat̃ vapoꝛ vel mã equaliter in ambobus oculis niſi ſumat̃ diuerſitas ex ꝑte re ſiſtentie vnius oculi magis q̃ alteri⁹: hoc tñ to- tum qð dictũ eſt in hac ꝑte intelligat̃ niſi cauſa imaginũ ſumat̃ ex ꝑte tunicaꝝ maxime coꝛnee. Nam vbi vlcera coꝛnee vl̃ cicatrices ei⁹ ſint cau ſe imaginũ: tũc manebũt imagines in vno ocu lo ⁊ nõ in altero ⁊ vno mõ ſe habentes: ⁊ tñ ꝓno ſticatur deſcẽſum aque: vt pꝫ. Vñ dicebat Aui. inſignis imaginũ: ⁊ illa q̃ fit ꝓpter coꝛneam ſi- gnificat cã eius p̃dicta. ſ. de vlcere ⁊ vt figat̃ ali quo tꝑe nõ addens ⁊ nõ ꝑducens ad nocumen- tum in oculo preter ſe: quia ſcilꝫ non ſequitur

Nota bñ.

alia offuſcatio oculi que gradatim augeatur ſi- cut in ea que eſt pꝛopꝛium ſignum cataracte. ¶ Cõſequẽter ponit curã in illa ꝑte. (Cũ aũt h̃ paſſio.) Iſta eſt 2ª pars pꝛincipalis capituli in qua ponit curã ⁊ diuidit̃ in quatuoꝛ. Nã pꝛimo oſtendit de q̃bus eſt cauendũ. 2° ponit curam ꝑ medicinas laxatiuas. 3° quibus eſt vtendũ nu- trimentis. 4° ponit medicamen locale ꝯueniẽs ponendo eius deſcriptionẽ. 2ª ibi (Uenter ꝟo.) 3ª ibi (Et eger ex calefactiuis.) 4ª ibi (Et in ocu lis fiet̃.) ¶ De p̃^{a} parte dixit. Cũ aũt hec paſſio in oculo ꝓpꝛia fuerit. i. imago de qua dictũ eſt vnde ſignificet̃ p̃n^{m} cataracte ꝓhibendũ eſt in- firmo ne cum ventoſis minuat ex collo vel ſup. ſpatulis ſanguinem neq̧ ex bꝛachio. neq̧ come dat piſces: neq̧ oĩa que humectare pñt. Ex qui- bus ꝟbis colligit̃ cõtra multos ꝙ extractio ſan guinis per ventoſam eſt magni timoꝛis in cura moꝛboꝝ flãticoꝛũ: ⁊ non tm̃ extractio ſanguinis per flõmiã: immo foꝛte magis ledit. qꝛ ſanguis qui ꝑ ventoſam extrahit̃ eſt iã ad mẽbꝛa mãda tus ⁊ ſubtilioꝛ q̃ ſanguis q̃ ex vena educit̃: opꝫ etiam vitare piſces ⁊ nutrimenta viſcoſa: qꝛ ad dunt in cãm cataracte. 2° intelligitur qñ catara cta eſt in pꝛĩn°. ⁊ eius curam intẽdimus cu me- dicinis: ſed quãdo voluntas adeſt dicebat. A. in cura in cap°. pꝛopꝛio: vt fiat cura cũ inſtr̃o ꝑmit titur habẽti aquã. i. cataractã adhuc nõ inſpiſ- ſatam vt nutriatur piſcibus recentibus ⁊ cibis humectãtibus ⁊c. ad ingroſſandum eã vt habi- lioꝛ fiat ad deponẽdum cũ acu: qñ ꝓpter nimiã ſubtilitatem eius erat inobediẽs vt deponeret̃ et ita pꝫ ꝙ iſta remedia ſunt contraria in cura cataracte ſ̃m diuerſos modos curationis: ſed Raſ. hic in ca°. ponit curã iſti⁹ ꝑ medicinas in- tendendo eius diſſolutionẽ: ⁊ ſic opꝫ ꝓhibere q̃ cunq̧ faciunt ad generationẽ aque que eſt hũi- ditas groſſa que coagulatur: ⁊ aliqui in caſu nõ tm̃ vituperant iſtos cibos: ſed etiã pꝛohibẽt in totum vinũ: vt fuit Azarauius ꝓpter plurimã euapoꝛationem facientẽ etiã ad deſcẽſuꝫ humi ditatum a cerebꝛo. ¶ Dicit de 2ª ꝑte ꝙ vẽter fre quenter eſt ſoluendus cum pillulis cochijs. nã iſte pillule eũant materiã flegmaticã a cerebꝛo et ab inſtrumentis ſenſuũ: ſed ſunt foꝛtes mul- tum: vt ſepe dictũ eſt: vnde magis audẽdũ eſt ſu per pillulas aureas vel ſuꝑ pillulas lucis: ⁊ ſũt pꝛopꝛie in caſu vel hieras magnas qñ pillule nõ ſufficiunt. Sed nota ꝑ hoc qð dicit frequẽter vt dixi ſupꝛa in ca° debilitatis viſus de mẽte. A. ꝙ in paſſionib⁹ ocl̃aribus nõ opꝫ nimiũ frequẽta re ſolutiua: ne debilitet̃ virt⁹ ⁊ paucificet̃ ſpũs: quoꝝ magna mẽſura neceſſaria ẽ ad opõnẽ viſi uã. ¶ Cõſequẽter ponit curã ꝑ nutriẽtia cõue- niẽtia: ⁊ i ſe ⁊ artificio: dt ꝙ eger ex calefactiuis ⁊ exiccatiuis nutriẽd⁹ ẽ. Nã talia nutriẽtia ꝯtꝛia ſunt mãe aq̃ſe: de q̃b⁹ videbit̃ ſpãli⁹. ꝫ. in regie. ¶ Et addit ꝙ hydromel in potu ẽ tribuẽdũ: pꝫ. ¶ Cõſequẽter vlt° põit vnũ collyriũ ⁊ ẽ fiet̃ de fellib⁹ i caſu valẽs. Et poſuit hoc vlt^{m} remedioꝝ p̃ſupponẽs nõ eẽ vtẽdũ hoc collyrio niſi p̃cedẽ- tib⁹ mollificatiuis ſolutiuis ⁊ ð̃bita dieta ⁊ tũc poſſum⁹ eo vti ad intẽtionẽ ſubtiliatiõis exicca tionis ⁊ abſterſiõis. Nã fel qðlꝫ ſ̃m oẽs ſimpli- ciſtas hꝫ ꝟtutẽ ſubtiliãdi ⁊ ꝯſumẽdi. Et foꝛtioꝛa eoꝝ ſunt fel aĩaliũ volatiliũ: ⁊ precipue eoꝝ q̃ de rapina viuũt. Iõ poſuit in iſta cõpoſitiõe mul-

ta talia fella. Intrāt etiā in hac cōpōne serapi/nū ⁊ euforbiū q̄ sunt multū fortiora in exiccando ⁊ abstergēdo. Sed istud nō dꝫ exhiberi nisi p̄us sint experimētata alia collyria mitiora: et qn̄ ista nō sufficiūt: possum⁹ tūc audere ad istō q: ad vltīas egritudines vltīe curationes sunt potētes ad ꝑfectionē. Et dicit ꝙ tale fiet dictū de fellibus in p̄n° aque immitēdū est. Signanter dixit in p̄n°: q: in ꝯfirmata nō oꝫ vti medicinis localibus: sed solum oꝑatione manuali. Addit ꝙ ꝓficit etiā dilatationi pupille intelligit qn̄ dilatatio pupille pēdet ex sup̄flua humiditate albuginei: ⁊ non ex siccitate: q: in illo casu noceret. Addit etiā ꝙ ꝓficit his q̄ post occasum solis nō vidēt ⁊ tenebrositati visus q̄ est ex hūore frido flegmatico: cui⁹ descriptio est talis. ℞. fellis gruis fellis saboth: ⁊ est piscis dictus supra. fellis hircini: fellis accipitris: fellis aquile: fellis perdicis: oīum siccoꝝ vnū vel plura sm̄ qđ intēdimus magis vel minus. sumātur q̄ꝫ ꝓ oibus. ʒ. x. istoꝝ siccoꝝ euforbij coloquintide serapini. oīum an̄. ʒ. j. trita aggregētur cum succo feniculi teneri: i. recētis ⁊ mittātur in oculum. Et sic est finis textus.

Expedito sic textualiter cap° de cataracta in quo plurima est facta mētio de imaginib⁹: lꝫ nō de p̄ncipali intētione vt vidistis: sed solum ꝓ habēda vera noticia p̄ncipij cataracte: ⁊ q: A. fecit an̄ ca^m de cataracta ꝓp̄ū ca^m de imagib⁹ licebit nob̄ ad maiorē intelligētiā aliqua dicere de imaginibus sm̄ morem nr̄m: postea ꝓseq̄mur de cataracta sp̄al̄r ꝑ ordinē: sil̄r de imaginib⁹. igit̄ p̄° videbit̄ de termino q̄d nois ⁊ q̄d rei. 2° de diuersitate ⁊ sp̄ēbus harū imaginationū. 3° de causis. 4° ponemus signa. p̄° ꝓnostica deīde demōstratiua distinctiua ipsaꝝ causaꝝ. Ultimo de cura summarie: q: h̄ nō fit mētio de ipsis p̄ncipal̄r: q: nō tractat̄ h̄ de imaginationibus nisi pro quanto sunt sig^a vt dictum est.

De q̄ddita te nois.

Quid nois imaginationū. Pro p̄° sciēdum p̄us ꝓ intelligētia ꝙ imaginationes sunt duplices: q̄dā cōprehēdūtur ⁊ in lumine ⁊ sine lumine: ⁊ tp̄e vigiliaꝝ: ⁊ tp̄e somni: ⁊ hoc mō imaginationes sunt passiones virtutis imaginatiue ⁊ tales sunt passiones vt pl̄m cōtingētes in ap̄atibus cerebri: vt in frenesi: et etiā tales aliqn̄ fiūt ex forti imaginatione tempore vigilie ⁊ dicuntur phātasie: ⁊ de his nō est sermo: sed hic est sermo de imaginationib⁹ que sunt accn̄tia in virtute visiua oculoꝝ. De imaginationibus ergo oculoꝝ: q̄ tm̄ contingūt stāte aere ⁊ medio peruio ⁊ illuminato: q̄d nominis talis imaginationis est q̄dam in oculo vel in oculis apparētia q̄ vel sibi sil̄is nō apparet in oculo mediocriter disposito ⁊ sano ⁊ tales dicūtur imagines in plurali numero ꝓpter magnā diuersitatem in eis contingentem: ⁊ in colore ⁊ in figura ⁊ quantitate.

De quiddi tate rei.

Quid rei. Quid aūt rei. d. A. imaginatiōes sunt colores q̄ sentiūtur corā visu: ac si essent in aere. ¶ Sed nota hic ꝙ ꝑ colores non intelligit proprie veros colores terminatiuos visus ꝓ q̄to sunt in extremitatibus corpoꝝ opacoꝝ. Nam multa aliqualiter peruia sunt q̄ nō dicūtur veri colores vt crystallus: q̄ tm̄ possūt videri: ⁊ tm̄ ꝑuietate ꝑticipāt: ⁊ vltra ipsa obiecta vidētur: ⁊ de talibus aliquando fiūt imaginationes: qm̄ talia corpora sic repn̄tāt̄: vn̄ catarracta leuis ⁊ rara nō impediens lumen intra oculum penetrare aliqn̄ a patiēte cōprehēditur: ⁊ talis aliqn̄ videbit̄ esse q̄dam humiditas q̄ repn̄tat semē humanū: vt dicit Alarauius. per colores intellligit corꝑa q̄ nō sunt ꝑuia ꝑuietate simpl̄r qua mediāte reliqua corpora videm⁹ qualis est aer vel aqua. ¶ Innuit igitur Aui. in diffinitiōe vnā diuisionē talē qđ eoꝝ q̄ dn̄r imagines q̄dā sunt q̄ cōprehēduntur ⁊ sunt vera corpora extra: q̄dā cōprehēdūtur tā ꝙ essent extra: ⁊ nō sunt: sed sunt in oculo. Ille igit̄ sūt imagiatiōes q̄ extra comprehendūtur ⁊ q̄ a mediocri visu non sunt apta comprehēdi ⁊ nō sunt in communi vsu comprehensionis: sꝫ tm̄ ab acutissimo visu comprehendūtur: vt dicit Aui. q: semꝑ in aere q̄tūcūq̄ꝫ ꝑuio sunt q̄dā corpuscula q̄ a visu subtilissimo vidētur. si ergo talia videntur ab aliquo dicuntur imaginationes: quedam etiam sunt imaginationes que comprehendnntur vt essent extra oculum et sunt de facto in oculo etiam ꝓpter acuitatem visus maximam verumtamen hec duo occultātur a visibus q̄ nō sunt in vltimo acuitat̄ ⁊ non imaginātur nisi ab eo q̄ est vehemētis acuitatis in visu. Et dicit Aui. ꝙ tales nō sunt ad nocumētū. nā q̄uis intra oculum humidū albugineū sit ꝑuiūt: tm̄ nūq̄ꝫ est quin aliqui trāseant ꝑ ipsum vapores: q̄ etiā a virtute multū intense visiua cōprehēdūtur: ⁊ ita contingit hmōi obiecta: ⁊ si sint quasi in vltimo ꝑuietat̄ immutare talē virtutē: q̄ tm̄ nō sunt ad nocumētū. Ra. tm̄ circa hoc 2° cōtinētis videt̄ innuere hāc passionē esse ad nocumentum: ⁊ ꝙ est corrupta visio.

¶ Et ad clariorē notitiā circa hāc materiā solet hic dubitari qn̄o vapores intra ocl̄m exn̄tes possint videri: q: sensibile positū supra sensum nō causat sensationē: ⁊ sic nec visionē ⁊c. Quidā dicūt ꝙ hoc dcm̄ intelligit̄ solū in visione perfecta: sꝫ nō in visione nō ꝑfecta qualis est talis visio: q: tūc nō est necessariū ꝙ obiecta immutent ꝑ mediū extrinsecū. Sꝫ circa hāc difficultatem breuiter dico p̄° ꝙ ista snīa est dub^a. s. ꝙ sensibile positū ⁊c. qm̄ lꝫ in sensu visus forte habeat veritatē: q: in eo opꝫ mediū esse illuminatum. De sensu tm̄ tactus dicit Plusq̄ cōmētator ⁊ mlti alij qđ nō est verū: q: immo sensibile positum sup̄ sensū causat sensationē: ⁊ si dicat̄. ĝ saltē in sensu visus stat difficultas: dicatur quod in sensu visus conceditur quod obiectum immutat visum ꝑ mediū illuminatū: ⁊ ꝙ medium. s. pars albuginei illuminat̄ vt aliq̄ dicūt ⁊ illustrat̄ a crystalloide ⁊ sic ꝑ ipsum mediū vident. Aliqui ꝙ hūores oculi suo lumīe sufficiēter immutāt crystalloidē. ¶ Ad ꝓpo^m de imaginibus cōtingētibus ex acuitate visus nō est h̄ sermo: q: nō sunt ad nocumētū vt dcm̄ est. Sed qn̄ cōprehendūtur ea q̄ sunt in oculo tāq̄ sint in aere: ⁊ hoc ab oculo nō acutissimi visus de his est sermo. Et hoc qliqn̄ cōtingit ꝓpter vapores eleuatos a stomaco vel aliquotiēs a toto vt in cōmotione humoꝝ cōtingit in crisi qn̄ vapores cōicant̄ oculo ⁊ repn̄tāt colores humoꝝ a q̄bus eleuantur: vn̄ aliq̄ue cōprehēdūtur imagines citrine aliqn̄ rubee sm̄ qđ sunt humores a q̄b⁹ eleuāt̄ aliqn̄ sunt citrini vel rubei ⁊c. Et sic apparēt

aliqñ imagines citriue aliqñ nigre aliqñ albe:
iste imaginationes q: raro cõtingũt ⁊ subito
terminantur de his etiã nõ est multa determi-
natio apud auctores: sꝫ de imaginibus ꝯtingẽ-
tibꝰ a stomaco: qm̃ cõicãt. cũ imaginibꝰ in ocu-
lo ⁊ cũ pẽdẽtibus ẽt a cerebro ꝓ q̃pto stomacus
hꝫ directũ aspectũ ad oculũ ⁊ ꝑ pte añriore ce
bri: ⁊ iõ de his oĩbus est pͥncipalis sermo: et iõ
virtute debili exñte cõtingit ꝙ pcipiãtur tales
vapores vt corpa colorata: ⁊ pñr apprehẽdãtur
tales imagines q̃ q̃uis nõ semp causent descẽ-
sum aq̃: tñ tãdẽ ꝑ inspissationẽ eorũ in albugi
neo est possibile vt deducãt ad nãm aqueam et
ad cataractã. Et hoc bñ nota: qm̃ lꝫ circa textũ
fuerit dictũ de mẽte Ra. ꝙ de his q̃ ex stomaco
nõ esset timẽdũ de descẽsu aq̃. Debet hoc intel-
ligi: qñ. s. isti vapores nõ hñt pmanẽtiã ⁊ fixio-
nẽ in oculo: qm̃ qñ fingũtur nõ apparet rõ qua
re nõ possent inspissari ⁊ ad naturã aqueã de-
duci: sꝫ bñ verũ est ꝙ rarius ab his fit aqua q̃p a
vaporibus eleuatis ex ipso oculo vel ex cerebro
qm̃ tales videñt saltem in virtute magis parati
in aquã cõuerti q: magis flegmatici sunt ex na
tura mãe a q̃ eleuãtur. De imaginibꝰ q̃ talibus
ꝯtigẽtibꝰ a stomaco vel cerebro vel ab oculo au
ctores faciũt mẽtionẽ: sed maxime q̃ cõtingũt
vitio oculi sunt q̃ ꝓprius declarãt aquam sine
cataractã: ⁊ ideo de cõtingẽtibus vitio oculorũ
ponẽtur distinctiones ⁊ species.

Distinctiones. De cõtingẽtibus igitur
vitio oculi sit hec pͣ di-
uisio: ꝙ q̃dã cõtingũt vitio cornee: q̃dã vitio al
buginei: q̃dã ẜm Rasim vitio crystalloidis. Vi-
tio cornee ꝓpter vlcera q̃ pͤcesserũt ⁊ vestigia q̃
remãserũt in cornea q̃ sunt opaca: ipsa ergo vl-
cera opponũt se ꝟtuti visiue ⁊ immutãt mediũ
ita vt aliqñ videañ imago aliqñ grossa aliquã
do ẜm varietatẽ cicatricis derelicte ex vlcere: ⁊
sic ẽt variãtur in colore: ⁊ hoc maxime verũ est
qñ vlcera facta sunt in cornea in directũ pupil
le: q: si nõ essent in directũ pupille nõ essent ad
nocumẽtũ. Aliqñ etiã cõtingit ex nocumẽto in
albugineo: q: ex nocumẽto albuginei cõtingit
fieri talẽ imaginẽ ꝓpter vapores aqueos a ce-
rebro ad oculũ mãdatos vel ꝓpter humiditatẽ
aqueã subtilẽ ad albugineũ humorẽ demãda-
tã: vel etiã ꝓpter viã indebite digõnis ⁊ inde-
bite expulsionis ibidẽ aggregatã. ⁊ h̄ est q̃ ali-
qñ est pͥnͫ cataracte: ⁊ aliqñ ꝑ hos modos to-
tus albugineus humor corrũpiñ: ⁊ fit nõ puius
Unde nota ꝙ q̃uis vapor esset subtilis: ꝑ hoc
tñ ꝙ pmisceñ cum albugineo puio fit aliqñ res
nõ puia ⁊ ad lactis sĩl'itudinẽ declinãs sicut ex
pmixtiõe aliq̃ꝝ rex nõ nigraꝝ fit res multũ ni-
gra: vt si bulliat vinũ nõ coloratũ cuꝫ corticibꝰ
granatoꝝ fiet vinũ nigerrimũ: sic etiã ex rebus
puijs fit corpus nõ puiũ: sicut ex pmixtione aq̃
endiuie cũ aqua feniculi ex illis sepatim puijs
cũ aggregãtur fit vna substantia lactea non p-
uia. ¶ Alia diuisio. imaginũ q̃dã sunt noue vl' ẟ
recẽti apparẽtes: q̃dam antiq̃: et ex multo tpe.
¶ Alia diuisio. q̃dã sunt communes ambobus
oculis: q̃dã vni tm̃. ⁊ cũ ambobus est cõmunis
q̃dã est equaliter ledẽs: ⁊ quedam inequaliter.
¶ Alia diuisio. q̃dam est cõtinuo cũ aduertẽtia
apparẽs: q̃dã nõ semp cũ aduertẽtia apparet.
¶ Alia diuisio dicte imagines qñq̃ꝫ diuersificã
tur in q̃ptitatibus suis ⁊ sunt parue ⁊ magne:
qñq̃ꝫ in essentijs suis ⁊ sunt grosse ⁊ subtiles et
rare ⁊ spisse ⁊ nebulose. Et qñq̃ꝫ in sitibus suis:
q: versus superius vel inferius oculi: ⁊ qñq̃ꝫ di
uersificãtur in figuris vt sunt mucose ⁊ cimica-
les filose ⁊ capilares: ⁊ ita diuersificãtur in colo
re vt supra dictum est.

Cause. Jam ad causas veniẽdo pͦ cause ea-
rũ partim declarate sunt paulo añ vt
ꝓpter stomacũ vel ꝓpter cerebrũ vel ꝓpter ocu
lũ cũ ex eisdem resoluuntur vapores ⁊ se obie-
ctant: vel q: alterãt albugineũ vñ fit vt colora-
tus ẜm partes: ⁊ ita põt visum immutare vl' ex
parte cornee pͥncipal'r vt est dictũ de cicatrici-
bus in ea derelictis ex variolis ⁊c. ¶ Põt etiã
ꝯtingere ex malitia compl'onis sine materia si-
ne pñtia humidi nec vapoꝝ aduenientiũ. Nam
malitia complexionis frigide facit ad inspissa-
tionẽ humidi quo hũidũ postea fit nõ puiũ: et
sic cõtingũt diuerse imagines ẜm diuersitatem
partiũ q̃ inspissantur a frigido: etiaꝫ caliditas
põt eẽ cã huiꝰ cõuertẽdo vapores a cerebro: ẽt
cal'itas pͭ distẽpare cõpl'onẽ albuginei. Nã cõ
pl'o facit ad diaphaneitatẽ ⁊ turbulentiam ex
quo insequitur mixtionẽ elemẽtorum diuersis
modis mixtionis facit ꝙ aliqñ est clara aliqñ
turbida. ad varietateꝫ ergo compositoꝝ seq̃tur
diuersitas seu varietas compl'onis: ⁊ sic calidi-
tas immutabit: ⁊ hoc habet locũ in omni com-
pl'one sine materia etiã compl'o sicca q̃ facit ag
gregationẽ partiũ adinuicẽ q̃ per vnionẽ fiunt
opace q̃uis pͦ nõ essent opace: ⁊ fiũt imagines.
¶ Dicit Ra. 2ͦ continẽtis ꝙ etiã aliqñ inspissa
tur substãtia crystalloidis ⁊ reducitur ad ima-
ginẽ: sed hoc est difficile apud tenentes ꝙ visio
fiat in crystalloide: sed põt verificari apud tenẽ
tes ꝙ visio fiat in cruciatione neruoꝝ obticorũ
q̃ptum est ex parte medij: vt patet cõsyderãti: tñ
ꝑ aliã causam est difficile stante crystallina in-
spissata ex cõmuni docrina. Nã ad visionẽ req̃-
ritur certa preparatio specierum in parte cry-
stalloidis: etiã si fieret in cruciatione que non
posset debite fieri ipsa taliter inspissata exñte.

Signa. De signis pronosticis primo dicañ
qõ in habentibus variolas in ocu-
lis que deducũtur ad vlcera: expectare oportet
imagines oculorum patet. Idem intelligatur
de vlcere sequente alia apostemata ẟ iuna.
¶ Alia conclusio. in habentibus debilem sto-
macum ⁊ vtentibus regimine ciborum grosso-
rum longam moram trahentium in ore stoma-
ci coniuncta capitis caliditate ⁊ debilitate ocu
lorum expectare oportet imagines: patet consy
deranti ex parte causarum.
¶ Alia conclusio. in quibus sunt oculi varij et
humidi occurrente causa frigida excessiua ad
oculos vel ex parte aeris frigidi vel medicami
num occurrentium frigidorum etiam expecta-
re oportet imagines: patet propter diuersaꝫ in
spissationem humidi albuginei.
¶ Alia conclusio et vltima de his in vtentibꝰ
cibarijs euaporatiuis ⁊ generantibus vapores
grossos ⁊ humidum grossum vt est de comeden
tibus cepe: ⁊ de potantibus vina dulcia nigra
sꝫ fortia in his expectare oꝫ futuras imagines.
¶ Signa ad bonum in imaginibus quãdo cuꝫ
rectificatiõe regiminis remouentur imagines

De causis

De signis pnosticis ad bonum

De causis

De signis ꝓnosticis ad bonum

est significatio bona:pꝫ. ¶ Alia ꝯclusio ēt ad bonū ⁊ est. A. qñ ꝯtinuat̄ sanitas oculi ⁊ incolumitas ei⁹ q̄ habuit imagines sex mensibus est ſm pl'm in securitate.s.a casu in aqua. ¶ Alia ꝯcl'o cū vidēs imagines remoueri ⁊ redire ⁊ adddi ⁊ minui:dicit. A. scias ꝙ nō sunt aq̄se:pꝫ q̄ꝛ tales nō hn̄t causam mānsiuā fixā.

Aliud ad malum.

¶ Scōcl'o ꝓnostica ad malū cū nō cessant imaginationes gradatim augeri: vel quia plures numero appareāt:vel q̄ꝛ grossiores vl' maiores vel cū sunt.clare lucide apparēt velut nubes si cū hoc augeat̄ cōturbatio visus expectare opꝫ aquā ⁊ cataractā nisi b̄nficio medici corrigāt̄ ¶ Alia ꝯcl'o ꝓnostica ad malū:imagines sequētes inspissatiouē humidi factā ꝑ exiccationem naturalē:vt in senibus nō sunt corrigibiles:ēt si fiāt ꝑ causam accn̄talē multū diuturnā difficile reducūtur:pꝫ ꝯsyderāti. ¶ Ultima ꝯcl'o ꝓnostica ad malū.imagines seq̄ntes vlcera cornee grossa vel ꝓfunda vel cicatrices eoꝝ vix vl' nūꝙ curātur ⁊ ita si fuerit in directo pupille vl' ꝑuatur visus alioꝝ oboꝝ extrinsecus vl' saltem diminuit̄:⁊ fit eoꝝ cōprehēsio corrupta:q̄ꝛ obiecta talia cōprehēdūtur vt ꝑforata vt statim videbitur in signis demōstratiuis: nō tamen he magines ducūt ad aquam vt patet.

De signis demōstratiuis.

¶ Signa demōstratiua gn̄is sunt ex se manifesta. ¶ Sed demonstratiua speꝝ.i.causaꝝ sic habent̄ si fiat a cōitate toti⁹ dictū est: q̄ꝛ an̄cedūt febres ⁊c. ¶ Si fiat vitio stomachi differēter ab illis q̄ fiunt vitio oculi oēs ꝯueniunt in hoc qđ imagines sunt cōes ambob⁹ oculis:signū est ꝙ est ꝑ cōitatē ab inferiorib⁹ mēbris:q̄ꝛ nō est sic ꝓbabile ꝙ a cerebro apud vtrūqꝫ oculū demandant̄. ¶ Scōm signū est si a stō augent̄ ad repl'onē ⁊ minuunt̄ apud inanitionē:⁊ in his recurre ad dicta circa l'ram. ¶ Tertiū signū est quando imagines iste sunt fixe ⁊ q̄si vniformes:signū ē qđ ē vitio ocl'i:sꝫ si aln̄ cōp̄hēdūt̄ ⁊ aln̄ nō:sig^{m} est ꝙ est vitio mēbroꝝ inferioꝝ. ¶ Quartū sig^{m} est ꝙ iste imagines maxie intēdūt̄ stāte lesione stomachi.s.si sunt vitio stomachi ⁊ remittuntur tp̄e inanitionis:nō aūt immutant̄ si sint vitio oculi. ¶ Quintū signum est ꝙ sumpta pigra remouentur imagines:q̄ꝛ ꝑ pigram a stomaco remouetur cā faciens tales imagines.

De signis ꝑ ꝓprietatem oculi.

¶ Signa aūt ꝑ ꝓprietatē oculi dicantur. Una causaꝝ maxime erat acuitas visus vn̄ cōprehendebat q̄ ab alijs nō cōprehēdūt̄:iō sunt ponenda signa q̄b⁹ distinguunt̄:vn̄ ꝓpter acuitatē visus fiunt tales imagines:est ḡ ꝑmū signū ꝙ visus nat⁹ est oīa cōprehēdere corpora ⁊ minuta ⁊ mediocria:ita ꝙ q̄uis ista minuta corpa cōprehēdat:nō tn̄ hoc est ad nocumētū:⁊ bn̄ pōt etiā alia cōp̄hēdere. ¶ Scōm est ꝙ tales imagines sunt leues.i.cōprehēdunt̄ ab oculo leues multū ⁊ remisse ¶ Tertiū signū qm̄ tales imagines nō sunt ſm vnū modū ⁊ vnā q̄titatē ⁊ figuraꝫ ⁊ formā:imo fit variatio ſm diuersas dispōnes.x̄ bigr̄a:diuerso tp̄e inanitionis ⁊ repl'onis diuerso mō an̄ cibū ⁊ post cibū:⁊ ita vl'r ſm diuersuꝫ modū se hn̄di corporis:⁊ ex p̄te ciboꝝ ⁊ ex parte somni ⁊ alioꝝ:vbi non tanta contingit diuersitas si sint imagines ab alijs causis.

¶ Si vero ꝯtingat vitio cornee ꝑ eius vestigia primū signū declarat̄ ex p̄cedentib⁹ de obthalmia de variolis de pustulis in cornea:lꝫ aliquādo sit signū determinatū ēt a gn̄atione ꝯtractū vt pl'm tn̄ cōsequunt̄ pustulas ⁊ vlcera. ¶ Scōꝫ signū est q̄ꝛ tales imagines cōprehendunt̄ vniformes in eodē situ eadē q̄titate ⁊ eadē figura nisi forte ꝑ etatē remoueat̄ talis figura:q̄ꝛ tamē raro curant̄ cū antiquant̄:iō tales imagies vniformes cōprehēdūtur ex parte colorificationis ⁊ alioꝝ ⁊ sepe exterius manifestantur.

¶ Et si ꝯtingat ab albugineo humore aut rep̄ntat talē imaginē ex malitia cōplexiōis sine mā calida vel frigida distēperante cōpl'onē difformiter:⁊ tunc signū est ꝙ p̄cessit manifesta cā calefaciēs vel infrigidās vt de statione sub sole vl' radijs lune. ¶ Si fuerit ab humiditate vel vaporibus humidis mixtis in albugīeo declarat̄ ꝑ aliqualē turbulētiā q̄ cōprehendit̄ in albugineo in quo videt̄ aliqualis cōfusio ⁊ diuersa et vario modo se habens ſm mixtionē vapoꝝ inequaliter in diuersis ꝑtibus albuginei. ¶ Erūt etiam alia signa humiditatis suꝑflue oculi vt de lachrymis lippa ⁊ grauitate. ¶ Si sit in causa siccitas cōgregando ⁊ inspissando: erūt signa opposita. ¶ Si hūiditas fuerit vel vapores humidi iam deducentes ad aquā vel occupabunt non totam pupillā: sed partē vt partē deorsum vel sursum:tunc si fuerit in ꝑte deorsum nisi oculus cōuertatur in sursum ſm pupillam nō recte videbit obiecta extrinseca. Et si ecōtra sit oppilatio in ꝑte superiori pupille cōuerso' ocl'o deorsum melius comprehendet: ⁊ si sit oppilatio in centro pupille apparebunt obiecta circularia nec apprehendet obiecta ſm centrū:sed ſm extremalia:⁊ ita apparebunt perforata.

De signis locorum.

¶ Signa locorum per que descēdunt dicti vapores ad albugineum.nā ꝑ diuersa loca descendunt:aliq̄n defluunt ꝑ cōcauum neruoꝝ obticorum ad albugineum:aliq̄n ꝑ tunicā vueam ⁊ resudant ꝑ poros in albugineū: aliq̄n per corneā resudant ad poros ipsius vuee:⁊ sic iste humiditates vaporales diuerso modo recipiunt̄ in albugineum. ¶ Signa sunt' difficillima ad declarandum diuersitatem locorū per que hmōi materie in albugineo recipiunt̄ : tn̄ si fit per viam neruorum obticorum probabiliter fiet confusio non tantum in vno oculo: sed in vtroqꝫ: ex quo illi nerui concaui cōiunguntur anteꝙ ad oculum perueniāt:⁊ sic fiet cōfusio amboꝝ oculorum: si sit per defluxum ex panniculo per poros vuee vel cornee posset appropriari nocumētum sic vni oculo ꝙ non alteri: vt ꝑꝫ. stante igitur materia hūorali vel vaporosa hūida q̄ recipiatur in albugineo vel que propter indigestionem in albugineo aggreget̄ : vel q̄ꝛ albugineus ipse aliqualiter inspissetur. Ista oīa sunt declarata:⁊ talia oīa nunciant cataractam.

De cura videbitur.

Cura. Restaret ponere curam de imaginib⁹ sed qm̄ cura cataracte quasi eadeꝫ est cum cura imaginationum maxime illaꝝ q̄ significant cataractam:immo est eadem:cū intentio sit ad abscisionē causarū ⁊ dictarū imaginationum:⁊ cataracte:ideo prius ponentur : q̄dā de cataracta ſm ordinem nostrum:postea veniem⁹ ad curam imaginationū propriarū oculis: ⁊ ad curam cataracte:q̄ꝛ cura imaginationū ex cōitate stomaci habita est supra in fili.s.in soda a cōmunitate stomaci. De his autē que a cerebro ꝑ descēsum fiūt habita est cura in ca^{o}. de catarro

De cura cataracte.

Uerũ est ꝙ in dictis nocumẽtis a vaporib⁹ est vnũ spãle in eũonẽ vbi ipsaꝝ materia dicat esse flãtica a q̃bus fit euaporatio ⁊ est canõ positus ab Aui. in cura debilitatis visus: sup. pẽdẽtis ab euaporatiõe a materia dicta: dixit ⁊ opʒ q̃n administras medicinas acutas vtvtaris cũ medicis stipticis. hoc intelligit ⁊ in acutis solnẽtibus ⁊ in digestiuis vt apponãt aliqua stiptica ad cõp̃ssionẽ vapoꝝ: sʒ in imaginib⁹ ex vaporib⁹ in ipsis oculis gñatis nõ opʒ ħ stiptica poni cũ acutis medicis: immo intẽtio est cũ solis dissolutiuis: q̃ etiã intẽtio ꝑmanet in cura catarracte q̃ curari põt cũ medicis ⁊ nõ cũ chirurgia. De imaginibus ẽt factis vitio catarracte hita ẽ cura. s. i ca° vlceꝝ ⁊ i ca° vngule vnica ergo cõueniẽter applicabit cura ⁊ imaginib⁹ ꝓpriis catarracte ⁊ ipsi catarracte q̃ medicinis curanda ac liberanda est.

De catarracta ergo faciendo capitulũ ſm ordinẽ. p° videbitur breuiter de q̃d nominis ⁊ q̃d rei catarractarũ. 2° de speciebus ⁊ dispositionib⁹: al's distinctionibus: deinde ponẽtur cause ⁊ pñr signa ⁊ ꝓnostica demonstratiua: vltimo ponetur cura.

De q̃ddita te nois.

Quid nois catarracte. Circa p̃m q̃d nois catarracte ab aliq̃b⁹ dicitur aqua in oculis: ⁊ aliq̃n dicit descẽsus aq̃. Nam lʒ posset fieri talis aqua in oculis: ꝑ viam paulatine cõgõnis gñando aquã, nõ ex vaporib⁹: qꝛ tñ vtpl'm fit vel ꝓpter descensum humiditatis a cerebro vel propter inspissationem vaporum conuertendo in aquam: ideo auctores sepe appellauerunt descensum aque.

De q̃ddita te rei.

¶ Quid aũt rei declarat ab. A. 3ª tertij quasi ad finẽ: q̃ est egritudo opilatiua ⁊ est humiditas extranea. i. nõ nãlis ⁊ incõueniens stãs in foramine vuee inter humorẽ albugineũ ⁊ syphac. i. vueã ⁊ corneam: quare ꝓhibet sup. debite penetrare formas. i. spẽs visibilium ad visuʒ. i. ad locũ in quo visio causat: est igit cataracta ipa humiditas formalis stãs inter crystalloidẽ ⁊ pupillã. ¶ De statione tñ ⁊ situ diuersi diuerso mõ dicũt: quidã volũt ꝙ ẽt post crystallinã fiat cataracta a mã humida ⁊ vocat gutta serena ſm aliquos. Quidã volũt ⁊ cõis est snia auctorũ vt Ras. 2° ꝯtinẽtis. ca°. 3°. ⁊ Aui. ca°. p°. ⁊ Gal. 4°. de accideti. ⁊ aliqualr. 4° de interiorib⁹. ca°. 2°. ⁊ Aza. cap°. ꝓprio. oẽs ꝯsentiunt ꝙ ista humiditas recipit intra albugineũ: sed aliq̃n iuxta pupillã. s. albugineũ ⁊ tunicas ipsius cornee: sʒ aliq̃n in ꝓfundo magis ⁊ aliq̃n circa mediũ albuginei: aliq̃n tñ est in albugineo extra vueã inter vueã ⁊ corneam: sed tñ vt est opilatiuus morb⁹ est in directo foraminis vuee: al's non opilaret neq̧ ꝓhiberet vel ſm totum vel ſm partẽ formas visibiliuʒ interius penetrare: ⁊ ita quomodocunq̧ fit est morbus opilatiuus ꝓhibẽs trãsitum speꝝ visibilium ad crystalloidẽ: lʒ posset ẽt dici morbus in numero ⁊ in situ.

Distinctiones. De ipsa ergo sunt ponende quedam distinctiões ⁊ species. Nam q̃nq̧ diuersificatur in quantitate: qꝛ q̃nq̧ est plurima ſm cõparationem ad foramen qꝛ opilat totum foramen: ⁊ q̃nq̧ totum non occupat sed partem eius: ⁊ ita quedã occupat partem sup̃iorem: quedã interiorem: q̃dam dextrã q̃dã sinistram vel aliquas ex eis: ⁊ ita nõ cõprehendit visibile q̃ est corã parte opilata: sed id tm̃ cõprehẽditur q̃ est corã parte discooperta: inde ꝯtingit ꝙ aliq̃n visibile aliquotiens directa inspectione nõ cõprehendit vbi si conuertatur axis oculi ad alterã partẽ dextrã vel sinistram ⁊c. ipsum põt cõprehendere vel vbi varietur visibile in situ: ⁊ inde ꝯtingit ꝙ aliq̃n videntur res ſm partẽ ⁊ non ſm totũ: ⁊ aliq̃tiens ſm latera tm̃ ⁊ nõ ſm mediũ: ⁊ tũc vident vt ꝑ foraĩa vel vt ꝑ fenestram: vt supra dictum est. ¶ Alia distinctio: quedam est subtilis q̃ non in totum ꝓhibet visum: immo cũ ea stat visio luminis cãdele ⁊ solis: ⁊ alia est grossa valde: merito cuius nihil videt de directis ad eã nisi per modũ dictũ. ¶ Alia distinctio que sumit ex ꝑte coloꝝ: alia est alba non simpl'r sed gipsei coloꝝ alia est alba magis ⁊ dꝛ margaritalis: alia est alba declinans ad viriditatem aliquotiẽs remissam ⁊ aliquotiens intensam: ⁊ dicit aurea: ⁊ q̃dam est citrina: ⁊ quedam nigra offusca vel plũbea. ¶ Alia distinctio. quedam est curabilis: q̃dã incurabilis. Et de curabili est alia distinctio quedam est curabilis per medicinas eũatiuas et locales ⁊ non cum ferro: quedã ecõtra curabilis cum ferro ⁊ non cum medicinis.

De causis.

Cause. Jam est veniẽdũ ad causas. Causaꝝ quedã sunt extrinsece vt casus vel ꝑcussio supra oculũ vel supra partẽ anteriorẽ capitis: vñ fluit mã intra albugineũ per diuersas vias habitas supra que tandẽ sunt cause materiales cataractaꝝ: ⁊ ita etiã cibi frigidi ⁊ humidi viscosi sunt degeneratiuis mãe cataracte: et ita oẽs cause cõpl'onales venientes ab extrinseco: de quibus dictũ est supra de imaginib⁹: ille eedẽ vel sil'es possunt esse cause cataracte per modos declaratos. ¶ De causis aũt corporalibus est maxime mala complexio humida cerebri flegmatica ⁊ dolor capitis et hmõi de quibus dictum est supra.

De signis.

Signa. Circa signa ꝓnostica oĩa signa que ꝓtẽdunt imagines ꝓprias oculorum illa ꝓtendunt cataractã: de quib⁹ dictum est supra. Nam dicte imagines differunt a cataracta ſm magis ⁊ minus: ⁊ ita signa ad bonũ ⁊ ad malum dictarũ imaginũ: sunt signa etiã ad bonum vel ad malum in cataracta.

No. boni signum ꝓnosticum.

¶ Sed specialiter cum apparet cataracta incurabilis omnis talis significat malum: et ita omnis cataracta que est nigra aut grossa nimis mala est: quoniam nulla talis recipit curam neq̧ per medicinas neq̧ per chirugiam. nam de nigra ⁊ grossa nimis manifestum est: quod non recipiunt curam per medicinas: vnde vt dixit magister Beneuentus oculista de medicis salernitanis: multi stultorum medicorum credũt eas purgare cum purgationibus ⁊ pulueribus sed falluntur: eo quod iste cicatrices nunquam possunt curari neq̧ cũ medicinis laxatiuis neq̧ cum pulueribus ⁊c. et non recipiunt curam cum ferro. nam de his dicit Auicen. Genus autem gipseum ⁊ viride ⁊ nigrum ⁊ plumbeum vehementis nigredinis ⁊ citrinum sup. multum nõ recipit curam que fit cũ acu: ⁊ postea addit. Et ex speciebus quidem eius que grossa est quedam est species que quandoq̧ fit dura valde: et neq̧ est ei cura. ¶ Item aliud pronosticũ. cataracte que fiunt post egritudines cerebri et post

casum ꝛ percussionē: vtplurimū sunt incurabi-
les. Nā stāte cerebro in causa stat causa conser-
nās. Et si propter percussionē dubiū est de nocu-
mento neruorum obticorum.

De signis demōstratiuis.

¶ Sigª demōstratiua ipsius in pⁿº sunt signa
demōstratiua imaginū appropriataꝝ oculis de
q̄bus dcm̄ est supra. Sed cū confirmaṫ dicebat
Se. vt. s̄. est allegatū cognitio ipsius facilis est
q꞉ pōt sensu cōprehēdi.

De signis specierum

¶ Signa ꝟo specieruꝫ
vt q̄ sit recēs vel antiqua hn̄tur rōne patien-
tis. ꝛ signa eius q̄ est subtilis ꝛ grossa ponētur
j. in declaratione istius q̄ est curabilis a nō cu-
rabili: ꝛ cū medicinis vel ferro. ¶ Signa vero
causaꝝ fm̄ sitū ex sensu etiā a medico cōprehē-
di pn̄t: vt nū q̄d occupēt totā pupillā vel partē
¶ Signa coloꝝ sunt ex se manifesta. ꝛ ex eis de-
clarātur super causas ipsarū. Naꝫ q̄ est alba vt
nubes ꝛ margaritalis manifestat causam fleg-
maticā purā ꝛ q̄ ē alba ad viriditatē declinās
aliqn̄ significat mixtionē colere: aliqn̄ ꝙ mate-
ria ꝓfundaṫ multū in vitreo: ꝛ ita ad viridita-
tē declinare apparet: sic̄ etiā videm⁹ in ꝓfundi-
tatib⁹ aquaꝝ ꝙ apparēt virides. Sꝫ vbi fuerit
gipsea significat grossitiē materie ꝛ inspissatio-
nē multā in flegmate. Et multū citrina signifi-
cat materiā cū colꝰa: vn̄ vtplurimū est subtilis
neq꞉ pōt inspissari vt sustineat acū: sicut etiam
plūbina ꝛ nigra vtplꝰu est dura melꝰica: ꝛ sic nō
pōt inflecti deorsum neq꞉ acu curaṫ: de q̄b⁹ di-

De causis.

xit Ra. 2º cōtinētis: dico ꝙ duo ꝓhibēt curam
instrumēti. i. cū instr̄o: aut fortis grossities aq̄ ꝛ
viscositas quare remoueri nō pōt. aut sui fortꝫ
subtilitas q꞉ reuertiṫ cū remoueṫ: ꝛ ita duo sūt
q̄ īpediūt appōnē acus. s. nimia subtilitas ꝛ ni-
mia grossities. subtilitas: quia nō obedit acui.
grossities: q꞉ adheret panniculis: ꝛ sic ꝓhibet:
opꝫ igiṫ ꝙ ista q̄ est curabilis cū acu sit media
in grossitie ꝛ viscositate. Opꝫ ēt ꝙ nō sit nimis
ꝓfunda: q꞉ si esset in crystalloide ꝛ cū acu arti-
fex vellet deponere rūperet sub̄am oculi.

De signis.

¶ Si-
gna igitur si sit curabilis vel nō curabilis cum
ferro seu per medicinas sunt signa ad declaran-
dū si sit nimis subtilis rara aut nimis grossa et
dura. Ad videndum igiṫ si sit nimis subtilis vꝉ
grossa duo fiunt experimēta. Primum est ꝙ cō-
primiṫ ꝛ fricaṫ oculus lesus: deinde aperiatur:

No. bonū signum ꝓnosticum.

si vr̄ catarracta dilatata: ꝛ postea ꝑ paruū tp̄s ī-
spisseṫ signū est qd̄ est media: q꞉ si fuisset spissa
nō esset dilatata: si fuisset peruia ꝛ subtilis ni-
mis non esset reducta: immo remāsisset dilata-
ta. Sed nota dr̄iam duoꝝ textuū q꞉ diciṫ qd̄ si
dilataṫ nō debet deponi cū acu ꝛ alibi dr̄ ꝙ si
inspissatur postea debet deponi: intelligiṫ sic: si
cōpresso oculo ꝛ postea aperiaṫ: si materia vide-
tur minus spissa q̄ ante ꝛ aliqualꝛ sit dilatata:
nec tamen totaliter vel quasi totaliter minuta:
tunc signum est quod est media et potest depo-
ni. Si aūt penitus vel quasi nihil dilatetur ꝛ
postea inspisseṫ: signuꝫ est qd̄ est grossa nimis:
nec potest deponi. ¶ Aliud experimentuꝫ est. ca-
piaṫ cottū carminatū ꝛ ponaṫ iuxta oculū ꝛ po-
stea fortiter insuffletur in oculum: si catarracta
rarefiat aliqualꝛ vt dcm̄ est non penitus potest
deponi alꝛ non: vn̄ si sit nimis subtilis debet in-
grossari dieta vt aliqualiter ingrosseṫ ꝛ possit
deponi: si aūt sit multū grossa ꝛ non patiaṫ vt
possit curari cum acu tunc relinquatur nature

sed confortetur alter oculus: ne etiam macule-
tur: qm̄ sepe ad cataractā in vno sequitur etiā
cataracta in altero ex causa manifesta. ¶ De si-
gnis etiam est si patiens radios solis aliqualꝛ
comprehendit aspiciendo eos vel lumen cande-
le: ꝛ non possit reliqua comprehendere signum
est quod est mediocris et potest deponi: alꝛ nō

Cura.

Circa curam igitur duplex est haben-
dum regimen. vnum circa dietā: reli-
quum circa medicinas: ꝛ istud regimē cōe est et
imaginibus ꝓprijs oculi ꝛ catarracte curabili
ꝑ medicinas. ¶ Et regimē ꝑ dietā ꝛ maxime cō-
ueniēs: ꝛ aliquotiēs per se sufficit ad curam de
quo dicit Aui. in cura catarracte in pⁿº. Et ego
quidem iam vidi hominē de his q̄ ad cōpressio-
nem redeūt ad intelligentiā. i. perfecte etatis
cui aqua iam acciderat. i. cataracta q̄ curauit
seipsum cū eūonibus sup. cōibus ꝛ abstinētia
ꝛ minoratiōe cibi ꝛ alienatione iuriū ꝛ hūectā-
tiū: ꝛ fuit cōtētus assatis ꝛ frixis ꝛc. viteṫ igiṫ
oīa multiplicatiua humiditatū declinando ad
sicca fm̄ modū in omnibus reb⁹ nō naturalib⁹
vt dictū est circa dietā in caº debilitatis visus
ab humiditate ꝛ dimittēdo euaporātia: maxīe
vinū ꝛ loco ipsi⁹ vtaṫ hydromelle cū decoctiōe
ysopi vel maiorane q̄ in casu multū laudatur:
vnde maiorana comesta ꝛ odorata laudatur ab
omnibus.

¶ Deīde seq̄tur regimē eūatiuū materieꝝ pº cō-
muniū. nā in chronicis morbis an̄ eūonē ꝓpriā
semꝑ p̄poneṫ eūo gn̄alis Primū de materiebus
cōibus pᵉ digōnis: deīde 2ᵉ digōnis: deīde fiat
eūo appropriata digestiuis tn̄ p̄cedentibus vt
cū melle rosato ꝛ syrupo de absinthio ꝛ syrupo
de sticados ꝛ alijs appropatis cū aq̄s oculari-
bus vt maiorane feniculi eufragie ꝛ silibus: dei-
de fiat eūo vt cū pillulis elefangis de agarico
trocifcato q̄ in casu mirabiles sūt: q꞉ pp ꝓfun-
datione ei⁹ in eūando aliqn̄ remouet catarra-
ctā. dicit Auer. in cāticis: pillule ēt lucis in mā-
flātica: pillꝰe auree in mā magis calꝰa laudātur.

Nota de vomitu.

Nō laudo vomitū in casu: qm̄ vt dictū est. s̄. de
mēte Aui. est nociu⁹ in ꝓpetate aq̄: neq꞉ laudo
caputpurgia neq꞉ sternutatoria ꝓpter cās alꝰs
dictas. Et de his dicebat. A. in imaginib⁹ ꝓten-
dētibus aquā. In ꝓtēdētib⁹ ꝟo aquā opꝫ vt in-
cipias ꝛ mūdifices corpus ꝛ ꝓpe stomacū: dein-
de venias ad mūdificādū caput cū gargarisma-
tibus ꝛ caputpurgijs ꝛ masticationib⁹. postea
addit. ex sternutationibus ꝟo inquātū purgāt
speraṫ iuuamētū ꝛ ex parte laboriosi mot⁹ eoꝝ
timetur ex eis motus aque: ꝛ ita silꝛ ꝓpter ean-
dē causam nō placent mihi caputpurgia. ¶ Cō-
sequēter seq̄tur intētio diuersionis q̄ cōpletur
cum clysterib⁹ appropriatis cū fricationibus
mēbroꝝ inferioꝝ cū ventosationibus sine extra-
ctione sanguinis: sꝫ immediate valent rupto-
ria post aures: ꝛ appositio sethoni laudatur ad
cōuertēdū materias posterius. Et si sit in vno
oculo tm̄ fiāt cauteria seu ruptoria in brachio
sibi directo ad conuertendum materias deor-
sum: tn̄ diuersiones magis placent ꝑ posterius
¶ Postea fiat confortatio per interius vt cum
tyriaca diambra plirisarcoticon cū acoro cōdi-
to diamusco ꝛ similibus. ¶ Deinde ponantur
quedam exterius que faciūt ad hoc vt succ⁹ fe-
niculi ꝛ reliqua collyria facta cū melle ꝛ gūmi

feniculi est ṗcipui iuuamēti. zinziber valet: pi-
per maxime valet: balsamus si fiat lenitio circa
oculū nōdum spissata materia: si oīa fiāt facta
euacuatione. Nam de his dicit Aui. in cura de
imaginibus: ꝛ neqꝫ vtaris de medicinis resolu-
tiuis ꝛ abstersiuis faciēdo alcofol nisi post mū-
dificationē: ꝛ hui⁹ dicti causa est nota. ¶ Et iō
nota ꝙ aliq̄ a ṗn° non facta eūone capitis po-
nūt collyria circa oculū fortia anteꝙ̄ sit facta
eūo capitis ꝛ seq̄tur inde magnū augmētū ca-
tarracte vel imaginuꝫ: sicut fuit in quadam in
qua positus est succus ruthe q̄ habebat leuem
imaginē ꝛ postea facta est catarracta tandē. Et
de his dcm̄ est abūdanter supra in cap° de ima
ginibus. ¶ Et vt vidistis circa literā laudauit
Ra. fieꝛ de fellibus. Sꝫ nota ꝙ istud fieꝛ est val
de forte: ꝛ dubito ꝙ eius vsus esset magis ad ex
siccationem toti⁹ oculi ꝙ̄ ad curam. Nam in eo
intrant genera fellis: q̄ lꝫ videantur a ꝓprieta
te conferre: tamē sua acuitate ꝛ forti exiccatio-
ne simul cum reliquis applicatis cum pipe al's
serapino ꝛ euforbio facerent ad destructionem
substātie oculi nimis exiccādo. vbi ergo debe-
mus vti collyrio de fellibus: si fel debet poni sit
animal's domestici saltem a ṗn° vt gallie. postea
vel pecudis vel castrati. postea fel bouis. Et cō
sequēter si placet ad fortiora communiter com
miscent mel ꝛ succū feniculi. cū felle ꝛ faciunt
collyriū ꝛ postea cum aqua raffani: ꝛ de hoc po
nūt guttā. s. in oculo vel reducta in puluerem
ponitur de eo leuiter in oculis si videbiꝛ iuua-
mentum ꝓcedatur sin aūt desistaꝛ. Sed nota ꝙ
debent applicari talia collyria paulatim et su
perponantur repercussiua circa oculum vt supͣ
dcm̄ est in cura vngule ꝛ sebel. ¶ Et si pur fiat
dolor mitigetur cum lacte. Et postea post duos
vel tres dies iterū applicetur. ꝛ sic successiue ꝛ
cum istis similibus resoluetur si deus voluerit
¶ Sed si nō resoluaꝛ ꝛ tū̄ nō sit cōueniēs vt re
moueatur cum acu ꝓpter nimiā subtilitatem
tūc stāte intētiōe ad opandū cū acu oportebit
ingrossare ipsam catarractā: ꝛ sicut prius neces
saria erat dieta subtilissima vel multum subti
liatiua: nūc oportebit ingrossare dietam ꝛ cum
cibis grossis dietare ꝛ postea cū erit intētio ad
primam fiēda opationē cū ferro oportebit pre
parare corpus de qua ṗparatione dicebat Aui.
In regimine aūt cure q̄ fit cū instrumēto opor-
tet vt ante ipsam ṗcedat mūdificatio corporis
ꝛ capitis ꝓprie ꝛ fiat flōmia si necessaria fuerit
Deinde obserueꝛ ne iste q̄ instrumento est curā
dus hēat i oculo rupturā ꝛ timeaꝛ ne accidat i
tunic) apa aut sit assuet⁹ pati tussiꝫ aut sit vehe
mētis rixe ꝛ velocis lire. Nā oīs rixa ꝛ ira sunt
ex eis q̄ mouēt ad reditū. Et opꝫ vt fugiat vinū
ꝛ coitū: ꝛ cū hoc nō opꝫ vt ministreꝛ cura cū in-
instrumēto nisi postꝙ̄ aqua steterit ꝛ descēde-
rit ꝛ ingrossata fuerit essentia eius parumper.
¶ Et tūc veniēdo ad practicā dixit Ra. 2° cōti
nentis: Cum perforantur oculi patiēs locetur
in vmbra opposita rotūditati solis ꝛ teneatur
tur eius caput bene ꝛ respiciat ꝟsus angulum
oculi maiorē declinādo versus angulum mino
rem cum intenta inspectione ꝛc. consequenter
capiatur acus bene tersa ꝛ polita ꝛ sepius figa
tur in panno vt mundificetur bene. deinde pa-
tiens nullo modo tussiat neqꝫ clamet sed sileat

No. errorē plurimoꝝ medicoꝝ

ne materia ascendat ad oculum: postea leuiter
ponatur acus vsqꝫ vltra tertium panniculum
donec attingat albugineum incipiens in angu
lo exteriori ꝛ leuissime cataractam deponat. et
ibi eam aliqualiter cum acu teneat depressam
vt bene figatur. Postea deponatur infirmus et
iaceat per. viij. vel. x. dies in loco obscuro: et si
materia sit in fluxu ponatur albumen oui cum
oleo ro. Si nulla materia sit fluens ponatur vi
tellus oui cum oleo rosato: deinde non come-
dat res masticabiles: immo sint cibaria liq̄da.
Si tamen postea non videret hoc non esset vi-
tio medici sed etiaꝫ quia substantia albuginei
esset corrupta propter impressionem male qua
litatis derelicte in ea a catarracta. Et sic est fi-
nis huius capituli.

¶ De noctilopa. Cap. xxviij.

AD hoc vtile existit epar caprinū
scindere ꝛ ponere super vnam
sectionē piper lōgum ꝛ coope-
rire ipsum ex alia sectione pipe
re longo in medio existēte: deinde ponere
ipsum in furno ꝛ dimittere ipsum donec
assetur ꝛ desiccetur ꝛ nō comburatur: quo
facto piper longum qd̄ in medio erat su-
matur ꝛ bene teratur cum pauco musco:
deinde ex liquore q ex epate assato expres-
sus fuerit conspergatur ꝛ siccetur ꝛ in ocu
lum mittatur. ¶ Aut fel caprinum cum
melle mixtum in curcuma super igneꝫ co-
quatur: deinde radius in eo illinitus im-
mittatur in oculum. ¶ Qd̄ autem magis
valet ad hoc est vt fieꝛ de fellibus in oculū
mittatur. ¶ Si autem hec non suffecerit
vēter soluatur ꝛ sanguis ex duabus cepha
licis ꝛ ex fronte minuatur et regimen sub
tilietur.

SEquitur capitulū de his q̄ nō vi
dēt post solis occasum:
qd̄ capitulum recte cōtinuaꝛ ad ṗce-
dēs in hūc modū. nā postꝙ̄ in cap. p-
xime superiori determinauit Raꝛ. de catarra-
cta: ponēdo etiam curam eius que maxime pen
det ex inspissatione albuginei vel aliter ex ag-
gregatione aque intra albugineum: vn̄ nō pn̄t
debite ꝓuenire species visibiliū ad crystalloi-
dē ꝓpter inspissationem eius ꝛ tunc impeditur
debita visio: vel prohibetur etiam quia nō po-
test debite illuminari crystallina lumine con-
uenienti ꝛ necessario ad visionem vnde dice-
bat Galenus quarto de accidenti capitulo 2°.
loquens de nocumētis visus ex parte albugi-
nei si aliq̄n grossioris ꝙ̄. opꝫ sit liq̄ris. s. albugi-
nei sup. suba aut in aliquē muteꝛ colorē clari-
tas visus ꝛ ei⁹ extēsio minueꝛ vn̄ remota videre
nō poterit ꝛ ꝓpinqua discernere nō bn̄ valebit.
Si aūt vltie grossior existat sicut videꝛ i catara-

ctis visum ꝓhibebit grossitities igitur siue cōfu
sio ipsius coloris: ꝓhibēs debitam irradiatio-
nē ad crystalloidē in qua fit visio ſm cōem op-
pilationē: licet forte iudiciū de visibili alibi p
ficiatur est causa vñ fiat ꝑuatio visus in catarra-
cta: ꝛ qꝛ ista eadē vtplim, est cā hui⁹ accñtis qð
nō vidēt post occasum solis ꝓpter tūc nō debi
te illuminari crystallinam ex remisso lumīe id-
circo cōueniēter post ca^m^ de catarracta positū
est cap^m^ de hoc accñti. s. de his q̄ nō vidēt post
occasum solis sup. debite: ꝛ sic pꝫ continuatio
hui⁹ capli: qm̄ hoc accñs, vt plerūqꝫ añcedit ad
catarractā sicut remissa offuscatio ꝛ inspissatio
albuginei añcedit ad cōplemētū aque vel ad ca
tarractā: ad quā nō tm̄ seqtur diminutio visus
in modico lumīe vel ei⁹ ablatio: immo etiaꝫ in
medio debite illumīato seqtur visus priuatio.
¶ Et vt clarius intelligatur qð dr circa istā rubri
cā est notādū ꝙ cū dr de his q̄ nō vidēt post oc
casum solis. nō intellexit tm̄ Ra. de his in q̄b⁹
aufertur operatio visiua post occasum solis: sꝫ
vt dicebat Aui. 3^a^ tertij tracta. 4° de noctilopa
in quibus etiā sensibiliter minuitur q̄. s. cōueniē
ter vidēt in meridie: ꝛ debiliter in sero. nā vt di
cebatur sic loquens de taliter patiēte est vt eua-
nescat visus ī nocte. i. vt quasi auferatur ꝛ videat
in die. s. cōuenienter ꝛ debilitetur. s. visus in fine
ei⁹. s. diei cū sup. incipit diminui sensibilr lumē
diei: ꝛ hoc intelligitur medijs illuminatis ſm qð
debetur naturalr in dictis horis. Qð dico signā
ter: quia ꝛ taliter patiētes q̄ remisse vidēt post
occasum solis vel nō vident ꝓpter mediū nō de
bite illuminatū ex natura debiti luminis talis
hore possent tñ videre in tali hora coueniēter
adiecto lumine accidentali vt notabili lumine
cādele: ꝛ hoc totū ꝓuenit: qm̄ vt dictū est exigitur
certū determinatū lumē ad debite videndū: vt
infra deducetur ex sentētijs pħoꝝ ꝛ medicoꝝ in
causis huius accidētis suo loco ꝙ lumen vtrum
possit in crystalloide ex natura reperiri vel ab
extrinseco sit adueniens ēt infra lati⁹ videbitur.
Et hec de rubrica ꝛ continuatione sufficiant.
¶ Diuiditur igitur pñs caplm in duas ptes priu
cipales: qm̄ primo ponit curā p quedaꝫ localia
huius accidētis cū nō est ꝯfirmatū ꝛ cā est ma-
gis talis p essentiā nō ꝯseruata aliūde, p cōita-
tem. scðo ponit curā accñtis deterioris nō tm̄ a
cā p essentiā sed p cōitatē aliūde pendētis vbi
nō sola localia sufficiāt ad curā. scða in fine ca-
pituli. (Si aūt hec nō suffecerint vēter soluatur)
Prima pōt diuidi ī tres pticulas ſm quod tria
sunt localia q̄ applicat. scða ibi. (Aut fel capri-
num cū melle mixtū.) tertia ibi. (Qð aūt ad hoc
magis vꝫ.) ¶ De prima parte ponens curam p
vnum locale dixit. Ad hoc vtile existit sup. ad
hoc accñs minuendū vel remouendū epar cap-
num scindere in sectiones sup. ponere sup vnaꝫ
sectionē ipsius epatis scissi piper longum sup.
puluerizatū p totum ꝛ coopire ipsam. s. primā se
ctionem ex alia sectione pipere longo in medio
existente: deinde ponere ipsum. s. epar talr ordi
natum, in furno: ꝛ dimittere ibi donec assetur: ꝛ
nō cōburatur. i. nō desiccetur in totum: quo fcō
piper longū qð in medio erat sumatur ꝛ bñ te-
ratur cum pauco musco: deinde ex liquore q̄ ex
epate assato expressus fuit sup. dictus puluis er
siccetur sup. iterato ꝛ fiat sicut alcofol. ꝛ in ocu-

Decla° p̄e p̄ticule p̄e partis p̄n-cipalis.

lum mittatur. ¶ Ponit scðm remedium dicens
aut sup. ad hoc vtile existit fel hircinum cū mel
le mixtum in curcuma. i. in vase sup ignem coq̄
tur ꝛ sup. misceatur: deinde radius eo illinitus
i. stillus ſm extremū cū modico bombicis in eo
intinctus immittatur in oculo. ¶ Addit ponē-
do aliud: qð aūt ad hoc magis vꝫ est vt fiet de
fellibus in oculum mittatur. ¶ Pro intelligen
tia oīm haꝝ partium simul est cōmemorandum
qð sepe supra dictum est ꝙ Rasis in hoc libello
vt breuiloquus ponit curā lesionum ꝯtingen-
tium ex causis vt multū occurrentibus remit-
tens curam diuisionum malaꝝ ex causis raro cō
tingentibus habēdam: ꝛ in libro dispositionuꝫ
ꝛ in libro continentis ꝛ ab alijs auctoribus: vñ
hoc accidens vt infra videbitur. in loco suo ex va
rijs ꝛ diuersis causis cōtingere potest. Et ex qui
busdam in q̄bus ista remedia essent ad nocēdū
vt loco suo declarabitur. Sed qm̄ vt plerūqꝫ tale
accñs pēdet ex grossitie humoꝝ vel grossitie spi
rituum ꝛ maxime ab hūiditate cui cause occur-
rendum est cū subtiliātibus abstergētib⁹ ꝛ exic
cantibus. Et talia sunt medicamina posita ab
eo: ꝓinde medicamina ad hoc accñs remouēdū
vtilia existunt. Nam primū qð laudat de epe ca
prino cū pipere lōgo est artificiosum multū me
dicamen ꝛ singulare in casu: ꝛ ex pte ꝓprietatis
singularis epatis hircini in quo oēs ꝯueniunt
laudātes quidā eoꝝ vt fuit Rasis in libello suo
de ꝓprietatibus partiū animalium aquā deco
ctionis eius cū sale in rectificatione visus. Et q̄
dam laudāt humidū vel liquorē qð distillat cū
assatur supra prunas in cuius scissuris positum
fuit, piper longū vt fuit Azarauius ꝛ Mesue: vl
tra piper lon. addidit sal indū ꝛ sal gēma et fa-
cit vt inclinetur infirmus sup fumū eius vt reci-
piat fumū. Et Rasis 2° ꝯtinentis vbi enumerat
collyria que mūdificant oculos ex simplicib⁹ fa
cta inter reliqua dixit sanguis testudinis et aq̄
epatis hirci assi in quo fit piper longū infixū: ꝛ
idem voluit Serap. sed nō posuit piper in assa-
tione: sed postea cōmiscuit cū aqua q̄ currit ex
eo cū assatur: sed posuit piper albū ꝛ nō longū.
Et laudauit cū assatum est epar vt etiam fecit
Mes. vt precipiatur infirmo vt incuruetur sup
ipso oculis apertis donec recipiat vaporē qui
eleuatur ab eo. et ita reliqui autores quasi om-
nes vtuntur hoc medicamine in casu: immo in
omni causa debilitatis visus a grossitie ꝛ humi
ditate propter proprietatem mirabilem que re
peritur in epate hirci ad hanc intentionem: et
non tantum laudatur medicamen locale ex eo:
sed etiam comestio epatis post assationem: vt
expresse dicit. Serap. qui dicit quod post eua-
porationem receptam: deinde comedat epar qꝛ
iuuamentum eius est mirabile. ꝛ similiter dicit
Mesue ꝛ iam dictum est quod comestio eius est
iuuatiua valde: ꝛ hoc est ex proprietate specifica
ipsius: ꝛ pro tanto non tantum valet epar hirci
sed epar caprarū cū proprietas sequatur speciē. ꝛ
ipm laudauit Rasis in textu nostro: ꝛ Auic. in
ca°. proprio ponēs quasi modum eūdem quem
posuit Mes. ꝛ repetendo etiam modū Ras. in
textu: laudant tñ cōmuniter autores epar hir-
ci: quia est magis acutius: et magis absterfi-
uum propter sexum calidiorē: sed si illud nō pos
sit haberi habeatur epar capre: ꝛ vltra ꝓprieta-

Declatio scðe particule prime partis principalis.

Laudatur apð doctores magis epar hirci

tẽ ipsi⁹ epatis ad hãc intẽtionẽ iuuaꝛ cũ virtute piperis lõgi qð est subtiliatiuũ resolutiuũ ⁊ ericcatiuũ ⁊ cũ ꝓprietate valet nocumẽtis oculorũ ex tali causa. Laudaꝛ tñ cõiter magis pip lõ. q͛ minus mordicatiuũ: vt 2° cañ. ca° ꝓpõ: q͛ est p̄m qð colligiꝛ: ⁊ postea ericcatũ fit nigrum ⁊ forte ꝙ Ser. ad minorẽ acuitatẽ ⁊ pũctionem laudauit pip al. qð est minus forte ẜm cõem doctrinã: laudauit ꝗ͂ ei⁹ mixtionẽ cuȝ musco: q͂m de ꝓprietate ei⁹ ẜm sñiam auctoruȝ ⁊ maxime Dias. ⁊ Aui. in cap° ꝓprio cõfortat oculũ ⁊ ericcat humiditatẽ ei⁹ ⁊ abstergit albuginẽ subtilẽ: ⁊ sic pȝ vtilitas hui⁹ medicaminis p̄m descripti ⁊ est facilis vsus ei⁹ ꝓ q̃to in puluerẽ est reductũ: vñ i oculũ põt ĩsufflari. de reliq̄s ꝟo duobus medicaminibus. De p̄°. s. facto cum felle caprino ⁊ cũ melle nõ est dubitatio ꝙ in casu vȝ. Nã vltra hoc qð fel qðlibet est ericcatiuũ ⁊ abstersiuũ: etiã fel caprinũ habet ad hoc ꝓ̄petatẽ silr ⁊ fel leporis. De fleꝛ añt de fellib⁹ qð fuit tertiũ qð valet in casu dc̄m est. s̄. in sili in ca° de catarracta. ❡ Seq̃tur 2ª pars ꝑ̇ncipalis in qua ponit curã circa hoc accñs cũ talia localia non sufficiũt ad curã: vñ denotaꝛ ꝙ causa grossitiei foueꝛ aliũde ⁊ dicit breuiter. Si añt hoc nõ suffecerit vẽter soluaꝛ sup. exñte materia peccãte flegmatica ẜm caput vel stomacũ q̄ fit cã cõseruãs dictã dispõnẽ: ⁊ fiat solutio cũ appropriatis in casu de q̇bus sepe supra dc̄m est: ⁊ aliq̄d infra diceꝛ loco suo digesta sup. materia ⁊ regulãdo ẜm cañ. communes. ❡ Addit: ⁊ sanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fronte minuatur stante s. pctõ in toto ⁊ in capite. ⁊ vena frontis est vena q̄ posita est inter duo supcilia: ⁊ aliq̄ñ sufficiet flõia cephalice vnius tm̄: ⁊ aliq̄ñ frõtis tm̄ vt cõicato sanguine in mẽbris spũalibus ⁊ vaporibus sanguineis ad oculos ⁊ non stãte pctõ sanguinis in capite sufficiet flõia vnius cephalice: ⁊ vbi esset solũ pctm̄ in sanguine ẜm caput ⁊ in toto esset paucitas sanguinis sufficeret sola flõia frontis: sed non extrahanꝛ nisi due vel tres. ℥. sãguinis. ❡ Addit: ⁊ regimẽ subtilietur vbi opȝ regimen esse ericcatiuũ ẜm intentionẽ nostrã cũ abstinentia ⁊ minutione ciboꝝ vt vult Meẜ. ⁊ vitatione grossoꝝ ⁊ vaporosoꝝ sicut sũt pulmenta pinguia ⁊ iura ⁊ pisces ⁊ q̄ sunt silia eis: de q̇bus ẽt latius in dieta: ⁊ tũc cũ his ⁊ localibus supra dictis vel alijs de q̇bus erit ẜmo infra: si morbus sit curabilis curabitur si de⁹ voluerit. Et sic sit finis capituli textualiter.

Intellecto igitur cap° summarie textualr̄: ex ordine sunt vidẽda p̄° de q̄d nois ⁊ ꝯñr q̄d rei. scðo de spẽbus ⁊ distinctionibus. tertio de causis huius dispositionis et de causis contrarijs huic dispositioni. quarto de signis ⁊ primum pronosticis euentus: consequenter ad bonum ⁊ ad malum: deinde demonstratiuis: quinto de cura.

De q̄ddita te nõis.

Quid nois De primo hec dispositio cõi vocabulo vocabitur noctilopa. s. passio noctis ⁊ oculis a Sera. vero vocatur sebur: ⁊ est vt dicit ꝙ non videt hõ in nocte penitus ⁊ videt in die: ⁊ q̄ñ occidit sol debilitaꝛ visus eius. ⁊ Azarauius appellauit hanc egritudinem alasha ⁊ aluiazad. ❡ Sed quid rei: noctilopa est egressus a visiõe. s. in nocte ita quod est dispositio ẜm quam corpora non vident in nocte. i. in paruo lumine vt fuit supra expositũ circa literam: ⁊ vident in die. s. in notabili lumine ⁊ minuitur visus in fine diei. s. cum minuiꝛ illuminatio medij minuitur etiaȝ visus: est ergo indigentia medij illustratione ad oculum: et q͂m in nocte naturali est debile lumen ⁊ remissum: etiam si cum mediocri candela illuminetur: iõ non vident: in die auteȝ vident propter magnũ solis splendorem: vt statim magis declarabitur in causis.

De q̄ddita te rei.

Distinctiones. De scðo. s. de specieb⁹ fit hec prima distinctio: q̄dam talis dispõ est recens: q̄dam antiqua: quedam fortis: quedam debilis: quedam ꝓpria passio oculi tm̄ non aliunde causata: quedam accidit oculo ꝑ cõitatem cerebri vel stomachi vel vtriusq;. ❡ Alia distinctio: quedã accidit in iuuene: quedam in sene ⁊ decrepito.

Nota.

❡ Jam anteq̃ veniamus ad 3ᵐ spãle de causis vt illa que dicẽda sunt clarius intelliganꝛ: opȝ premittere vnũ declaratũ a phĩs. 2° de aĩa in fine textus commenti vltimi. 162. ibi dicit phũs. Impossibile est em̄ videre sine luce: ⁊ textu commenti. 119. vbi dicit qð id qð est natũ sentire album ⁊ nigrũ: opȝ ꝙ sit neutrũ sup. ipsoꝝ in actu sed in potẽtia: ⁊ sic diciꝛ de albo ⁊ de nigro: ita intelligaꝛ de quolibet alio visibili: q͛ opȝ id qð est natũ sentire esse denudatũ ab eo qð sentiri debet: cum sentire stet in quodã pati necesse sit ꝙ illud qð agit sibi silr̄ in actu non agat nisi in id qð sibi silr̄ in potẽtia: ⁊ ita calidũ non sentit sibi silr̄ nec frigidũ sibi silr̄: vt dicit phs textu cõmenti. 119. Unde colligiꝛ cõis sñia ꝙ oȝ recipiẽs esse denudatum a natura recepti. Ex q̇bus colligitur ꝙ q͛ necessariũ est lumen ad visionẽ: sicut etiam dicit phũs textu cõmenti. 67. qð necessario vnusquisq; color nõ est visibilis nisi in luce et Cõmentator in cõmẽto. 72. dixit ꝙ nã coloris alia est a natura lucis ⁊ lucidi: lux em̄ est visibilis ꝑ se: color autem visibilis mediante luce. ❡ Uidetur ex his sequi ꝙ oculus vel crystalloides que est organũ ẜm cõem sñiam medicoꝝ in quo perficiꝛ visio ꝙ ipsa crystalloides nec sit colorata neq; per naturã lucẽ habens. Cum etiaȝ reliquie partes oculũ cõponentes nõ habeãt lucem per ꝓpriã naturã sufficientẽ ad illuminandum: videꝛ esse necessariũ ab extrinseco vt a medio illuminato illustrari oculũ certo modo vt in eodẽ visio perficiaꝛ. Stãtibus igiꝛ medijs intra oculũ de se nõ aptis debite illuminare a certo lumine vt est de albugineo ꝓpter eius grossitiem vel multitudinem: oportebit ꝯñr qð excellens lumen occurrat ad dicta media illuminandum: vt his taliter illuminatis posset fieri debita visio de obiectis. Et proinde in nocte vl' occasu solis cum multum minuatur lumẽ a lumine diei cõtingit corpora esse taliter occasionata ẜm partes oculũ cõponentes vt tunc ex paucitate luminis nõ possunt videre: ⁊ tñ in meridie cõuenienter poterant videre. ❡ Dicunt tñ aliq̄ sumentes argumentũ ab experimento ꝙ multi oculi sunt per naturã lucidi: q͂m multi in obscuro vident vt oculi cattorum ⁊ luporum: qui per lumen propriũ dicuntur illuminare mediũ. Nã catti nocte venantur mures: dicunt etiam hoc esse de mente Philosophi in 2° de sensu: qui videtur sentire non contingere sine lumine inte-

Nota

De causis.

Nota

riore oculum videre. Nam ibidem dixit phs vi-
det aūt sicut exterius: nō sine lumine videri ita
⁊ interius: ⁊ qḋ non videat in qua parte oculi
dꝫ fundari lumē nisi in crystallina dicunt ꝙ cry
stallina de se est lucida: ⁊ ꝯ̄ñr cōcedunt oculum
esse non receptiuum neqꝫ cōprehensiuum oīm
coloꝝ neqꝫ oīm visibiliuꝫ: qꝛ nō illoꝝ q̄ sunt sibi
silia ſm actum: qḋ tñ videt repugnare Cōmēta
tori scḋo de aīa. vbi voluit visum cōprehendere
visibile ſm totū. Nā in cōmēto. 118. in fine dixit
ꝙ visus ⁊ audit⁹ cōprehendūt sua sensibilia ſm
totum: sensus aūt tactus: qꝛ nō est denudat⁹ ab
oī qualitate tangibili: sed inuenit quasi mediū
inter ꝯtrarietatē cōprehendit extrema ⁊ nō oīa
⁊ isti cōcedunt hoc de visu optime disposito. scꝫ
ꝙ talis cōprehendit ſm totū: ⁊ ꝯ̄ñr ꝙ talis non
hꝫ lucē de se: sed oculi humani q̄ de se hñt aliq̄-
le lumē nō sunt ꝑfectissimi visus: multominus
oculi cattoꝝ qui sunt magis lucidi: naꝫ multas
dr̄ias coloratoꝝ vel lucidoꝝ nō cōprehendunt.

Nota.

¶ Sed melius inherēdo sententijs supra allega
tis: dicebat doctor meus Hugo senensis ꝙ ocu-
li priuant luce ꝓpria maxime quo ad crystalli-
nam: etiā quo ad partes reliquas integrantes
oculū: tñ pōt crystallina illustrari aliqualr̄ a lu
mine causato a luce spūum visibiliū q̄ spūs nō
sunt de suba oculi: ⁊ in q̄bus aīalibus cōcurrit
maior mensura spūum ad oculū simul cū tenui-
tate tunicaꝝ ⁊ ꝑuietate humoꝝ: in illis oculus
videt magis lucidus ita vt sufficiat ēt aliquo-
tiens mediū illuminare: ⁊ ita soluet ad dictum
Arist. 2° de sensu. ꝙ visio req̄rit lumē intrīsecuꝫ
oculo: sed ip̄m lumē principalr̄ recipit ab eo ꝙ
nō est de suba oculi: puta spiritibus. Si igitur
ꝯtingat dispō in partib⁹ oculi ſm quā difficilis
fiat irradiatio a spiritib⁹ visiuis in eis exigitur
maius lumen ab extrinseco cōicari vt ꝑficiatur
visio: ⁊ in q̄bus partes oculi sunt paratiores re
cipere lumē a spiritib⁹ visiuis: in q̄bus etiam ꝑ
nām cōcurrit maior mēsura spūum visibiliū ad
oculū in eis est lumē extrinsecum minus neces-
sarium: immo sepe a forti lumine leduntur: vt
est de quibusdam auibus videre que nocte tātū
venātur: qꝛ in die videre nō pñt ꝓpter claritatē
humoꝝ ⁊ tenuitatem tunicaꝝ oculoꝝ ipsorum.
Hoc etiam constat in cattis qui ꝗ male sustinent
medium multum illuminatum: immo in meri-
die semper stant quasi semiclausis oculis.

Nota

De causis.

Cause. Hoc igitur intellecto possumus faci
liter discurrere ad causas huius acci
dentis: ⁊ ex parte tunicaꝝ oculi ⁊ ex parte humo
rum ⁊ ex parte spirituum.

¶ Cause igitur huius dispōnis sunt oēs cāe q̄
ꝓhibent debitam illustrationem medij p̄cipue
⁊ oculi vel crystalloidis: vnde ex parte tunicaꝝ
⁊ humoꝝ pōt contingere talis dispō: ⁊ sic om̄is
grossities oīs opacitas oīs cā faciens indigen-
tiam debiti luminis potest esse cā huius dispo
sitionis. ¶ Et sic color cornee certus potest esse
cā huius dispositionis ꝑ quanto ꝓhibet ꝑuie-
tatem cornee ⁊ infra etiam dicebat Aristo. 5°. de
gñatione aīalium. ꝙ vera cutis que est supra pu
pillam. i. corneam dꝫ esse valde clara ⁊ subtilis
atqꝫ lenis: gñaliter aūt ⁊ tenuis est ꝓpter debi-
litatem motus visus. i. vt faciliter moueatur vi
sus a specie: lenis aūt vt non sit in ea ruga. i. ele
uatio ⁊ depressio partium ⁊ efficiatur quasi vm

Nota

bra: ⁊ ꝑ ꝓpter hoc non est visus senum acutus:
q̄m cutis senuꝫ est rigida alr̄s rugosa sicut cutis
corpoꝝ eoꝝ ⁊ dꝫ esse alba. i. non nigra. nā nigruꝫ
nō pōt esse clar̄ oīno nigredo aūt nō est nisi pri-
uatio claritatis: ⁊ ꝓpter hoc debilitatur visus
in infirmitatibus ⁊ senectute vt ꝑꝫ. ¶ Etiā ex
parte humoris albuginei hoc ꝯtingere pōt: ⁊ ꝓ
pter eius multitudine vel grossitiē ⁊ opacitatē
vt Gal. loco allegato ⁊ 4° de accñti. ca°. 2°. nam
stāte multo albugineo opꝫ lumē qḋ dꝫ ip̄m irra
diare esse multū forte. Et ideo hñtes oculos ni-
gros. s. ꝓpter multitudinē albuginei: dicit Ari
sto. ibidē ꝙ facile incidūt in hanc dispōnē: ⁊ ex
opposito hñtes oculos glaucos ex paucitate ei⁹
sit modica aqua a lumine tēperato facile illu-
stratur: ⁊ multa aqua difficile: grossities etiaꝫ ⁊
opacitas sube albuginei pōt esse cā huius dis-
positionis: qꝛ albugineus ꝑ nām dr̄ esse diapha
nus. Si ergo aliqualr̄ inspissetur opꝫ ip̄m vehe
mētius illustrari qḋ nō fit nisi a multo lumine.

De causis sumptis ex parte humoris albuginei

¶ Ex parte etiā spirituū hoc cōtingit. naꝫ spūs
exñtes grossi sunt cā huius dispōnis: quia facit
grossities spūum: vt spūs nō sint facile recepti-
ui speꝝ neqꝫ sint debita instr̄a: alr̄ ēt ad opatio
nem visiuam ⁊ sic exigunt multū lumē: ⁊ ideo tē
pore noctis ꝓpter dictam dispōnē non pñt be-
ne videre: etiā si spūs essent tenues in suba ⁊ ad
opacū declinantes: etiā facerent hāc dispōnem
qꝛ modus sic hñdi spūum facit ad hanc dispōnē
propter maius esse necessarium lumen adviden
dum. Aliqñ ēt multitudo spūum est cā hui⁹ le-
sionis: qꝛ ꝓpter multitudinē ꝯfundūtur et in-
spissantur: ita ꝙ est necessaria mlr̄a irradiatio
ad ipsos spūs. Raro tñ ꝯtingit ꝙ mlr̄titudo spi-
rituum sit cā: qꝛ spūs visiui faciliter dissoluunt
⁊ ita non multū abūdant. Fit ergo defectus vt
plerūqꝫ in paucitate ⁊ minoratione spūum ma
xime cū sunt grossi ⁊ nō in multitudine. Adhuc
dicūt quidā ꝙ spūs sunt de nā lucidi: ergo q̄to
plures erunt tanto magis visus erit perfectior
Iste tñ modus dicendi est dubius: qꝛ lꝫ ex parte
ꝓprie illustrationis hoc ꝯtingere deberet: tñ ex
tali multitudine fit ꝯfusio in spiritib⁹: ideo fit im
pedimentū in opationibus: raro tñ hoc ꝯtigit.
¶ Est ergo magis ꝓbabile vt fiat ex paucitate
spūuꝫ vel debita q̄titate cū grossitie. ¶ Pōt ēt
venire ex indispōne crystalloidis vbi crystalloi
des aliqualr̄ inspissetur vltra eius nālitateꝫ: qꝛ
tunc indiget maiori illustratione. Etiā vbi esset
magis ꝓfunda q̄ ei cōueniat: ita ꝙ non esset in
medio oculi de directo constituta: qꝛ requirere
tur plus de lumine ad illuminandum.

¶ Ex aduerso cā opposite dispōnis q̄ ab aucto
ribus vocatur aliar: ⁊ est nomē arabicū signifi-
cans ꝙ hō non videt in die ⁊ in magno lumine
⁊ videt in paruo lumine: ⁊ est q̄ ab Ari. loco alle
gato supra glaucitas vocatur. ¶ Ex ꝑte cornee
est nimia transparentia cornee: qꝛ debet tene-
re aliquid transparitionis ⁊ non in totum esse
ad similitudinem cornee nec debet esse nimiuꝫ
transparens: qꝛ fieret nimia disgregatio spūuꝫ.
¶ Etiam ex parte vuee que dicitur esse coloris
nigri: si ꝯuerteretur igitur ad album vel ad trās
parens magis declinans posset talis dispositio
contingere ex opposita cā: vel etiam contingit
ex parte latitudinis vel dilatationis pupille si
cut strictura pupille est cā noctilope: hoc tamē

De causis sumptis ex parte vuee

intelligatur qñ dilatatio pupille non haberet
cām siccitatem ꝯtrahentem posterius vnde fiat
dilatatio: qm̄ ad illā siccitatem sepe seq̄tur in-
spissatio albuginei ⁊ offuscatio ꝯñr eius: vnde
tūc ad visionē est necessaria multa illuminatio
⁊ irradiatio: ⁊ silr̄ dico si dilatatio pupille seq̄re
tur multitudinē albuginei extēdentis: qm̄ tūc
lz ex parte dilatationis fieret accidēs aliar: ita
qȯ sit necessariū modicū lumen ad visionem: et
in multo lumine fit disgregatio ⁊ impedimētū
in visu: tñ ex parte multitudinis humidi econ-
tra ꝯtingit ꝙ plus de lumine est necessarium: ⁊
ideo aliqñ plus facit multitudo humidi quam
faciat dilatatio pupille: ⁊ tunc magis fit nocti-
lopa q̄ꝫ aliar: ⁊ aliqñ ecōtra ꝯtingit vt ptz cōsi-
deranti. ¶ Ubi etiā albugineus humor fit mo-
dicus: hoc cōtingit: qr modico lumine illustrat̃
⁊ etiā tenuitas in subā ⁊ claritas albuginei fa-
cit vt non videant de die ⁊ de nocte vel in fusco
lumine. ¶ Sic etiam vbi spūs sunt pauci ⁊ cla
ri in multo lumine nō videbūt: qr disgregant̃ ⁊
dissoluuntur ⁊ vidēt in modico lumine ⁊ ī occa
su solis. Et ideo dicit Gale. loco allegato ꝙ hñ-
tes spūs multos ⁊ grossos vidēt de lōginquo ⁊
nō de ꝓpinquo. Nā ꝓpter ipsos irradiari a mł
to lumine subtiliant̃ spūs ad visum necessarij:
nō tñ debite secernūt: qr pur nō debite illustrā
tur spūs: ⁊ ecōtra in q̄bus spūs sunt pauci ⁊ ra-
ri isti ꝯuenienter vident de ꝓpinquo ⁊ nō de lō
ginquo: qȯ si spūs sit paru⁹ ⁊ grossus nec de lō-
ginquo nec de ꝓpinquo vidēt: ⁊ sic senes cū in
ꝓcessu spūs minuunt̃ ⁊ ingrossant̃ sensibilr̄ q̄si
in nullo lumine vidēs: sed in p̄mis senibus me
lius vident de longinquo q̄ꝫ de ꝓpinquo: qr so-
lum spūs sunt ingrossati ⁊ nō multū minorati:
aliqñ tñ ꝯtingit ꝙ multū lumē. exēpli grā. resol
uendo humidū subtile in humidū spissum ꝯuer
tendo: ⁊ sic minorando humidū adducit ad op-
positū: ita ꝙ lz minuatur humidū albuginei: qr
tñ ꝓpter caliditatē dissoluit̃ pars subtilior hu
midi albuginei: ⁊ nō quod remanet est spissum
quasi opacū fit vt nō possint videre de nocte et
videant de die: ⁊ tunc opꝫ ꝯsiderare nunq̄d tale
vitiū cōtingat magis ex spissitudine q̄ꝫ ex subti
litate: aliqñ tñ ad hunc effectum vna tm̄ cā con
currit aliqñ plures. ¶ Opꝫ tñ notare ꝑ clariori
intelligentia ēt ꝙ aliqñ accidit cōtrarietas in
his causis: ⁊ ita ēt in visione. nam aliqñ haben-
tes noctilopam habent grossititiem albuginei
⁊ etiam tunicarum cum paucitate ⁊ subtilita-
te spirituum: ⁊ tñ paucitas ⁊ subtilitas spūum
tolerat notabile lumen: immo ⁊ multum: ⁊ isti
tunc vident in die ⁊ non in nocte: qñq; tñ sunt
spiritus adeo subtiles ꝙ non tolerant multum
lumen: immo resoluuntur in eo: ⁊ tunc isti non
vident in notabili lumine ⁊ in die: sed in mino-
ri lumine ⁊ circa occasum solis aliquid vident:
qm̄ illa grossities humoꝝ mediocriter illustra-
tur etiam a modico lumine: ⁊ ita contingit ꝟm
variationem istarum causaꝝ ꝙ habens noctilo
pam: aliqñ videbit de longe: qr maior fit irra-
diatio necessaria ad immutationē humidi gros
si: ⁊ tñ cum subtilitate ⁊ paucitate spirituū nō
possunt videre etiam in magno lumine diei vt
patet consideranti. Aliquando ⁊ vtplurimum
contingit ꝙ habens noctilopam videbit de ꝓ-
pe ⁊ non de longe: ⁊ qñq; sumitur causa eius et
maxime ex paucitate ⁊ claritate spirituum: ⁊ ex
his solues diuersas apparentias que aliquan-
do contingunt circa hunc casum. Et hec de cau
sis sufficiant.

Senes in pª senectute meli⁹ vidēt de longinquo q̄ꝫ de ꝓpiquo

Signa. Ueniendo ad signa primū ꝓnostica
eventus ponit Aui. vnū ꝓnosticum
ꝙ cui multiplicātur colores idest imaginatio-
nes expectare oportet noctilopam: qr in illis in
grossantur humores vel īspissantur ex vaporib⁹
in humido repertis vt supra dicebatur de ima-
ginationibus. Spiritus etiam visibiles reddū
tur grossi ex mixtione vaporum cum eis: et sic
ad opacitatem fiunt tendentes: et iste sunt cau-
se principales noctilope vt supra dictum est.

De signis eventus.

¶ Aliud pronosticum etiam Auicen. habentes
anfractuositates in oculis. i. diuersa puncta in
humido albugineo vel qui non habent oculos
vniformiter coloratos: in his oportet expecta-
re hanc dispositionem: patet. Nam ex quo in ta
libus declarat̃ ⁊ etherogeneitas humidi ⁊ sub-
stantie tunicarum ex quibusdam partib⁹ in eis-
dem sensu comprehensibiles propter grossitieꝫ
ipsorum in eis: ⁊ consequenter minorem peruie
tatem potest fieri pronosticum satis probabile
ꝙ aliq; partes inspissabūt̃: ⁊ ita fiet noctilopa.
¶ Aliud ꝓnosticū in q̄bus humectantur oculi
plm̄ ⁊ lachrymantur cum grauedine ipsorum in
his ꝓbabiliter possumus arguere de futuro ta
li accidenti: qr significatur aggregatio materie
rum humidaꝝ circa oculū ⁊ multiplicatio hu-
midi albuginei ꝯñr: cū multitudinē albuginei
sequatur nigredo oculoꝝ vt supra fuit declara-
tum: inde est quod dixit Auicen. ⁊ plurimū qui-
dem accidit habentibus oculos nigros et non
virides. i. glaucos claros: quia ibi accepit viri-
des pro glaucis.

¶ Signum vero ꝓnosticum ad bonum cū acci
dit noctilopa ex cā primitiua in cibis. ꝟ. g. ex as
sumptione ciboꝝ grossoꝝ ⁊ euaporatiuoꝝ: stan
te tñ alr̄s bonitate ipsorum oculorum: talis no-
ctilopa fit facile salubris ꝓpter conuersionē re
giminis ad oppositum. ¶ Aliud pronosticum.
cum fit noctilopa ex abundantia spirituū ⁊ cla
ritate eoꝝ: ⁊ aliqñ contingit vt supra dictuꝫ est:
lz raro ista facile ex se quasi curat̃: qr facilis fit
resolutio spūum visibilium ⁊ minoratio ipoꝝ.
¶ Etiam in quibus cā primitiua vt⁹ ꝓpter coi-
tum supfluū vel alr̄s fe. acutā fieret noctilopa ex
paucitate spūum cum subtilitate eoꝝ: etiā de se
est facilr̄ curabilis ꝑ restaurationem spūum: et
his casibus expsse ptꝫ vt dixi circa lrāꝫ nō debē
tur in cura localia subtiliatiua ⁊ resolutiua vt
dixi circa literam vt sies de fellibus ⁊ similia.
¶ Aliud pronosticum ad bonum noctilopa cō-
tingens non ex vitio proprio oculi: sed ꝑ cōita-
tem ex stomacho vel ex cerebro: quoꝝ dispōnes
sunt salubres maxime si fuerit recēs ⁊ in corpo-
re iuuenili vt multū est curabilis. ¶ Ultimū ꝓ
nosticum ad bonum: noctilopa sequens multi-
tudinem humidi albuginei stāte bonitate alio
rum humoꝝ ⁊ tunicaꝝ in cōplōne ⁊ cōpōne ma
xime si fuerit recēs ⁊ in corpore forti: talis fit cu
rabilis satis faciliter per applicationem mino
rantium ⁊ exsiccantium humidum.

De pnosticis ad bonum

¶ Primum ꝓnosticum ad malum: noctilopa se
quens dilatationem pupille semꝑ est mala. Nā
de hac dixit Gal. 4°. de accidēti. caplo scdo. sepe

De pnosticis ad malum.

allegato. Dilatatio eius.s. pupille semp nocet visui siue ipsa fuerit a natiuitate siue postea: vñ in processu p.xx. lineas vel circa dixit. Cũ pupilla extiterit taliter lesa siue ab initio natiuitatis siue postea necessario ex illo spũ non tota replebitur.s. visio prout opz quodcꝫ circa dissoluitur sup. ꝛ dispꝫit. pñr addit: dissolutio ergo ei⁹ ꝛ dispersio nocẽt: eo ꝙ visum difficilẽ reddunt: et hoc totũ intelligaꝫ cũ dilatatio pupille nõ fuerit recens nec principalr̃ ex multitudine humidi ꝯtingens. sed siue ex creatione talis siue ex tẽpore fuerit talis ex casu vel ꝑcussione vel ex siccitate ꝛ corrugatione tunice vuee versus secundinam. Nam ptꝫ ꝙ q̃libet talis sit incurabilis: lꝫ aliquotiens monstruose visum fit: vt narrat Gal. loco allegato in fine ca. vbi nõ tm̃ fctã fuit cõsolidatio pãniculi ꝑforati: sed etiã restitutio hũidi ꝙ iã exiuit ab oculo dicit sic. Uidi quodã

Nota.

tꝑe cãm incõsuetã videri in q̃dã puero. Is ãt cũ quadã acu ꝑforauit ꝑtẽ cornee: sup. itelligaꝫ ꝛ vuee: ꝑꝑ q̃ᵒ sequiꝫ q̃ ꝑforata hũores euanuerũt sup. albugine⁹ hũor maxime ꝛ pupilla hac de re ea cõstricta est ꝛ parua effecta: ꝛ cornea corrigiata est. i. corrugata. addit. Is tñ puer curat⁹ euasit: qm̃ hũiditas q̃ fluebat paulatim extitit coadunata. Addit tñ ꝙ raro ꝯtingit: q᷑ vt plurimũ siccitas inde oritur. De hoc tñ q̃ᵒ dictũ est de dilatatione pupille a casu vel ꝑcussione: q̃ᵒ est incurabilis intelligaꝫ cũ est cõfirmata: q᷑ cũ est recens curaꝫ. Et de hac intellexit Ras. in diuisionibus cũ dixit loquẽs de ea: ꝛ fit sup. dilatatio pupille post percussionẽ suꝑueniente in oculo. addit: ꝛ tu nõ timeas qm̃ redit. ¶ Aliud pronosticum. noctilopa sequens paucitatẽ humorum propter siccitatẽ tunicaꝝ ꝛ maxime in senectute nõ curatur. ptꝫ q᷑ talia mẽbra spmatica substãtifice nõ rehumectanꝫ in senectute nisi rarissime. ¶ Ultimum cõtingens ex paucitate spũum confirmata in decrepito. similiter contingẽs ex corrugata cornea de qua dicit philosophus loco allegato in decrepito non curatur. patet.

Nota.

¶ Signa vero demonstratiua generis sunt ex se manifesta per interrogationem patientis.

¶ Signa etiam specierum si per cõitatem a stomacho vel a cerebro vel per proprietatẽ in ipso ocl'o sunt mãifesta ex dictis sepe supra ꝑ accñtia illorum membroꝝ: vel per priuationẽ eorundẽ.

De alijs signis.

¶ Signa vero spãlia distinctiua causaꝝ per ꝓprietatem oculi cognoscunꝫ si cornea sit diaphana vel nõ ꝑ sensum manifestaꝫ: ꝛ sic de dilatatione pupille vel strictura eius. ꝛ si fuerit ex parte albuginei nunq̃d dicaꝫ ꝓpter multitudinẽ faciens opacitatẽ. vel nunq̃d paucitas sit faciens ad oppositum: hoc habebiꝫ in sequenti lectiõe de pupilla: sed vt plurimũ ad multitudinẽ albuginei sequiꝫ extensio vuee. ¶ Et si fuerit ex multitudine ꝛ cõfusione spũum q̃ aliqñ est causa vt dictum est. Hoc declarabiꝫ q᷑ corpus diciꝫ esse agile in oꝑationibus aĩalibus ꝛ oculus multũ illustratur ex habitudine totius ꝛ ex iuuentute. Et si fuerit cã eius grossities vt sepe contingit grossities declaraꝫ ꝓpter multitudinẽ humorũ in toto ꝛ ꝑ habitudinẽ corꝑis melicã: vl' flãticã et per regimen precedens grossum ꝛ cõfusioneꝫ in sensibus. ideo Aui. dicit ꝙ talis accidit dispõ ex grossitudine in patiẽtibus imagines ꝑ vaporationem ꝛ mixtionẽ vapoꝝ grossorum cũ spiritibus: qñ ergo cõprehenduntꝫ imagines: et hic nõ videt nisi in die: hoc declaraꝫ esse ex grossitie spũum: ꝛ vapores esse intra oculos. ¶ Ex his pꝫ quibus accidunt hmõi dispõnes ꝛ accidit tortuosis ꝛ habẽtibus situm malum in oculis p̃cipue in crystallina: habentes aũt crystallinã ꝓfundam vident solũ modo in die: ecõtra habentes multum eleuatã male vident in die ꝛ meli⁹ in obscuro. ꝛ hec causa manifestaꝫ ꝛ ex priuatione aliarum causaꝝ cum lesione operationis.

Cura. Jam veniendo ad curã summarie opꝫ de causis p̃mitiuis ꝛ de aere ꝛ somno et hmõi vt viteꝫ omne generans humores grossos ꝛ spũs grossos: ꝛ maxime reddẽs eos turbidos: qm̃ talis est vt multum cã nocumenti. ꝛ de hac ponetur cura: q᷑ de reliquis que eẽ possunt cause nocumenti sufficienter est dictũ supra de debilitate visus: ꝛ ita opꝫ regulare aerẽ vt viteꝫ grossus ꝛ nebulosus: ꝛ ita discurrere de reliq̃s de somno suꝑfluo maxime post cibũ: ꝛ ꝙ in casu necessaria est abstinentia: vñ quasi oẽs cõueniunt vt abstineat a cena ꝛ diminutio in cibis vniuersaliter ꝛ vitatio ciborũ grossoꝝ. Sed si fit ex paucitate ꝛ subtilitate spũum in dispõne opposita: dicebat. A. q̃ᵒ tunc materia est additio in humectatione ꝛ ingrossatione sanguinis: vt cum vitellis ouorũ. Si sint spũs rari opꝫ inspissare spũs vt cũ pulmentis ꝛ vino medij coloris grosse substãtie: ita vt inspissatio sit reducẽs ad temperantiam in substantia: non aũt in turbulentia vt ex leguminib⁹. Reliqua seruenꝫ in dieta vt dictum est in debilitate visus.

De intentione p̃ma curatiua.

¶ In medicinalibus si fit ex multitudine hũoꝝ fiat flõmia in cã calida ex cephalica: vel forte prius ex basilica ꝓm regulas supradictas. Et si sit materia etiã peccãs ꝓm caput mixta fiat eñatio cũ pillulis aureis: ꝛ aliqñ ꝓm exigentiã materie opꝫ venire ad hieras magnas ꝛ ad pillulas cochias p̃positis cõibus semꝑ digestiuis appropriatis: factis etiã diuersionibus cũ clysteribus: etiã cõibus ꝛ fortioribus ꝓm exigentiam ꝛ alijs fricationibus a p̃n°: postea factis euacuationibus fiat diuersio cum sectionis positi in collo: vt al's dictum est in simili.

De scd̃a intentione.

¶ Deinde veniendum est ad localia: de quib⁹ singulare est medicamen de epate hirci: de quo dictum est circa literam faciendo sectionẽ ipsi⁹ in partes ꝛ inter sectiones ipsius ponet piperlon. ꝛ aliqui ponunt sal indum: vt fecit Auic. et postea ponitur tale epar in furno in vase lapideo: vt distilletur aliquid intra vas non vt vratur: deinde in liquore ponunt illos pulueres et exiccatis simul ponunt postea illos pulueres super oculo: q᷑ exiccant ꝛ abstergunt. nam ex proprietate tale epar hirci iuuat oculum. ¶ Etiam valet euaporatio supra oculum ab illo facta supra carbones: etiam faciendo elixationem: etiã valet comestio epatis hirci ꝛ epatis capre: vt dictum est circa literam.

De 3ª intẽtione curatiua.

¶ Et quando non valet istud sumatur fieꝫ de fellibus vel fiat cum duabus partibus mellis et vna parte succi feniculi depurati: ꝛ quarta parte fellis accipitris: tale est satis domesticum et non multum ledens: et apponendo interpolatim: ꝛ quando est dolor mitigetur cum lacte mulieris. muscus etiam mirabiliter valet ad virtutem visiuam confortandam.

¶ Laudauit etiam Mesue collyriũ Alex. factũ vt infra. ℞. succi feniculi cocti ⁊ depurati ptem j. mellis ⁊ fellis añ. partẽ. ʒ. misce: ⁊ expertũ est. ¶ Et Aui. fecit collyriũ vt sumat̃ fellis hedi ptẽ j. piperis partes. ij. armoniaci ptes. iij. cõficiantur cũ melle: ⁊ pñt fieri pulueres ex eisdẽ si placet sicut alchohol. ¶ Et dicit Aui. ꝙ alcohol factum ex sanguine animaliũ calidaꝝ cõplonum cõfert ad illustrationem etiã spũum ⁊ clarificationem ipsoꝝ. ¶ Laudant autores si ante cibũ detur in potu vinum paucũ vetus: ⁊ silr post digestionem integrã ⁊ vsus aliaꝝ medicinarũ: de quibus dicit Mesue. qꝺ zinzib. conditum ⁊ nux muscata condita ⁊ kebuli cõditi ⁊ cubebe ⁊ huiusmodi clarificant ⁊ illustrant spirituꝫ. Et hec de capitulo sufficiant.

¶ De dilatatione pupille. Cap. xxix.

Cum pupilla hoc est foramen qꝺ est in oculorum nigredine adeo dilatari videt̃ vt vndiqꝫ pertingat ad albedinẽ fueritqꝫ hoc post vehementem cephalice dolorem parua est habenda fiducia in eius cura. ¶ Sed si dilatatio parua fuerit: tunc assidua solutionem ventris ex cochĳs multotiens ⁊ sief de fellibus in oculos est mittẽdus. ¶ Qꝺ si pupillam post percussionẽ dilatari cõtingat: nõ est inde timẽdum qꝛ remouebitur. Fiat itaqꝫ emplastrũ ex farina fabarum ⁊ camomilla ⁊ euisco cum vino ⁊ aqua.

Sequitur capitulum de dilatatione pupille: qꝺ ꝯtinuat̃ ad pcedens in hunc modũ: qꝛ cũ vt supra dicebatur in causis noctilope: noctilopa sepe seq̃tur dilatationẽ pupille ꝓpter nimis irradiari crystalloidẽ: ⁊ ꝓpter dispersionẽ spũuꝫ a nimio lumine diei: fuit ꝯueniens ad perfectã curã noctilope ponere curã cause eius vt dilatationis pupille si curabilis sit. Diuidit̃ aũt p̃sens caplm in duas ptes pncipales: qm̃ p° ponit q̃d p dilatationem intelligat̃ pupille: ⁊ qñ est dicẽda incurabilis. 2° ꝓsequit̃ ponẽdo curã illius q̃ curabilis est. 2ª ibi. (Sed si dilatatio parua fuerit.)

Declaratio prime partis.

¶ De pª parte dicit: cũ pupilla hoc est foramen quod est in nigredine oculi: manifestat pupillam per esse foramen vuee. Addit. adeo dilatari videtur vt vndiqꝫ ptingat ad albedinem. i. ita circũferẽtialiter dilatet̃ vt quasi foramen occupet totam corneã apparentẽ versus ꝯiunctiuã. Addit: fueritqꝫ post vehementẽ cephalice dolorem parua est fidutia in eius cura habenda.

¶ Pro intelligentia huius ptis est notandũ ꝙ hic facit caplm de dilatatione pupille tm̃ accidentalis ⁊ nõ naturalis: qm̃ naturalis est semp quasi impossibilis cure: ⁊ de accñtali mãifestat eã que est incurabilis principalr per duo. p̃mo per eius multã dilatationẽ: vt cũ dilatatio fuerit talis vt vndiqꝫ ptingat ad albedinẽ vt fuit dictum ⁊ maxime. 2° qñ successerit talis dilatatio post vehementẽ dolorẽ capitis. Nã tunc cõcluditur ꝙ talis sit incurabilis. p° quidẽ ꝓbabile est ꝙ sit incurabilis cũ est dilatatio tãta que dicta est ꝓpter multũ esse cõuersam illã tunicã vueam a naturali sua dispõne ad innaturalem maxime ad eã ad quã sequit̃ resolo spũuꝫ ⁊ ꝯñr debilitas virtutis naturalis oculi: difficili⁹ ẽt fit curabilis cum succedit ad vehementẽ dolorẽ capitis: qm̃ cũ sequit̃ vehementẽ dolorem capitis sequit̃ ꝓbabiliter cãm exiccantẽ ipsam tunicã cũ dolor vehemens capitis vel fiat ex apãte tunicarũ cerebri vel als ex vaporib⁹ calidis vel materia cala exiccãte ⁊ ꝯtrahere faciẽte tunicas cerebri: ꝯtractione quaꝝ ꝯtrahunt̃ ⁊ tunice oculi: exquo ab eisdẽ originant̃: ⁊ forte ẽt cũ hoc cõicata formali siccitate vuee maxime versus secundinã ⁊ radicẽ eius ꝯñr ꝯtento humido in vuea vel albugineo oportebit de necessitate dilatari vueã. Et qm̃ mala cõplo sicca in membris spmaticis p̃cipue ⁊ debilibus: vix vel nũꝙ̃ restaurat̃: idcirco talis fit incurabilis. ¶ Potest tñ fieri etiã dilatatio pupille talis post vehemẽtem dolorẽ capitis ex defluxu materie humide ex cerebro ad oculũ replẽtis ⁊ dilatantis albugineum vñ fit extensio p̃ter naturã in vuea ⁊ ꝯñr violẽta dilatatio ipsius pupille: qm̃ cerebro pleno exñte succedẽte dolore forti pp hoc ꝙ ad dolorem sequit̃ motus ⁊ agitatio materieꝝ ꝓbabiliter fluet mã deorsum ad oculũ subito q̃ multo magis ledet violẽter soluendo ⁊ dilatando ꝙ̃ si paulatine aggregata paulatine solueret ⁊ dilataret: ⁊ cõsequẽter si ita fiat magna vt dicebat̃ supra post dolorẽ vehementẽ reddit̃ incurabilis. ⁊ maxĩe qꝛ ꝯseruat̃ talis a cerebro dilatato ⁊ leso. Et hoc est qꝺ dixit de prima parte.

Declaratio pme particule 2e ptis principalis.

¶ Cõsequenter in 2ª pte p° ponit curã dilatationis cũ nõ est magna sed pua ꝯtingẽtis etiã ex multitudine hũidi. 2° ponit curã illius q̃ sequitur pcussionẽ vel casum ab extrinseco. 2ª ibi (Qꝺ si pupilla.) ¶ De pª pte dixit. Sed si dilatatio parua fuerit: vẽter soluẽdus erit multotiẽs cum pillulis cochĳs ⁊ sief de fellibus in oculo mittendum. ¶ Pro intellectu huius ptis nota ꝙ per pillulas cochias itellexit nõ tm̃ cochias sed etiã mitiores de q̃bus als dictũ est. Et qꝺ dixit intellexit semp p̃cedẽte p̃paratione ⁊ digõne materie. nã exquo supponim⁹ cãm dilatatiõis esse p̃sentiã mãe ⁊ maxime depẽdenter se hñtis a cerebro cõstat ꝙ ad curationẽ expedit vt illa euãetur. Sed hic diligẽter nota ꝙ si fuerit ꝯiuncta mã sanguinea vel in toto vel fm caput oportebit fieri prius flõmias ⁊ ꝯñr oportebit venire ad medicinas secessiuas regulando fm cañ. suꝑradictos: sed de his magis infra loco suo: ⁊ in euãando cũ medicinis ponit vnũ cañ. Aui. qui videtur multum aduersari sentẽtie Rasis in textu dixit. Et nõ opꝫ vt multiplicent̃ euãones cum solutiuis: ⁊. i. propter quam causam debilitet̃ virtus ⁊ non euãetur qꝺ queritur. Nam sup. cum debilitatur virtus a membro iam resoluto in spiritibus propter dilatationem pupille: si postea addatur debilitas per medicinã solutiuã: tunc non debite regulabitur medicina in euacuãdo humorem quẽ querimus euacuare: ideo addit. Quandoqꝫ sufficit ei euacuatio omnibus. x. diebus. ⁊ ita modificat illud verbum. Rasis in textu multotiens: vt non intelligatur ꝙ singulis tribus vel quatuor diebus vt aliqui faciũt fiat

Nota

solutio maxime cū laboriosis: ⁊ post purgatio-nes fiat vsus localiū exiccātiū vt fieꝛ de fellib⁹ ⁊ eoꝝ q̄ dicta sunt supra in cura de imaginatio-nibus ⁊ de cataracta maxime in priū°. ⸿ De vl-tima parte ponēs curam dilatationis pupille cōtingētis post percussionem dixit ꝙ si pupilla post percussionem dilatari ꝯtingat nō est inde timendū: vt etiā dixit in diuisionibus q̄ꝛ remo uebitur: intelligatur si deus voluerit maxime si ad casum vel ꝑcussionem nō sequatur solꝰ cōti nui puta vuee: sed solū ꝑ percussionē fiat flux⁹ humoꝝ ⁊ ꝯñr ex multitudine humoꝝ fiat dila-tatio vuee vel cōpresso oculo circa mediū a ca-su vel ꝑcussione exꝓsso humido ad latera aliqñ dilatatur pupilla ꝗuis nō fiat solꝰ sube vuee: ⁊ tunc possibilis est cura: sed si ex ꝑcussione seq̄ tur manifesta solutio in ꝯtinuo vt in vuea: tūc credo ꝙ sit incurabilis. Et ad hunc intellectum dicit Aui. in fine capli in causis: ⁊ illa q̄ est ex ꝑ-cussione aut casu nō h̄ʒ curam: ⁊ sic soluiꝛ ꝯtra-dictio ⁊ maxime si fuerit magna solutio pānicu li: sed si esset modica dilatatio ⁊ ēt esset modica solutio: ⁊ occurratur ei in priū° ꝯueniēter cum medicinis ⁊ diuersionibus tunc posset curari: alˀs cum esset magna vel antiqua fieret incura-bilis: vt etiā multi auctoꝝ ꝯsentiunt: ꝯñr dixit Fiat itaqꝫ emplm̄ cū farina fabaꝝ sup. excortica taꝝ ⁊ camomilla ⁊ euisco. i. altea vl̄ cū vino ⁊ aq̄

Nota Nota Gerardi.

Nota verbū Gerardi.

⸿ Circa quam partē nota vt etiā recte dicit ge rardus ꝙ hoc emplm̄ in ꝓn° principiante nō eēt cōueniens vbi est intentio reꝑcussionis ⁊ ꝓhi-bitionis futuri aꝑatis. Nam in hoc casu oporte ret applicare emplm̄ magis reꝑcussiuum factis diuersionib⁹ cū flōmijs ⁊c. Et facit ipse emplm̄ cōueniens in casu in ista hora vt infra. ℞. fari-ne fabaꝝ excorticataꝝ farine ordei. aā. ℥. ſ. olei rosati. ℥. ʒ. cum vitello oui bene agitato ⁊ cum succo endiuie fiat emplastrum mediocriter liq̄ dum: ⁊ in processu magis posset addi de camo-milla ⁊ altea: vt etiam dixit Rasis. Et sic est fi-nis capituli textualiter.

Expedito textualr̄ ca°. breuiter q̄nqꝫ ꝑ or-dinem sunt videnda. Primo de quid noīs vel q̄d rei dispōnis istius. scdo ponē-de sunt distinctiones cōes huic dispōni et sibi opposite: deinde ex ordine ponenꝛ cause huius dispōnis ⁊ sibi opposite dispōnis: quarto ponē tur signa: primo gn̄lis: ꝯñr specieꝝ: prius tn̄ pro nostica euentus ⁊ ad bonum ⁊ ad malū: ⁊ ꝯñr de monstratiua: vltimo veniemus ad curam.

De q̄ddita te nois.

Quid nominis. Circa primum de quid nominis notandum q̄ꝺ hec dispositio apud auctores diuersis noīb⁹ no minatur. Nam Mes. nominauit hanc disposi-tionem Almesnar. Azaranius autem nomina-uit Alansiasar. apud Auicen: vocatur alintisar ⁊ est nomen arabicum idem importans q̄ꝺ di-latatio pupille.

Nota

Distinctiones. Circa scdm̄ de spēb⁹ sit hec p̄ª dist°. ⁊ est diuisio posita a Gal. 2° de accn̄ti ⁊ reliquis ꝙ dilatatio ⁊ constrictio pupille quedam est nālis quedam accidentalis: ⁊ quedā cōtracta a gn̄atione ⁊ q̄-dam ex tempore. ⸿ Scda diuisio Aui. dilatatio pupille accidentalis quedam est a cā corporali quedam a primitiua. ⸿ Tertia diuisio: quedaꝫ magna: quedam parua: quedam recens: quedaꝫ antiqua: ⁊ hoc siue sit ex cā corporali siue ex casu vel percussione. ⸿ Alia diuisio: quedā est ꝑ pro prietatem in oculo tm̄: quedam etiam depēden ter se h̄ñs aliunde ⁊ maxime a soda.

Cause. Circa tertium de causis: cāe dilata-tionis sunt duplices loquēdo de cau sis corporalibus vt dixit Ras. 2° ꝯtineñ. aut su mitur ex parte humidi albuginei: aut ex parte vuee: ex parte sube vuee vel a siccitate vel ab hu miditate. ⸿ A siccitate fit dilatatio pupille qñ corrugatis partibus vuee lateralib⁹ non po tente vuea constringi anterius remittente hu-mido de necessitate expedit pupillā dilatari: et illa siccitas aliqñ seq̄tur suꝑfluas vigilias: ali-qñ febres diuturnas: ⁊ ita dico de reliq̄s causis exiccantibus: ⁊ aliqñ seq̄tur ꝯsumptionē ⁊ mi norationem humidi albuginei q̄ siccitas albu-ginei. vt dixit Aui. nō facit dilatationē ꝑ se sed per accidēs inq̄ꝝtum seq̄tur eam siccitas vuee.

De causis a siccitate sumptis.

⸿ Scda cā sumitur ex parte humiditatis. Naꝫ humiditas ingrediens subam vuee cū abūdat faciens impressionem in vuea cum extenditur vuea in sursum vel deorsum vel lateraliter: de necessitate extenditur s̄m illas partes sicut fit in suba mō repletionali: ⁊ sic pupilla ꝯñr dilata tur: q̄ꝛ ad illas partes cōtrahitur: posset tamen ita disponi humiditas imbibita q̄ꝺ relaxando nō faceret dilatationē: immo magis ꝯstrictio-nem sicut in paralisi. ⸿ Pōt ēt ꝯtingere in suba vuee ab aꝑate: q̄ꝛ suba vuee aꝑata de necessita-te extēditur ⁊ dilatatur. ⁊ ita ꝯñr opꝫ foramē di latari stante humido medio nō patiente cōstri ctionē foraminis. ⸿ Ex parte ēt albuginei hūo ris pōt fieri dilatatio pupille: q̄ꝛ albugine⁹ hu-mor intumescit fluente mā humida: q̄ꝛ repletur vuea replōne nō nāli ⁊ extēditur orificiuꝫ vuee ⁊ sic pupilla etiam dilatatur. Potest etiam ali-quotiēs ex humido grosso implēte orificiū vuee ⁊ extendēte ipsa pupilla dilatari. ⸿ De cāis ēt primitiuis sunt casus ⁊ percussio ꝑ modos dcōs supra circa textum ⁊ multa illuminatio ⁊ irra-diatio oculi ⁊ inspectio in spheram solis per di uersos modos perducendo ad dilatationem cō sideranti notos.

Questio. De cāis cō strictionis pupille.

⸿ Cause ꝯstrictiōis habenꝛ opposito mō: p̄ª cā est siccitas. Dubiū est q̄ꝛ dictum fuit ꝙ siccitas fuit cā dilatationis: quō ergo cōstrictionis. Re spondeꝛ ꝙ nō eodē mō. nā si exiccenꝛ ꝑtes v̄sus pupillā: ita ꝙ exicceꝛ humidū vuee circa ꝑtes pupille: ꝯñr illa pupilla ꝯstringiꝛ non ꝯstrictis nec corrugatis partibus posterioribus. Sed si corrugantur partes posteriores versus secundi nam non corrugatis partibus versus pupillaꝫ fit dilatatio. ⸿ Scdo pōt fieri cōstrictio pupil le ab humiditate sube ipsius vuee: q̄ꝛ cū hume-ctatur suba vuee ꝯñr latera pupille magis adin uicem appropinquāt vt dictū est supra de para lisi: ⁊ sic cōstringitur pupilla: q̄ꝛ ita imbibiꝛ hu miditas in vuea ꝙ dilataꝛ ⁊ pupilla constrin-gitur. ⸿ Tertio contingit propter humoreꝫ ter restrem melēcolicum aggregantem substātiam ipsi⁹ vuee: ⁊ ꝯñr fit constrictio pupille. ⸿ Quar to propter aliquid corpulētum inter partes pu pille. ⸿ Alia causa est ꝓpter apostemata in par tibus extremis ipsius pupille quia aliter dila-taret. ⸿ Alia causa est propter minorationem humidi albuginei cuius est contingere tunicaꝫ

De signis euentus.

vueam eleuatam ad cuius eleuationem pupil-la stat dilatata: ⁊ ꝯ̃r minorato humido cōstrin-gitur ⁊ deprimitur pupilla.

Signa. Ueniendo ad signa primū ꝓnosti-ca sit hoc primū ꝓnosticum euentꝰ Post febres diuturnas ⁊ in corpore macro ⁊ mł tum vigilantibus: ⁊ in frenesi ex parte siccitatꝫ possumus expectare dilatationē pupille. ptꝫ. ¶ Aliud ꝓnosticū. In hn̄tibus variolā grossaꝫ circa corneā versus pupillā pōt expectari dila-tatio pupille: ⁊ aliqn̄ ꝯstrictio ſm diuersos mo dos ꝯsideranti notos. ¶ Aliud ꝓnosticū. ad so-dam acutā succedentē ad repletionē cerebri p̄t fieri ꝓnosticū de dilatatione pupille ꝓpter de cursum humoꝝ ad oculos vt fuit declaratū cir ca lr̄am. ¶ De signis vero ad bonū vel ad malū ꝓnosticū vnum ponit Gal. 4°. de accn̄ti. ca°. 2° ꝙ dilatatio pupille semꝑ est mala siue sit nālis siue accn̄talis. Si nālis est illaudabilissima: ēt accn̄talis laudabilis nō est: qꝛ visio fit mediāti bus spiritibus visibilibꝰ ferētibꝰ ꝟtutē visiuam ꝑ obticos neruos: vn̄ stāte dilatatione pupille fit expansio ⁊ resołō istoꝝ spūum: ⁊ sic seq̄ꝭ nocu mentū in oꝑatione visiua: est ergo semꝑ nocēs: etiā aliqn̄ talis ⁊ tanta vt dixit Gal. ꝙ nihil vi dent. ¶ Cōstrictio aūt pupille si sit nālis est cō ueniens: rō est: qꝛ facit ad vnionē ⁊ fortificatio nē spūum: intelligaꝭ vbi sit moderata ꝯstrictio Si sit accn̄talis est mala nō ſm se: sed qꝛ seq̄tur ad malos morbos: qꝛ seq̄tur minorationē humi di vel aꝑata vt dictū est: vel siccitatē q̄ difficil-lime sunt reducibiles. ⁊ dixit Aui. ꝙ est deterior q̄ dilatatio: ⁊ aliqn̄ in se: qꝛ qn̄qꝫ ꝑducit ad opi-lationē sup. integrā: ⁊ ita fit in totū priuatio vi sus. De modis aūt terminationis ad bonū vel ad malū vel modis curabilitatis vel nō possi-bilitatis cure dictū est supra.

De signis generis.

¶ Signa vero gn̄is ⁊ dilatationis ⁊ ꝯstrictio-nis patent ad sensum medici q̄ hec pōt cōprehē dere facta diligenti inspectione in oculū: aliqn̄ dꝛ esse accn̄talis qđ cognosciꝭ: qꝛ nō tm̄ excedit dilatationē nālē: sed eā q̄ huic corpori nālr̄ cor-respōdebit: ⁊ sic de ꝯstrictione. ¶ Poniꝭ ēt aliđ signū ab auctoribꝰ cōe ⁊ nāli ⁊ accn̄tali: lꝫ Aui. cōtraxerit ad nām dicens: ⁊ qn̄qꝫ est amplitudo oculi nālis ⁊ nocet visui: videt em̄ res minores q̄ opꝫ vt videanꝭ: Sed Aza. loquens de his vlr̄ dixit: ⁊ de ꝓprietate huiꝰ egritudinis. s. dilata tionis pupille: ⁊ eius signuꝫ est qm̄ videntur ei res minoris corporis q̄ vere existant: ⁊ qꝛ videt debili lesione: ⁊ possibile est nihil videre. ¶ Et

De signis ꝯstrictōis pupille.

in signis constrictionis pupille ex opposito di-xit. Signum vero huius egritudinis: ⁊ eius ꝓ-prium est: qꝛ videntur sibi res maiores q̄ ꝟe exi stant: ⁊ de verificatione huius signi: lꝫ a scriben tibus multa dicantur ⁊ multa dici possent: tm̄ colligo duas responsiones breues que videntur magis satisfacere. Prima est ꝙ in dilatatiōe pu pille ꝓpter resolutionem in spū debilis est vir tus visiua: vnde expedit ad hoc vt immutetur ea ab obiecto extrinseco fortiter immutari sicut ēt est ⁊ in alijs sensibus videre. nam virtus tactꝰ debilis immutatur nisi a forti imprimente: ⁊ cō sequenter obiecto visibili existente forti: ad hoc vt fortiter immutet virtutem visiuam debilem ceteris paribus expedit vt ponatur in longiori distantia ab oculo ad fortiter immutandum ꝓ-pter maius lumē interponi: ⁊ ideo in maiori di stantia existens minorē angulū causat in cētro oculi talr̄ res visa ⁊ sic apparet mīor q̄ sit. Alia cā sumitur ex dispōne modi recipiendi: qm̄ hn̄s dilatationem pupille ꝑ hoc qđ hꝫ debilem vi-sum ex disgregatione in cōprehendendo visibi-lia semiclaudit oculos vel palpebras: ⁊ iō py-ramis rei visibilis facit angulum acutū in ocu lo: qꝛ latera modicū distant: ideo repn̄taꝭ res parua ⁊ ecōtra hn̄tes cōstrictionem pupille in videndo dilatant palpebras: ideo possunt vide re res sub forma pyramidis lata: ⁊ spūs recipiūt sub mō latiori: ⁊ ita repn̄tatur res maior: ⁊ ma xime qꝛ sunt magis ꝯgregati: sicut apparet etiā de sole in nebula. Et si ista cā annecteꝭ p̄me erit fortior cā: lꝫ posset obijci ad vtrasqꝫ: tn̄ iste cau-se videntur probabiliores.

De signis specierum.

¶ Signa spēꝝ: si fit a casu vel ꝑcussione sigª sūt manifesta. Si ꝓpter sodaꝫ factus est fluxus ad oculū etiā est manifestū ex cursu eius post sodā Si ab humiditate vel siccitate corporis habi-ta sunt signa supra in debilitate visus ꝑ hoc qđ faciliter vel tarde facta est talis dispō cū causis precedentibus. Si augmento albuginei augeꝭ oculus: si ex diminutione albuginei minoratur oculus: si ex apostemate posita sunt signa supra in de obthalmia.

Cura. Nunc veniendo ad curā: qꝛ huiꝰ dispō nis multiplex ⁊ varia pōt eē cā. Ideo primo circa regimē in dieta vertaꝭ dieta ad con trarium cāe eius: vt si cā fuerit hūiditas replēs cōcauum vuee: vel intrans subam eius faciens cōtractionē sicut in spasmo in q̄busdam ꝑtibꝰ ⁊c. siue etiam fuerit in constrictione eius hūmi ditas relaxans: tunc totum regimen dꝫ conuer li ad siccū: ⁊ formaliter cū cibis siccis ⁊ exsiccati uis ⁊ alijs: de aere ⁊ reliq̄s non nālibus ad exic cationē ducētibus vt cū parcitate cibi ⁊ subtra ctione cene ⁊ vitatione grossoꝝ ⁊ vaporosoꝝ si-cut sunt pinguia iura ⁊ aromatizata: ⁊ via ⁊ si-milia de quibus sepe dictū est in sili. Et in cibis laudauit hic Aui. aquā vel brodiū ciceꝝ cū bro-dio sisamino: ⁊ de reliquis particulariter vide supra in de paralisi ⁊ spasmo. ¶ Postea in medi cinalibus si ꝯiungaꝭ replo sanguinea fiat flōia ſm als dicta: etsi mā alia fiat eūo. ¶ Primo pre supposita digōne in mā cū pillulis appropria-tis: ⁊ maxime cū pillulis lucis vt supra de debi litate visus ab hac cā: postea rectificare cū loca libus exsiccatiuis vt dictū est supra in ca° supio re cū sieꭍ de fellibus: ⁊ domesticū eiꝰ est puluis vt alcofol factus cum zinzi. ⁊ modico piperis ⁊ modico thuris. ¶ Et si cōiungatur cū hac dis-positione grauitas: lꝫ modica habeatur spēs vt supra dicebatur ꝓpter cōseruari cām a cerebro debili: tn̄ non est desperanduꝫ in ea: immo mul-ti curantur: ⁊ est occurrendum vt dixit Ras. 2°. ꝯtinentis. qꝛ si soda fuerit in ceruice dicit ꝙ fiat coctura in brachijs patientis. i. cauteriū actua le ad magnam ⁊ cōtinuam fiendā diuersionem ſm doctrinā als datā circa hoc. Si ꝟo est in an-teriori ꝑte capitis vt dicit sup. soda illaqueenꭍ due arterie timpoꝝ eius ⁊ modū superius dixi. Nā ꝑ illas arterias defluit mā ad oculos. ¶ Et si fluxerit mā sanguinea similiter laudāt aucto res flebotomiam venarum lachrymalium. s. an guloꝝ domesticoruꝫ. Nam talis flobothomia vꝫ

dicit Aui. euat ex loco ⁊ cõfert ei: sed opꝫ hoc bene attendē vt nõ nisi modicū sanguis extrahat f.ʒ.j.ʒ. vel circiter: qm̄ in extractione multi sanguinis sepe minorat oculus: ⁊ in experientia vidi: vt al's etiā supra dictū est: ⁊ nõ dꝫ multū profundari flõmus.: qm̄ sepe ducit ad lachrymas.
¶ Si causa fuerit mala cõpl'o sicca corrugans: vt dictū est: tunc intētio est cū humectātibus ⁊ restaurātibus: vt sunt brodia carniū oua vinū et sil'ia: cū humectātibus etiā ꝑ exterius vt cum lacte mulieris: etiā cū herbis vt cū decoctione maluarū altee fenugreci ⁊c. lauando etiā faciē sepe in die cū aqua si vis alterare ad frigidū cū decoctione maluarū ⁊ foliorū salicis vbi causa siccitatis fit magna caliditas precedens.

De intentione curatiua dilatatõis pupille facte a ꝑcussiõe

¶ Sed vbi cā fit ꝑcussio: p̄supposita tenui multum dieta fiāt diuersiones cū flõmia: si in corpe sit multitudo sanguis magna fiat flõmia: si modica: fiat flõmia modica: deinde ventoset caput ad partem posteriorē ad diuersionē ⁊ apponantur circa locū repꝯcussiua: ⁊ Ras. vt vidistis in litera ponit ibi medicamen factū cū farina fabarū excorticatarū ⁊ euisco. i. altea: ⁊ vt ibi dictū est nõ cõuenit in prin° ad repꝯcutiendū. Et ideo Aui. ꝙuis ponat farinā fabarū ponit etiā farinam ordei ⁊ alia vt aquā folioꝝ salicis ⁊ aquam endiuie cum quibus formetur emplastrum: et sic etiam ponit Rasis in 2° ɔ̃tinentis. sed hic hic fuit breuiloquus die sequēti poni vitellus oui cū oleo ros. postea sanguis colūbini in oculo: postea cū sief de thure. fecit Aui. puluerē subtilissimum siue collyriū factū ex thure croco et myrra: oīum añ. partē. j. postea addit ad dissolutionem materie in processu arsenici par. ʒ. et sic poteris addere ad fortia si mā nõ obediat dissolutioni ꝑ ista. Et sic est finis huius capl'i.

¶ De apostematibus ⁊ fistulis lachrymalium. Cap. xxx.

uo vñ fiat tale nocumentū: tunc fiat desperatio
cure: q2 interficit vtplurimum.

De signis demōstratiuis.

¶ Signa demonstratiua gñis sunt per se clara
sed si fit materialis declaratur ab immateriali
per grauitatem ꝛ ponderositatem: vñ dicit aui.
cōicant aūt in dolore ꝛ grauitate quecūq3 fiunt
ab ap̄ate ꝛ ab alia mā vbicūq3 fuerit in aure dif
ferēter a malitia cōplexionis sine mā in qua lꝫ
fit dolor non est grauitas. ¶ Si fuerit p cōita-
tem tunc est minus continua illa grauitas au-
ditus ꝛ recipit intensionem ꝛ remissionem ꝺm
mēbra cōicantia: q̄ cū magis leduntur augetur
surditas: ꝛ cū minus minuitur. ¶ Et si fit p cōi-
tatem cerebri stat lesio aliarum operationū ce-
rebri: neq3 stat nocumentū de mala cōplexione
cal'a ad tactum vel frigida neq3 in cōpōne eius
apparet nocumentū neq3 dolor notabilis in ea
ꝛ est lesio in cerebro maxime ex parte ꝑpinqua
parata a qua oritur neruus auditiuus: ꝛ conco
mitatur etiā nocumentuꝫ maxime ipsi lingue:
q2 lingue neruus motiuus est valde ꝑpinquus
neruo auditus auris: ꝛ sic tunc declaratur esse p
cōitatem ipsius cerebri. ¶ Si sit p cōitateꝫ mē
broꝝ inferioꝝ declarat̃ p eoꝝ lesionem ꝛ augmē
rum ꝛ diminutionē surditatis in augmēto ꝛ di
minutione lesionis eoꝝ. ¶ Et si fit ex crisi decla
ratur ex accidentibus crisis. ¶ Si ex fluxu retē
to humorali ad cuius retentionem sepe sequi-
tur surditas vt fuit sn̄ia Hyp. 4° affo. in af. ŏ. al
ꝛ nō paulatine: ꝛ successione ipsius post retētio
nem. ¶ Et si fit p ꝑprietatē ī aure vel neruo ei⁹
ex mala cōplexione mālī vel immālī cal'a vel fri
gida: declaratur primo ad tactum vel visum: et
eger p̄cipit cal'itatem vel frigiditatē acutā cir-
ca aurē ꝛ in horis frigidis diei: vt in mane ꝛ se-
ro maior lesio p̄cipitur si cā sit frida: ꝛ econtra si
cal'a percipitur maior lesio in alijs horis diei.
¶ Et si fit a siccitate nimia crescit grauitas au-
ditus apud horam famis ꝛ vigilias ꝛ ieiunia ꝛ
reliquas cās exsiccātes: ꝛ post horā cibatiōis ꝛ
quietē ꝛ somnū alleuiatur. ¶ Si fit a cā vētosa
declaratur p sonitū ꝛ vt plerūq3 cū modica gra
uitate. ¶ Si fit mālis cal'a vt sanguinea vl' co-
lerica ꝛc. declaratur ex pōderositate ꝛ magis in
sanguinea ꝙ colerica cū reliquis signis sepe di
ctis declarantib⁹ humores: ita dico de mā flāti
ca vel mel'ica q̄ manifestatur p signa ꝑpria eis
nota. ¶ Et si ex fece cerea declarat̃ ad visuꝫ po-
sita aure sub radijs solis: et conuenienter dila-
tata: ꝛ negligentia mūdificationis auris: vt di-
xi circa literā. ¶ Et si fit ex ap̄ate declaratur ex
pulsatione cū dolore vehemēti: ꝛ cū feb. ꝯtinua
ꝛ ex his que dicta sunt supra in cap°. de dolore
auris. Si fit ap̄a in mēbris supra radicē non fit
febris nisi vnius diei vt plurimū: q2 hꝫ maius
spiraculum etiā q2 nō sic cōicat̃ nocumentū ce
rebro: vñ nō fiunt febres nisi cū conuertitur ma
teria ad saniē. Sed si fit in radice p̄ter febrē con
tinuam fit alienatio fiunt syncopes. ¶ Et si fue
rit ꝑpter saniē ibi coagulatā declarat̃ ex pruri
tu precedente siue factū sit siue p viā ap̄atis ru
pti siue ex corrosione. ¶ Si cōtingit ex sanguie
coagulato p̄cessit sanguinis emanatio: ꝛ postea
ipsius subita retentio. ¶ Et si fit cā verminꝫ est
quedam titillatio in aure: ꝛ aliqñ videt̃ vermis
sic in exeundo: ꝛ postea cōtrahitur ad radicem.
¶ Si sit ꝑpter lapillū vel sil'e vel fabā declarat̃
ex relatione patientis: etiā sepe ad sensum com
prehensibilis est. ¶ Et simil'r si fiat ex veruca vel
carne addita: que tñ raro ibidem generatur ad
visum cum diligentia potest comprehendi.

Cura. Jam vltimo veniendū est ad curam in
qua discurrēdo per cās. Primo si gra-
uitas talis est p cōitatem cerebri vel alioꝝ mē-
brorum inferioꝝ cura posita est supra quātū ad
cerebrum de dispōnibus capitis: ꝛ quātū ad in
feriora mēbra inferius dicet̃ in locis suis: q2 p̄a
radix cure in omni lesione p cōitatem est atten
dere mēbro cōicanti. 2° cōfortare mēbrū ne reci
piat: qd̄ fieri pōt in casu nostro: vt supra dictum
est in cap°. de dolore auris. ¶ Si fit ex crisi non
est cura necessaria: q2 facta crisi nisi fit permuta
tionis ad aurē: surditas remouebit̃: ꝯfortando
tñ aurē cōpleta crisi cū appropriatis. ¶ Et si fit
ex cā p̄mitiua vel a mala cōpl'one sine mā stat in
tentio ex p̄te regimīs in die ꝛ medicinaꝝ: vt oc-
currat̃ cū ꝯrijs: vt sepe dictum est. ¶ Et si fit ex
ap̄ate de hoc dictum est in cura doloris ap̄osi.
¶ Et si fit a siccitate aliquotiēs ꝯtigēte ex ieiu-
nio vel vigilia instet̃ cū hūectātib⁹ exteri⁹ ꝛ cū
restaurātib⁹ īteri⁹. ¶ Et si fit ex oppil'one vl' est
nālis vt ex pāniculo coopiente foramē: tūc fiat
sol'o panniculi postea prohibeatur cōsolidatio
ipsius panniculi. s. ꝙ postea imponat̃ frustū pa
nis intra aurē: vel si fuerit ꝑpter nō gñatū fora
men vel ex semine nō recipit curā. ¶ Et si fit ex
oppil'one materie ibi collecte vel est sanguis vl'
colera vel aliud corporeum potens oppilare.

Nota bñ.

¶ Q̄d si sit ex materia humorali maxime col'ica
intētio est in dieta cū infrigdātibꝰ: deinͨ intētio
est cū digerētibꝰ ⁊ eūantibus materiā cōem in
toto exn̄tē si necessaria fuerit digō ⁊ eūo. Deīde
eūetur materia cōiūcta cū approp̄atis de pillu
lis educētibus mām col'icā: deīde cōfortet mē-
brū cū alterātibus ⁊ infrigdātibus. vz. cū succis
folioꝝ vitis lac muliebre aq̄ ro. cū decoctiōe co
riādroꝝ: valet etiaz cāpho. mirabil'r de q̄ dixit
Ra. 3° cōtiñ. ca° 3° terat cāphora bñ ⁊ de ea fiat
lyciniū. vz. cū aliquo succo frō ⁊ imponat auri.
hoc intelligat in cā cal'a: vt voluit Aui. valz mi
rabil'r ad remissionē male compl'onis q̄ reman
sit. ¶ Et si sit mā fl'atica vl' mel'ica sit regimē de
bitū cū calefaciētibus subtiliātibꝰ incidētibꝰ
exiccātibꝰ vl' humectātibꝰ ſm exigētiā mãe vt
ex exiccātibus in fl'atica ⁊ humectātibus in me
lēcolica ex pte aeris ⁊ alioꝝ. Deīde digerat ma-
teria cū calefaciētibus ⁊c. vt cū melle roſ. syru.
de stica. ⁊c. incipiendo semp a remissioribus et
gradando ad fortiora ſm ordines datos supra
in cura sode fl'atice ⁊ mel'ice: deinde eūet cū ap
propriatis: deinde diuertat cū gargarismatibꝰ
caputpurgijs ⁊ sternutatorijs. Uñ h̄ habet re-
gula ꝙ sicut dolores auris indigēt q̄ete q̄tum
possibile est: ita h̄ dispositio surditatꝭ eget mo-
tu. Intelligit hoc exn̄te mā grossa ⁊ facta mūdi
ficatione: ⁊ intelligit de exercitio pticulari au
ris. vt de clamore sonitu tubaꝝ ⁊ hmōi: ⁊ etiam
exercitiū toti cōe pedes factū ambiēdo p loca
harenosa sit iuuās in diuertēdo: ⁊ in hoc masti
catoria gargarismata ⁊ sternutatoria propter
agitationē sunt ad iuuamētū: deīde resoluatur
mā immediata ⁊ exsiccet: ⁊ in hoc ꝯueniūt oīs
ꝙ decoctio pulpe colloq̄ntide mirabilis est vel
imponat oleū extractis granis colloq̄ntide in
ipsam ⁊ ponat sup cineres bulliēdo: deinde gut
tatim instillet in aurē. Ualet ēt succꝰ ruthe: por
ri: cepe: vz nitrum ⁊ alchitrā: vz castoreū: valent
olea appropriata de cal'is resolutis: vt oleū ru-
thaceū anetinū ⁊ scorpionū singl'arissime amig
dalaꝝ sylues triū ⁊ d' costo. Et de oleo de scorpio
nibus dicit Aui. in cura sordis ⁊ opilationis: et
ex eis q̄ expta sunt est oleū de scorpionibꝰ: ipm
eñi sanat surditatē vt dixit: vz ēt fel vaccinuz ⁊
fel porci: vz ēt cōpositio Raſ. in tex. mirabil'r: ⁊
eādē descriptionē sumpsit Meſ. in ca° pprio: sz
addit modicū costi. Ualet ēt lyciniū artificial'r
factū. verbi gr̄a. accepto raffano ⁊ subtiliato ad
formā foraminis auris: deinde facta pforatiōe
cum acu vt educat humidū aqueū ⁊ supfluum
infundat raffanus in terbētina vel vrina capre
vel in felle porci vel oleo amigdalaꝝ amaraꝝ: ⁊
cum steterit p diem imponat intra aurez. Facit
etiam. A. lyciniū appropriatum ad hoc: ⁊ colli-
gitur de mente Gal. vt sumatur vna ficus sicca
remotis interioribus albis: que dicunt vt gra-
na milij ⁊ cum sale nitro incorporetur in forma
lycinij parui: ⁊ remaneat in aure tribus diebus
deinde vellata aure infra descendet quantitas
magna superfluitatis. Laudat etiam Rasis lo-
co allegato ꝙ extrahatur oleum de sisamo ⁊ sina
pi: ⁊ ipsis equaliter mixtis: de eoꝰ imponat gut-
tatim auri: ⁊ hic semper sit memorie qd̄ dicebat
Aui. supra loco allegato in cap° in cura sordis ⁊
opilationis: cum dixit. Et lycinijs quidem forti
bus non vtaris nisi post eūonem: ⁊ ideo intelli
gitur de instillationibus ⁊ infusionibus forti-
bus fiendis in aurez. fiat deinde ablutio auris
cum aqua mellis: ⁊ cum stilo lana supposita in-
fusa in aqua mellis: deinde fiat ipsius reuolu-
tio per aurem ad mundificationem eius qd̄ im
missum est postq̄ immissum sic steterit p duas
horas: deinde fiat confortatio cum aqua deco-
ctionis abrotani: folijs lauri pini: que a pprie-
tate valent: ⁊ camomille ⁊ sticados ⁊ hmōi ca-
pitalium. ¶ Et si fuerit opilatio ex ventositate
cum fece. primo valent ea que dicta sunt in ca°
superiore de sonitu: Item dicebat Auic. in cura
sordis in fine. Et ex eis q̄ cōferunt ad opilatio-
nem ventosaz sordis: est lyciniū factū ex nastur
tio ⁊ baurach ⁊ imponat auri tribꝰ diebus: de-
inde extrahatur ⁊ egredietur sordes plurima.
¶ Q̄d si mā sit coagulata in aure dicit Aui. con-
ueniens est intrare balneum siccū ⁊ ponere au-
rem supra terrā calidā vt liquescāt materie: de-
inde ponant subtiliatiua fortia: vt est oleum de
castoreo de euforbio. Eadē intētio cōplet ponē
do tegulā calefactā aspersam vino cū pāno sup
posito supra aurē: ⁊ istud nō minus valet q̄ im-
positio auris super terrā. ¶ In hac intentione
sunt etiā infinita remedia ſm autores: que tu
ipse collige ex dictis autorū ⁊ hinc inde: ⁊ ptim
ex supradictis. ¶ Et si materia sit oppillās pro-
pter vermen vel cimicē vel aliq̄d hmōi de viuē
tibus. Uel si sit genitus vermis in aure: opz va
riare intentionē: qm̄ tūc aut viuūt talia aīalia
aut nō. Si viuunt opz cū ingenio illa educere
cam medicina eis grata: de qua laudat Aui. in-
fusionē emulsionis lactis ⁊ inclinato capite su-
pra aurē educet vermis: ⁊ cū lacte infundat de
zuccharo cando ad maiorē dulcorē etiā inijcere
iura pinguia: ⁊ id qd̄ distillat ex carnibus cum
assantur est ad hanc intentionē Gal. in suo de se
cretis: ponit id qd̄ distillat ex carne vaccina: cū
aqua vel succo marubij: q2 in eo sit aliq̄d dulce
et aliquid mortificatiuū: ponat in aure ſm tres
vel quatuor guttas: ⁊ vbi vermis nō moueatur
ad extra: tūc pnecet vel interimat cū succo pras
sij: absinthij: cepe: porri: ⁊ succo folioꝝ psicoꝝ: va
let etiā elleborus: semen porri: ⁊ suffumigatio se
minis porri simul cū alchitran: etiā terbētina
educit vermē de dētibus: facto suffumigio cum
cannula: cū ex illis fit in forma pillule: et ponit
supra prunas: ⁊ cū cānulla transmittit suffumi
gium ad dentē clauso vase: ⁊ idē intelligit de au
ribus. Et ego exptus id sum in dentiū passione
ex verme: ⁊ sic ad aurē in surditate valebit. ad ex
pulsionē etiā vermis ex aure: etiā ponat de pdi
si vel sternutatorio intra nares: ⁊ claude os ⁊ na
res vt per impulsionē sternutationis emittat
vermis. ¶ Et si sit sanies coagulata liquefiat sa
nies ⁊ educatur ſm modum dictū supra de san-
guine coagulato vel alia res dura igressa in au
rem educatur ſm ꝙ dixi supra in dolore auris a
dicta causa. ¶ Et si sit granū vel simile plerūq̄
corrumpit ⁊ a natura emittit. ¶ Q̄d si causa sit
aqua vt in natātibus aliqñ contingit: etiā posi
ta est cura supra eodē cap°. de dolore auris ab
eadem causa. ¶ Et si causa fuerit ceruleus hu-
mor mundetur cum instrumento mundatorio
leuiter ⁊ faciliter: et postea curetur ſm quod di
ctum est circa literam. ¶ Et si causa fuerit veru
ca vel caro addita circa porum vel concauitate

Nota hūc cañ.

No. de colloq̄ntida ꝗliter eiꝰ decoctio est mirabilis apd oēs in hoc casu.

De cura surditatis a vermib

Suffumi gatio se cū sem porri: al chitrā terben na inter cit verm dentium auris.

nata. Laudant auctores vt cum ferro dissoluat in partes vel cum medicinis acutis causticis: postea cum exsiccantibus ꝛ consolidatiuis fiat consolidatio. Istam tñ curam difficulter tẽtarem propter nocumenta que sunt apta sequi vt dicetur infra in cura polipi vł carnis addite in naso. Et sic sit finis huius capituli.

¶ De fluxu sanguinis nariũ. Cap. xxxv.

Ex bis que sanguinis de narib⁹ fluxum retinent est succus albedagori cum cãphora fuerit ĩ eo dissoluta naribus immissus: cõfert enim ei q hãc passionez incurrere solitus est ante eam iniectus aut in hora egritudinis. ¶ Aut sumantur gipsum cinis carthe de panno galle sanguinis draconis calx zegi: et puluerizata naribus insufflentur: aut lyciniuz in eis intinctum mittatur in nares. ¶ Aut alumẽ iameni puluerizatũ: vt alcohol cũ amilo eiusdez q̃titatis naribus insufletur. ¶ Q̃ꝺ si frequenter adhuc manauerit superiores brachiorum ꝑtes apud ascellas cum instita et coxe apud inguina ligentur: et testiculi sunt ligandi similiter. ¶ Si vero passio ĩualuerit flõmetur cephalica einsdem partis de qua fluit sanguis. ¶ Si autem nec hoc modo strictus fuerit magne ventose cum igne superponantur ventri ab ea parte de qua fluit sanguis. ¶ Medicamen qꝺ vehemẽter valet ad sanguinem constrĩgendum: sumatur calx alba ꝛ leuis qua vtuntur aurifices et sepe naribus insuffletur sine interpolatione: et lycinium albugine oui illinituz ea inuoluatur et naribus immittatur.

Ista est tertia pars secunde paris principalis primi tractatus in qua determinatur de dispõnib⁹ organoꝝ sensuũ exterioꝝ: q̃ sic cõtinuat ad p̃cedẽtia. Postq̃ in p̃cedẽtib⁹ duab⁹ ꝑtib⁹ determinauit de dispõnib⁹ organoꝝ visus ꝛ audit⁹ vt oculoꝝ ꝛ auriũ tãq̃ sensuũ nobilioꝝ ꝛ digniorũ: vt fuit supra dictũ: nũc in hac tertia parte determinat de dispõnibus p̃ter nãm organi olfatus ꝛ mẽbroꝝ seruientiũ organo: vt nasi ꝛ ꝑtiũ eius tãq̃ ẽt de sensu digniori q̃ sit sensus gustus vel tactus: ꝛ ita hic determinat de dispõnib⁹ p̃ter nãm nasi: ꝛ q̃ in naso ꝯtingũt p̃ternãlr: ꝛ vt mẽbrũ organicũ est: vt de opilatione ꝯtingente in eo: vt hꝫ poros manifestos: ꝛ de ꝑtib⁹ eius nasi vt sunt mẽbra ꝯsilia: vt ꝑtes tñ hui⁹ organici: et tria facit p̃ncipalr. Nã p° determinat de vna lesione sepe ꝯtingẽte ꝛ ꝑiculosa plerũq̃ q̃ seq̃t solutionẽ ꝯtinui: vt sepe in ꝑtib⁹ nasi est: vt in venis ꝛ arterijs ei⁹. scꝺo p̃ncipalr determinat de nocumẽto ꝯtingẽte in naso vt est organicũ mẽbrũ hñs poros manifestos ꝑ q̃to in dictis poris accidere põt opilatio: vt de emoroidib⁹ vel polipo: q̃ aliquotiẽs nascunt in narib⁹. In 3ª ꝑte determinat de p̃ncipali lesione in oꝑatione organi sensus olfatus. Et ita hec ꝑs p̃ncipalis diuiditur in tres ꝑtes ꝭm qꝺ tria capła facit. scꝺꝫ capłm incipit ibi. (Cũ intus in narib⁹ caro superfluat ꝛc.) tertia ibi. (Cũ sensus quo odorata ꝑcipiunt amissus fuerit ꝛc.) Prima pars etiã in duas: qm̃ p̃mo ponit curã fluxus sanguinis narium sepe ꝯtingẽtis ex sołone ꝯtinui facta ĩ venis vel arterijs nasi siue pãniculi immediati ad organũ vel organa olfatus: scꝺo qm̃ ad sołonez cõtinui in narib⁹ sepe sequunt vlcera ponit curam vlceꝝ in naso: scꝺa ꝑs incipit ibi in p̃n° sequentis capituli. (Cũ in narib⁹ fiũt escare ꝛc.) ¶ P̃ũs capłm p̃ma diuisione diuiditur in tres partes: qm̃ p° ponit multa localia remedia iuuantia ad curã sanguĩs fluentis ex narib⁹: scꝺo ponit alia diuersa ingenia faciẽtia ad curã qñ illa localia nõ sufficiũt. tertio reuertit ad ponẽdũ descriptionẽ vni⁹ medicamĩs qꝺ vehemẽter vꝫ ad sanguinẽ ꝯstringendũ. scꝺa ibi. (Q̃ꝺ si adhuc vehemẽter ꝛc.) tertia ibi. (Medicamen qꝺ vehemẽter vꝫ ꝛc.) P̃ria ꝑs põt diuidi in tot partes quot mẽdicamina ꝑticularia ponit ĩponenda narib⁹: ꝑtes patebũt legẽdo. ¶ De p̃ª ꝑte dicit. Ex eis q̃ sanguinẽ fluẽtẽ retinẽt est succ⁹ albedarogi cũ cãphora fuerit in eo dissoluta naribus immissus: ꝛ ꝯfert ei q̃ hãc passionẽ solit⁹ est incurrere. cũ añ eã. s. passionẽ iniectus sup. fuerit in nares aut in hora egritudĩs sup. inijciat.

Anathomia nasi.

Pro intelligentia capituli ꝛ dicẽdoꝝ in tota ista ꝑte p̃ncipali de lesionib⁹ instŕoꝝ olfatus ꝛ partiũ seruiẽtiũ q̃ sunt faciẽtes ad cõpositionẽ nasi añq̃ veniam⁹ ad expõnẽ lr̃e. p̃mo est ponẽda summatim anathomia nasi q̃ sic põt declarari. Nasus est mẽbrũ organicũ situalr in medio faciei positũ ad rotunditatẽ ꝓcliue concauum in lõgũ nãlr ꝓtensum: cõpositũ ex suba ossuosa ꝭm magnã ꝑtẽ ꝛ carneã ꝭꝫ ꝑtẽ ꝛ pãniculari ꝛ cartilaginosa ossuosa: tñ circũferentiali interi⁹ diuisa ꝑ aliqꝺ os mediũ ꝭm partẽ superiorẽ et ꝭm partẽ inferiorẽ ꝑ cartilagines etiã alligatas superioribus ossibus: q̃ tñ cartilagines molliores sunt circa inferius nasi ꝛ duriores v̄sus ossa per quã sectionẽ mediã fiunt in naso due nares quaꝝ foramina duo ascẽdẽdo ad duas terminãtur partes: quaꝝ vna vt dixit Raꝭ. interius tendit ad palatũ. Alia vero suꝑius ꝓtẽdit vsq̃ ad os qꝺ assimilat colatorio vel cribro qꝺ in directum ponit ad carũculas mãmillares assiłatas duobus capitibus mãmillaꝝ q̃ sunt de suba cerebri: mediãte tñ pãniculo q̊dã eis magis imediato silr ꝑforato circa quas ꝑtes cõplet operatio olfatiua p̃ncipalr. Iuuamẽta aũt haꝝ p̃ncipaliter sunt vt ꝓpter mollitiẽ cartilaginũ stet habilitas in dilatatione ipsaꝝ ad attrahenduꝫ aerẽ tp̃e necessitatis ad refrigeriũ całitatis spirituũ in cerebro: ꝛ ẽt vt ꝯstringat ad expulsionẽ suꝑfluitatũ q̃ a cerebro ad nares demandantur cũ est necessaria ipsaꝝ expulsio: ꝑforamẽ tñ qꝺ terminatur interius magis fit aeris attractio ꝛ euentatio cerebri. Nam vt dicebat Aui. p̃ma p̃. mi. de anathomia mẽbroꝝ cap° de anathomia mãdibularum ꝛ narium: lꝫ enim plus aeris q̃ at

De anathomia nasi.

5

trahitur ad pulmonem vadat: tñ magna ps ad cerebrum etiam tendit. Et quinta tertij caº. pº. dixit: ⁊ cerebro quidez ipſo ineſt aeris attractio ſup. neceſſaria vt conſeruet aer calorem in ipõ: ſicut pulſus dictus: tñ aer aliqualiter alteratur in vijs medijs ne cum exceſſiua qualitate cerebro occurrat. Per poꝝ aũt ſuperius aſcendẽtem magis fit attractio odorabilis: vt in ipſum velamen vel dictas caruunculas mãmillares penetret odor: lz dicat Aui. ꝙ vterqꝫ meatus nariuz peruenit vſqꝫ ad colatorium poſituz ſub dictis capitibus mãmillarſbus: ⁊ ꝙ illis ambobꝰ eſt via que penetrat ad guttur: tñ de hoc Auer. primo colliget. ⁊ Azarauius ꝯtum ad terminationem iſtoꝝ foraminum ſuperioꝝ nariũ videntur ſequi Raſim ad vnguem. Ad nutriendũ tñ hec mẽbra ſunt, neceſſarie vene ⁊ arterie ſanguinez deferentes vt ptz conſideranti. In panniculo ẽt immediato ad illas caruunculas ⁊ aliqualiter ꝑforato vt dictum eſt: ſunt etiam multe vene ⁊ arterie diſſeminate ad cõpõnem illius integrantes: de q̃bus ꝓ cõpleta doctrina vide Gal. 10. de iuuamen. caª. 3º. Ab his ergo venis cũ fit relaxatio poroꝝ vel ſolutio ꝯtinui: ⁊ ab alijs etiam in naſo exiſtentibus poteſt fieri exitus ſanguinis per nares vt ptz. Et iſta ſufficiãt ꝓ anathomia naſi ⁊ pro aliquali intelligentia dicẽdoꝝ de fluxu ſanguinis ex naribus.

¶ Scdo ſpãliter notandũ ꝓ intelligentia capituli ꝙ d. Ras. in hoc caº vt in alijs fuit breuiloquus ponens tm̃ curam gñalem in fluxu ſanguinis narium q̃ debetur fluxui vt fluxꝰ eſt: nõ hñdo ſpãlem intentionem ad diuerſitatem cauſaꝝ a quibus differenter euenire põt fluxus ſanguinis narium niſi in gñe: de q̃bus cauſis diuerſis ſpãliter in ꝓceſſu dicetur ĩ ꝑncipali de cãis ⁊ curis eaꝝ in cura expedito. textu. Habẽdo igitur intẽtionem ad fluxum vt fluxus eſt. Pria intentio gñalis cõpletur cũ ſanguinẽ immobilitantibus. Alia intentio ꝑficitur cũ cõuertentibus ſanguinẽ ad partẽ oppoſitam a vijs nariũ: ⁊ ita primam intentionem poſuit Ra. in applicatione localium in prima parte huius capituli: ſcdaz intẽtionẽ annotauit in ſcda ꝑte capli.

Poſuit Raſis hasꝰ duas intẽtiones ĩ textu

¶ Et qm̃ prima intẽtio ad immobilitandũ ſanguinem compleri põt ꝑ hec genera medicinarũ que etiam enumerauit Aui. q̃nta tertij. in canonibus curatiuis fluxus ſanguinis ex naribꝰ. vt per ingroſſantia ſanguinem abſolute: ⁊ hoc faciunt medicine vehementis infrigidationis ⁊ ingroſſationis ſicut ſemen lactuce ⁊ ſuccus lactuce: aut ſuccus folioꝝ ſalicis ⁊ plantaginis: ⁊ reliqua hmõi veniendo vſqꝫ ad ſemẽ iuſquiami ⁊ ad cãphoram ⁊ opium. Aut ꝑ medicinas ſtipticas cõſtringentes vias per quas fluit: de q̃bus ſunt hypoquiſtidos achacia balauſtie lẽtes excorticate ⁊ alumen ꝓprie cytonia galle ⁊ hmõi Aut ꝑ medicinas coagulationem facientes: facientes adherere ſanguinẽ: ⁊ ꝑ viã coagulationis inſpiſſantes: que ꝓprie vocantur etiã glutinatiue quadã viſcoſitate: ſicut puluis molendini ſuccus dactyloꝝ maxime immaturoꝝ ⁊ iuiubaꝝ ⁊ albumen oui ⁊ ſiles. Et tales medicine glutinatiue conuenienter cõmiſcentur cum ſtipticatiuis: qm̃ faciunt eas adherere mẽbris cõſtringendis. Aut quarto hoc efficiunt medicĩe cauterizantes facientes cruſtam ſuꝑ membris a quibus fit emanatio ſanguinis: ⁊ hoc mõ prohibent fluxum: ⁊ in hoc facit vitriolum ⁊ colcotar ⁊ oĩa gña attramentoꝝ. Nam ipſa oĩa. vt dicit Aui. 2º cañ. in caº de attramento ſunt aduſtiua facientia ꝓuenire cruſtaz ⁊ ſtiptica: ⁊ de his eſt calx ꝓprie ⁊ es vſtum ⁊ arſenicum etiam cauterium actuale eſt in hoc fortiſſima medicina. Iſte tñ medicine talr̃ operantes in fluxu ſãguinis nariũ ſunt ſuſpecte vt ponũt auctores neqꝫ his vtendum eſt niſi qñ reliqua nõ ſufficiſit: ipe nãqꝫ. vt dicebat Aui. loco alleg. qñqꝫ faciũt euenire cruſtam: que cũ cadit ſup. per aliquam violentiam vt ꝑ impõnem digiti in naſum vel exufflationem fortez attrahit deterius ſup. de fluxu ſan. ꝙ prius eſſet. Ultimum genus medicinarũ in caſu valentiũ eſt de medicinis valẽtibus a ꝓprietate ſicut ſunt ſtercus aſini ⁊ porci: ⁊ aqua menthe: ⁊ aqua albedarogi. vt dicit Aui. ſuccus etiam porri ⁊ cerebella gallinarum frequenter comeſta connumerantur inter medicinas valẽtes a proprietate in fluxu ſanguinis maxime ſi contingat ex caſu vel percuſſione de mente Ra. 3º continẽ. nõ repugnat tñ aliquam medicinã talem reperiri: immo multe reperiuntur q̃ non tm̃ ꝑ vnum modum operant: ſed ꝑ diuerſos tales modos: vt ptz conſideranti: ⁊ de oĩbus his medicinis diuerſo mõ operantibus in caſu fecit mentionem Ras. in litera.

Per hec quoque gña medicinaꝝ curatur fluxꝰ ſanguinis narium.

¶ Primo laudauit in prima parte camphoram diſſolutã in ſucco albedarogi: quam medicinam laudauit ⁊ in hora egritudinis ⁊ etiam in preſeruando. Camphora conſtat: qđ eſt multum frigida ⁊ ſtiptica qꝛ frigida ⁊ ſicca in tertio. Et dicebat Auic. ſcđo cañ. caº. ꝓprio. qđ ꝓhibet cum aceto fluxum fieri ſanguinis ex naribus: aut cũ expſſione dactyloꝝ immaturoꝝ. De albedarogi reperio apđ auctores diuerſas expõnes: alicubi đr ꝙ eſt cẽtinodia vel burſa paſtoris vel poligonia: vel ab aliquibus đr ꝙ eſt baſilicon maius. Sed quõcũqꝫ ſit quelibet talis medicina eſt ſtiptica. ⁊ Auicẽ. enumerat eam inter medicinas valentes a proprietate ⁊ ita in caſu cõuenit: tñ clarius habet ꝙ ſit baſilicon: qm̃ iſtud etiam eſt medicamen Ras. formaliter loco alleg. vbi dicit: dico ꝙ expertus ſum ꝙ camphora diſtemperata cũ ſucco baſiliconis efficax eſt ad fluxuz ſan. ſumẽdo: exẽpli gratia. tria vel quatuor grana camphore et diſſoluantur cum ſucco dicte herbe. ¶ Addit cõtinuando in litera. Aut ſumatur gipſum quod eſt frigidum glutinatiuum ⁊ cinis carte de panno ideſt carthe facte de pannis lineis: et etiam cinis papyri participans glutinatione ⁊ infrigidatione: ⁊ galle ſtiptice multum: ⁊ ſang. draco. etiam frigidus ⁊ glutinatiuus: et calx ad exſiccandum fortiter: ſed ſit modica in doſi: ⁊ zegi eſt virga paſtoris etiam eſt frigida ⁊ ſtiptica. Addit ꝙ omnia talia puluerizata naribꝰ inſufflentur. De modo talis puluerizationis dicetur infra loco ſuo: vel ſi non placet talis inſufflatio ponit ingenium: vt fiat lycinium ſup. de petia lini et ſup. infuſum in albumine oui vel in aceto: poſtea inuoluatur in dictum puluerem ⁊ immittatur in nares. ¶ Poſtea ponit vltimum remedium de localibus in virtute: aut alumen iameni puluerizatum vt alcohol ideſt ſubtiliſſime cum amilo vel amido eiuſdem quantitatis nam ſua viſcoſitate ⁊ infrigidatione iuuat in

casu:vt pz̄ ꝛ naribus insuffleť. ¶ De scd̄a parte
principali capl'i ponit ingenia ad diuersionem
qn̄ localia nō sufficiunt:vt qn̄ fluxus sanguinis
fit vehemēter.s.vt ꝑpter rupturā arteriarū vel
venarum. Et dixit.ꝙ si adhuc vehemēter manа
uerit superiores adiutorioꝝ ptes apud ascellas
cum stringa liga ꝛ coxe apud inguina ligenť: et
testiculi sil'r sunt ligandi:ꝛ postea sup.remoueā
tur dicte ligature ꝛ iterato fiant. Nā talis diuer
sio est absolute diuersio ꝛ nō eu̇o. ¶ Proinde ad
dit ad maiorē intentionem diuersionis qn̄ sola
diuersio sine eu̇one nō sufficit. ¶ Si vero passio
inualuerit flōmetur cephalica eius sup.ptis op
posite:ꝛ hoc intelligať corpore stāte pleno fm̄
vasa magna:deinde ex pte de q̄ fit sanguis sup.
etiam de cephalica:rō istius ordinis habita est
supra in cura sode. ¶ Addit. Si aūt nec hoc mo
do restrictus fuerit magne vētose cū igne super
ponanť vētri ab ea pte de qua fluit sanguis.s.
ꝑpter magis diuertere immediate: vt exempli
gratia.si fluat a dextra nare ponať vētosa supra
regionem epatis:ꝛ si a sinistra supra regionem
splenis:ꝛ si ab ambabus supra finmē. Ex hoc tn̄
tex.nō collige ꝙ diuersio q̄ fit cū vētosa cū igne
in restrictionē sanguinis abūdātis sit efficatio
in diuertendo q̄ꝙ flōmia facta de parte opposita
vel de eadē:sed bene verū est ꝙ succedētib⁹ ven
tosis ad illas flōmias fit vna totalis diuersio.
¶ Utrum aūt medicus in curādo fluxu sangui
nis prius debeat occurrere cū localibus dictis
vt videť sonare Rasis in tex.q̄ꝑ cū diuersionib⁹
de hoc posuit.d.Mes.regimen in ca° ꝓprio. de
cura fluxus sang.nariū:cū dixit.adiudicam⁹ pre
terea fm̄ sapiam:vt si acuitas ꝛ inflāmatio sup.
sanguis vincat sup.multitudinē modus p̄mus
preponať 2° vt.s.prius applicenť localia q̄ꝑ fiāt
diuersiōes. Si aūt multitudo vincat aut multi
tudo ꝛ acuitas vincāt in sanguine fm̄ sapiaꝫ mo
di scd̄i p̄ponēda est sup.operatio cū diuersione.
Et in hac diuersiōe posuit ordinē etiā Raś.in 3°
cōtinen.2° cap.cum dixit.dico ꝙ cura hm̄ōi effi
cax est ad fluxū sanguis ex nare:ꝙ si corpus fue-
rit repletū insistendū est cū minutione:sin autē
liganda sunt duo adiutoria coxe aures ꝛ testicu
li ad repletionē sanguinis:ꝛ ponēde sunt vētose
super ventrē:ꝙ nisi mitigatus fuerit sufflande
sunt postea medicine:ꝛ sic pz ꝙ declaraunit etiā
ordinem in vsu eoꝝ. ¶ In tertia ꝛ vltima parte
capl'i ponit medicamen:qd̄ vt dixit. vehemēter
valet ad sanguinē cōstringendū:ꝛ est medicamē
causticum imponendū cū lycinio factū: vt ifra.
Sumatur calx alba ꝛ leuis qua vtunť aurifices
et sepe naribus insuffleť sine interpollatione ꝛ
lycinium in albumine oui linitū ea inuoulatur
et in naribus immittatur:pz.iuuamentū illius
ex dictis.s.ꝛ latius infra dicetur in loco suo. Et
hec quantum ad textum sufficiant.

Distinctiones.

Nunc expedito textual'r capl'o ex ordine nr̄o.p̄mo
sumus excusati de p̄ncipali.s.de q̄d nois ꝛ quid
rei fluxus sanguis nariū cū ex rubrica illud de-
clareť:sed veniendo ad 2m: vt de distōnib⁹ ꝛ de
spēbus:sit hec p̄ma distō posita in p̄n° capl'i. 5a
tertij.de fluxu sanguis ex naribus.dicit Aui.q̄-
dam fluxus sang.fit subito:quidā distillās.s. et
paulatim:ꝛ subito factus:quidā velociter mo-
uetur ꝛ cū impetu ꝛ saltu:ꝛ quidā moueť cū ve-
locitate fluendo ꝛ nō cū saltu:quidā non cū im
petu nec distillādo:sed quodā mō labēs. ¶ Se
cūda distinctio.quidā fluxus sang. est creticus
quidā nō creticus.ꝛ de cretico est alia diuisio:ꝙ
quidā est creticus factus in diebus imparib⁹: ꝛ
quidā in dieb⁹ paribus:vt 3° 5° ꝛ 7°.ꝛ hm̄ōi. De
nō cretico ēt est alia diuisio:ꝙ quidā est ꝯtinu⁹
quidā interpolatus. ¶ Ultima diuisio:que etiā
colligiť de mēte.A.loco alleg. ꝙ quidā flux⁹ est
iuuatiuus:ꝛ quidā nō iuuatiu⁹.nā dicebat.A.
et cursus quidā sanguis ex narib⁹ est ex dispōni
bus que cōferunt ꝛ nocēt sup.aliquotiēs. Et de
nocente etiā quidā est sup̄fluus:q̄dā diminut⁹.
¶ Ultima diuisio.talis fluxus: quidā est imme
diate pēdens ex venis ipsius nasi:ꝛ quidā ex ve-
nis disseminatis ꝑ panniculū: de quo supra im
mediatum ad carūculas mā̄millares:ꝛ quidam
est de venis alijs pāniculoꝝ cerebri : et etiam ex
venis deferentibus nutrimentum ad ipsum ce-
rebrum nutriendum.

Cause.

Cause sunt tres in genere. nā oīs flu-
xus vel tenet se ex parte mēbroꝝ vel
humoꝝ vel virtutis:et maxime si talis flux⁹ fiat
ex causa intrinseca. ¶ Si ex parte mēbroꝝ hoc
fiat vel ꝑpter apertionē poroꝝ venarū:vel pro-
pter resudationē venaꝝ nō apertis poris: vel ꝑ
pter raritatē corporis vene vel pāniculi ei⁹: vel
ꝑpter rupturā ipsaꝝ venaꝝ:vel vniuersaliter so
lutionē. ¶ Ex parte autē humoꝝ vel multitudo
est cā huius vel malitia cōplexionis. nā exhube
rantia mā̄e maxime sanguinee: aliqn̄ facit ad di
latationē poroꝝ:immo aliqn̄ ad crepaturā vena
rum ꝑpter extēsionē venaꝝ:qualitas etiā ipsoꝝ
humoꝝ.i.acuitas et caliditas pōt esse cā fluxus
sanguinis:q: facit vt cōtētiua relaxeť perterri-
ta a mala qualitate mā̄e:et si cōiungať etiā mo
dus substātie in subtilitate vt plerūqꝫ euenit ꝑ
purgationē colere reddiť fluxus sanguinis na-
riū:et ex parte humoꝝ. et ex virtutis debilitate.
¶ Ex pte virtutis.vn̄ nō abūdante mā̄ nec hu-
moribus mala qualitate infectis : aliquotiens
tn̄ cōtingit ꝑpter debilitatem cōtentiue:vt re-
laxetur sanguis a membris:ꝛ huius debilitatis
causa pōt esse.omnis malitia cōplexionis ꝛ cali
da et frigida:sed humida vt plurimū in hoc cō-
currit. Aliqn̄ tn̄ malitia complexionis frigide
extremaliter facit ad debilitatem cōtentiue: lꝫ
moderata faciat ad cōfortationem eius. Et lꝫ ꝑ
pter extremā frigiditatē debiliteť contentiua:
qm̄ tn̄ ad eā sequiť inspissatio ꝛ coagulatio hu
morum raro ꝑpter illā cām fit fluxus sanguinis
immo prohibetur:tn̄ plerūqꝫ pēdet ex sup̄fluita
te humiditatis.ꝛ istū casuꝫ ego vidi in vna mo
niali in qua nō ex abūdantia humoꝝ:nec ab ali
qua cā primitiua:vt a casu vel percussione ema
nabat vndequaqꝫ sanguis:ꝛ per sputū ꝛ per na
res ꝛ per vrinā. vnde in prima p̄sentatione quasi
per omnia eu̇atoria vidi eductionem sanguinis
notabilis quantitatis : ita vt ascenderet vltra
xviij.lib. ꝛ tn̄ erat exil'nā̄e ꝛ māciletа ꝛ flātica:
tentaui pro cura ꝑpter debilitatem solū vento
sas siccas in spatulis ꝛ immediate facta cutis
ruptione implete sunt ventose sanguine: nolui
vllo modo tētare flōmiam ꝑpter debilitatem:
sed nō habens aliud ingeniū ad curā dedi tādē
ʒ.j.filonij persici:cū timore:tn̄ ꝛ per dei gratiam
de casu quasi desꝑato sanata est infra.ij. horas.

Nota: bn̄.

No.hāc re solutiōem Mes.

De causis q̄ sūt tres in gn̄e.

Pria se tꝫ ex pte mē-brorum.

Scd̄a ex ꝑ te humoꝝ.

Tertia ex pte v̄tutis

No.casum

De causis remotiuis

¶ Cause vero remote sunt etiã primitiue: cause tñ intrinsece tenẽtes se ex pte motuũ naturaliũ vt est ira furor ꝛ siles animales passiones: q̃bus fit ebullitio in sanguine: ꝛ euaporatio ꝯñr ad superiora: vñ ista oĩa possunt esse cause fluxus. ¶ Et oẽs cibi calefactiui inflammantes humores: ꝛ maxime si sint euaporatiui ad supiora: vt porri: allia: synapis: ꝛ cepe: vina potẽtia aromata nõ stiptica ꝛ odoramẽta ex eis: ꝛ ex spẽbus incẽsiuis: vt euforbij: ꝛ similiũ adducunt ad fluxũ sanguinis nariũ. ¶ Motus laboriosi etiã corporei ꝛ calitas solis ꝛ reliqua que possunt inflãmare sunt cause ad hoc per modum dictum.

¶ Et si cã fluxus fuerit malitia cõplexionis humide debilitãtis cõtentiuã quecũq; possunt augere humiditatẽ supflue: omnia talia pñt esse cause fluxus sanguinis: ꝛ ita dicat̃ de alijs malitijs cõplexionum preterq̃ de frigiditate ꝑpter causam dictã supra. ¶ Casus ẽt aut ꝑcussio vel incisio cũ ferro circa nares ꝛ frontẽ sunt de causis huius. ¶ Inspicere etiã res rubeas ꝛ cogitare de fluxu sanguinis nariũ disponunt ad fluxũ hmõi. ¶ Et si vis plures cãs potes ꝯtrahere ad fluxũ sanguinis nariũ colligẽdo eas: quas põit Aui. 4ª quarti tractatu 2º de fluxu sanguis absente: ꝛ 10ª tertij. de sputo sanguinis. ꝛ 16ª de dissinteria: ꝛ ad illa loca recurres ꝑm q̃ ꝑ me erit ordinatum in dictis locis ꝛc.

Signa.

Ueniendo ad signa. Signoꝝ q̃dam sunt pronostica absolute: quedã ꝑnostica ad bonum: quedam ad malum: ꝛ quedã demonstratiua ipsarum causarum.

De signis euẽtus.

¶ Signa ꝑnostica euẽtus sunt apparitio splẽdoris quasi candelarũ accensaꝝ circa oculos: declaratur q̃ in spiritibus visiuis sunt ꝑmixti vapores ignei: ꝛ ꝯñr declarat̃ euaporationem materierum subtiliũ ad caput ꝛ raptũ subtilis sanguinis ad caput etiã apparitio lineaꝝ maxime rubearũ. Dicit Aui. hoc idẽ declarat prurit⁹ etiã narium precipue si iungat̃ rubori faciei ꝛ tẽsioni venarũ cũ reliquis signis dñij sanguis: etiã si cum pruritu fuerit citrinitas coloris ꝛ proprie veniẽs post sodã hoc idẽ declarat: ꝛ fiet certior sigñatio si hec accñtia appareãt in die cretica in morbis acutis: ꝛ ꝑprie in pleuresi: ꝛ etiam in periplenmonia ꝛ in aꝑatibus colericis ꝛ sanguineis cerebri ꝛ epis: qm̃ in his sepe accidere solet qm̃ in talibus acutis morbis est peccãs colera pro parte saltem faciẽs ebullitionẽ in sanguĩe parato sursum euaporare ꝛc. Et ꝑprior etiã erit sigñatio si hec accidentia contigerint in die cretica radicali: vt in 7ª quando in die indicatiua illius vt in quarta aliquid de sanguine per nares emanauerit.

De signis ꝑnosticis ad bonũ.

¶ Signa pronostica ad bonuꝫ. sunt si succedat fluxus creticus sanguinis in die cretica in morbis acutis: vt supra maxime post signa digõnis materia educibili per fluxũ sanguinis narium: vt subtili calida exñte est signũ bonũ: vt in aꝑatibus calidis cerebri: ꝛ in aꝑatibus membrorũ oĩum. s. diaphragª: lꝫ etiã aꝑata epis ꝛ splenis possint aliqñ terminari per fluxũ sang. narium. ¶ Etiam est bonũ signũ in crisi pleuref fluxus sang. nariũ: ꝛ omnis talis fluxus factus non in die cretica radicali eligibilior est si fiat in imparibus q̃ in ꝑibus. ¶ Et nota: q̃ lꝫ dicat Gale. 6º de accidenti ꝛ morbo. q̃ omnis fluxus sanguis preter menstrualẽ dicit̃ esse ꝑter naturã: non tñ quilibet absolute est ꝯstringendus neq; simpl'r malus: qm̃ talis fluxus cretic⁹ nõ est ꝑter nãm simpl'r: lꝫ sit preter nãm in gñe: nec est ꝯstringendus nisi supfluat. ¶ Et ex hoc infert̃ aliud ꝑnosticum ad bonũ: q̃ qñ apparet rubor in facie et additio siue inflatio: ꝛ cũ fluxũ sanguis sequit̃ diminutio tumoris ꝛ equalitas coloris: et vbi prius erat pigritia ĩ motu sequit̃ habilitas: tũc declarat̃ talẽ fluxũ esse iuuatiuũ. ¶ Aliud sigm pronosticum. in variolis ꝑcipue ẽt ꝛ in morbillis fluxus sanguis nariũ est crisis bona: vt ꝑꝫ. Et de hoc dicebat Aui. caº ꝑprio. Et fluxus quidẽ sanguis nariũ crisis magna est in egritudinibus acutis multotiens ꝛ ꝑprie in eis q̃ sunt sicut variole ꝛ morbilli et ex aduerso.

De signis ad malũ.

¶ Signa ad malũ: omnis fluxus ꝯtingẽs ĩ virtute qualibet debilitata ita q̃ in declinatione morboꝝ si fiat maxime per viã resolutionis cuꝫ virtus videat̃ resoluta: si sit sanguis fluxus malum significat. ¶ Aliud ꝑnosticũ ad malũ. etiã cum ad sanguis fluxũ sequitur mutatio coloris ad liuidũ vel obscurũ vel pallidũ semꝑ significat malũ: ẽt mutatio ad citrinitatem nõ est simpliciter bona: lꝫ nõ sit simpl'r mala: tñ ad malum videt̃ attestari: q: fit mutatio ad citrinũ: aut q: est eũatus sanguis qui est frenuꝫ colere vltra q̃ opꝫ: ꝛ sic ignit̃ colera ꝛ tingit̃ citrine cõtinue cutis. Uel aliter: q: eũato sanguine notabil'r ꝛ q̃si supflue: tũc a caliditate membroꝝ adurit̃ alius sanguis remanẽs: ꝛ ꝑ adustionẽ cõuertit̃ ĩ colerã ꝛ sic tingit̃ ad citrinũ: lꝫ dicit̃ in corꝑe colico patiente causonidẽ fe. fluxus sang. nariũ aliqñ cõueniat ꝛ ad eũonẽ illi⁹ corpus deducat̃ ad citrinũ ꝛ minuat̃ fe. hoc nõ est simpl'r bonũ: vt in ꝑcedẽtibus dictũ est. ¶ Aliud signũ ad malũ: ꝛ est. d. A. eodẽ caº. dixit sic. Et vl'r quidẽ ille ĩ quo supfluit fluxus sang. ex naribus est ꝑm timoreꝫ debilitatis epatis ꝛ hydropisis: ꝛ cũ supfluit fluxus est timendũ de hydropisi ꝑpter debilitatẽ epatis ꝯtingentẽ. Ideo si etiã sequat̃ talis eũo in fe. synocha vel in alio cum ꝑsentia multi sanguinis: tñ cũ supfluit est malũ: qm̃ nõ semꝑ talis eũo est ꝯueniẽs: q: lꝫ sit ꝯferẽs: tñ ex quanto nimis eũat̃ est nocẽs: qm̃ tantã eũonẽ virt⁹ nõ semꝑ tolerare põt. Et ideo ẽt in synocha vbi fluxus esset supfluus: q: nõ posset virtus tolerare esset restringẽdus. Sicut ẽt in aquosa hydrope cũ educit̃ aquositas cũ instrõ lꝫ educat̃ res ꝑter nãm: q: tñ fit resol'o in ꝟtute iubet̃ ne fiat nimis subito abũdans eũo ꝑpter virtutis resol'onem euitãdã. Pro tãto dicebat Aui. in cañ. curatiuo. Cretici qd ꝛ sil'is ei q̃ accidit ex ipõ. i. a nãvia est vt nõ curet̃ donec restrigat̃ sup. ꝑ seipm aut sentiatur casus virtutis: ꝛ ita vult in cretico ẽt cũ cadit virtus est ꝯstringẽdus: q: nõ ꝯueniens: et ita inferat̃. ¶ Et est vltimũ ꝑnosticũ ad malũ: q̃ qñ supfluit sanguis fluxus nariũ ꝯtinu⁹ vsq; ad. xxv. lib. est significatio mortis. Et de hoc dicit Aui. Et scias q̃ qñq; viuit hõ in fluxu sanguinis nariũ vsq; quo egrediant̃ ex eo vltia. xx. lib. et vsq; etiã ad. xxv. lib. deinde morit̃. ¶ Fluxus etiã ꝯtingens ex rupturis arteriaꝝ pãniculorũ cerebri vel aliarum ex cõi doctrina autoꝝ nõ curatur. Et expressit etiam Rasis in diuisionibus in fine huius capi. postq̃ posuit curam hui⁹ fluxus hoc idẽ dicit sic: et estimo q̃ ille in quo hec

cura vꝫ sup. quam posuit est ex ruptura venarū
ꝛ no arteriaꝝ: ꝛ dixit Aui. ꝙ ille q̄ est ꝓpter ru/
ptionem rhetis venaꝝ cerebri ꝛ arteriaꝝ eiꝰ te/
nendo ly ꝛ: expositiue est ſm plurimum non re/
cipiens curam.

De signis demonstratiuis.

¶ Signa demōstratiua causaꝝ si sit exuberan/
tia sanguinis ꝛ humoꝝ manifestaꝝ ex habitudi
ne: vt plectorica ꝛ grauitate motus ocio: ꝛ etiā
ex vsu reꝝ gn̄antium multū sanguinē maxie vi/
ni ꝛ dimissione flōmiaꝝ vel eūonū sanguineaꝝ:
q̄s fieri cōsuetaꝝ: ꝛ sic de alijs signis repl'onis
vidēdis scd̄a primi. ¶ Qd̄ si sit vitio humorum
merito qualitatis vt colericitatē in sanguie de
claraꝝ ex signis colere dn̄antibus in sanguine ꝛ
ex parte coloris habitudinis totius: ꝛ ex parte
vrinaꝝ ēt ex colore sanguinis subtili claro ad ci
trinū declināte in sanguine: declaraꝝ ēt ex suba
cū ꝑuatione tincture ad igneū ꝛ rubeū. ¶ Et si
sit ex debilitate virtutis declaraꝝ ex priuatione
signoꝝ malitie qualitatū maxime actiuaꝝ ipoꝝ
humoꝝ ꝛ priuatione exuberātie eoꝝ cū virtute
laxa totius ꝛ plerūqꝫ est sanguis aquosus ꝛ di/
stillādo vl' fluēdo leuiter emittiꝝ vbi si sit ex mul
titudine est cū periodis. ¶ Signa q̄bus distin/
guitur. vtrū sit ex venis ꝛ arterijs sunt. Si ex ve
nis fuerit sanguis est rubeus magis ꝛ minꝰ cla
rus ꝛ magis grossus: ꝛ si arterialis est subtilior
ꝛ ad igneū magis accedēs. Declaraꝝ ēt ex exitu
ꝛ motu eius ꝙ arterialis velocius exit q̄ vena/
lis: ꝛ cū impetu ꝛ saltu quodam ꝓpter inclu/
sionē spūum ꝛ titillationē eoꝝ: i n eo sanguine
arteriali q̄ta mēsura nō repitur in venali: ꝛ ita
si velocior emittiꝝ ꝛ exuberāter: ꝛ interdum ta/
lis sanguis arterialis colligaꝝ apparebit scd̄m
ptē spumosus. Et si sit subtilior venali. ¶ Etiā si
fuerit ex pāniculis cerebri vt pl'im aūcessit vehe
mens soda vel ap̄a cal'm cerebri vel casus ꝛ per/
cussio supra caput vl' frontē: lꝫ ēt aliquotiēs va
pores acuti ab inferioribus eleuati ad intra ve
nas vel arterias dictoꝝ pāniculoꝝ recepti pn̄t
esse cā rupture venaꝝ vel arteriaꝝ. ¶ Et si cau/
sa fuerit vapor vel vētositas extendēs venas fa
ciens rupturā p̄cessit dolor extēsiuus sine graui
tate ꝛ fit sāguis emissio subita ꝛ repētina. ¶ Et
si fuerit ex corrosione venaꝝ extāt signa corrosio
nis q̄ intra magis declarabunꝝ in caº de ptisi ꝛ
de sputo sanguinis. ¶ Signa ꝟo cretici sumun
tur ex p̄cessione egritudinū acutaꝝ: ꝛ ꝙ i die cre
tica accidit ꝛ ex alijs supra positis de signis ꝓ/
nosticis euētus ꝛ ad bonū. ¶ Et ita signa vtruꝫ
sit nocitiuus vel iuuatiuus: sunt ēt nota de his
q̄ dicta sunt de signis pronosticis: ꝛ ad bonuꝫ ꝛ
ad malum.

De signis ad malū.

¶ Signa vero causaꝝ extrinsecaꝝ: vt nūquid ex
caliditate aeris vel ex sumptione reꝝ cal'aꝝ: vel
odoramento eaꝝ vel ex impositione reꝝ rūpen/
tium venas ad intra nares vel casu vel ꝑcussio
ne: ꝛ ex alijs cognoscunꝝ rel'one infirmi ꝛ ex sen/
su vel manifestatione p̄cessionis dictaꝝ causaꝝ
cum priuatione aliaꝝ corporearum.

Cura. Ueniendo ad vltimū vt de cura in ea
stant intentiones multe. Prima inten
tio est vl'is circa regimen. Secunda intētio erit
ad diuertendum mām fluentem. Tertia inten/
tio est: ad poros venaꝝ vel ruptas venas princi
paliter vniendum: cōstringendum: stipticādū
in qua intentione sunt quinqꝫ spāles: vt vide/
bitur infra. Quarta intētio est: ad cōfortationē
mēbroꝝ vbi fiat vitio debilitatis virtutis. Alia
intentio ꝛ vltima est ad remotionem accidētiū
contingentium in fluxu sanguinis.

¶ Prima intentio: igitur circa dietaꝫ cōpletur
discurrendo per opposita causis illius. naꝫ si in
cā fuerit latitudo poroꝝ ꝓpter caliditatem vel
primitiuam extrinsecam vel intrinsecam corpo
ralem ex humore calido: cum infrigidantibꝰ oc
currendum est: ꝛ primo ex parte aeris: vt sit cauē
dum a mora in sole ꝛ a locis calidis: ꝛ ab igne ꝛ
a stuffis: ponatur in loco frigido corpus ꝛ ad te
nebrosum declinās magis q̄ ad lucidū. ¶ Uide
tur exercitium ꝛ corporeuꝫ ꝛ aīale: ꝛ maxime mē
broꝝ superiorum: ꝛ ꝑinde masticatio est in hoc
casu nocina: ꝛ sil'r vociferatio maxime alta: etiā
motus animales maxime conuertuntur ad su/
periora: ꝛ sic habilitant ad fluxuꝫ. ¶ Uigilie ēt
superflue nocent: nō tamē somnus ꝓfundus iu
uat: qm̄ conuertuntur vapores ad intra sil' cum
spiritibus: ꝛ sic faciunt ad inflāmationem. De/
bet ergo somnus esse interpolatus. ¶ Inanitio
etiam nimia nocet ꝑ quanto inflammat: nec est
fiēda inanitio artificialis cum medicinis labo
riosis nisi cum clisterijs leuiter educentibꝰ: qm̄
talia agitando materias si fortiora fuerit indu
cunt ad fluxum sanguinis. Lenitio tn̄ vētris ne
cessaria est: qm̄ plerūqꝫ in casu coniungitur ven
tris stipticitas: precipue cum sanguis abūdat
ꝓpter nām fieri auaram: sed imponantur cliste
ria modo suaui magis quo fieri possit sine mo/
tione corporea. ¶ Cibaria sint frigida ad visco/
sum ꝛ ad flegmaticum aliqualiter inclinantia
ꝛ ſm hoc vitentur carnes ꝛ maxime auiū cal'aꝝ
ꝛ si aliq̄n ꝓpter virtutem sit indigētia ipsarum
sint carnes viscoscitate parricipantes: vt vitu/
loꝝ gn̄ationi ꝓpinquoꝝ: ꝛ porcoꝝ vel agnoruꝫ
ipoꝝ eliganꝝ carnes musculose neruose notabi
liter decocte nec aliquo mō fiāt assate: sꝫ sint eli
xate cū modicissimo sale vltimata decoctione:
ꝛ cū vino granatoꝝ fiat Gelatina cū corallis di/
mittēdo spēs maxime crocū cinamomū ꝛ piper.
Ualēt ad hoc pisces ꝛ viscositate maxime ptici/
pantes: vt tenche anguille ꝛ hmōi. Ualet caseꝰ
recēs modicissimi salis: lac recēs decoctū: ami/
lum: panicum: frumētum: decocta spelta: far: fa
rina fabaꝝ: ꝛ farina lentiū: ista oīa glutinatiua
exn̄tia pl'im iuuant. ¶ De ouis nō est dubitatio
ꝙ albumina ouoꝝ ꝯueniunt: sed de vitellis vbi
cōiungereꝝ multitudo sanguīs esset timor i vsu
eoꝝ. Aui. tn̄ in caº ꝓprio. laudat oua elixata eūq̄
preparaꝝ ad fluxū sanguīs nariū ꝓpter coleraꝫ
sanguīs sui: ꝛ hoc sup. intelligaꝝ si p̄parenꝝ cuꝫ
acetosis: ꝛ est ex viscositate aliquali ipsoꝝ ouoꝝ
ꝛ ꝑinde acetosa cū q̄bus debēt rectificari ne in/
flāmenꝝ: debēt esse acetosa remisse acetositatis
vel acetositatis ad stipticū declinātis. vt est ag
gresta ꝛ vinū granatoꝝ acetosoꝝ ꝛ non acetosa
acetositate acuta. nā de eis ꝯtinuando in textu
dicit Aui. acetosa tn̄ qn̄qꝫ nocēt patiētibus flu/
xū sanguīs nariū: ꝓpter incisionē ꝛ subtiliatio
nem que est in eis. Et hoc bene nota: ꝛ posset ēt
dici ꝙ lꝫ vitelli ouoꝝ tremuli nō cōueniant: qr
gn̄ant sanguinē subtilem euaporabilem: ꝛ pro/
portionatissimum gn̄ationi sanguinis subtilis
vt Aui. in de viribus cordis. ꝛ ita sit ipsoꝝ exhi/
bitio aliqualiter verenda: tn̄ si sint indurata: qr

De aere.

De exercitio.

De cibo.

An oua in hoc casu conueniāt

tunc p̄stant nutrimentū grossum: in casu posset
cōuenire: sed si sint tremula nō auderem: ⁊ si ci-
baria decoquant̄ in aqua ferrata vel calibeata
acq̄runt quandā ꝓprietatē in ꝯstringēdo ꝯue-
nientem. ¶ Inter herbas vz portulaca singul'r
plantago: paꝝ solatri: lactuca: spinachia: ac oīa
olera ad frigidū ⁊ siccū ⁊ humidū ⁊ grossum de
clinantia. ¶ Et de cibariis a ꝓprietate valenti
bus sunt cerebella gallinaꝝ. vt posuit Mes. et
alii auctores in hoc cōcordant quasi vl'r omnes
Inde dicit Aui. in ca° ꝓprio. in cura fluxus san
gui. ⁊ cōgrēgatio quidē expientiū estimat ꝙ ce
rebella gallinaꝝ sunt ex melioribus cibis: imo
ex melioribus medicinis ei: qui hꝫ fluxū sang.
nariū ex casu vel ꝑcussiōe: veꝝ opꝫ vt ex eis plu
rimum sumant aut fiat vicibus continuis: ⁊ 2°
cañ. laudantur ꝓprie in fluxu q̄ fit a velamini-
bus cerebri. ¶ De potu aūt dicatur ꝙ vinuꝫ re
gulariter est dimittendū qm̄ ipsum nocet: vt di
cit Aui. inq̄tum excitat sanguinē: lꝫ aliquotiēs
iuuet in virtute defecta ꝓ quanto cōfortat, ⁊ vi
uificat: sed sit paꝝ: ⁊ paꝝ ꝑmixtum cū aqua cali
beata ⁊ sit ponticū ⁊ in suba grossum mixtuꝫ vt
supra: vel cū aqua decoctionis dragagāti: ⁊ ma
sticis s̄m intētiones diuersas: loco pot⁹ viniva
lent aliq̄ aque sublimate: vt portulace: plauta-
ginis: vel acetose cum zuccaro albissimo: vel iu
lep rosato: vel sirupo de ribes: vel cum simplici
miua cydonioꝝ: aqua ēt decoctionis prunoruꝫ:
tamarindoꝝ: iuiubaꝝ: dicit Aui. ꝙ gn̄ant sāgui
nem turbidū. i. grossum: ⁊ si nō sint frigide. naꝫ
ponunt̄ iuiube tēperate in actiuis: etiā in po-
tu vz vinū granatoꝝ berberoꝝ cydonioꝝ vel de
rob cydonioꝝ: vz succus cydonioꝝ inspissat⁹ cū
zuccaro vel aliq̄d hmōi. ¶ Et si fuerit cā fluxus
alia a dicta de causis dictis supra: vt exēplig̃ra
laxitas ab humiditate ⁊ impotētia ꝯtētiue: tūc
intendēdū est cum cōtrariis: vt cum magis ad
siccū declinantibus non sic frigidis: ⁊ sic assata
magis cōuenirent ⁊ in ceteris semꝑ occurrēdo
cū cōtrariis: ⁊ cū obuiatione causaꝝ facientiuꝫ
ad id de quib⁹ supra dictum est: tn̄ semꝑ aduer-
te vt nutrimentū declinet ad grossum ⁊ viscosū
aliqualiter ne reddatur mobilis sanguis: ⁊ ꝯn̄r
sursum educibilis per nares. Et hec sufficiāt q̄
tum ad regimen in dieta.

De vino an cōpetat in hoc casu.

¶ Ordinata dieta seq̄tur scd̄a intētio q̄ est vbi
nō sit creticus de diuersione euacuatiua q̄ com
pletur: vt statim dicetur. Dico signanter si non
sit creticus: qm̄ dixit Aui. in prin° cure ⁊ vl'r oēs
auctores cōsentiunt ꝙ cretici ⁊ similes illi qui
accidit ex seipso via est vt nō curetur donec stri
gatur sup. ꝑ seipsum aut sentiatur casus uirtu-
tis sup. ex eo. nam tunc necessaria, fit curatio cū
intentionibus dicendis. ¶ Primo de diuersio-
ne euacuatiua q̄ cōpletur primo ꝑ flōiaꝫ nisi sit
aliquid impediens: Nam de hac dicit Auicē. q̄d
flōia est melior res qua curatur fluxus sangui-
nis narium. ¶ Sed circa flōiam illā: ⁊ ad cōem
doctrinam omnis fluxus sanguinis ex naribus
sunt plura consideranda. Nam Aui. videtur in-
nuere ꝙ fiat flōia ex eadem parte: alibi q̄d fiat
de cephalica. Mesue autem dicit quod fiat ex
oppposito: deinde de eadem parte. Breuiter dica
tur ꝙ in principio ⁊ precipue stante repletione
fiat primo ex opposito ⁊ sit minuta ꝙ si corpus
non sit repletum ⁊ occurramus nō in principio

Not. bene dicta hic de flōia.

fluxus: tunc fiat flōia ex eadem parte: ⁊ corpore
etiam magis minorato fiat flōia de cephalica
eiusdem lateris: ⁊ fienda est primum eūo de ve-
na cōi tandem per saphenas stante maxima re-
pletione. Et dicit Auic. ꝙ aliq̄n est fienda flōia
vsq̄ ad sincopim: hoc intelligitur qn̄ fluxus est
vehemens ⁊ in corpore constantis virtutis per
nām: ⁊ in quibus illa pōt fieri reparabilis vt in
corporibus sanguineis ⁊ multe carnositatis et
iuuenibus ⁊ robustis. nam fortior est in restrin-
gendo: ipsa nāq̄. vt dicit Auic. cum adducit ad
sincopim sedat statim: ⁊ hoc maxime conuenit:
vt dictum est: in fluxu sanguinis narium, vehe-
mentis velocitatis: immo addit Aui. oportet vt
succurratur in hora. i. statim sup. cum tali flōia
cum sentitur vehementia fluxus sanguinis na
rium ⁊ velocitas eius anteq̄ cadat virtus: vn-
de sup. fieri possit sincopis reparabilis que in
debili virtute probabiliter non esset reparabi-
lis propter causam al's a me expressam. Modus
autem quo talis sincopis iuuat est. Nam quan
do corpus ad sincopim reducitur spiritus con-
uertuntur ad cor simul cuꝫ sanguine: ⁊ sic diuer
tuntur a via narium ⁊ corpus totum infrigida
tur: ⁊ ad hanc flobothomiam ad sincopim du-
centem: laudauit Aui. flobothomiam vene ce-
phalice vel vene spatularum. i. vene inter spatu
las que est posterius: quoniam vt dixit est ma-
gis vltima: quia prohibet sanguinē eleuari ad
caput: de q̄ flobothomia non inuenio dictū ab
alio: non est dubitatio si sit vena manifesta in
dorso notabilis cum sit habens originem a ve-
na chilis: ⁊ habens colligantiam cum venis na
rium: quin ipsa sit apta iuuare singulariter: sed
q̄r cōiter illa vena nō apparet exterius: ideo cō
muniter auctores de ea non faciunt mentioneꝫ
sed si in aliquo corpore innotesceret: optimi eēt
iuuamenti. Nam etiā aliqua sunt corpora quo
rum arterie non manifestantur circa brachium
ita vt aliquotiēs medici non possint percipere
pulsum: vt ego vidi in quodam doctore neapo-
politano qui me decepit in p̄sentando brachia
⁊ in nullo percipiebatur pulsus: sicut si fuisset
mortuus: ⁊ ita similiter esse potest de aliis ve-
nis aliarum partium que aliquando manifestā
tur ⁊ aliquando occultantur: ⁊ pro tanto forte
particulare experimentum vidit Aui. de illa ve
na. Q̄d si fluxus nō sit magnus: sed paulatim fa
ctus tunc fiat flōia paulatim vicibus ꝯtinuis:
q̄r multiplicatio numeri melior tunc est q̄ mul-
tiplicatio q̄titatꝫ: quia sufficit sola diuersio: et
non est necessaria eūo: ⁊ in hoc semper sit caute
la: vt a principio fiat flōia dum virtus est ꝯstās
fluente sanguine vt dictum est. ¶ In corporib⁹
aūt in q̄bus ꝓpter cām aliquam non pōt fieri
flōia fiat diuersio aliter vt ventosationes liga-
ture facte in extremis adiutorioꝝ in brachiis v̄
sus spatulas: ⁊ etiam versus inguina: q̄r ꝓpter
illoꝝ locoꝝ dolorem fit diuersio sanguinis: in
hoc etiam valent ventose sub poplite et apud
cauillas ligatura etiam testiculoꝝ in viris mul
tum iuuat: Etiam dicit Gal. in 3° decem tracta-
tuum ꝙ exercitium pedum ⁊ strictura manuuꝫ
iuuat: tn̄ vt predictum est verendus est quilibet
motus laboriosus totius: q̄r ꝑ eum disponūtur
materie ad motum sursum: sed Aui. quarta p̄mi
in diuertendo ponit q̄d habeatur aliq̄d ponde-

No. casum

rosum in manu in corpore nō parato ad flōmiā
et cōtinue mouendo illud ponderosum fit ꝯuer
sio sanguinis ad inferiora. ¶ Hec tñ intētio de
diuersione que dicta est reguleť ƀm cañ. Mes.
posi im supra. circa textū: vt. s. cum multitudo
sanguinis vincit: aut mľtitudo simul ⁊ acuitas
vincant: ista intētio de diuersiōe est ꝓponēda.
Sed si acuitas ⁊ inflammatio vincāt supra mul
titudinem: tunc prius opꝫ vt intēdamus cū al/
terantibus malā cōplexionē ⁊ que auferūt acui
tatem sanguinis de quibus dictū est supra par
tim in dieta ⁊ ꝑtim infra videbiť in duabus in
tentionibus sequētibus. ¶ Et hanc totā inten
tionem de diuersione etiā ducēte aliquotiens
ad syncopim posuit Gale. in 5° de ingenio sani/
tatis. cap°. 5° ⁊ est bonū capľm ad istā materiā:
dixit. Fluxus aūt materie loquens de fluxu san
¶De 2ª parte huius partis dixit ponendo curam apostematis tempore digestionis vel resolutionis eius:vt postq̄ pertransiuerit p̄ncipiū ⁊ augmentum que tempora aliquotiens durāt tribus diebus:licet de hoc non sit determinatum tempus:qm̄ aliquotiēs venit ad statum ⁊ mortem in die naturali:sepe tamen in salubri per tres dies durant.Dicit ergo.ꝙ postq̄ ꝑ tres dies sic factum fuerit ⁊ venter ex succo fructuū s.solutiuoꝝ sicut prunorū tamarindoꝝ cassiefi.et tereniabin.i.manne solutus fuerit fiat sup. postea gargarismus ex apozimate.i. decoctiōe ficuum citrinaꝝ ⁊ passu.aut ex medulla cassief. cum hydromelle. ¶Qd̄ si passio inueterauerit i.⁊ si maturet̄:⁊ tñ non rumpitur apa : q2 talia apata sunt illa que caliditate ducunt̄ ad saniē. Uel si inueterauerit q2 nō digerat̄: sed fit intentio pure resolutionis:tunc curāda erit sup.dispositio ex gargarismis sup. ruptiuis appositis vel fortibus resolutiuis ⁊ insufflatione fortiuʒ medicaminū:que dicturi sumus.s.in parte posteriori de cura squinantie male vbi ponuntur medicine ad hoc. ¶Pro intelligētia huius partis est notandum ꝙ lʒ ponat curam squinantie sanguinee principaliter innuit etiam curā squinantie colerice in qua nō tantum debet̄ flōmia sicut ⁊ in sanguinea:sed etiam purgatio appropriata anteq̄ veniamus ad medicinas maxime resolutiuas vel digestiuas:⁊ in hoc laudat eūonem fieri cū succo fructuum de quibus dictum est:lʒ etiā in sanguinea talis eūo sit cōueniens vt.s̄.declaraui in ca° sode.Et hoc insinuabat in textu ex serie verboꝝ:cum dicit ꝙ postq̄ ꝑ tres dies sic factum fuerit ⁊ venter solutus ante fuerit ex succo fructuū:⁊ ex hoc collige ꝙ medicine laboriose in casu nō cōueniunt ꝓpter agitationem vitandā que maxime vitanda est : qm̄ modicus fluxus maxime ad locum apatis adducit ad periculum mortis.de virtute aūt istoꝝ leuiter solutiuoꝝ sepe dictuʒ est.s̄.Et istis factis iubet fieri gargarismum:qui hoc tp̄e tutius exhiberi pōt:q2 nō tātus timor est flux⁹ sicut in p̄n° seu in p̄mis dieb⁹:⁊ fit cū decoctiōe ficuū citrinarū ⁊ passu.q̄ faciūt ad maturationē ĩ mā maturāda ⁊ resolutionē in mā resoluēda:aut ex medulla cassief.distēperate cū hydromelle:q̄ ēt eā dē hʒ intētionē. ¶Et ex hoc.ptʒ error chirurgicorū doctoꝝ:q̄ in principijs hoꝝ morboꝝ sepe faciūt gargarismū ex decoctōe ficuū:qd̄ est multū irregulare.Et ēt pʒ error aliquoꝝ:q̄ aliq̄n ex opposito post tres dies cū est intētio digōnis vl̄ resolutiōis faciūt gargarismū cū vino granatoꝝ: aut aqua ⁊ aceto:vñ opʒ in diuersis tp̄ibus ſm diuersas intentiones diuersas applicare medicinas:in hoc etiā tempore ex passulis ⁊ cassiefi. potest fieri emplastrum forte supra locum etiā ponendo aliquid mellis. Et sic ptʒ litera clara. ¶Si aūt in facie nō fuerit rubedo.) ¶In hac

Nota bñ dñe practice.

Nota errorē chirurgicorum ⁊ etiā multorum medicorū.

Declaratio 3° pticule.

2ª parte pncipali hui⁹ partis psequtur ponēdo curā sqnātie flatice. p° declarās eā p signa τ cō sequēter ponēdo curā. ponit p° curā p solutiuū dādū desup. 2° p clysteria. 3° p gargarismū fien dū a pn°. partes patebūt legēdo. ¶ Dicit ergo p° manifestās p signa hāc squinātiā flegmati caz. Si aūt in facie nō fuerit rubedo fluxeritq ab ore saliue multitudo τ eger fuerit humectatus. i. vel vsus fuerit dieta humectatiua τ sup ple frigida vel fuerit supple humectatus a cau sa extrinseca sm extremaz pcipue sm caput: vt qr ceciderit in aquam: vel qr ex lōga pluuia fue rit passus: vel qr trāsiuerit sub radijs lune quo rū est humectare virtualr: τ hec τ similia mani festabūtur p ea q pcesserūt: τ sup. fuerit dolor re missus τ apparuerit albedo lingue τ palati cū reliqs signis τ pulsu τ vrinis. tūc sup. declarat q sqnātia est flegmatica. Hoc totū pz ex supra als dictis. ¶ Hoc ergo psupposito pcedēdo in cura dixit q in pn° soluat vēter ex pillulis co chijs vel sup. ex alijs pillulis fortibus valenti bus in materia flegmatica: q tn sint mitiores cochijs: de qbus dictum est supra in cap° sode. ¶ Postea addit τ fiat enema cū clysteri acuto: qd in cap° de apoplexia nōiauit: qd est factum cū pulpa colloqntide τ cētaurea τ bucomariē τ salibus acutis qd est forte valde. ¶ Ex qbus verbis insinuauit nobis qd sicut in apoplexia morbo suffocatiuo τ proprie acuto debemus a prin° eūare cū medicinis fortibus: nō expectan tes digōnē in mā pter morbum nō dare indu cias ad digōnem: ita silr τ in hoc morbo q ēt est peracutus merito situs: τ si pēdeat a mā flātica debemus a prin° cū medicina forti saltem māz minorare: neqz tantus timor est de agitatione māe in mā flātica sicut in calida vt constat: τ sic non est tātus timor de fluxu māez ad locū apa tis. Ordinat ēt clistere acutū post medicinā vt māe mote p medicinā educātur deorsum τ non morent in vijs medijs augēdo apa: τ in his eūo nibus fiendis p superius vel p clisteria recurre ad canō. habitos supra in cura apoplexie: exēpli gfa qr stat difficultas in deglutiēdo: τ si nō po terit sumere pillulas in forma pillulaz: dissol uantur cū aliquo potabili vt cū aqua mellis si cut dictum est in apoplexia: ita dico in alijs.

Not. bene

¶ Addit cōtinuādo q cū passio inceperit fiat gargarism⁹ sup. factis eūonib⁹: de qb⁹ dcm est ex syrupo acetose aut hydromelle τ ppe ex oxy melle. Circa quā partē nota q ista gargarisma ta cōueniūt in pn° stāte materia grossa viscosa ad subtiliādū τ aliqualr abstergēdū: q intētio in dicta materia est necessaria: sz si materia fue rit flatica aquosa fluxibilis: tūc talia gargaris mata nō cōuenirēt: sz magis repcussiua stipti ca aliqualr inspissatiua materie vt esset deco ctio thuris τ masticis squinanti τ similiū: qr tn materia flegmatica q squinātiā facit vt multū est viscosa grossa: vū ppt adherentiam recipit in dictis partibus gutturis: vbi si fuerit aquo sa fluxibilis magis flueret in stomacuz vl imū pectoris. Idcirco posuit Rasis curam que illi materie proprie debetur. ¶ Postea addit: τ de inde ex almuri. i. salsamento nebati. i. illius pa trie: fiat etiam gargarismus ex hydromelle τ sy napi. Et hic nota q dicit signanter: deinde vt innuat q non a principio ista conueniunt: sed in processu vel cum materia induratur ad for tiorem subtiliationem τ resolutionem: vel si sa nietur ad ruptionem apostematis saniati. naz he medicine sui caliditate τ acuitate sunt ad has intentiones conuenientes τ sic patet lra.

Declaratio scde ptic le scde par tis princi palis.

¶ Sequitur illa pars. (Et de his que male sq nantie conferunt τc.) Hec est secunda pars se cunde partis principalis in qua ponit curam squinantie multum timorose: cuius accidētia sunt quasi ad suffocationem τ pernitiem vt. s. cum pter multitudinem materie factis reli quis vniuersalibus: de quibus supra non sequi tur manifestum iuuamentuz ex eis: immo qua si casus est in desperatione positus: τ pter im potentiam deglutiendi τ attractionis aeris: cū s. stant ore aperto oculis eminentibus brachijs eleuatis cum conatu attractionis aeris: τ cum aliqd in ore liqdū sumit vt deglutiat nō descē dit sed remittit p nares. Nam in isto casu ponit ingenia ad effugiendū periculum mortis: τ per eūantia immediate mām τ p erūpentia apata si fuerint in via maturitatis τ p diuertentia ad collum deintus ad extra cū emplastris vesicca torijs extra applicatis. Vn pmo laudat flōmiā venarum que sunt sub lingua cū dixit. De his p terea que male squinātie cōferunt est vt ex ve nis que sunt sub lingua fiat minutio. i. flōment vene sub lingua. Nam p illas eūatur mā cōiun cta pter vicinitatē ipsaz venarū ad locū lesuz. Et ex hoc collige q laudat hic flōmiam haz ve narum τ nō laudauit in alijs curis supra: ad in nuendum q si cū alijs ingenijs pōt fieri vera cu ra diuertendo ex cephalica vel ex alijs venis et repercutiendo vel resoluēdo: melius est q q ve niamus ad eūandum ex loco primo: sed cum ex maxima indigentia qn reliqua non suffecerint: tunc veniendum est ad flōmias harum venarū. Et ex hoc ptz error multoz qr a pn° faciunt flō mias harū venaz: etiā aliquotiens nō pceden tibus aliarū venaz flōmijs τ alijs: vū multum peccant cōuertendo mām ad locū lesum: de hoc tn latius dicet infra loco suo. ¶ Addit 2° ponē do intentionem diuersionis materie actu cōiun cte ad extra: aut. i. τ ventose absqz scarificatiōe ponantur in collo: que etiā ventose cum his cir cūstantijs sunt necessarie: sed in pn° vel augmē to nō cōuenirent pter timorem qui dictus est de flōmijs venaz sub lingua. ¶ Et addit: ad eā dem intentionem: etiā epithimet collum. i. em plastretur ex melle anacardino sup. cū ficubus τ alijs vesicatorijs. Et maxime in hoc casu laudat stercus album canū vel humanū de qbus dicet infra: vel ciuis hirundinis donec vesice in eo ge nerentur. ¶ Et addit complendo aliam inten tionem. s. de rumpendo apata vel multum exic cando materiam: τ fiat gargarismus ex synapi cum aqua scabiose sup. qui in hoc tpe valet pro pter sui acuitatem ad rumpendum vel exiccan dum. Sed bene nota hic pter cōem errorē qd non debet fieri gargarismus cuz hac aqua cum est intentio repercussionis vel prohibitionis fluxus propter eius caliditatem: τ tamen com muniter practici multo errore ducti vtunt hac aqua pro gargarismo in principio. ¶ Postea po nit ad istam eandem intentionem aliud inge nium per insufflationem: vt quando non possit fieri gargarismus: vel etiam si fieri posset iuuat

Not. bene vba seque tia.

Sepe cō mittūt er rorem hūc chirurgici τ medici ne conside rationis.

Not. bene aliū erro rem sepe medicis doctis cō missum.

insufflatio ⁊ dixit: et gutturi fiat insufflatio: ex hoc medicamine qđ sic fit: sinapis sal armoniacus piretrũ nitrũ ⁊ asa sup. fetida q̄ mirabili iuuamēto in casu iuuat: pip mentastrũ sumant̄ ⁊ sup. fiat puluis ex eis ⁊ insuffletur cũ cãnula: p₃ ꝙ oĩa talia valent in hac intentione. Et addit vltimo: ⁊ ex eis fiat gargarism⁹: vel sup. fiat puluis cum hydromelle: patet. Et sic est finis huius capituli.

Expedito caplo sũmarie textualr̄ ꝫm morē nr̄m suntvidēda p̄ᵐ de q̄d nominis ⁊ q̄d rei p̄focationis siue sq̄nantie: deinde ponent̄ distinctiones ⁊ spēs eius: postea de causis eius ⁊ signis. Et p̄mo gñis postea de spālibus ⁊ demonstratiuis ⁊ ꝓnosticis ad bonu₃ ⁊ malum: ⁊ vltimo de cura.

De q̄ddita te, nois.

Quid nois Circa ergo p̄mũ est aduertēdũ ꝙ sq̄nãtia vel sq̄nãticus est nomen grecũ ⁊ idē sonat latine qđ p̄focatio suffocatio vel strãgulatio. Jō Aui. tractãs de sq̄nantia de ea tractat 9ᵃ tertij in caᵒ decollationis ⁊ adaba. Et ideo quot modis pōt sumi decollatio ⁊ a q̄b⁹ causis fieri pōt: totidē ⁊ ab eisdē cãis ex q̄d nois termini fieri pōt sq̄nãtia: vñ cũ decollatio dicat accidēs qđ est indebita ⁊ difficilis attractio aeris ad pulmonē ꝓpter cãm quãcunq₃ nō nãlē ꝓpter cõicatũ nocumētũ instrãlis ãhelitus: ⁊ ita aliquotiēs a cã p̄mitiua eueniēs vt a sumptione fungoꝝ vel ex alijs medicinis p̄focatiuis talis largo vocabulo appellari pōt sq̄nãtia. ℂ Aliqñ vero magis stricte sumit̄ vt sumpsit Gal. 4ᵒ interioꝝ caᵒ. 3ᵒ. versus finē ꝓ oĩ p̄focatione ex q̄cũq₃ cã ꝯtigēte in epigloto aut mēbris ei vicinis: ⁊ sic tm̄mō nocuᵐ in anhelitu cōtingēs ꝓpter cãm in mēbris gutturis appellat̄ sq̄nãtia q̄cũq₃ fuerit illa cã siue palisis musculorũ eius siue alia. Et ita ēt sumpsit Aui. in capitulo proprio.

ℂ Tertio mō sumit̄ ꝓprijssime solum ꝓ p̄focatione ab apãte in dictis partibus eueniēte. Et hoc mō sumēdo tm̄ intelligi d₃ sq̄nãtia cu₃ absolute ꝓfert̄: ⁊ ita de ea tractat Ra. in capᵒ nr̄o ⁊ hoc est qđ dicebat Alex. in p̄nᵒ capli de sq̄nantia cũ dixit. Antiq̄ oēm spēm flegmonis. i. apãtis circa gulã facti siue intrinsece siue extrinsece qđ suffocando oppressit sq̄nãtem vocauerũt squinantiam. Et ita p₃ q̄d nominis.

De quiddi tate rei.

Quid rei. Quid aũt rei sq̄nãtie ꝓprie sumpte est accñs qđ est aeris indebita ⁊ difficilis attractio ad plmonē ꝯñs ad apa gutturis ⁊ ptiũ circũstãtiũ: vt in collo gula vel epigloti ⁊ musculis circũdãtib⁹ itrĩsecis vel extrinsecis eius vel eoꝝ qđ impedimētũ anhelit⁹ sequitur oppilationem coartatoriã vel attenuatoriã ex apostemate factam.

Distinctiones. Circa 2ᵐ vt de spēbus ⁊ distictionibus fit hec p̄ᵃ distinctio. Squinãtia ꝓprie sumpta ꝓ apãte ip̄m apostema quoddam est magnum aliud est paruum aliud mediocre in q̄titate. ℂ Alia distinctio. A. quedam est squinantia cum fe. quedam sine fe. ℂ Alia distinctio quoddam est tale apostema simplex. i. ex vnico ⁊ simplici humore factum: quoddam compositu₃ ex diuersis humoribus. ℂ Alia distinctio sumitur etiam ex ꝑte cōpositionis sq̄nãtie cum alijs. Nam aliqñ squinantia coniungitur cum habitudine paucorum humorum in toto: immo cum temperantia in qualitate ⁊ q̄titate eoꝝ in toti⁹ habitudine p̄terq̄ in partibus vicinis parti apãte: qꝛ nō repugnat in faucibus vel collo ex partibus circũstãtib⁹ peccare mãm humoralē: vel ꝓpter debilitatē nãlem illoꝝ membroꝝ stãte fortitudine alioꝝ: vel ꝓpter influxũ a superioribus faciētē ad debilitatē istoꝝ membrorum respectu alioꝝ: ⁊ sic poterit stare distemperãtia humoralis in illis partib⁹ in q̄to vel in quali respectu in habitudīe totius: vel cõiũgit̄ tale apã cũ totius plectoria vel cachochimitate siue abũdãtia sanguis in toto vel cõiũcta malitia humoꝝ etiã in toto. ℂ Alia distinctio: aliqñ sq̄nantia ꝓprie sumpta q̄ est apostema ⁊ est particularis decollatio vel strãgulatio. i. causa particularis decollationis: aliqñ cõiũgit̄ cũ alijs causis specialib⁹ vt cũ impulsiōe spōdiliũ ad anteriora q̄ etiã est de causis ei⁹: aut cũ defectione virtutis ad mouēdũ lacertos anhelitus: aut spasmo vel paralysi musculoꝝ seruientiũ in anhelitu ⁊ aliqñ nō. Itē aliq̄tiēs ꝯiungitur cũ corpore alr̄ sano ꝫm reliqua mēbra: aliquotiēs cũ particulari morbo in alijs mēbris vt apãte epatis vl̄ cũ pleuresi ⁊ filibus. ℂ Alia distinctio: q̄dã est sq̄nantia q̄ facta est subito pendēs. quedã paulatine magis. ℂ Et sic est alia distinctio qđ q̄dam est talis ꝑ viã defluxus vt cõiter euenit: ⁊ q̄da₃ talis ꝑ viã paulatine ꝯgestionis. Et facta ꝑ viã defluxus q̄da₃ est facta nō pēdente alio morbo quedã post aliũ morbũ ꝑ viã crisis ⁊ ꝑmutationis. ℂ Alia distinctio: quedã est salubris q̄dam mortalis qđ ꝑ signa infra manifestabit̄. ℂ Alia distinctio: quedã est in prinᵒ: quedã in augmento statu vel declinatione. ℂ Alia distinctio: ex parte modi terminationis: quedã resoluit̄: q̄dã suppurat̄: quedã indurat̄: quedã permutatur.

Nota.

ℂ Alia distinctio q̄ sumitur ex parte cōprehensionis: quedã est q̄ est sensu ꝑceptibilis interi⁹ vel exteri⁹: quedã est nequaq̄ ꝑceptibilis neq₃ per interius neq₃ ꝑ exteri⁹: ⁊ quedã est q̄ ꝑ interius perceptibilis est ⁊ non per exterius: ⁊ q̄dã que per exterius ⁊ non per interius: vt ꝓpter tumorem colli vel gule.

ℂ Et ex hac succedit alia diuisio q̄ est principalis in hac mã circa quã diuersi auctores diuersimode diuidunt. Nã quida₃ dicũt ꝙ talia apãta sunt triũ modoꝝ: vel em̄ fiũt in musculis extrinsecis ipsius cãne ⁊ epiglotis ⁊ deorsum p̄tēdentibus: ⁊ sic manifestat̄ extensio in collo in parte anteriori v̄sus thoracē: vel fiũt apãta in ꝑte superiori ipsius mery: ⁊ tũc apparet inflatio ore aꝑto: aliqñ fiunt apãta q̄ nec intrinsecus nec extrinsecus apparēt q̄ sunt in musculis intrinsecis ipsius mery: vel in musculis intrinsecis epiglotis. Aui. tñ distinguit in quatuor spēs: qꝛ aliqua apãta sunt in musculis anteriorib⁹ epiglotis: q̄da₃ in posteriorib⁹ musculis. Et subdit di. ꝙ apãta q̄ fiũt in musculis intrinsecis quedam fiunt in musculis intrinsecis ipsius mery: q̄da₃ in musculis intrinsecis ipsius epiglotis. ℂ Et nota hic ꝙ qñ loquimur de musculis apãt₃ maxime intelligimus de musculis gutturis vt de epigloti ⁊ de circũdantibus ⁊ non diaphragmatis: qꝛ l₃ gutturis musculi minus faciant ad anhelitum q̄ diaphragmatis: tamē etiam musculi epiglotis seruiunt in tenendo dilatatũ orifi-

cium canne: qđ si remaneret clausum fieret suf-focatio: ⁊ ista vtraq̄ q̄ fiunt in musculis intrinsecis vtriusq̄ vel alterius ipoꝝ sunt peiora. Nā tanta est vicinitas ꝙ apato mery apatur etiā epiglotis vel saltē opilatur attenuatorie. ¶ Potest tñ dari ordo in his spēbus reducēdo ad diuisionē: primo ad bimēbrem vt ꝙ sq̄nātia aut accidit in exterioribꝰ gutturis tm̄ aut in iterioribus musculis eius: ⁊ illa q̄ fit in exterioribus est triplex: vna q̄ accidit in musculis exteriori-bus anterioribꝰ ex parte gule tm̄: alia in musculis exterioribꝰ posterius ex ꝑte colli tm̄. Et tercia q̄ accidit in musculis exterioribꝰ añrioribꝰ ⁊ posterioribus simul. ¶ Illa aũt q̄ accidit ī musculis interioribus est duplex: vna q̄ accidit in musculis epigloti intrinsecis. alia in musculis intrinsecis mery: extrinsecis tñ ab epigloto.
¶ Et q̄ accidit in musculis intrinsecis epigloti ēt est duplex: vna q̄ accidit in epigloti ꝓprie et alia q̄ oritur sub ea in cāna pulmonis: ⁊ ambe iste due spēs nō apparēt sensui quātūcūq̄ ore apto lingua ꝓmat. ¶ Et illa q̄ accidit in musculis intrinsecis mery extrīsecis ab epigloto: alia accidit in orificio extremo mery versus os ⁊ in musculis exñtibꝰ in circuitu eius: ⁊ ista pñt videri facilr ore apto ⁊ lingua depssa. Alia accidit in musculis mery intrinsecis: ⁊ ista nō apparet sensui nisi qñ multū magnificata cōicat ad ipz orificiū mery supius vel versus ipm: ⁊ tunc cū multa cōpressiōe lingue ēt videri poterit. ¶ Et aliqñ hmōi apata sunt cōposita ita ꝙ sil apant musculi extrinseci mery vel fauciū ⁊ intrinseci: ⁊ tunc ſm partē apatis extrinseci pōt videri et ſm aliā nō: tñ vt supra dictū est pōt ēt fieri cō-positio: q2 aliqñ apant musculi ⁊ epiglotis ⁊ mery ſm musculos extrinsecos mery: ⁊ tūc illa mery videri pñt ⁊ epiglotis nō. ¶ Et aliqñ accidit sq̄nātia in musculis interioribus ⁊ exteriori-bus: vt aut interioribꝰ ipsius mery ⁊ exterioribꝰ tñ eius ⁊ in exterioribꝰ ipsius colli: ⁊ tūc videt interius ⁊ exterius: q2 ēt collū tūc aliqualr īflatur: ⁊ in hoc sepe ꝯtingit errare in ꝓnostico: q2 ꝓpter apparere apa extrinsecū credit medicꝰ ꝙ tm̄ sint apati musculi extrīseci ⁊ nō intrīseci: ⁊ sic ꝓmittet salutē: scđo erit q2 intrinsecus non apparet aliquo mō apa: ⁊ tñ vt dictū est, sil cū apate musculoꝝ extrinsecoꝝ ipsius gule: erunt etiā apati musculi intrinseci vel extrīseci epiglotis vel cāne: ⁊ nulla talis est apprehensibilis interius vt dictū est: iō bñ aduertat ad hoc medicꝰ ne decipiatur. Poterit aũt declarari ex dolore partis intrinsece vt ex maxima suffocatione et ꝓhibitione anhelitus: ⁊ hoc bñ notate. ¶ Et ex his bñ intellectis ptz ꝙ lz oēs spēs sq̄nātiaꝝ sint suspecte: maxime tñ suspecta est q̄ fit ꝓpter apa in musculis ipsius epiglotis vel cāne: ⁊ hec est q̄ ꝓprijssime sq̄nātia vocat subito eueniēs ⁊ subito interficiens. Alie aũt in alijs musculis cōtingentes nō sic sunt suspecte. Nā adducunt maximā suspitionem ꝓ q̄to ad istā reducuntur ⁊ ideo ad squinantiā reducitur lesio ꝯtingēs in alijs musculis vicinis vt spondiliū colli: q2 fit coartatio ⁊ fit dispositio silis squinantie ꝓprijssime sumpte. ¶ Si etiam fit dislocatio spondi-lium fit ꝓfocatio per viam coartationis etiam si a mā humida contrahente ad anteriꝰ fit silis prefocatio. Et dicit Aui. ꝙ ꝓfocatio dislocatio-nis spondilis scđe est mala sed prime colli est peior: q2 sequuntur accidentia timorosa.

Cause. De causis aũt squinantie ⁊ ꝓfocationis: quedam est extrinseca ⁊ primitiua: quedam corporalis.

De cāis primitiuis.

¶ Ab extrinseca q̄ dē fit qñq̄ maxime ꝓfocatio vt a casu vel ꝑcussione partiū colli: ꝓpter quā causat in eis dolor ⁊ trahunt mãe ad ipsas: vñ fit in eis apa. ¶ Et ita ēt qñ cū laqueo fit suffocatio: pōt sil cū suffocatione aduenire apostēa. ¶ Aliqñ ēt fit a causis primitiuis ex ꝑte ciborū vel medicinaꝝ: de quoꝝ ꝓprietate est vt cum sumūtur inducāt apa in gutture sicut dicit Auic. est comestio andacoche q̄ herba est spēs trifolij ⁊ eius tyriaca ponit lactuca vel endiuia cū comeditur post ipsam: ⁊ etiā mali fungi faciūt ad hoc: ⁊ comestio leporis marini. Et a q̄busdā dr etiā ꝙ multa cerasa si comedant ducūt ad squinātiā a ꝓprietate. ¶ Cause ēt ex parte aeris facietis ad fluxū mãeꝝ vel ꝑ viā liq̄factionis vl ꝑ viam cōpressionis sunt de causis huius. ¶ Flomia etiā q̄ fit ex venis sub lingua in corpore pleno nō factis diuersionibus alijs vel euōnibus per quācūq̄ causaꝫ facta fuerit est de maximis causis ad squinantiam facientibus.

De cāis corporalibus.

¶ Cause vero corporales ⁊ cōiūcte apatis: sunt aliqñ sanguis purus: aliqñ sanguis colericus: ⁊ aliqñ etiā fit ex flāte: ⁊ aliqñ fit ex colera ⁊ flāte sil: ⁊ aliq̄ dixerunt ꝙ nūq̄ fit ex melia ex quo est morbꝰ ꝓpter acutus cito eueniēs: cū aũt melie nō debeat ꝓpter grossitiē ⁊ ꝓpter frigiditatē eius subitus motus ⁊ penetratio: ideo dixerūt a melia nō fieri. Sed dicit Aui. ꝙ raro fit a melācolia. s. subito ꝑ viam defluxus vt raro videt ad hoc deducere: sed paulatim ⁊ paulatim ꝑ viam aggregatiōis pōt subito facere opilationē ita vt subito suffocet. Nā lz melie insit ꝙ ꝑ multū tp̄s imprimat rōne sue q̄titatis ⁊ subẽ: pōt tñ rōne molis aggregate ex multo tp̄e subito imprimere faciēdo opilationē suffocatiuam: vnde dicebat. Ueꝝ non elongatur cum raritate illiꝰ qñ accidat subito aut paulatim ⁊ paulatim: deinde prefocet: non repugnat etiam stante melencolia subtili fieri apostema per viam permuta-tionis impellēte cerebro forti vel corde ad partes illas dilatatas. Rarissime tñ credendum est ꝙ a melencolia fieri possit squinantia ꝓprijssime sumpta propter difficultatem penetratiōis in musculos tenuissimos ipsius epiglotis. Et si aliqñ fit magis fit in musculis exterioribus colli vel gule: licet etiam non repugnat de ꝓprijssima intelligendo reperiri squinantiam melicā maxime permutato apate calido ad nām melicam: ⁊ ita etiam non repugnat quin fiat ab apate lapideo: sicut etiā legitur a. G. de illo q̄ tussiēdo emisit lapidem: ⁊ alio qui habuit lapidē sub lingua: ideo ⁊ in vijs medijs fieri potest.

De modis terminationis horum apatum.

¶ Modi aũt terminationis horum apostematum sunt quatuor: vel scꝫ ad mortem vel ad salutem. Si ad salutem vel ad resolutionē vel ad saniationem vel ad ꝓhibitionem eius euentus in prinꝰ vel ad permutationē eius ad aliud mēbrum: ⁊ fit duobus modis. vel in die crisis vl nō innuebat tñ Aui. illud esse maxime periculosū si permutatur ad cor ita subito sicut ad pulmonem. Aliqñ ad cerebrum etiam permutatur: et aliqñ ad alia membra: ⁊ aliqñ tūc seq̄t mors lz

principalis morbus curet. Sunt igit quatuor
modi terminationis: qr vel fit prohibitio gene
rationis vel augmēti eius vel resolutio eiusdē:
vel terminat ad mortē vel determinat p viā p⸗
mutationis ad alia mēbra vel ad saniationem
qr raro vel nunq̄ in dictis locis termiat ad īdu
rationē: ⁊ illa sufficiāt de p° 2° ⁊ 3° pncipalib⁹.

De signis pnosticis euentus.

Signa Pronostica squinātie. Jam venien
dum est ad signa squinātie. Et pmo
dicem⁹ de pnosticis: deinde de demōstratiuis.
¶ Signa igit pnostica absolute euētus sqnan
tie: sunt q squinātie sepe fiunt in vere hyemali
i. frigida ⁊ hūida ⁊ marie hūida. Rō est: qr māe
sua humiditate fluunt ad intra mēbra ⁊ non ad
exteriora ppter frigiditatē: ⁊ pcipue māe cere⸗
brales fluunt deorsum ⁊ in dictis mēbris resu⸗
dant. ¶ Scōm pnosticū est. q in fe. pestilētiali
et in fe. male qualitatis multiplicant sqnātie.
Ratio est: qr pmutant materie aliqn̄ ad collū:
aliqn̄ ad pulmonē marime cū mā in talib⁹ feb.
vt plurimū peccet circa cor: ⁊ ita ad ista mēbra
ppter vicinitatē semp pmutat ppter virtutem
debilitatā non posse ad longinqua ⁊ ignobilia
permutare. ¶ Tertiū pnosticū ad malum inci
piendo est q in febrib⁹ oībus acutis oīs sqnan
tia dicit ēt timorosa et sepe ducēs ad mortem.
Ratio est: qr in tali febre est necessitas magna
euentationis acris: ⁊ cū nō possit attrahi pro⸗
pter oppilationē fit morb⁹ mortalis. ¶ Aliud
signum: cū subito accidit suffocatio fortis est si
gnum q est essentiale nocumentū in cānavel in
epigloto: ⁊ pn̄r signū mortale: tum ppter phibi
tum anhelitum: qr in talibus locis non pn̄t ita
immediate applicari repcussiua vt phibeatur
materia ne fiat morbus mortalis. ¶ Aliud sigm
cū infirmi extēdunt collum ⁊ brachia vt alas ad
aerem trahendū ⁊ aliqn̄ eijciūt linguā ppter at
tractionem aeris: est signū ad mortē: qr signifi⸗
cat magnā oppilationē in vijs anhelit⁹: et ita
cum est difficultas in integrū deglutiōis: qr ēt
cōicatur difficultas deglutionis in omni squi⸗
nātia est signū pessimū: ⁊ maxime si cū sumit ci
bus vel potus remittit p nares. Nā hoc decla⸗
rat vltimā quasi pstrictionē vie cibi: vn̄ resilit
cib⁹ ad palatū ⁊ p colatoriū subīgredit nares: ⁊
si cū his piūgat pmixtio rōisē mortale q̄si neces
sariū: ⁊ si cū his facies īfirmi fit viridis ⁊ ōnigrā
tur sinus oculoꝝ ipsi⁹. i. cōcauitates oculorum:
tunc dicit. A. ipse morit: ptȝ. ¶ Aliud signū pro
nosticū ⁊ est Hip. in lib. mortis. Cū variat color
rubeus colli ⁊ variat ad liuidū fuscū ⁊ album ⁊
fit multiplicatio sudoris sub ascellis vel ingui
nibus stātibus alijs accn̄tibus dicēdis: moriū⸗
tur vt plm in 2° die. Rō est: nā p hoc declarat q
spūs attrahunt ad intra: ⁊ p sudationē illā de⸗
clarat q vapores q̄ nō possunt emitti p anheli⸗
tum: emittunt p alia mēbra cū difficultate vel
retinent cū nocumento ⁊ ad ptes porosas vt ad
emūctoria veniētes cū ereūt infrigidati inspis⸗
santur ⁊c. ¶ Unū aliud signū malū est cuȝ fit in
anhelitu motus tremulus ⁊ pulsus etiā fiat tre
mulus: qr significat spasmus ppter extēsionē a
multitudine māe vel qr cōicat nocumentū cere
bro ⁊ fit spasmus. ¶ Aliud ad mortē ⁊ est Raſ.
3° ptinētis loquēs de apate melico dirit. Dico
q hmōi passio accidit qn̄ cācer fuerit in gula et
est mortalis si grossus fuerit absq̄ dubio. Rō

Nota bn̄.

est clara: qm̄ mā melica nō obedit diuersioni ne
q̄ dissolutioni. Ideo dicit Aui. q oīs squinanti
cus qui morit spasmat in primis. i. qr fit anheli
tus quidā ptractiuus ⁊ fit tremulus anhelit⁹. ⁊
cū apparet spuma in squinātia est signū ad mor
tem pximā: imo dicit Aui. tūc nō est spes i ipso
et nō opȝ vt curet. Et multo deterior est signifi
catio spume in squinātia q̄ spume in epilepsia
qr in squinātia fit spuma ppter humiditatē pul
monis liquefactā simul cū spū violēter moto p
eam: ⁊ ideo plerūq̄ declinat ad rubeū ⁊ est mi⸗
nutissimarum ⁊ pluriū ampullaꝝ ppter violen
tū motū aeris in hūido: hoc est qd̄ voluit Hip.
2ª affo. in affo. Strāgulatoꝝ ⁊ dissolutoꝝ nōdū
mortuoꝝ: nō refert q̄buscūq̄ spuma fuerit circa
os. Aliqn̄ tn̄ cū sunt in vltimata suffocatiōe mi
norato vel quasi extincto motu spūalium nō fit
spuma necessario. Etiam aliqn̄ fit spuma ⁊ non
sequitur mors: cū bonitate alioꝝ accidentium.

Nota.

De pnosticis ad bonum.

¶ Signa ad bonū sunt facilitas deglutiōis: qn̄
in omni squinātia stat difficultas. Et si cuȝ hoc
cōiungat lenitas attractionis aeris melior est
pronosticatio. ¶ Scōm signū: stāte difficultate
anhelitus ⁊ incipit tumefieri collū vel gula ad
extra vel fieri herisipila est bona significatio.
Et fuit snīa Hip. in affo. A squināte habito si tu
mor ⁊ rubor in pectore. i. ptibus extrinsecis ei⁹
aut gule aut colli supueniens fuerit bonum: fo
ras eīn cōuertit egritudo. ¶ Etiā qn̄ fit apatio
post aures ⁊ remittent accn̄tia squinātie: valet
difficultas deglutiēdi ⁊ anhelādi: ⁊ silr̄a est sigm
bonū. Hoc totū dico signāter: qm̄ aliqn̄ tumefie
ret pars exterior colli ⁊ manifestabit tumor qui
pri⁹ nō māifestabat: ⁊ hoc nō p pmutationē ma
teriei de interioribus ad exteriora: sed erit pro⸗
pter multitudinē ⁊ exuberantiā māe: ita q non
tm̄ interius dicta mēbra apabunt: sed etiā exte
rius: sȝ eo casu nō minuent accn̄tia: īmo magis
intēdūt vt pȝ ītelligēti: qr ex hoc nō declarat p⸗
mutatio ab īterioribus ad exteriora q̄ bōa ēt: lȝ
illa pmutatio in se nō sit simplr̄ bona qr melius
foret ad longinquum ⁊ ad ignobile pmutari.

De signis generis.

¶ Signa vo gn̄is demōstratiua vl̄ia sunt diffi⸗
cultas in anhelitu: ⁊ vt sepe retinēt os apertuȝ
ppter necessitatē attractiōis aeris: dico signā⸗
ter vt sepe qr nō semp hoc euenit: qr aliqn̄ imple
tur lingua ⁊ rotundat ⁊ in longū abbreuiatur.
¶ Scōm signū est difficultas deglutiōis. Et de
his duobus dixit Aui. in pn° capl̄i signoꝝ squi⸗
nātie. Intētio cōis oīb⁹ spēbus pfocationū est
pstrictio āhelit⁹ ⁊ difficultas trāsglutiendi. Et
hoc signū trāsglutionis ineuitabilr̄ est ptingēs
magis manifestū q̄ pcedētia. Pȝ hoc qr a q̄cūq̄
cā fit squinātia fit p viā cōpressionis oppilatio
vel coartatio in meryi: ergo deglutiēdo cibū de
glutio fit laboriosa. Et ideo Aui. ⁊ ceteri marie
Raſ. in tex. nostro p° dicunt. Cū in deglutiendo
sentit angustia ⁊c. ēt qr manifestior est lesio: ⁊ in
poª deglutionis q̄ impoª attractiōis aeris. Et
de hoc ēt dicit Rabi moyses pticl̄a 9ª. In squi⸗
nātia ⁊ i oī egritudine q̄ gn̄at in faucib⁹ sentit
patiēs coartationē cū vult aliq̄d deglutire nō
faciēs mentionē de difficultate anhelit⁹ qr ē mi
nus sensibilis. ¶ Aliud sigm est qr fit eminētia
ocl̄oꝝ. rō ē qr fit expssio vapoꝝ sursū. ¶ Aliud si
gnū ē q ligua sepe emittit ex os qr stāte oppil̄o
ne in radice lingue ⁊ stāte ml̄titudine māe infir⸗

mus nititur emittere linguã vt deoppiletur radix lingue: etiã hoc fit ad maiorẽ attractionem aeris: qꝛ aer difficulter attrahit: vt ptz in canibus venatiuis tpe estatis. Aliqñ tñ cõtingit ꝙ musculi ipsius lingue ꝯtrahunt ꝛ fit impedimẽtum in emissione eius. ¶ Aliud signũ est ex pte doloris, nã ꝑcipitur dolor circa guttur qꝛ ad resolutionem cõtinui fit dolor. ¶ Aliud signũ: in pn° fit pulsus frequẽtia ꝛ velocitas ꝛ diuersitas .s. in eleuatione ꝛ depssione arterie: qꝛ instrm nõ est obediens ꝛ fit mot' tremulus in arteria: deinde cũ tẽdunt ad mortẽ fit pulsus tard' ꝛ rarus. ¶ Aliud signũ apa squinãticũ est aliquo modo sensibile circa ptes gutturis vel sensu visus vel sensu tactus vel a medico vel saltẽ ab infirmo. Nam apata que fiũt in musculis illis cõprehenduntur ad tactũ: qꝛ cognoscit ibi extẽsio cũ duritie in pn°: ꝛ saltẽ percipit ab infirmo ꝙ habeat ibi quasi nucẽ globatã. ¶ Aliud signum posuit Serap. ꝙ squinãticus loquit duab' narib': qꝛ propter impedimentũ lingue q̃ est instrm necessarium maxime ad sermonẽ nõ põt qñq; ꝑ os libere loqui adeo ꝙ loquit quasi cũ palato: ꝛ ita resonat in naribus ac si loqueretur cum eis vt fit in habentibus nares oppilatas.

De signis specier.

¶ Signa declarãtia decollationẽ vel ꝓfocationem ex parte spãlis cause vel situs: vt si fiat ex causa vt a virtute impotẽte mouere musculos aut illa debilitas sequit siccitatẽ spasmantẽ: ꝛ hoc manifestat ex ꝓcedentib' causis debilitatis exiccãtibus vt ex coitu manifestant ꝙ iuuãtur ex humectãtibus: ꝛ ita si fiat ex sicca cã spasmãte etiã spasmant reliqua mẽbra. ¶ Et si fit ꝑ viã coartationis vt plerũq; est ꝑ dislocationẽ spondilium si ꝯuertant ad anterius faciũt oppilationẽ in vijs. Si ad posteri' cõprimunt musculi ꝛ indisponunt ad motũ si dislocatio spõdiliũ manifestat ad sensum. Si sit lateralis manifestatur etiã ad dolorẽ: ꝛ si ad dextrum fit ꝯuersio ad sinistrũ ꝛ ecõtra. ¶ Iste tñ cause nõ sunt cause squinãtie ꝓprijssime sumpte: vt apose. ideo si nõ fit ex istis causis sed fit ex apate ꝛ hoc est vel in mery vel in epiglotovel in musculis extrinsecis. si apa sit epiglotale magis ledit anhelit' et non sic ledit deglutio: si sit in musculis mery fit nocumentũ in deglutiõe magis q̃ in attractione aeris cũ ꝑ mery descẽdat cibus: si tñ fit ĩ musculis extrinsecis mery nõ minus fit nocumẽtuz in attractione aeris q̃ in deglutione ꝛ hoc propter cõpressionẽ: sed cõicat nocumẽtũ vtriusq; ꝛ deglutionis ꝛ difficultatis anhelit'. Dicit tñ Aui. ꝙ qñ magnificatur epiglotale adeo donec ꝓhibet deglutionẽ: ꝛ qñq; magnificat meryale adeo ꝙ ꝓhibet anhelitũ. ¶ Stant etiã signa q̃ dicta sunt supra. Nã cũ est in musculis exterioribus anteriorib' vel posterioribus manifestat tumor in collo vel gula vel in vtrisq; cũ ꝑmutatione coloris ꝛc. Et si' fuerit in musculis ipsius mery coopientib' ꝛ circũdãtibus os extrinsecũ ipsius: tũc ore apto depssa lingua cõprehendit faciliter. Si etiã fuerit in intrinsecis ei' vt sepe potest comprehendi: ꝛ si sit in musculis epigloti vel canne nõ sic põt cõprehendi: immo quasi nũquam cõprehendit nisi magnificato apate cõicato ad ipm mery.

De signis spãlibus materier.

¶ Signa spãlia materier: si fit a materia sanguinea tũc est rubedo lingue et palati ꝛ partiũ astantiũ ꝛ est dolor extẽsiu'. In sanguineo dolor est maior extẽsiue. In colerico est maior. i. acutior: ꝛ sic expone tex. Auic. ¶ Si causa colerica sit est dolor acutus: amaritudo oris: color citrinus: febris magis intẽsa: ꝛ videt maior necessitas euẽtatiõis in cã colerica: ꝛ iõ anhelitus sunt maiores in colerica q̃ in sanguinea: ꝛ pulsus est velocior q̃ in sanguinea ꝛ durior. ¶ Si mã sit flãtica qđ possibile est dicit. A. dolor non est notabilis nec deglutio est difficilis: qꝛ cibus subintrat cedẽte apate flãtico: nec est dolor vehemẽs ꝛ fit obediens mery in dilatatione ꝛ cõstrictione: ꝛ iõ apa flãticũ nõ facit tm̃ dolorem: nec est ita timorosum: qꝛ nõ deuenit plerũq; magnũ ita subito: vñ medicus occurrit ꝛ ꝓuidet: nõ sic põt facere si ex alia mã fiat. Cõcomitatur etiã albedo lingue: ꝛ nõ est tãta sitis vt in colerica vel sanguinea. ¶ Si mã sit melĩca a q̃ fieri põt vt dictũ est supra: stat fuscedo coloris: remissus dolor: est q̃si impossibilis cura: qꝛ mã nõ põt resolui nec suppurari: ꝛ ideo suffocãtur: dicit tñ. A. ꝙ talia apata melĩca sequuntur alia apostemata: aliquando durant per annum ꝛ significant per materiam esse lapideatam.

De signis permutationis.

¶ Signa terminatiõis horũ apatũ ad alia mẽbra vel ad saniationẽ. Signũ cõuersionis mãe ad saniem est: qꝛ dolor fit maior: ꝛ ita intẽdunt accñtia. ad tactũ ꝑcipit mollicies ꝛ resudat aliquid de mã: ꝛ rascatur aliq̃d de ea qꝛ fit obediẽs deinde minorat dolor ꝛ alia accñtia. ¶ Si fit ꝑmutatio ad alia mẽbra declarat ꝑ signa. Signũ primũ est cũ detumescit nõ facta manifesta euõne ꝑ flõmiã. vel aliud signum est ꝙ mã rapit ad alium locũ. ¶ Si ꝑmutat ad pulmonẽ sunt sig* qꝛ fit tussis maior: ꝛ pulsus fit magis vndosus qꝛ resoluunt vapores. nã aliqñ ꝑmutant ad peripleumoniã vel ad empima. ¶ Si ad cor seq̃tur syncopis: tremor: casus ꝯtutis. ¶ Si ad cerebrum fit dolor capitis: fit minoratio in operationibus aĩalib'. ¶ Si ad stõm vel hoc fit apando vel nõ apando: si apando sic fit dolor sensibilis circa stõm ꝛ fit nausea si nõ apando saltẽ fit nausea ꝓpter transitũ materie nociue ad ipm. ¶ Si permutat ad reliqua mẽbra ꝑcipit titillatio in illo membro: ꝛ fit sepe tumefactio in illo membro: ꝛ tunc medicus debet intendere cum attractiuis si non sit membrum nobile.

De p° intẽtiõe cõicatiua.

Cura. De cura due sunt intentiones. s. cura cõis ꝛ cura particularis circũcernens tẽpora morbi. Cura cõis vertitur circa tria. Primũ est regimen in dieta. 2m stat in euõne materie. 3m in diuersione ꝛ prohibitione fluxus.

¶ De primo opz cõmemorari ꝙ est maxime attẽdendum in isto casu propter ipsum esse morbuz propter acutum: qm̃ vt dixit Alex. in prin° capituli. Squinasis passio q̃ alie passiones acutior est: sed specialiter debet regimen vniuersaliter inclinari in cauendo ab omnibus que agitant humores: qꝛ cum squinantia sit apostema modice quantitatis: tñ morbus est peracutus propter paruitatez membrorum in quibus fit: que sunt instrumenta immediata ad attractionem aeris vel deglutionẽ vel vicina ei' sine q̃bus vita nisi modico tpe stare nõ põt: ꝛ oĩs debilis humor fluẽs ad dicta mẽbra sufficit facere oppilationẽ: ꝛ inde curandũ ẽt vt sit regimẽ quietsi. i. humor q̃etatiuũ.

De aere.

¶ Sit ergo aer q̃et' tẽpatus vl' modicũ fridus, nã aer calid'; imo ẽt tẽpatus

vꝫ ꝓpter duo maxime nocere: qꝛ cū in sq̄nātia stet difficultas attractiōis aeris: ⁊ sic modicus aer ꝓ vice ꝑ inspirationē attrahat̄: opꝫ aerē q̄ attrahitur tm̄ sua qualitate facere ad refrigerium exn̄s modice quātitatis: sicut faceret aer calidus vel tēperatus debite q̄ttitatis: scd̄o qꝛ aer calidus vel tēperatus facit ad dissolutionē humiditatū sil̄ cū calore nāli: ad quā dissol̄onē seq̄tur indigētia exhibitiōis cibi ⁊ vn̄ necessaria est cibatio. Cū igit̄ in patiētib⁹ sq̄nātiā fiat deglutio difficilis vel īpossibilis vt ꝯstat ex dict̄ seq̄tur qd̄ est cauēdū ab oī cā dissolutiua vt est aer calidus: ⁊ vt sic vtendū cā ꝯtraria: id̄ Raſ. 3° cōtinētis laudauit aliq̄n in corpore in q̄ nō pōt ꝓpter debilitatē ⁊ paucitatē humoris fieri flōia de qua videbit̄ infra ꝙ talis patiēs ponatur in camera frigida in vltimitate frigoris vt nō fiat dissol̄o aliqua de corpore eius sup. ab aere vt nō sitiat neq̄ esuriat: ⁊ vt sanguis eius remaneat: vt ip̄m aberit ad nutricationē in diebus in q̄bus nō poterit nutricationē accipere qm̄ si fuerit potēs. i. mediocris quasi virtutis ⁊ in loco frio morā traxerit: dicit ip̄e possibile est vt sine cibo viuat ad. xx. dies: sit ēt aer modici luminis nō tm̄ tenebrosus nec luminosus nimis.

De motu ⁊ quiete.

Nota

Uitet̄ motus corporis ⁊ vitēt loquelā oīno: qꝛ ad motū partiū illaꝝ fit ꝯuersio māeꝝ ad locū apatū. vn̄ dicebat. A. in fine capli cure decollationis: ⁊ scias ꝙ in oī q̄ hꝫ dolorē guttur̄ melius est fugere sermonē ex quocūq̄ fit dolore.

Dicit ēt Auēzoar ꝙ maxime est attēdēdū ne dormiāt in ꝓn° apatis ⁊ in ꝓn° fluxus māe: cū in somno fiat reuocatio spūum ⁊ māeꝝ ad interiora dubitat̄ ne augeat̄ apa ēt in statu sed versus declinationē maxime ꝯuenit ad resol̄onem māeꝝ ⁊ viuificationē v̄tutis: q̄ resoluta cā tunc aliq̄d posset sumi de cibo: ⁊ id̄ stāte morbo pacuto ⁊ terminabili in scd̄o vel in tertio verēdus est somn⁹ nisi in corpore colerico vbi est dādus somn⁹ tēperatus ꝓpter ꝓhibitionē inflammatiōis: ⁊ in hoc casu magis ꝯuenit somn⁹ diurn⁹ q̄ nocturnus vt dicit Meſ. qꝛ tp̄e diei aliqual̄r fit cōuersio ad exteriora: ⁊ sic min⁹ est ꝑiculū tp̄e diei. Et nō fiat corpore extēso supra dorsum: qm̄ ille accubit⁹ facit ad clausionē epiglotis: et ad suffocationē sed magis ꝯuertat̄ cū capite ad interius. Sōnus ēt īmediat⁹ post sorbitiōes est eis nociuus. Aduertat̄ ēt ꝙ nō sit somn⁹ cū stertore qꝛ aliq̄n suffocāt̄: sed sūt tūc euigilādi ⁊ sōnus interrūpēdus vt ēt dicit Meſ.

De cibo.

Passiōes oēs aīales sunt suspecte: ⁊ maxime ira furor et tristitia: deb ēt induci fabule grate ⁊ suaues diuersiue a somno ⁊ passiōib⁹ tristib⁹.

Circa cibū habeat̄ regula: qꝛ peccat vt in pluribus mā cal̄a: ⁊ sit sumptio cibi cū partib⁹ gutturis cum labore ⁊ ad laborē seq̄tur dolor: id̄ ⁊ qꝛ est morbus ꝓpter acutus: ēt qꝛ ꝑ deglutionē fit mot⁹ in ꝑtibus lesis in casu isto est maxime necessaria tenuissima dieta: stent sine cibo ꝑ diē nālēꝫ qꝛ si nō possit det̄ aliq̄d tenue sine masticatiōe deglutibile vt aqua zuccari stante cōpl̄one calida vel hydromel vel oxymel si cā sit frida. In mā frigida sit oxymel apuꝫ: in scd̄a die possum⁹ deuenire ad aquā ordei facta decoctione: in ꝓcessu dentur sorbitiones ex farina fabaꝝ vl̄ amilij vel ordei: ⁊ postea succū vel decoctionē ciceꝝum post multā decoctionē eoꝝ: ⁊ tandē aquaꝫ carnis pulli: ⁊ ita ingrossando vsq̄ ad oua sorbilia q̄ non exhibeantur nisi fluxa mā: ⁊ nisi stāte indigentia ad notabilē restaurationē: ⁊ semper dimittant̄ ea q̄ a ꝓprietate nocēt: de q̄bus supra dictū est: in totū relinquat̄ vinū tanq̄ venenum ⁊ faciens ad fluxum materie ⁊ ad apatis augmentū: bene aduertantur iste dispōnes qꝛ sunt periculosissime.

De scd̄a intētione. s. eūone māe dicit Aui. q̄ curant̄ cū flōia ⁊ sol̄one vētris in ꝓn° vniuscuiusq̄ eaꝝ: ⁊ hoc in prin° capl̄i in sermone vl̄i de curis apatum accidētiū in ꝑtibus gutturis: et hoc idē dicit Alex. in prin° capl̄i dixit: inter q̄dem oīa flōiam in squinātia necesse est adhibere loquēdo vl̄r in oī.

Questio.

Sed vt hoc clari⁹ intelligatur nota ꝙ stāte corpore sanguineo vel al̄r calido ꝯueniūt oēs ꝙ a ꝓn° fiat flōia: sed in materia fl̄atica vel col̄ica dn̄antib⁹ eis in sanguine Meſ. innuit ꝙ pri⁹ fiat sol̄o vētris eūando māꝫ col̄icā vel flāticā: ⁊ deinde fiat flōia. Nō Meſ. pōt esse ista. nā stante mā col̄ica separa a nā sāguinis ꝑ flōiam fit eūo sanguis ⁊ ebullit magis colera: id̄ in ea fit nocu^m. Sil̄r dico de fl̄ate qꝛ incrudat̄ fl̄a eūato sanguine. Ideo conuenit primū euacuare tales humores sepatos a natura sanguis: deinde fiat flōia. Et hoc ēt videt̄ in nuere Aui. in ca° spāli de cura decollationū vbi voluit cū dicit. Et ꝫm veritatē cū dispō tolerat expulsionē flōie. i. emissionē vsq̄ ad maturitatē: tunc idest meli⁹ ad hoc vt remaneat virt⁹ in corpore ⁊ cadat eūo ipsi⁹ māe egritudinis ⁊c.

Nota opiniones auctoris.

Sed de difficultate credo ego ꝙ in oī mā siue colerica siue flātica ⁊c. siue mā sit mixta siue nō mixta sanguini ꝙ sit fienda a ꝓn° flōia non oppugnātib⁹ alijs de fiēda flōia de v̄tute etate ⁊c. qꝛ in prin° stat intētio ꝓncipalis ꝓhibitionis flux⁹ māe ad locū apatis: qꝛ humores q̄uis sint separi a nā sanguis tm̄ nō fluūt nisi mediāte san. nisi vt dicit. A. vbi eēt sola mā peccās in gutture ita ꝙ oīa alia mēbra essent quasi vacua mā emittēda: tūc laudat vt nō fiat flōia: sed qd̄ ꝓhibeat̄ resol̄o ⁊ ꝓhibeat̄ nutrimētū vt sit corpus eius vtēs sanguīe ꝑ ipsi⁹ nutrimēto ⁊ ꝯn̄r corp⁹ sit ꝯuertens ip̄m sanguinē a ꝑte apatis: ⁊ ita hoc mō fiat diuersio: ⁊ istā sn̄iam cepit a Rasi vt visum est sup. 3° ꝯtinen̄. Et veꝝ est si sic eēt ꝙ corpus esset multū inanitū ꝫm reliqua membra cū sola repl̄one partiū gutturis ꝙ forte iste textus posset practicari: sed credo ꝙ nunq̄ hoc cōtingat: fiat ergo semꝑ flōia in tali casu qꝛ fluxus q̄tūcūq̄ modicus de mā qualibet ad locuꝫ apatis inducit periculū mortis. Un̄ voluit auē. in ca° ꝓp̄o ꝙ hec loca q̄ apant̄ sunt adeo tenuia et sunt in excessu ita magne debilitat̄ ꝙ apata fiunt multum parua: qm̄ locus non est capax vt apata dilatentur in ipsis: ideo si adducunt ad timorem suffocationis vel impotētie deglutionis parua exn̄tia quecūq̄ ꝑ modicū fluxuꝫ māe fit timor de suffocatione: ideo stat maxime intētio in ꝓhibitione fluxus. Et ideo Raſ. tertio cōtinentis redarguit Judeum prohibenteꝫ in colerica ⁊ flegmatica flōiam fieri: immo in omni conuenit: qm̄ si coniungatur plenitudo sanguinis in toto q̄uis ipsa sit ex alijs humoribus est ab ea incipiendum vt ꝓhibeatur sanguis in toto corpore dn̄ans ne trahatur ad locum apatis. Si etiā absq̄ repletione sanguinis in toto fue

Flōmia est semꝑ fiēda in oī squinatia.

rit repletio in aliquo particulari mēbro cōicā-ti gutturi: qm̄ ꝑ flōiam educetur ab illo mēbro ⁊ ꝓhibebitur fluxus ab eodē ad locum apātis. Si etiā esset paucitas humoꝝ ⁊ nō nimia paucitas vt in casu supiori: tn̄ ad diuersionē eēt illa flōia necessaria ꝓpter cām dictā supra. Sed veꝝ est ꝙ hec flōia nō fit ad eūonē mãe proprie apātis: sꝫ fit ad purā ꝓuisionē fluxure mãe: qm̄ apāti fienti vt voluit Gal'.13°. terapē. ēt 3° teg. ꝙ quo ad partē futurā fieri debeꝭ ꝓuisio. Et pro hoc videaꝭ qō facta supra in ca° de frenesi vbi declaraui ꝙ nō repugnātib⁹ ꝯditionib⁹ cōibus ad istā flōiam ꝙ in oī apāte tali in ꝓn° est fienda flōia diuersiua: si ergo ī illo casu ꝯuenit multomagis in casu nostro ꝓpter imminere mai⁹ ꝑiculū cite mortis. ¶ Bn̄ ergo ꝯcedo ad mētē Mes. ꝙ loquēdo de flōia eūatiua mãe ꝓpe stā-te mā colerica vel flātica peccāte sepatis a nā sanguis: qō eo casu prius est fiēda solū de illa mā: postea eūo ꝑ flōiam: qm̄ ꝑ eūonē factā ꝑ solutionē vētris equabitur mā cū sanguine: ⁊ sic vtilioꝛ in ꝓcessu fiet flōia eūatiua. Et istū sensum intellexit Aui. in tex. supra alle. cū dixit. Et ꝭm veritatē cū dispō tolerat expulsionē flōie. s. eūatiue. s. ꝓpter esse separatā mām facientē apa a natura sanguis: tūc melius est ꝙ vsqꝫ ad maturitatē tardeꝭ. Per maturitatē nō intelligendo saniationē in mā: sed tp̄s in quo est invia digestionis ad saniē: qm̄ eo tp̄e fit cōmotio in mā ⁊ ebullitio: ⁊ sic cōmisceꝭ mā q̄ al's fuit sepata a nā sanguinis cuꝫ sanguine: ⁊ ita flōia euacuatiua tūc valebit q̄ si an̄ fuisset facta nō fuisset cōueniēs ad eūandū mām q̄ erat sepata a nā sanguinis: ⁊ ideo hic fuit meli⁹ tardare vsqꝫ ad maturitatē vt remaneret virt⁹ in coꝛpe necessaria ad digestionē mãe: ⁊ vt loquaꝭ de eūatiua dixit ⁊ vt cadat eūo ipsius mãe egritudinis supflue ꝑ flōiaꝫ q̄ an̄ nō fuisset facta ꝓpter incōmixtionē mãe peccantis cū sanguine: ⁊ ita isti tex. loquunꝭ de flōia eūatiua ⁊ nō diuersiua. Diuersiua ergo est sup. necessaria cū cōditionib⁹ dcis. ¶ Et qn̄ ꝓpter aliquā cām nō possit fieri flōia talis diuersiua: tūc laudāt auctores vt ponanꝭ vētose supra crura ēt cū scarificatione ad istam intentionē. Et de hoc dicit Ras. de mēte Ruffi 3° ꝯtinētis: Nisi fiat minutio in sq̄uantia apponēda erit vētosa in tibijs ⁊ abstrahēdus est mltus sanguis. qm̄ dissipabiꝭ passio in cōtinenti. Et addit Ras. dico expedit ꝙ fiat cura hui⁹ pluries ꝙ si op⁹ est reiteranda est vētosa de vno die ad aliū. ¶ Sꝫ nota ꝙ in coꝛpoꝛe sanguineo dicunt quidā ꝙ fiat flōia in ꝓn° vsqꝫ ad sincopim ⁊ hoc innuit Aui. in prin°. ⁊ postea videꝭ se corrigere vt dixit Ger. laudat dicens ꝙ est sili'tudo de pleuresi ⁊ sq̄nantia. Sed ei⁹ salua pace: ista sili'tudo nō est seruāda imo verēda: ⁊ flōia vsqꝫ ad sincopī ī sq̄nātia: qꝛ ī sq̄nātia nō fit flōia nisi vt ꝓhibeaꝭ a difficultate anhelit⁹ ⁊ a ꝓfocatione: sed ex inductione ad sincopim debilitantur mēbra ⁊ de facto incidūt in suffocationē. Et iō Aui. artificiose loquēs dixit ꝙ fiat vsqꝫ ad. 10. ⁊ ad. 10. in oī hoꝛa vsqꝫ ad diē tertiū. i. v sqꝫ ad tertiū diē in oī hoꝛa in qua fiat flōia interponanꭍ 10. hoꝛe vel al'r: vt intelligaꭍ ꝙ in oī hoꝛa ꝉ qua fiēda est flōia in ꝓª vel scḋa die partiēdo flōiaꝫ fiat eūo de sanguine a. 10. vsqꝫ ad. 10. ʒ. ꝓ vice vsqꝫ ad alias. x. q̄ sunt. xx. ʒ. ita ꝙ minima summa extractionis sang. ꝓ vice sit. ʒ. j. ⁊ quarta pars. ʒ. vnius vsqꝫ ad maximā q̄ est. ʒ. ij. ʒ. ꝓ vice si sumaꭍ mediū eius erit. ʒ. ij. vel circiter: ⁊ ista flō- pōt fieri quatuoꝛ vicib⁹ in die nāli nō determinans ad. ʒ. nec ad aliud: sed innuit ꝙ fiat paulatine ꝑ hoꝛas: ita qō fiat diuersis tēpoꝛib⁹ ⁊ minuta vt de mane fiat. ʒ. iij. post. x. hoꝛas pōt fieri iterata flōia stāte necessitate: ⁊ postea mane sequēti si expedit fiat iterata flōia: vn̄ si fiat copiosa flōia debilitās necessariū est cābiū. i. cib⁹ ⁊ cū cibus in casu difficulter sumaꭍ debem⁹ cauere ne deducaꭍ coꝛpus ad debilitatē: gr̄a cui⁹ sequatur necessarius cib⁹. Et istā sn̄iam exp̄ssit Ser. in ca° ꝓprio cū dixit: ꝓpter illud ergo in ꝓn° hui⁹ egritudinis opꝫ vt administrem⁹ flōiā cephalice ꝓter qō eūemus eā. s. mām vl'r. i. scḋm totū vel vsqꝫ ad sincopim: sed eūem⁹ parū post paꝝ: qō est qꝛ eūones in q̄b⁹ eūam⁹ parū post paꝝ: plus attrahunt supfluitates ex membꝛis infirmis: ⁊ sup hoc est iuuamētū maius ꝙ eūare ꝭm totū: ⁊ hoc est qꝛ nā dirigit eūonē factam paulatim. Et ponēs nocumēta flōie copiose dixit: ⁊ attractio sanguis vl'r. i. ꝭm totū facit accidere sincopim ⁊ vehemētiā ⁊ ꝓfocationes magnas. ⁊ sup. est necessari⁹ cib⁹ ad releuādū a sincopi q̄ cibi exhibitio aliqn̄ fieri nō pōt in casu vt ptꝫ: ⁊ sic ponūt hoīem ad ꝑiculū moꝛtis: ⁊ ꝭm hoc nō ꝯsentirē ad obseruationē can̄. A. vbi vꝫ sentire ad flōiam vsqꝫ ad sincopim in v'tute forti. Et ita dixit Ras. 3° ꝯtinētis. dicit ꝙ si coꝛp⁹ fuerit potēs absqꝫ febre sistēti in passiōe sq̄nantie minutio dꝫ fieri donec veniat ad sincopim. Nā lꝫ in certo casu possent v'ificari sn̄ie: qꝛ si aliquotiēs coꝛpus forte fuerit nāl'r ⁊ multoꝝ hōīū cū cadit in sincopi per euacuationem factaꝫ per flōmiam fit illa sincopis recuperabilis sine cibi exhibitione vel potus que non esset recuperabilis in debili vt al's declaraui. Et vt sic non videatur tantum imminere periculum in casu si talis flōmia vltima fiat in forti sicut imminere in debili: tn̄ propter aliam causam vt suffocationis parte fieri in quam faciliter incidet q̄lecūqꝫ coꝛpus squinanticum ex forti squinātia qualecunqꝫ fuerit siue forte siue debile indicio meo eligenda est pars tutioꝛ ⁊ magis regularis vt non extrahatur sanguis plurimus subito: sꝫ paulatim ⁊ paulatim ad modum supra expositum. Et ita Ras. post textum allegatum ꝑ duas columnas dixit. Dico ꝙ si fuerit squinantia difficilis ⁊ patiens periculum videtur pati: flobotomanda est cephalica ad quantitatem. ʒ. x. ⁊c. ¶ De quibus venis fit fienda recurratur ad cano. allegatos sepe fiat de vena cephalica ad euacuationem materie fluxe: ⁊ ad diuersionem aliqualem fluentis. Et si est intensio maioꝛis diuersionis vt stante maioꝛi doloꝛe fiat de saphenis: postea de ambabus cephalicis: successiue ꝓpter eūonem. Sed si esset cōitas a toto ꝓpter retentionem alicuius supfluitatis cōsuete eūari vel a particulari mēbro: tunc expedit vt fiat flōia a venis respicientibus dicta mēbra: vt facta retentione menstruoꝝ vel emoꝛroydarum fiat a saphenis: ⁊ si per cōitatē epatis fiat a basilica. ¶ Deīde fiāt flōie ꝑticulares ad eūandū mām coniunctam vt de venis sub lingua vel de venis interioꝛibus labij inferioꝛis. Immo dicit Mes. ꝙ fiat in prima die flobotomia venaꝝ sub-

In ꝓn° tali apātuꝫ est semper fiēda flōia diuersiua.

Si nō possit fieri flōmia apponenꭍ vētose crurib⁹ cū scarificatione.

Nota opinionem ... croris.

De q̄b⁹ venis est fienda flōia in hoc casu.

lingua:sed intelligat facta flomia coi de alijs venis:vt ea die qua flomantur vene cephalice flomentur etiā vene que sub lingua sunt:z hoc qn̄ est timor suffocationis: z iste vene videant plene. Ideo addit: z maxime festinandū est cum plenitudo his affuerit:sed nequaq̄ sunt flomā de iste vene nisi alijs p̄cedētibus flomijs. Et iō multum errant qui a pn° faciūt flomiā harum venarum. Et in hoc est modificādus textus z recte intelligēdus dn̄i Aui. q̄ etiam fecit multos periclitari cū dixit:z nō postponat flomia vene que est sub lingua:imo opz vt incipiat id saltē in die eadē intellexit factis alijs flomijs s̄m separationem. Nam tunc in die eadē stante necessitate fit ɔuenienter flomia.s. venaꝝ sub lingua. Ideo ad hoc insinuandū addit ɔtinuando: immo saltē fiat sup.dicta flomia in dispōne separationis p̄dicte.i.in dispōne flomiaꝝ separatim factaꝝ z ꝓprie cum fuerint vene q̄ sunt sub lingua extense: z sic voluit p̄cessisse separatas alias flomias. Et bene nota hoc q: in isto tex. multi errant etiā ꝑiti medici:z sic ɔuertūt mās ad locum z augeꝫ aꝑa:sed factis alijs flomijs ꝑ ordinem vbi sit ɔiectura ꝙ ꝑtes circūdātes linguā abūdant sanguine in illo casu fiat flomia sub lingua eadē die etiā stātibus illis venis līgue repletis sanguine:tūc fiat de eis flomia ne organa corrumpantur.

Not. bene expōnem tex. Aui.

securius absq; timore: ego tñ nõ auderẽ in corpore nõ parato ad vomẽdũ ꝓpter nocumẽta q̃ sunt apta sequi in nõ paratis. vbi ergo non sit materia nimia: sed tãta solum vt expectemus euacuationẽ eius per sputum: vt dictum est in ꝑn° melius est intẽdere cũ euacuãtibus ꝑ sputum: ⁊ illa sunt q̃ habilitãt materiam ad expuẽdum digerẽdo eam cum appropriatis: de q̃bus dictum est supra in intẽtione prima superiore. De his etiam aliquid dicetur in intentione vltima sequẽte. ¶ Qñ illa non sufficiunt medici sunt ingeniati ad exiccandum materiã cum reliqua non sufficiunt ad expurgationez ⁊ maxie cum materia est liquida ⁊ in corpore humido vt exhibeãt aliquas medicinas exiccatiuas vł etiam vt faciant ad id suffumigiũ. ¶ Sed circa applicationem horum oportet annotari aliquos canones.

¶ Primo ꝙ ꝑ tales medicinas exiccatiuas intelligũtur medicine q̃ simul sunt resoluẽtes dissoluẽtes ⁊ consumptiue. vnde a dominio talia debẽt ad calidũ declinare acutũ resolutiuũ dissolutiuũ ⁊ cuz siccitate sint exiccãtes. Nam de his dicebat Me. in ca° ꝓprio de tussi humida cum posuisset quasdam intẽtiões in ea necessarias posuit quartã intentionem q̃ est exiccatio residui ⁊ supflui humidi. Et hanc declarans intentionem dixit. Quartam rem complent administrationes medicaminum materiam dissoluentium resoluentium ⁊ consumantium. Et addit: ⁊ hoc quidam medici consueuerunt medicamina exiccatiua vocare: ⁊ ita patet de simplicibus q̃bus communiter vtuntur auctores ꝙ talia sunt intensiue calida cum siccitate coniũcta vt est sulphur: arsenicũ storax: myrra: aristologia: ⁊ huiusmodi. ¶ Et ex his patet cañ. in cura ꝙ in corporibus siccis extenuatis ⁊ in febribus exhibitio harum est multum suspecta. ¶ Ex his infert scðs cañ. ꝙ in materia grossa ⁊ dura maxime peccante in multa q̃titate talia nõ debẽt offerri: qm̃ magis inspissatur materia ⁊ induratur: ⁊ sic sunt causa magni timoris: qꝛ aliquotiens suffocationis in disponendo membra spiritus ad motũ ⁊ faciẽdo etiã mãm magis rebellem expulsioni ⁊ ꝓpter istam causam peccante tali materia. Dicit Mes. loco allegato ponẽdo in hoc cañ. ꝙ talia administranda sunt postq̃ administrationes mundificantiuz communiũ ⁊ ꝓpriorum cum iterationibus conuenientib⁹ precesserint: ⁊ ita non vult materiã esse multaz sup. ⁊ grossam sed multum minoratam. Idcirco addidit vt exiccetur residuum rei. s. modicuz existens: ⁊ declarans timorem eorum nisi sic offerantur dixit. Administrare autem ea a ꝑn° est prefocare ⁊ ponere egrum ad mortem: sed vbi materia esset humida liquida de qua timeatur suffocatio ꝓpter plenitudinem valde faciens tussim credo ꝙ possent predicta exiccatiua applicari: immo deberent applicari: qm̃ medicine digestiue calefactiue dilatantes vel etiam solutiue ꝓpter agitationem omnes tales ponerẽt egrum in timore ⁊ quasi in perditione: etiã minor timor videtur sequi in applicatione horum aliqualiter minorantium ⁊ exiccantium materiam sine agitatione: ⁊ maxime in corpore frigidi cordis vel naturaliter vel etatiue: neq; sequitur nocumentum ex parte materie q̃ exiccetur et induretur: qualis sequitur in materia grossa cruda. Et ad istum sensum credo dicit. A. in cap° proprio de cura tussis quasi ad finem: ⁊ cum humiditas est perueniens ad quantitatez i. materia humida liquida est perueniens ad quãtitatem. s. multam ita sup. vt dubitetur vt dictum est tunc administra suffumigationẽ ex arsenico rubeo ⁊ stercore leporis ⁊ farina ordei ⁊ corticibus phisticorum confectis cum vitellis ouorum: ⁊ fac trociscos. ʒ. vnius pro quolibet: ⁊ ita fiat suffumigatio ex eo ꝫm modũ dcm̃ circa literaz tribus vicibus. dicit. A. ⁊ ita Me. quasi innuat ꝙ in tribus vicibus minuetur timor suffocationis.

¶ Ponuntur etiam alie descriptiones ad hanc intentionem ab auctoribus vt cũ aristologia ⁊ myrra ⁊ castoreo siue galbano incorporatis cũ butyro vaccino ⁊c. ¶ Et hic cõmemoret qð dictum est circa literã ꝙ semꝑ post hmõi suffumigationes sumat aliqð humectatiuũ: vt aqua cũ butyro onino. vt voluit Me. vel aliquod hmõi ꝓpter causam circa textũ allegatã. ¶ Laudant etiã auctores ad hãc intẽtionem nõ soluz suffumigia: sed etiã interi⁹ recepta: vñ laudat cõiter ab Aui. in cap° de asmate: ⁊ etiã a Mes. in hoc ca° ⁊ a Ra. 4° cõti. vt detur in potu arsenicum cũ aqua mellis ⁊ sulphur cum ouis sorbilibus. Et dicit de sulphure Serap. de simplicibus ca° ꝓprio ꝙ sulphur quod ignis non tetigit. i. purum minerale: sed electum sumptum cum ouo sorbili putredines flegmaticas a pectore purgat supp. exiccando ⁊ educit saniem ex pectore forte soluendo.

Nota de sulphure.

¶ Ego tamen non auderem in exhibitione horuz: sed auderem in exhibitione cymini: de quo dicit Auicenna in hac intentione in cura asmatis: ⁊ ex medicinis bonis ꝓpinquis equalitati est cyminum cum aceto mixtum. ego darem cuz aqua ruthe vel ysopi vel enule. ⁊ addit. ⁊ est iuuatiuum valde ad anhelitum preparationis. Et ad idem valet etiam si sumantur due ficus pingues ⁊ bñ calefiãt: ⁊ postea cũ calamẽto puluerisato cõmisceãtur ⁊ sumãtur añ prãdiũ per quartã hore ⁊ ego eis vsum sum vtilr. Laudarẽ etiã exhibitionẽ myrre vel aristo. ro. facto electuario cum melle. nam aristolo. ro. in hoc casu multum laudatur.

Nota de cymino.

¶ Posset etiam exhiberi medicina ad hanc intentionem sub forma decoctionis. vt. ℞. prassi leuistici. foliorum ysopi ⁊ saturegie. ana. M. ß. radicum enule. ʒ. ß. thimi aristolo. ana. ʒ. ij. bulliant in duobus bocalibus aque ad consumptionem tertie partis: ⁊ sumantur. ℥. iiij. vel. v. cum melle facta colatura.

¶ Ego tamen non video quare ad hanc intentionem non debent magis iuuare suffumigia q̃ interius recepta cuz immediatius ꝑtigãt ad pectus ⁊ pulmonẽ: ⁊ nõ tm̃ sunt suspecta sicut alia fortia: de q̃b⁹ dcm̃ est: q̃ si nõ sint venenosa vt est arsenicũ: saltẽ cũ forti calĩtate ⁊ siccitate cũ ocurrũt stomaco etiã maiorẽ impressionem faciũt q̃ fumus in stomaco: vnde pñt sensibiliter magis ledere stomacum q̃ fumus ⁊ minus iuuare: cum mediatius ⁊ per longam viam ꝑueniãt ad pectus vel pulmonẽ: ideo mihi videtur in hac intentione standum esse in suffumigijs: ⁊ his sum contentus in hac intentione.

Nota bñ.

¶ Seq̄tur intētio diuersionis.) De diuersione
igit̄ dicat̄ vt p° fiat fricatio membrorū inferio
rū: vētosatio cruriū. ponātur etiā vētose in na
tibus ꝛ postea in spatulis: ꝛ maxime materia in
fluxu exn̄te ad pectus. ¶ Cōplet̄ etiā in fluēte
materia catarrali cū ruptorijs post aures ꝛ cuꝫ
setano ꝛ cū cauterio posito vltimate supra com
missurā: de q̄bus dcm̄ est in ca° de catarro: sed
de mitioribus est vt fiat empl'm ruptoriū cum fi
cubus ꝛ synapi vt fiat vesicatio capitis: de mi
tioribus etiā est vt fiāt sacculi exiccātes ꝛ cere
brū ꝯfortātes: de q̄b⁹ etiā supradictū est in ca°
de catar°. ¶ Unū tn̄ h̄ cōmemoret̄: de q̄ Auēzo.
in ca° de tussi facit mētionē: dic̄ ꝙ loco empl'i
sup̱ caput p̄r su⁹s reducebat medicinas ad sub
stātiā pulueris ꝛ melius applicat̄ facta tōsura
vel rasura: tn̄ addit: qm̄ nō fit bona ꝑmixtio pl'
uez: fiat p° puluez ꝑmixtio cū aq̄ aliqua de ap
propriatis: ꝛ postea trocisc ētur ꝛ exiccata in vm
bra denuo pulueri zēt̄. nā acq̄rit̄ q̄dā for^a^ in il
la ꝑmixtione: ꝛ hūc modū ꝑuo capiēdo de stupa
canapis subtiliata ꝛ extēsa ad formā palme ma
nus: ꝛ posita sup̱ assere sursum ꝓijciat̄ puluis: ꝛ
postea cū puluere applicet̄ capiti. nam puluis
melius annectit̄ ꝛ applicat̄ capiti mediāte stu
ꝙ sine stupa. ¶ Diuersio etiā fit cōueniēter in
casu p̱ clysteria appropata quoz decoctiones
fieri possunt cū medicinis appropatis: de q̄b⁹
dcm̄ est supra: postea addēdo cassiā ꝛ hieram si
expediat: variādo etiā olea ₰m diuersitatē ma
teriez tussis: etiā si fuerit materia sanguinea
ex epate fiat fl'omia appropriata ₰m can̄. al's da
tos aliquotiēs de saphenis aliquotiēs de basi
lica. ¶ Diuersio etiā fit ex ipso pectore ponēdo
pannū supra pect⁹ ꝛ facta fricatiōe forti vt ru
beat cutis: nā sic mā ꝯuertit̄ ad cutim: ꝛ si fue
rit grossa calefit ꝛ subtiliat̄: sed iste diuersiōes
immediate de membris pectoris fiāt post euō
ues ₰m ordinem: ꝛ nequaꝙ in principio ne mā
trahatur ad dicta membra.

¶ Postremo veniendo ad vltimā intentionem
q̄ cōpletur partim cū resol'one māez q̄ remanse
runt in pectore: ꝛ partim cū his q̄ sistunt tussiꝫ
nō sumpta indicatione a qualitate māe: sꝫ tm̄
mō ad q̄etandū mām si qua fuerit: qm̄ cū q̄escit
minus ledit: ꝛ ad minuēdū sensum mēbroz pa
tientiū: q: diminuta sensibilitate minus ꝑcipit̄
nocumētū ceteris parib⁹: ꝛ sic minor erit tussis
ꝑtim cū cōfortantib⁹ pectus vel pulmonē: ꝛ in
hac intētione exp̄sse colligit̄ ꝙ fortiter calefa
ciētia in casu nō ꝯueniūt: tū q: faciūt ad morā
māez quaz q̄etē q̄rimus: tū q: resoluūt de nā
li calititate mēbroz sp̄ualiū: nō ēt ꝯueniūt mul
tū humida: q: tālia robur ꝛ v̄tutē mēbroz rela
xāt q̄ ex multo tp̱e sunt mollificata ꝛ debilita
ta p̱ medicinas ad screatuꝫ faciētes. ¶ Est igit̄
ꝑncipal'r in hac intētiōe vtēdū medicis a tota
suba valētib⁹: ꝛ ēt his q̄ aliqual'r. fridītate ꝛ mo
derata siccitate vniūt subam mēbroz anhelit⁹
ꝛ q̄ tn̄ cū dictis mēbris specificā h̄nt ꝯueniētiā
vt sunt singularissime myrti ꝛ succ⁹ eoz ꝛ rob si
rupus ex eis: alterādo tn̄ aliquotiēs cū calidis
vel fridis alijs pectoralib⁹ ₰m cōpl'onē remouē
dā q̄ remāsit ī mēbris ex mā ꝑcedēti. Et qn̄ pur
staret acuta sensibilitas oportebit in his appo
nere aliquid paz stupefaciens. ¶ Ideo ad hāc
intentionē ad practicā reducendo dicebat Me
sue ꝛ est optima l'ra in hac intētione. Summa
aūt medicinaz tussim sedātiū cū ꝯfortatiōe pe
ctoris ꝛ pulmonis: hec est rob aut sirup⁹ factus
ex succo granoz myrti est ad id. i. ad hanc inten
tionē mirabile: ꝛ hoc in tussi cal'a sup̱. alio non
adiūcto: sed in frigida q̄dē cū myrre ꝛ croci mo
dico: postea addit ponēdo ea q̄ a ꝓprietate spe
cifica iuuāt. Pulmonis aūt vulpis sicci iuuamē
tum est sublime in cal'a ꝛ in frigida. In cal'a qui
dē aut̄. ʒ. i. ʒ. ʒ. ex eo cū sirupo myrtino. In frigi
da vero cū melle ꝛ aqua cal'a. i. hysopi vel alio
hmōi. Et addit ꝙ huius intētionis est crocus. s.
ꝓpter mirabilē cōfortationē eius. ꝛ in cal'a su
matur cū sirupo myrtino: ꝛ in frigida cuꝫ melle
aut sirupo de hysopo: idē d̄r de nuce cup̄ssi ꝛ gra
nis pini ex mirabili ꝓprietate. ¶ Aliq̄ etiā in
ter medicinas a ꝓprietate valētes vltra pulmo
nem vulpis laudant pulmonē eritij. Et dicunt
quidam ꝙ lapilli inuenti in ventre pulloz hy
rundinum dextro brachio suspensi preseruāt a
tussi: ꝛ ꝯn̄r in hac intētione valēt. Et aliqui ad
dūnt ꝙ lingua aquile posita in panno lineo et
collo suspēsa: disniā sanat ꝛ tussim. Et aliqui di
cunt de pulmone asini valere sicut de pulmone
vulpis: lꝫ Raꝫ. in suis secretis loquens de pul
mone asini de hoc nihil dixerit. Et alij dicūt eē
verissimum: ꝛ de mente Dias. facta diligēti īue
stigatione in eo: non sic reperi. Dicūt ꝙ stercus
corui in lana collectum ꝛ in calceis infantium
inuolutum tussi remediat̄: ꝛ istis possum⁹ vti si
cut dictū est supra de pulmone vulpis: ꝛ dicit
thesaurus pauperū: ꝙ si radices vngule caballi
ne siue farfare diuidas p̱ rotulos sup̱ tegulā ca
lidam ponens: ita vt patiens bene coopert⁹ re
cipiat fumū p̱ os donec sudet: ꝛ si sepe id fecerit
remouebitur tussis in totū: ista cōueniunt ex ꝓ
prietate. ¶ Sed si intēdamus diminutiōi sen
sus mēbri ꝛ ad quietandū materias si q̄ essent
vt minus imprimāt: tunc valet domesticū stu
pefactiuum factū ab Aui. ca° ꝓprio de cura ver
sus finem: ut sumant̄ semis iusquiami ꝑtes sex.
granorū pini partes tres croci pars vna confi
ciantur cū rob ꝛ forment̄ pillule. Nā iste sunt re
misse stupefactiue cōfortate cū medicis pecto
ralibus: vt ptꝫ. Et si vis fortiorē medicinam ad
hanc vltimā intentionē fiat stupefactiuū: vt in
fra. ℞. croci cassieli. storacis calamite castorei
opij. an̄. partes equales conficiantur cum syru
po de papauere: doꝫ est a granis. x. vsq; ad. xx.

¶ Potest etiam cōfortari pectus exterius cum
vnctionibus appropriatis. Nam remanēte cō
plexione calida valet oleū viol'. cū modico oleo
myrtilloz ꝛ mucilagine dragag. ꝛ gūmi ara. vel
se. cydonioz. Et in cōplexione sicca oleū amig
dalarum dul. Et si declinat ad caliditatem cum
oleo viol'. Et si declinat ad frigiditatem cū mu
cilagine fenugreci vel pinguedine anseris. Et
in complexione frigida hysopus humida mu
cilago fenugreci ꝛ altee cum oleo camomillino
semper apponendo aliquid croci ad penetra
tionem ꝛ cōfortationem: ꝛ ita potestis discurre
re ad alia similia etiā que offerri possunt cōue
nienter in scd̄a intentione de equatione mate
rie: sed in his nō multū spero iuuamentū vt su
pra dictū est: sed ne appareat ex ꝑte operantis
defectus laudo hmōi offerri debere supponen
do lanam vel cottum ₰m diuersas intētiones.

Nota v̄ba Auēzoar.

Nota de stupis q̄r dn̄t applicari capiti cū pulueribus.

Sirup⁹ de myrto val de appropriat̄ l hoc cau.

Lingua aquile. Pulmo asini.

Radices farfare oia suprascripta valēt tussi a proprietate.

¶ Supest etiã hic ponere intẽtionẽ circa acciñtia: vt etiã fecit Mes. vt de tussi cõplicata cũ fe. ꝑ qua recurrat ad ea q̃ scribũtur pᵃ quarti. de acciñtib⁹ feb. ⁊ etiã vt caueat ab illis calidis q̃ forte necessaria essent nisi cõiũgeret feb. sꝫ stan dũ est in tempatis ad casum valẽtibus de q̃b⁹ dcm̃ est supra vt in decoctione liquiritie capil. ve. sebesten ⁊ fikium. ¶ Et si cõiũgat fluxus habeat etiã respect⁹ vt dcm̃ est supra addendo in medicinis ad intẽtiones particulares medicinas pectorales: ⁊ etiã fluxui approp̃atas de q̃bus etiã supra dictũ est: vt sunt myrti: gummi ara. ⁊c. ⁊ videãtur q̃ scribũtur sup. hoc in 16ᵃ tertij. in cura gñali fluxus. vbi ponit cañ. de complicatione feb. cũ fluxu. ¶ Et si fuerit tussis cũ sputo sanguinis vel ptisi recurrat ad ea q̃ infra dicẽtur in locis ꝓprijs. ¶ Et si fuerit tussis cõiũcta in etate pueritie: q̃ vtplꝫm seq̃tur defluxũ catarroꝝ: vel etiã malitiã regiminis: vñ multiplicãtur sup̃fluitates in pulmonib⁹ eoꝝ ⁊ ꝓpt passibilitatẽ etatis nõ pñt cõueniẽter offerri q̃ supra dicta sunt: nec in tussi nec etiã in alijs dispõnibus: sꝫ opꝫ in egritudinibus eoꝝ maximã sumi indicationẽ ab etate ꝓpter qḋ Auic. fecit spãle caᵐ 3ᵃ pmi: de egritudinibus q̃ infãtibus accidũt. Hic breuiter dicat ꝫm sentẽtiã eiusdẽ in caᵒ nũc alle. ꝙ si tussis fuerit in infãte lactãte ex defluxu reumatismi ⁊c. ꝙ liniat ligua infantis ex melle multũ: deinde lingue radix p̃mat capite cõuerso supra faciẽ eius: ⁊ ita multũ flatis exp̃met: vel euomet ⁊ forte sanabit: vl' etiã sumãt succ⁹ liq̃ritie ⁊ penidij ⁊ misceãtur cũ lacte ilico mulcto ⁊ quaq̃ die parũ ex eis detur. Et ponẽs curã circa hoc. 10ᵃ tertij. caᵒ proprio. dixit idẽ Aui. Et pueris q̃dẽ sufficiunt sorbitiones decocte cũ lacte nutricis donec sint in essentia mellis: aut cũ aqua feniculi humidi. i. succo: vt. s. sumatur decoctio pulli ⁊ fil' cũ' lacte misceatur ⁊ cũ penidijs decoquat ad decoc. essentie mellis: ⁊ ita duo coclearia exhibeant infanti. ¶ Vel fiant sorbitiones. i. decoctiões appropriate facte ex decoctiõe liq̃ritie: gũmi ara. dragaganti. seĩs cydonioꝝ excorticatoꝝ vel cuꝫ passulis sebestẽ magis calefaciendo si expedit ꝫm exigentiã: ⁊ tunc dicta deco. siue sorbitio misceatur cũ succo feniculi: ⁊ bulliãt vsq̃ ad essentiã mellis addẽdo penidios vt supra. ¶ Potest etiã fieri gratũ electuariũ ex lacte nutricis ⁊ lacte amigdalaꝝ dul. decoctis cũ zuc. ⁊ penidijs ⁊ stãte calitate posset addi paꝝ lact̃ papa. ad formã debitã reducti. ¶ Cõuenit ẽt vt sup cõmissura anteriore coronali sagittalis vbi os pueri est multũ molle: ⁊ in qua pte ꝑcipit manifest⁹ motus cerebri ꝓpter mollitiẽ cranei in puero supponat stupa canapi carminata sup q̃ pri⁹ puluerizetur de puluere rosaꝝ ⁊ macis equal'r. naꝫ iuuabit diuersioni mãe fluẽtis ⁊ aliq̃li resolũni eius ⁊ cõfortationi cerebri. Et si vis lati⁹ q̃re dicta Ras. in libello suo de egritudinib⁹ pueroꝝ: ⁊ his sum cõtentus. Et sic sit finis huius capli de tussi cum laude dei oĩpotentis.

De tussi in fantium ⁊ cura.

¶ De asmate. Cap. I.

Cum aliquis assidue patit tussim ⁊ aerẽ attrahit sicut fit post cursũ aut post vehemẽtẽ motũ: ⁊ cũ iacet supinus est ei deterius: sed cuꝫ sedet est ei melius.

¶ Decoctio ei dãda est q̃. ℞. ficuũ citrinorũ. ʒ. x. dactyloꝝ multã humiditatẽ hñtiũ seĩs apij feniculi capil. ve. liquirie hysopi: prassij: oĩm añ. ʒ. v. coquant in trib⁹ lib. aq̃ dulcis donec redeãt ad vnã ⁊ colet. ¶ De hac vo decoctiõe trib⁹ dieb⁹ egro in potu tribuat cũ põdere duoꝝ aureoꝝ hui⁹ cõfectionis: q̃. ℞. succi liqritie hysopi cap. ve. oĩm añ. ʒ. x. cordumeni pipis amigdalarũ amaraꝝ aristo. ro. seĩs vrtice oĩum añ. ʒ. v. mellis dispumati. q. s. hec em̃ cõfectio sup̃fluitates q̃ sunt in pectore mirabil'r expellit ⁊ est optima. Danda itaq̃ est ꝑ hebdomadam vnã cõtinuo. ¶ Deinde eger post q̃ comederit synapim ⁊ mel vomere cogẽdus est. ¶ Et venter ex his pillulis soluendus: que. ℞. agarici gra. ordei. xviij. colloq̃ntide interioris gra. ordei. vj. elaterij gra. iiij. succi liquiritie. ʒ. ß. fiant ex eis pill'. ⁊ sufficit ad dosim vnam. ¶ Post hoc quoq̃ iterum redeat ad cõfectionem ⁊ decoctionem sumendam ⁊ postremo ad vomitum et ventris solutionẽ vt prius: hoc sepe faciendum est donec eger sanitati restituatur. ¶ Interim tamen a cibis grossis ⁊ stipticis acetosis abstineat.

Des. decoctiõis vtil. ad asma.

Des. pillularum ad asma.

Expedito capitulo de tussi sequitur ex ordine capitulũ de asmate ⁊ conuenienter fit continuatio huius: qm̃ sicut tussis est accñs vt plerũq̃ ad asma et ad alias pectoris ⁊ pulmõis malas dispõnes sequẽs vt. s. dictũ est. Idcirco fuit ꝯueniẽs prius de ea determinare: ita similiter ⁊ asma cũ fit vel absolute malitia anhelitus vel spãlis ipsi⁹ malitia vt infra videbitur loco suo. Cum anhelit⁹ malitia sequat ẽt ad oẽm fere malã dispõnẽ pectoris ⁊ pulmõis: vt videbit ẽt in caplis ꝓprijs de pleuresi ⁊ peripleumonia ⁊c. Fuit igitur conueniens etiam ex ordine post tussim determinare de asmate: qḋ asma etiam proprijssime sumptum magis cõicat cum malitia anhelitus qḋ dispositiões q̃ est accidens cõe ad alias malas dispositiões ꝙ de aliqua alia particulari dispositione. Determinando ergo de asmate Ras. in hoc capitulo tria principaliter facit: quoniam primo per signa manifestat ipsum asma de quo intendit. secũdo ponit curam ipsius per diuersa ingenia medicinarum. tertio ponit regimen in dieta. secunda ibi. (Decoc. autem danda est.) tertia ibi. In fine capituli. (Interim tamen a cibis grossis ⁊ stipticis ⁊c.) ¶ De prima parte dixit manifestãdo istam dispositionem. Cum aliquis assidue patitur tussim ⁊ aerem attrahit quemadmodum post cursum aut post vehementem mo

tum sup.in quibus attrahitur saltē frequenter aer ⁊ cum iacet supinus est ei deterius.s.qꝛ maxime frequentatur anhelitus:sed cū sedet est ei melius:tunc sup.iudicandum est ꝙ talis patitur asma. ¶Et ꝑ intelligentia huius partis est aduertēdū ꝙ lȝ asmatis large sumpti multiplices sint cause ⁊ diuerse:qm̄ idem sonat asma cōiter acceptum:qḋ angustia siue malitia anhelit⁹ vt voluit Ras.4° continentis.ca° p°.vbi cōclusit etiam peripleumoniam sub asmate:tn̄ Ras.in hoc ca° strictiȝ ⁊ ꝓprijssime sumpsit asma ꝑ malitia anhelitus pendente ex essentiali nocumēto in pulmone sine apate ⁊ sine feb.maxime ꝓpter mām flāticā viscosam opilantē vias anhelitus vt cannā vel ramos eius:siue ramos venarum:siue arterie venalis ⁊ vene arterialis: siue etiam poros ipsos sube carnee pulmonis: in q̄bus dȝ nālr aer ꝯtineri vt recipiat alterationē conuenientē anteꝙ̄ ad coꝛ veniat:⁊ vt aliquotiens suppleat vices aeris attrahēdi vel expellendi:qn̄ hō non vult aerē attrahere vel expellere ꝑ determinato fine:ne attrahat.s.aerē fetidū vt ꝯtingit itinerantib⁹ aliquotiens per loca fetida qui cōtinent anhelitum:⁊ sic in eisdē poris facta opilatione:fit etiā anhelitus malitia siue cōstrictio:⁊ ꝯñr asma talr proprijssime sumptum:de quo est sermo in pn̄ti cap° tanꝙ̄ de asmate plerūqȝ cōtingenti:qm̄ vt supra fuit dictū Rasis fuit breuiloquus in hoc libro nō potens de singulis spēbus ⁊ causis dispōnum ꝓternālium discurrere:sed determinat se ad causas vt plr̄m cōtingētes:⁊ ita in asmate se conuertit ad cām vt multū euenientē:immo q̄ quasi familiaris est oībus senib⁹ ꝓcipue decrepitis. ¶Et ex his patet signa posita in textu de asmate scd̄m hanc acceptionē sumpto. Nā primo assidue vel quasi assidue patitur tussim patiēs ꝓpter mām talr̄ opilantem nocentē vt est dictū supra in capitulo tussis. Habet ēt frequēter anhelituȝ de necessitate:ita ꝙ modica cadit quies inter motum q̄ sequit̄ ⁊ inter illuȝ q̄ est ante ip̄m siue sit inspiratio siue expiratio. Nā ex vehementia necessitatis refrigerij ⁊ expirationis facit vt cum non possit eidē satisfieri ꝑ magnitudinē anhelitus vel velocitate opȝ de necessitate frequētare:⁊ in casu ꝓpter indispōnē instr̄oꝝ anhelitus vt viaꝝ mediaꝝ.s.opilationū nō pōt magna ꝙ̄titas aeris attrahi:⁊ sic nō pōt fieri anhelitus magn⁹ neqȝ eq̄lis et ꝓpter debilitatē cōiūctā:⁊ ꝓpter easdē cās nō pōt ēt fieri velox āhelit⁹:qꝛ non pōt fieri mot⁹ in spacio breui in attractiōe aeris:vel expiratiōe faciēs ad ꝯsecutionē necessitatis vt ptȝ intelligēti:ex ꝯñti opȝ frequētare ⁊ qui intelligit cās ꝯtētiuas pulsus q̄ sunt tres s.necessitas virtus ⁊ obedientia instr̄i:ꝺm quarū varietateȝ variant̄ pulsus dr̄ie:⁊ vt dicebat Aui.10ª tertij.in ca° de anhelitu magno.Cause vero anhelit⁹ magni sunt cause pulsus magni. s.tres ꝓdicte.s.necessitas magna:virtus fortis: ⁊ obediētia instr̄oꝝ:⁊ sicut deficiētevirtute vel istr̄o facto inobediēte:stāte necessitate magna vel equali ad eā anꝙ̄ virt⁹ debilitaret̄ vel istr̄m fieret inobediēs:nō pōt fieri magnitudo puls⁹ neqȝ velocitas ad debite satisfaciēdum:⁊ inde opȝ frequētare vt scd̄a primi est declaratuȝ:ita silr̄ intelligat̄ in anhelitu:⁊ ꝯñr attrahūt aereȝ queādmodū fit post cursum aut vehemētē motum. ¶Addit:⁊ cū iacet supinus est ei deteri⁹ sed cū sedet est ei melius. Hoc ēt est claꝝ ⁊ ē sn̄ia Auer.eadē 10ª tertij.in sermone vl̄ti. de malitia anhelitus in fine.vbi dixit. Et oīs q̄ de malitia anhelit⁹ aut ipsius ꝯstrictio aut difficultas ei⁹ ꝓpter mām addit̄ apud resupinationē:⁊ ē media apud dormitionē sup latus:⁊ alleuiat̄ cum supra ventrē iacet aliq̄s. Cā tn̄ huius dicti sumit̄ ex eo qḋ hoīe supīo iacēte diaphragma trahitur sup pulmonē ꝺm ptē supioꝛē alligatā furcule:mēbra ēt pectoris an̄rioꝛa cadunt supra pulmonē:⁊ sic pulmonē cōprimūt:vn̄ nō pōt debite dilatari:si ēt mā fuerit in pulmone ꝺm illum sitū magis grauitat:⁊ ꝯñr difficultas ī motu acquirit̄. Idcirco ptȝ ꝙ malitia anhelit⁹ apud resupinationē addit̄:⁊ ex opposito alleuiat̄ cū supra ventrē iacet:qꝛ diaphragma dilatat̄ a pulmone ꝺm partē supioꝛē:maxime tn̄ videtur alleuiari cū sedet:inclinata tn̄ facie ad anterius vt cōtingit cū se appodiāt supra sustētamenta lignea:qm̄ sic vident̄ meat⁹ magis dilatari:⁊ ꝯñr fit motus leuioꝛ aeris ⁊ reliquoꝝ coꝛpoꝝ ꝑ eos ⁊ medio mō vident̄ disponi cū sup latus iacēt. ¶Et hec sunt q̄ dixi de prima pte.lege lr̄aȝ. Cū aliq̄s assidue patit̄ tussiȝ vel sup.quasi assidue ⁊ aerē attrahit sup.vel expellit,frequēter quem admodū fit post cursum aut vehemētē motum: nā tales frequēter aerē inspirant:vt ptȝ. Et cuȝ iacet supinus est ei deterius.i.supra dorsum facie sursuȝ eleuata:sed cū sedet est ei melius.s.in hac anhelitus malitia:tūc sup indicādū est talē esse asmaticū:ꝓcipue sup.intellegit̄ nō existēte se.neqȝ apate in pulmone vel mēbris pectoris ⁊ his accn̄tib⁹ ꝑseuerantib⁹:qm̄ cū se.nō tn̄ peccāte.mā in instr̄is anhelitus vel sp̄us vel ēt ī apate:nō ēt peccāte mā possent hec euenire:vt ptȝ consideranti:qn̄ tamen non esset iste x̄e asmaticus:de quo est sermo hic.

¶(Et decoctio ei ⁊c.) Nūc ꝯñr ponit curam ad hanc intētionē.s.ad expurgādū ꝑ screatū maxime mām grossam viscosam in pulmone ꝯtētaȝ. Et ꝺm hoc posset diuidi ps in q̄tuoꝛ ptes. Nam p° ponit quasdā medicinas ad hoc faciētes habilitādo mām subtiliādo incidēdo ⁊ abstergendo.scd̄o ponit curā ꝑ vomitū.tertio ꝑ medicinā laxatiuā.q̄rto declarat nō tm̄ semel hec fienda esse q̄ dicta sunt:sed ēt ad ea redeūdū ꝺm ordinē dictū:scd̄a ps incipit ibi.(Deinde eger.) terª ibi.(Et vēter ex his pill'is.) q̄rta ibi.(Post hoc iteꝝ):pª ps posset diuidi in duas ptes ꝺm duas descriptiones medicinaꝝ q̄s ordinat:et in fine eaꝝ ordinat ⁊ ponit vtilitatē ꝯfectionis ordiate ⁊ modū vsus eius.ibi.(Hec em̄ ꝯfectio legendo lr̄am ꝯtinuā.) ¶Dixit p° ordinādo decoctionē:decoctio em̄ dāda est q̄.℞.ficuuȝ citrinaꝝ.ʒ.x.dactyloꝝ maioꝛē humiditatē hn̄tiū.i.bn̄ pinguiū ⁊ carnosoꝝ:se.apij:se.feni.capil.ve.liquiritie hysopi prassij oīm an̄.ʒ.v.coquant̄ in tribus lib.aq̄ dulcis:donec redeat ad vnā ⁊ colet̄.naȝ hec decoctio maturat ⁊ equat mām viscosam ꝑ humiditatē ficuū dactyloꝝ liq̄ritie.nā viscosū per humidum admixtū remittitur in viscositate sicut ex opposito humidū liquidū ꝑ exiccationem aliquotiēs fit viscosum:equat̄ ēt per subtiliationē ⁊ incisionē ex se.apij:se.fenic.capil.ve. habilitatur ēt ad screatū ꝑ absterfionē hysopi: prassij ⁊ ficuū ⁊ dactyloꝝ.⁊ ista oīa sunt clarif-

Declaratio 2e partis pncipalis. Des. decoctionis.

cata supra in caº superiore. ¶ Addit: de hac aũt decoctione tribus diebus egro tribuatur sup. sumendo. ℥. v. vel. vj. de colatura cũ pondere. ij. aureoꝝ. i. ʒ. iij. huius cõfectiõis. nã vt voluñt auctores auř. in ꝯfectionibꝰ nõ solutiuis ponit̃ ꝑ ʒ. ſ. ℈. vbi in solutiuis dicit minꝰ paꝝ ꝙ. ʒ. cuius ꝯfectionis descriptio talis est. ℞. succi liq̃ritie hysopi capil. ve. oĩm aũ. ʒ. x. cordumeni piperis ad multũ incidendũ ⁊ subtiliandũ amigdalaꝝ amaraꝝ arist. ro. ad multũ abstergendũ: se. vrtice ẽtq̃ꝺ est multũ diuisiuum quasi sicut squilla: oĩm aũ. ʒ. v. pulueriʒent̃ oĩa: postea addat̃ mellis dispumati quantũ sufficit: ⁊ fiat ꝯfectio in electuario: hec eñ cõfectio supfluitates q̃ sunt in pectore mirabiliter expellit: optima est: danda est itaq̃ per hebdomadam vnã continuo vt vult: ⁊ his dictis nota vltra vtilitatẽ haꝝ medicinaꝝ q̃ꝺ Rasis in textu docet nos in oꝑe cũ est operandũ circa mãm multum resistentẽ ⁊ difficilẽ eductioni vt in casu nostro vbi est mã grossa viscosa: ⁊ est in vijs submersa ꝓfundis: ⁊ difficulter mouet̃ mã grauis sursum: q̃ꝺ nõ tm̃ debemus exhibere sirupũ vel decoctionẽ in mane sed ẽt cõfectionẽ sil' cũ sirupis ad maiorẽ vim ⁊ imp̃ssionẽ inducẽdam in mã. Insinuat scđo q̃ꝺ q: cõiter magis tediosum est bibere vnũ vitruʒ plenũ decoctione ⁊ cõfectionẽ sil' sumere ꝙ alterum tm̃ eoꝝ: ne infirmi nimis attedient̃ iubet vt ꝑ tres dies vtant̃ decoctione ⁊ cõfectione sil' postea vtant̃ cõfectione ẽt sine decoctione per alios quatuor dies: ⁊ sic ꝑ hebdomadã integrã ⁊ sic est fiendũ alterando ⁊ mutando ne acq̃rat̃ tediũ infirmis. ¶ Addit ꝯñr ordinando vomitum: deinde eger. s. post recepta postq̃ comederit sinapim ⁊ mel vomere cogendus est. Nam sinapis ⁊ mel incidunt mãm viscosam si qua fuerit in stomaco cõseruans ⁊ fouẽs mãm in pulmone exñtem: ⁊ sic per eam p̃paratur mã ad expulsionẽ per vomitũ: tunc ergo inducantur ad vomendũ: immo cogant̃ vt dixit: qm̃ seq̃tur iuuamentũ q̃ꝺ dictũ est de eũone mãe in stomaco exñtis: lʒ ẽt vomitus iuuet ꝑ aliũ modũ nõ peccante mã in stõ: vt declaraui supra esse de mente Aui. 10ª tertij. in fine capłi de cura pulmonis q: iuuat ẽt in expellẽdo mãm in pulmone ꝯtentã ꝑ cãnã eius ex vicinitate mery ad cãnã: ⁊ ita nõ teneat̃ verbũ Gerardi in hoc q̃ voluit dictũ Rasis solũ veritatẽ habere de vomitu vbi asma pẽdeat a mã fl'atica exñte in stõ: tũ q: ab ea dependere nõ põt sumẽdo asma vt supra dictũ est nisi ꝑ modũ dictũ ꝯseruationis ⁊ fomẽti: etiã ꝓpter id q̃ꝺ dictũ est vomitũ alio mõ iuuare quã ipse crediderit. ¶ Deinde dicit de tertia ꝑte ordinãdo solutiuũ: ⁊ vẽter ex his pill'is soluẽdus est: q̃. ℞. agarici gra. ordei. xviij. colloq̃ntide interioris gra. orđ. vj. elaterij gra. iiij. succi liquiritie. ʒ. ℈. fiant ex his pillule ⁊ sufficiunt ad dosim vnam. Elaterium est lacticinium multum acute soluens: ⁊ ita ꝓpter eius acuitatem credo determinauerit istud solutiuum ꝑ pondus ⁊ mensuram granoꝝ ordei q̃ꝺ nõ solet: lʒ reperiam in alio antiquo volumine descriptionem alteriꝰ forme que talis est ℞. agarici. ʒ. iiij. colloquintide elaterij: amboꝝ aũ. quartã. ʒ. vnius: succi liquiritie. ʒ. ℈. fiant ex eis pillule ⁊ sufficiunt pro dosi. j. Sed ista descriptio manifestum cõtinet errorem: qm̃ dosis esset magna nimis: vt ꝑʒ cõsideranti: ⁊ in hoc corrigatis librum vestrum si ita iaceret standum est igitur in prima. Sed nota vt dixi in caº supiori ꝙ solutiua non exhibẽtur de mente auctoꝝ ad euãcuandum mãm ꝓprie coniunctam in pulmone exñtem: sed ad antecedentẽ q̃ in hoc casu sepe ꝯiungit̃ in stomaco et cerebro ⁊ reliquis mẽbris ẽt flãtica: ⁊ sic ab ea sumpta indicatione iste pillule debentur: tñ vt supra dixi talibus solutiuis semꝑ dʒ misceri aliquod pectorale ad cõfortandũ mẽbra pectoris maxime pulmonẽ: vt non recipiant nocumẽta a membris agitatis ꝑ medicinã solutiuaʒ: ⁊ ita in descriptione ponitur succus liquiritie ꝓ hac intentione ⁊ ad ꝓhibendum nimiam exiccationem medicinarum soluentium. ¶ De q̃rta parte dixit: post hoc quoq̃ iteꝝ redeat. s. infirmꝰ ad bibendum decoctionem ⁊ comestionem. s. confectionis sumendam: ⁊ postremo ad vomitum et adventris solutionem vt prius. Et addit: hoc sepe faciendum est donec eger sanitati restituat̃: ex quibus verbis docet nos in morbis chronicis non debere esse contentos in applicatione medicinaꝝ conuenientium digestiuaꝝ ⁊ soluentium semel tm̃: sed oportere multiplicare ⁊ reiterare medicinas ꝺm exigentiam vsq̃ duʒ morbus amoueatur: lʒ interdum sit a medicinis desistendum ꝓ virtutis custodia ⁊ ne medicine virtuti nimis familiares fiant: ita ꝙ ab eis postea non patiatur. ¶ De tertia parte principali commemorans ordinem in dieta dixit: interim tñ a cibis grossis ⁊ stipticis ⁊ acetosis abstineãt: q̃ꝺ quõ intelligi debeat dictum est supra in caº. de tussi. Et hec summatiʒ sufficiant ad declarationem textus.

No. bene. — Declaratio 3ᵉ partis ꝓncipalis.

Declarato

textualiter caº. ad clariorẽ intelligentiaʒ huius mãe extimo re videbitur primo de quid nois ⁊ quid rei asmatis. scđo ponentur quedam differẽtie ⁊ spẽs eius: tertio cause: quarto videbitur de signis ꝓnosticis euentus: ⁊ ꝯñr ad bonum vel ad malũ: deinde de demonstratiuis generum ⁊ specieꝝ ⁊ vltimo de cura huius dispositionis.

De q̃dditate nois.

Quid nois

Circa primũ nota ꝙ asma sonat oẽm inspirationis vel respirationis difficilem motum ⁊ laboriosum p̃cipue cũ non est dependens a cã primitiua neq̃ cum feb. coniungatur. vnde dicit Gale. lib. septimo decem tractatuum ponens differentiaʒ inter asma ⁊ orthomiam: que etiam est passio difficultatis anhelitus: eos qui absq̃ q̃ꝺ febriant inspirant frequenter sicut qui currunt cito: tales medici asmaticos appellare consueuerunt: hos ipsos autem orthonicos vocant: eo ꝙ semper coguntur totum thoracem ferre erectuʒ pre timore suffocationis: ⁊ talem anhelitum appellauit Aui. 10ª tertij. preparationem anhelitus dicens. Preparatio anhelitus est anhelitus qui non aduenit habenti ipsum nisi preparetur et equetur ⁊ extendat collum suum erectione tendente ad superiora: quare aperitur propter id meatus ⁊c. Asma igitur vt distinguitur ab orthomia dicit malitiam anhelitus in frequẽtia sicut qui currunt cito absq̃ feb. vt dixit Galeñ. Nam in feb. hoc contingens non dicitur asma. nec ẽt ꝓpter laborẽ aut motũ cursus dr̃ asma. ¶ De quid rei dr̃ ab Auicẽ. ꝙ asma est egritudo pulmonaris cũ qua nõ inuenit patiens excusa

De quiddidtate rei.

Desc. cõfectionis. — Des. pill'aꝝ. — Des. alia.

tionē ab anhelitu frequēti.i.nō pōt facere q̄n frequēter anhelet sicut est anhelitus quo labo rat ꝑfocatus laq̄o vel squinātia: aut festinatꝰ s.motu velocissime facto. q̄n ergo nō cōcurren tibus causis ꝑmitiuis de laqueo ⁊ silibus: nec ꝫ fe. vel apate in mēbris pectoris necessitaꝛ egro tus: ⁊ ita frequēter anhelare cogiꝛ dr̄ asmaticꝰ.

Asma tripliciter sumitur.

¶ Sed vt spālius intelligaꝛ: asma ſm autores sumiꝛ tripl'r: aliq̄n pro oī cōstrictione anhelitꝰ siue cū fe. siue sine fe. siue cū apate siue sine apa te. Et hoc largo mō oīs difficultas anhelitꝰ cū cōstrictione eius nisi fiat cōstrictio a cā ꝑmiti ua diciꝛ asma. ¶ 2° sumiꝛ pro difficultate an helitus inspirādi vel respirādi vel vtrinsc ꝫ si ue sit cū ꝯstrictione siue sine: siue cū fe. siue sine fe. Et iste modus est amplior ꝑcedente ⁊ cōtinet asma ꝑmo mō sumptū: q2 oīs cōstrictio anheli tus est difficultas anhelitꝰ: sed non econuerso. Nam differūt in hoc difficultas ⁊ cōstrictio: q2 cōstrictio anhelitꝰ est ꝓpter ꝯstrictionē siue cō pressionē viaꝝ spūs. Difficultas vero anhelitꝰ nō semꝑ fit cū cōstrictione viaꝝ spūs siue aeris vnde anhelitꝰ magnus cū est nō n̄alis: si sit a cā nō naturali vocaꝛ difficilis anhelitꝰ: ⁊ ita dico de veloci ⁊ frequēti: ⁊ t̄n nō semꝑ cū eo cōicaꝛ cōstrictio anhelitus. ¶ 3° sumiꝛ asma ꝓpriissi me pro difficultate expirationis cōtingente ꝑ pter m̄as grossas viscosas conclusas in instr̄is spūs: vñ nō pōt fieri libera aeris attractio vel aeris calefacti ⁊ fumoꝝ capinosoꝝ libera expul sio: ⁊ sic opꝫ frequētare anhelitū cū nō possit fie ri refrigeriū cōueniens cordi ꝓpter magnitudi nem vel velocitatē vel ꝓpter virtutis debilita tem vel saltē ꝑncipal'r ꝓpter inobedientiā in strumentoꝝ vt oppilationē in poris factam: vt declaraui circa literā. Ideo opꝫ virtutē niti ad tantum attrahendū quantū est necessariuꝫ ad refrigeriū ⁊ in multis vicibꝰ: qđ in vna vice cō pleri nequit. Et ista dispō dic̄ Bētil' et bñ ē pas sio pectoris magis q̄ꝑ pl'monis: cū ad anhelitū magis ꝯcurrāt mēbra pectoris q̄ꝑ pulmo: vt su pra declaratū est in ca° de tussi: t̄n dicit Auic. ꝙ est pulmonaris passio: q2 anhelitꝰ magis com pletur mediante pulmone.i. instr̄al'r: ⁊ imedia tius q̄ꝑ mediāte pectore.

Questio.

¶ Dubitat Gen. q2 di cit ꝙ nō īuenit excusationē ab anhelitu frequē ti: sicut est anhelitꝰ quo laborat ꝑfocatꝰ ⁊ festi natus nōne anhelitꝰ asmatici est velox ⁊ nō so lum frequēs? dicaꝛ ꝙ lꝫ aliquotiēs fit velox et frequēs: nō t̄n semꝑ est velox ⁊ si semꝑ sit freq̄ns ideo diciꝛ ꝙ non excusaꝛ ab anhelitu frequēti. bene aūt a magno ⁊ a veloci vt cū virtus debi lis est. Ad ꝓpositū ergo retorquēdo de his mo dis sumēdi asma ab. A. sumitur asma p° mō nō scđo nec 3° in hac distōne: lꝫ aliquotiēs cōtra hat in cura ad asma 3° modo sumptum.

Distinctiones.

Iam ad 2m ꝑncipale est veniēdū de spēbꝰ asma tis. Spēs asmatis sunt tres ꝑncipales: quedā est vna spēs in qua est difficultas maior in at trahēdo sup. q̄ꝑ in expellēdo ⁊ diciꝛ disnia: q̄dā est in qua est maior difficultas in expellēdo q̄ꝑ in attrahēdo q̄dā est ī qua eq̄lis est difficultas in attrahēdo ⁊ expellēdo: ⁊ diciꝛ orthomia.i. re cta inspiratio.i. facta corpore recto exn̄te: et de his oībus spēbus fecit mentionē Gal'. 4° regi minis acutoꝝ. cōmento u°. ¶ Alia distō: asma tis spēs quedā recens: quedā antiqua. ¶ Alia diuisio: quedā ꝯiungiꝛ in masculis: q̄dā in mu lieribus: quedā in pueris: quedā in iuuenibus quedā in senibus. ¶ Alia distō: quedā talis dis positio est a ꝑn° gn̄ationis ꝯtracta actual'r ta lis vt sequēs malitiā cōpōnis cū malitia ēt cō plexionis: vt est in strictura pectoris cū calidi tate excessiua cordis. Et quedā est ꝯtracta a ge neratione habitual'r talis t̄m ex debilitate mē broꝝ pectoris generātis post diuturnū asma: ꝙ t̄n fuit ex tp̄e cōtractū in generāte. naꝫ talis debilitas ex lōgo tp̄e acquisita in gn̄ante aliq̄n hereditaꝛ in genito: vñ fit a debilibꝰ causis mo uentibus ad asma genitum facile patiaꝛ.

Aliq̄n hereditatur asma.

¶ Et ex hoc sequiꝛ alia diuisio ꝙ q̄dā talis est asma ticus ſm habitū.i. ꝑatus facil'r cadere in asma: et quidā ſm actū vt patiēs actual'r difficultatē anhelitus cū reliq̄s dictis supra: ⁊ ſm hūc mo dum etiā dupliciter pōt aliq̄s dici asmaticus: vno mō q2 tal'r patiēs hꝫ accn̄a asmatis: sed nō multū intēsa: imo cū eis pōt ambulare ⁊ reliq̄s occupationes: saltē mediocriter ꝑficere: et ſm hoc diciꝛ esse in paroxismo asmatis ad dr̄iam istius: qui t̄m est asmaticꝰ ſm habitū: ⁊ ſm hoc diciꝛ ꝙ asma est egritudo hn̄s paroxismos sicut epilepsia. 2° mō diciꝛ aliq̄s in ꝑoxismo asmatis strictius: vt q̄n accn̄tia asmatis sunt in eo vehē menter intēsa: ⁊ ſm hoc ptꝫ ꝙ aliquotiēs vnus paroxismus asmatis largo vocabulo m'tos cō tinet ꝑoxismos. s. maxime vehemētie q̄ cum mi nuuntur ⁊ remittunꝛ in accn̄tibus corpus exit dictos ꝑoxismos. Ipso t̄n exn̄te ēt in actuali ꝑo xismo asmatis large sumpto: ⁊ de hoc ꝑoxismo largo dicit Aui. ⁊ hec quidē egritudo est ex egri tudinibus lōgis hn̄s cuꝫ hoc ꝑoxismos acutos ſm similitudinē ꝑoxismoꝝ epilepsie ⁊ spasmi: ⁊ ptꝫ ꝙ ſm hos ꝑoxismos stricte sumptos nō pos set esse asma de morbis lōgis: q̄m vel opꝫ ex se nitate accn̄tiū breui tp̄e corpus ad mortē dedu ci vel accn̄tia minui: vt ptꝫ ⁊ de his paroxismis acutis intelligens Mes. dixit de mēte Gal'. cuꝫ peruentum ad excessionē fuerit.i. ad ꝑoxismum taliter tūc potius blandiendum est q̄ꝑ curandū peruenitur eīn interdū ad prefocationē in exe cutione medicaminū ⁊c. Et oēs iste spēs asma tis habent diuersitatem in causis. Et sic accedi mus ad tertium principale de causis.

Cause.

Pro quo nota ꝙ asmatis cause in ge nere sunt due: q̄dā sūt cause ꝑ ꝓprie tatē pectoris ⁊ pulmonis: q̄dā ꝑ cōitatē. Et per cōitatem q̄dā sunt cause ꝑmitiue mediate q̄dā corporales: ⁊ ēt ꝑ essentiā: quedā ꝑmitiue: q̄dā corporales.

De causis primo per cōitatem.

¶ Per cōitatē aliq̄n fit cōicatio rei corpulente materialis vel humoralis ad pectꝰ vel pulmonem vt cū expellitur humor ab epa te vt aliq̄n contingit in hydrope. nā stante ple nitudine ventris inferioris expellitur aliquo tiēs m̄a ad pectus ⁊ ad pulmonem: ⁊ fit suffoca tio: ⁊ aliquotiēs a cerebro expelliꝛ m̄a ad dicta mēbra spūalia: ⁊ hoc est sepe cōtingēs: ⁊ maxie in senibus: ⁊ aliq̄n fit cōicatio solum vapoꝝ nō mala qualitate affectorum: sed solū ledentiū ꝑ multitudinem eorum: ⁊ aliquotiens vaporum quasi venenosorum virtutem terrefacientium: vt cum eleuantur vapores a matrice qui faciūt difficultatē in anhelitu ⁊ quasi suffocationē. nā in suffocatione matricis sepe cōiungiꝛ asma: et

aliqñ fit cõicatio vẽtositatis a mẽbris cum pe-
ctore cõicantibus: ꝛ aliqñ per cõitatem non fit
cõicatio rei corpulẽte neqꝫ vaporose: sed solũ ꝑ
viam tractus vel cõpressionis vt stãte stomaco
repleto: tunc diaphragma cõprimit: ꝛ ꝯñr com
primitur pulmo: vñ libere dilatari non põt: ita
similiter ab apatibus mẽbroꝝ inferioꝝ vt epa-
tis vel splenis ꝓpter eoꝝ cõpressionẽ vel ẽt põ-
derositatẽ: vñ trahit diaphragma inferius: ꝛ sic
minorat eius spatiũ in cõtinendo: ꝛ ita pulmo
non põt debite dilatari. Et aliqñ ꝑ cõitatem fit
nocumentũ a causis ꝓmitiuis mediate. vt a fri
giditate occurrente cerebro fit illi nocumentũ
et ꝯñr cõstrictio: ꝛ ita exprimitur humidũ a ce-
rebro in pulmone vt dicebatur supra.

De causis ꝑ essentiã.

¶ De his etiã que per essentiã aliqñ cã ledens
est in pectore: aliqñ in cõcauitate pectoris: ali-
qñ in ipso pulmone: ꝛ hoc aliqñ in spõgiositate
et porositatibus ipsius pulmonis: aliqñ in ra-
mis trachee arterie: aliqñ in venis sparsis per
pulmonem: aliqñ in cãna. ¶ Sed si fuerit in pe
ctore cause primitiue possunt esse cause: vt fri-
giditas aeris cõstringentis vel debilitãtis mu
sculos pectoris ad dilatãdũ. Et aliqñ fit ex sicci
tate pulmonis: ꝛ ꝯñr in pectore ꝓpter eius cor
rugationem. Sed dicit Aui. hoc fit raro: et hoc
est qꝛ pulmo est membrũ accñtaliter humidũ.
¶ Et aliqñ fit ex mala cõpõne vt ꝓpter strictu
ram naturalẽ pectoris. dicit Auic. queãdmodũ
in stomaco paruo nõ fit bona digõ: ita stãte pe
ctore paruo nõ potest fieri magna dilatatio.
¶ Et aliqñ fit hoc ex cã preter naturã vt in gib
bosis. Nam cõtrahit pectus ad posterius: et iõ
nõ fit libera dilatatio: ꝛ tũc si coniungat mala
cõplexio calida: siue ẽt naturalis multum rece-
dens a temperamento in ipso corde vñ fit neces
saria multa aeris attractio ꝛ refrigeriũ ad mi-
nuendum siue extinguendũ necessitatẽ in cor-
de: tunc maxime fit asma: vt ptꝫ. ¶ Aliqñ ẽt fit
vitio principiorum vt neruoꝝ cõicatorum a nu
cha: qꝛ. s. paralyticent illi nerui qui sunt neces-
sarij ad motũ pectoris vel spasmentur: et ita fa
cti inobedientes sunt cã asmatis. ¶ Fit etiã ex
materiebus humoralibus in vacuitate pecto-
ris cõtentis vt ex flegmate in pl'mone genito ꝛ
trãmisso ad ꝯcauitatẽ pectorꝭ vl' ex alijs mẽbris
illi trãsmisso. Et de his humorib' dicebat Auic.
quicunqꝫ sint aliqñ peccãt quãtitate tm̃ vt mul
titudine: ꝛ aliqñ mõ sube: qꝛ viscositate: ꝛ aliqñ
qualitate mala. s. ledente extinguente virtutem
per quẽ etiã modũ quedã venena exteri' sum-
pta etiã ducunt ad asma: ꝛ etiã quidã vapores
extrinsec' cõicati de q̃bus dicet paulopost: ꝛ ẽt
dictum est in ca° de squinãtia. de suffocatis ex
fumo carbonum: vel de vapore ẽt qui resoluit a
cemẽto: vel domib' ex eodẽ nouiter fabricatis.
¶ Fit etiaꝫ aliquotiens ex sanie post apata vt
pleuresi vel peripleumonia: etiã ibidem reten
ta: vel ex sanguine recepto in cõcauitate pecto
ris rupta vena pectoris vel pulmonis: qui etiã
aliquotiẽs ibi ꝓ parte cõgelat: ꝛ induit natu-
ram veneni frigidi. ¶ Fit etiã ex vaporib' ibidẽ
generatis ꝛ coartatis replẽtibus vacuitatẽ pe
ctoris. ¶ Potest etiã fieri ex ventositate in illa
vacuitate cõclusa ꝓhibente extensionẽ pulmo
nis. De qua cã dicebat Aui. in cap° de anhelitu
magno ꝛ ꝑuo: ꝛ causis ei' ꝙ vẽtositas est cã sup.

anhelitus parui: ꝛ sup. frequẽtis qñ est pertran
siens terminũ. s. in multitudine eius vel termi-
num. s. membroꝝ naturaliũ ꝛ ꝑuenit ad spũalia
qm̃ separat inter velamen ꝛ dilatationẽ. i. me-
diando inter diaphragma ꝛ pulmonẽ qui dꝫ di
latari: qꝛ nõ dilatat sup. diaphragma pulmonẽ
vt cõuenit. ¶ Potest etiã fieri ex nocumẽto itra
pulmonis substantiã ꝛ trachee arterie: ꝛ hoc ex
malitia cõplexionis sine mã vt frigide ꝛ cale ꝑ
modos notos ꝛ sicce: sicut fuit i dño socero meo
qui asmaticus appellatus ꝑ multos annos cu
rabatur cũ medicinis valẽtibus in asmate pro
prijssime sumpto ꝛ cõtinuo deteri' se habebat.
Et cum ego essem iuuenis ꝓmo anno quo fui si
bi gener fact' cognoui cãm sue difficultatis an
helitus fuisse cõplõnem calidã cordis cũ cõple
xione sicca pulmonis: ꝛ ita cũ hũectãtib' ad fri
gidũ declinãtib' vsqꝫ ad decrepitã etatem me-
lius se habuit: sed re vera nõ habebat anhelitũ
multũ frequentẽ nisi cũ exercitabat: sed multũ
subtilẽ ꝛ longũ. nã in eo multũ ꝓlõgabat spa^m
motus aeris in attractione ipsi' ꝛ eius reditu.
¶ Et fieri põt etiã in dictis mẽbris indispõ ꝓ
pter malã qualitatẽ eis cõicatã vt in exercẽti-
bus artes metallicas separãdo metalla vt argẽ
tuꝫ ꝛ silia: qm̃ ꝓpter fumũ q̃ tũc resoluit ab eis
imprimit vna mala qualitas in mẽbris dictis
vnde debilitant in motu: ꝛ de his dicit Mes.
ad ꝓn^m satis capl'i de asmate. ꝙ hec passio est fa
miliaris his qui metallica operant ꝛ mineralia
ꝛ qui vtunt odore sulphuris ꝛ colofonie ꝛ picis
et qui exercẽt plũbeas artes: ꝛ q̃ cõflãt argentũ
viuum: ꝛ ꝑ eundẽ modũ: multiplicat etiã habi
tantibus in cauernis ꝛ testustinibus ꝓpter ma
los vapores ibi cõcludi qm̃ nocent ꝛc. ¶ Potest
etiam cõtingere ex mã apante in eo: sed tũc non
nominabit asma: sed magis noĩe apatis. ¶ Po
test etiã fieri ex hũoribus subtilib' aquosis de-
ductis vsqꝫ ad extrema venaꝝ vel arteriaꝝ q̃ in
processu a caliditate illoꝝ mẽbroꝝ sunt facte vi
scose ꝛ exiccate: ꝙuis a ꝓn° talis mã esset liq̃da
sicut ꝛ ecõtra mã grossa a ꝓn° ꝑ humectationẽ ꝛ
decoctionem fit aliqñ lubrica: vt fuit snĩa Ras.
4° cõtinentis. ¶ Aliqñ etiã cã sunt vermes et
aĩalia ibidẽ gñata: sicut supra ẽt dicebat de tus
si. ¶ Et si sint alie cause tussis de dictis supra il
le eedẽ fortiores facte possunt esse cause asma-
tis: nõ tñ sp̃ hoc euenit vt aliq̃ volunt inter q̃s
fuit Gerar. q̃ dixit ꝙ in hoc differũt cã e tussis ꝛ
cãe asmatꝭ: qꝛ cãe sũt fortiores q̃ ducũt ad asma
ꝙ q̃ ducũt ad tussim: ita ꝙ oẽs cãe q̃ efficiũt tus
sim si fiãt fortiores faciũt asma: ꝛ ita oẽs cause
facientes asma sunt cause tussis: sed nõ ecõtra.
Sed hec snĩa nõ est ṽa: qm̃ vt ex dictis colligit
mala cõpl'o cal'a cordis cũ strictura nãli pecto-
ris erit cã anhelitus difficilis ꝛ ꝯñr asmatis: q̃
tñ mala cõpl'o cal'a si fuerit equalis vt in ethica
febrili cõtingit nõ cãbit tussim: vt supra decla-
ratũ est de mẽte Gal'. 5° de accñti. ꝛ 4° anterioꝝ
vbi spãlem exceptionẽ fecit de hoc ad finẽ libri
narrãs hystoriã de quodam medico diffamato
rome: q̃ habuit pulsus differẽtias in oĩ diuersi-
tate aliq̃tiẽs sine alia sensibili lesiõe: ꝛ ridẽs ro
gauit Gal'. vt pulsum tãgeret: ꝛ sentiuit Gal'. in
eius pulsu vt refert diuersitates oĩum generuꝫ
pulsuũ ꝛ m'ltos ictus vniuscuiusqꝫ gñis pulsus
et mirat' est Gal'. qual'r pulsu tal'r existẽte viuus

Nota hystoriam.

No. ꝙ hec passio ẽ familiaris his q̃ metalla operant.

Autor presens reprehendit Gerardum.

esset:⁊ inq̄siuit an malitiā anhelitus hn̄isset:⁊ r̄ndit ꝙ nō. Tandez dixit ꝙ postq̄ nō hr̄et nec feb. nec apāta ꝯclusit cām huius esse opil'onez mā̄e grosse viscose in mēbris sp̄us. Cui respondit medicus ille: si hoc esset necessario asmaticā vel orthomiā anhelitus haberē. Ad quez .d. Gal. r̄ndit hec verba. Que dicis annuēda sunt vt amici minime tñ vera. Et tunc addit sniaz ꝓ posito nostro facientē dixit. Nā orthomicoꝝ siue asmaticoꝝ anhelitus nō fit coadunatis grossis ⁊ viscosis humorib' in pulmone. s. in q̄cunq parte eius: sed cū in eius cānalibus coadunant vel sup. ꝑ cōitatē saltē dictoꝝ mēbroꝝ cōprimēdo dictos cānales ipsi ꝯstringant qđ est necesse vbicūq tal' peccauerit mā: q̄ tñ mā si impsserit nocumentū in pulmonē ꝑ malā qualitatem faciet tussiz: vt dictū est supra: ⁊ ꝓinde fiet tussis sine asmate. Et sil'r ecōtra pōt fieri asma sine tussi: ⁊ maxime asma cōiter acceptuz: qđ ptz de mā q̄ cōtinetur in venis pulmonis nō cōicante nocumentū notabile cānalib' ipsius pulmonis: sicut ēt sepe videmus in difficulter anhelātib' ꝓpter fe. vel ꝓpter cursum: vel ꝓpter cōpressionē stomachi nō semꝑ cōiungi tussim: lz vt pl'm sit vera snīa quā posuit Ras. circa tex. de asmate ꝓprijssime sumpto in quo posuit tussim esse signū cōicās: ideo in hoc regul'r dicat ꝙ q̄cunq sit mā sine res ledēs si fuerit in aliq̄bus ꝑtibus pulmonis nō impediēs liberū trāsitū aeris: tūc nō causabit asma: ⁊ si forte causabit tussiz: sicut etiam ad tussim causandā req̄ritur ꝙ mā sit stimulās virtutem nāl'ē siue sensitiuā ꝑ quendam motū ad expellendū. Ideo Aui. caute loquēs voluit dicere ꝙ in asmate iungat tussis: ⁊ est etiā ad hoc argumētū: q2 sepe tales asmatici nō pn̄t tussire: q2 nō pn̄t mouere aerē: ita fortiter vt faciant expulsionē eius fortē nec sonū q̄ necessarius est in tussi: tñ bn̄ faciunt sonū quendā obtusum nō acutū q̄ dicatur tussis. ¶ Et ita summatim colligendo reduci pn̄t cāe ad tres i gn̄e vt dixit viaticus. s. ad debilitatē ꝟtutis mouētis lacertos pectoris: vel ꝓpter indispositionē ipsoꝝ: vel ad ꝯstipationē instr̄oꝝ sp̄us: vel propter nimiū calorē cordis ⁊ pulmonis: ad istas si bn̄ ꝯsiderabis alie oēs pn̄t reduci. Sed Aui. reducit in quatuor in ca° de anhelitu magno ⁊c. dicit. Et cāe in hoc qđ oīa mēbra. s. pectorꝫ laborioso motu affligunt sunt q̄tuor. Ipe enim aut sunt ita ꝓpter cām magne necessitatis q̄ est ꝓpter inflāmationē caliditatis in ꝑtib' cordis ⁊ pulmonis: aut ꝓpter cām debilitatis in ipsis lacertis motiuis: aut ꝓpter cōitatē p̄ncipioꝝ sicut fit in fine ethice ⁊ collectōe mā̄ei: qm̄ ip̄a debilitat virtutē: aut ꝓpter egritudinē instr̄i ⁊ ꝓpriā: aut ꝓpter cōitatē p̄dictā de spasmo accn̄tem ei a malitia cōplx̄onis ipsoꝝ instr̄oꝝ: aut ꝓpter ꝯstrictionē meatuū: q̄ sunt epiglotis ⁊ rami canne ⁊ arterie ⁊ q̄ ꝯtinuant eis ex meatib' anhelit' ⁊c. Et ptz ꝙ iste oēs cāe reduci pn̄t ad tres cās dictas. ¶ Cāe aūt illaꝝ specieꝝ declarant q2 aliq̄n fiat in puero ⁊ in sene ⁊ in iuuene ꝯm occursum causaꝝ in eis. ¶ Cāe aūt ꝓpt q̄s ꝯtingit ꝙ sit difficilior expiratio ꝙ inspiratio ⁊ ecōtra: dicit Gerar. ꝙ cā est q2 villi lōgitudinales sunt debilitati ꝓpter aliquā causaꝝ: q2 i eorū ꝟtute fit dilatatio ⁊ attractio ⁊ ex illis fit diuia. Q̄ñq aūt villi latitudinales magis debilitant tūc difficilior fit exp̄ssio ⁊ ꝯstrictio: ista cā est debilis: qm̄ vt supra declaratū est mot' pulmōis fit in ip̄o ꝑ accn̄s. s. ꝑ motū ipsi' diaphragmatis alligati pulmoni: qđ diaphragma tñ ꝯm quasdā ꝑtes cōstringit ⁊ dilatat pulmonez per alias vt fuit supra declaratū: ⁊ sic nō ꝑ villos lōgitudinales vel latitudinales ipsi' pulmōis fit talis motus: vt ptz. Sed auctor Brixiēsis dicit melius: dicit sic. Si mā̄e q̄ ledūt in pulmōe peccent supra partē sup̄iorē: ita ꝙ cōprimāt coangustādo tūc fit maior difficultas in dilatando: ⁊ ꝯn̄r in attrahēdo: q2 in eleuatiōe illaꝝ ꝑtium est maior difficultas: ⁊ opz eleuari ꝑtes pulmonis i dilatādo qđ est difficile: ⁊ si mā peccet magis in ꝓfundo: tunc maior est difficultas in constringēdo ⁊ ꝯn̄r in expellēdo: q2 nō obediūt mēbra intrinseca forti ꝯstrictioni ⁊ ꝯn̄r nec expulsioni: ⁊ qñ pl'mo replet ꝯm intrinsecū ⁊ extrīsecū tūc fit orthomia: ⁊ tūc opz tal'r pariētes rectos stare. ¶ Aui. tñ ponit cām magis manifestam: ⁊ credo vt pl'm ꝯtigētē in ca° de anhelitu magno ⁊ paruo ⁊ significationib' ei': ⁊ sunt ꝯsil'es his q̄ faciūt diuersitatē in ꝑtibus pulsus q̄tum ad dyastolē ⁊ systolē ex ꝑte maioris necessitatis infrigidādi ꝙ mūdificādi vel ecōtra vn̄ dixit ipse: q̄cūq eaꝝ est magis necessaria est mot' q̄ tenet eā magis additus: nā si est necessitas expulsionis vaporis fumosi plurima sup. maior ꝙ attractionis aeris frigidi ꝓpter multiplicationē q̄titatis eius. s. vaporis fumosi: aut acuitatez q̄litatis ipsius. i. lesionē ꝓpter acuitatē est cōstrictio exsufflatiua sup. maior ⁊ si est necessitas extiguēdi ignē inflāmatū sup. maior est opilatio magna. i. maior ꝙ constrictio: ⁊ hoc est ꝙ cōiter dicimus ēt in pulsibus ꝙ in effimera dyastoles sunt maiores systolis vel frequētiores: ⁊ ecōtra in putridis qñ est equalis necessitas ⁊ magna vtrinq fit orthomia. vnde dicebat Gal'. 7°. meimir. qđ qñ inspirāt minus est ꝙ req̄rit vtilitas respirationis q̄uis dyastoles thoracis sit maior manifestū est tunc ꝙ in eis fit angustatio aliqua. s. notabilis preter naturam.

Tres sunt cāe asmatꝫ in genere.

Quare aliq̄ñ fit difficilior ispiratio ꝙ expiratio et econtra.

Signa. Seq̄tur quartū p̄ncipale de signis ⁊ p̄° de ꝓnosticis euētus. deīde ad bonum vel ad malum ⁊ postea demōstratiuis. ¶ Sed de ꝓnosticis euentus gn̄al'r hic reduci pn̄t oīa signa ꝓnostica euentus q̄ dicta sunt supra in ca° de tussi: qm̄ eedē cause quasi videtur ad easdē dispōnes deducere: ex ꝯn̄ti ex eis possumus sup vtrasq ꝓnosticari: vt ex debilitate cerebri sil' cū debilitate mēbroꝝ pectoris maxime si fuerit ex tēpore acq̄site: qm̄ debilitas nāl'is sequēs malā cōplexionē p̄cipue pectoris ex strictura eius magis adducit asma ꝙ ad tussiz: nā de hac dispōne dicit Rasis 4° ꝯtinentis. Si vero pectus fuerit strictum ⁊ pulmo paruus nāliter patiens est iugiter asmaticus: ⁊ non sic parat ad tussim: vt ptz ex superius dictis: sicut ex opposito i quo fluit modica materia acuta subtilis in pulmone non sufficiens facere opilationes in meatibus ⁊c. magis adducit ad tussiz ꝙ ad asma: ⁊ sic ex ea magis pronosticari possum' supra eam ꝙ super asma: vt multum tñ cōicant cause vtriusq: vt sepe dictum est. ¶ Tamen auctores quedam signa pronostica appropriāt asmati magis de quibus dixit Mes. ꝙ hec egritudo est familiaris senibus propter multiplica

De signis pronosticis ⁊ p̄mo euentus.

tionem catarrorum τ indigestionem: τ coniūcta virtutis debilitate non pñt instr̄a anhelit⁹ dilatare: etiam ꝑpter aliam cām: qm̄ in decrepitis multiplicatur resupinatio ꝑpter debilitatem ad sustentandum corpora eoꝝ τ resupinatio addit ad malitiam anhelitus: vt fuit dictū supra circa literam. ¶ Fit etiam sepe in pueris ex gulositatibus eoꝝ τ motibus inordinatis vñ per indigestionem multiplicantur reumatice superfluitates. Ideo Aui. dicit prima primi. de complexionibus etatum esse necessariaȝ purgationem plurimoꝝ puerorum.

¶ In iuuenibus aūt fit ꝑpter malitiam regiminis in multis. Et addit Mes. ꝙ rarius fit in mulieribus ꝙ̄ in masculis τ facilius curantur mulieres ꝙ̄ masculi. ¶ Hic dubitat Genti. quō frequentius accidat masculis. nam in eis virt⁹ est fortior: ergo rari⁹ dȝ eis accidere. ¶ Pro hac difficultate nota cum dixit Mes. ꝙ̄ masculis: non intellexit simpl'r ꝙ̄ masculis sed ꝙ̄ decrepitis τ senibus: q: pauloante dixerat de decrepitis. Uel aliter dicatur τ melius ꝙ etiam in mulieribus tardius euenit: q: in mulierib⁹ humores sunt q̄etiores: τ qm̄ ceteris paribus mulier est frigidior viro τ minor est necessitas euentādi: τ ideo fit maior agitatio humoꝝ in viro a certa cā, mediocriter cōcurrente q̄ nō fieret in muliere: τ ideo ꝑ nām vir indiget maiori euētatione ꝙ̄ mulier: τ ideo frequētius viri incurrūt asma ꝙ̄ mulieres: dico tñ ꝙ facilius curantur: q: a debiliori cā incurrunt ꝑpter virtutis passibilitatem maiorē: si etiā adducamus aliam cām eñonem illā ꝑiodicā in mulierib⁹ credo ꝙ multum fieret ad terminationem paroxismoꝝ.

Questio.

Nota de signis ad bonum.

¶ Signa vero ꝑnostica ad bonū sunt. Primuȝ est ꝙ accñs in pueris vt sepe sanat̄ in ꝑmutatione etatis: ptȝ τ q: magis corrigunt̄ in regimine in ꝑcessu etatiuo τ facto cal'o acutiori in ꝑcessu fit ꝯsumptio mãeꝝ q̄ sunt eius cāe τ cū hoc istr̄a anhelitus magis dilatant̄. ¶ Scōm ꝑnosticū. in q̄bus accidit asma ꝑpter artes metallicas dicebat Mes. curant̄ sepe ꝑ elongationem ab ipsis. i. dimittendo tales artes metallicas.

¶ Tertiū ꝑnosticū. q̄bus accidit asma ēt a cā extrinseca vt ab aere frigido subito occurrente vel ēt ex potu rei frigide indisponēris membra pectoris ad motū vel ex malo vapore malā q̄litatē imprimēte: sed nō venenosam multū: tales facil'r curant̄ ꝑ elongationē a causis inductiuis τ ꝑ occursum causaꝝ ducētiū ad ꝯtrariā cōpl'onē. Et dixit Ras. 4° ꝯtineñ. ꝙ feb. q̄ñqȝ sanat asma: ptȝ de facto a frigiditate pura vel cū mã frigida alterando, digerendo, ipsam mãm vel resoluendo: τ hoc intelligitur de febribus remissis in acuitate τ maxime de effimera: τ in corpore in quo non sit plenitudo in toto: sed tantuȝ circa membra pectoris: dicit etiam ꝙ varices curant asma propter deferri materiam ad inferiora vt ad crura.

De signis ad maluȝ.

¶ De signis vero ad malum cum accidit asma decrepitis dicit Aui. non forsan sanat̄ neqȝ maturatur: qđ est propter virtutis defectionem τ propter defluxum catarralem: τ addit Aui. quō est sup. sanabilis in decrepitis: cum ipsa etiam in iuuenibus sit difficilis ꝫm plurimum: τ hoc idem dixit Gal'. in fine commenti. 40. scđe particule illius affo. Branchi τ corize τc. ¶ Scōm pronosticum. si asmatico succedat feb. acuta est timorosum valde ꝑpter incrementum necessitatis: vnde fit necessario maior aeris attractio τ cuȝ conuenienter necessitati satisfieri nō possit superintenditur feb. sepe ducens ad morteȝ idem intelligatur de succedente āpate pleureti co vel periplenmonico ad asma veꝝ. ¶ Alia cōclusio pronostica: stante paroxismo asmati quelibet cā ducens ad debilitatem fortē siue sit fluxus sanguinis nariȝ siue quecunqȝ adducit ad timorem: ptȝ qm̄ talis cā facit necessariaȝ cibationeȝ: τ talis cibatio est nociua multū. ¶ Alia conclusio stante actuali paroxismo τ forti exhibitione medicinarum agitatiuarum est ponere egrum ad perditionem: ptȝ ex sñia supra allegata de mente Mes. Cum peruentum ad accessionem fuerit tunc potius blandiendum ꝙ̄ curandum est: τ idem intelligatur de fortib⁹ passionibus animalibus: maxime ira τ furore: τ ꝑpter commotionem que fit in humoribus: τ propter sup calefactionē q̄ acquiritur: τ ideȝ intelligatur de forti agitatiōe qualibet corporea vt forti fricatione membroꝝ q̄ aliqñ fit ab indoctis tēpore paroxismi. ¶ Aliud ꝑnosticum Aui. ꝓhibitio anhelitus adueniens cum ascensus fit ꝑpterea ꝙ stomachus cōprimit velamen: τ velamen cōprimit pulmonem: si asmatico tunc superueniat sincopis pessimum est. ¶ Signa vero demōstratiua ꝑmo gñis sunt que dicta sunt circa literam: qđ cū homini accidit difficultas vel strictura anhelitus τ saltem eius frequentia sicut accidit homini currenti cito τ facto laborioso: vel sicut accidit homini quasi prefocato ex squinantia vel alia simili cā: cui vt sepe cōicat̄ tussis τ est absqȝ feb. τ sine apostemate membrorū pectoris: τ cum iacet supinus magis difficultatur in anhelitu: τ cum est sedens erectus vel parum inclinatus supra faciem suam est meli⁹ se habens: hec omnia simul sumpta sunt signa demonstratiua ipsius asmatis. ¶ Signa vero causaꝝ ꝑ° primitiuaꝝ hñtur ex ꝑcessione ipsarū de q̄bus dictum est: vt ex occursu aeris frigidi subito ꝑcipue post calefactionē membroꝝ fortem vt aliquotiēs contingit in estate sup calefactis hoibus subintrantibus loca frigida vt penu vel alia loca terrena concaua vel ex multo potu aq̄ frigide: vel ex acceptione venenosorum frigidorum τ malorum frigidorum τ huiusmodi: et de exercitantibus artes metallicas τc. Et ista oīa habentur ex relatione patiētis facta debita inquisitione a medico. ¶ Si vero fiat per viā cōitatis maxime ex āpatibus magnis membroruȝ naturalium cōprimentium diaphragma vt stomachi epatis τ splenis vel ex repletione nausea tiua post multam cibi ꝙ̄titatem sumptam: hec oīa cognoscunt̄ ex precessione istaꝝ causaꝝ: τ cū ex augmento hoꝝ seq̄tur augmentū nocumenti anhelitus τ ex diminutione diminutio. ¶ Et si fuerit per viam communitatis mãe aliunde ab alijs membris ad membra pectoris transmisse vt in hydrope contingit vel a cerebro vt frequēter tunc dicebat Aui. Hoc declaratur ꝙ talis cōstrictio facta est subito τ non paulatine: vnde de signis anhelitus magni τ parui dicebat Aui cen. in fine. Cum ergo aduenit constrictio sterilis subito: tunc iam currit ad pulmonem materia ex catarro. i. ex fluxu ex cerebro vel alijs

Nota bñ
Nota v̄ba Mes.

De signis demōstratiuis ꝑmo gñis.

De signis asmatis ꝑ essentiā.

De signis asmatis ꝑ cōitatē facti.

membris: aut currit ad pulmonē prius: deinde ad cannā 2°. Et idē dicebat Raſ. 4° cōtinentis in pn°. maxime si cū subito euentu cōiungatur ponderositas pectoris. vñ dicit ꝙ si fuerit angustia anhelitus subito cū pōderositate pectoris statim discursa sunt ex capite ad pectus multa reumata: aut ex locis ⁊ attinētibus sup. his mēbris. ¶ Et si fuerit vitio male cōpōnis vt stricture pectoris vel nālis vł accñtalis ꝓpter gibbositatem vel ex dislocatione spondiliū thoracis ad posterius: tūc hec oīa sunt ad sensuꝫ manifesta. ¶ Et si fuerit ꝓpter cōitatem pncipiorum vt neruoꝝ debentiū mouere mēbra pectoris siue ex debilitate virtutis declarat̄ ex pulsu ⁊ macie ⁊ pcedētibus causis debilitantibus.

¶ Si etiā fuerit ex palysi vel spasmo musculoꝝ adducētibus difficultatē in motu ipsoꝝ cognoscitur ex signis palysis ⁊ spasmi superiꝰ positis in caplis ꝓprijs ad que recurrat̄. ¶ Et si fuerit propter nocumentū essentiale in cōcauitate pectoris ꝓpter replōnē ex materia replēte: q̄cūqꝫ fuerit: si fuerit humoralis declarat̄ ex pōderositate ⁊ grauitate partiū pectoris deorsum.

¶ Sed si fuerit ex ventositate vel sup. vaporibꝰ dicebat Aui. signabat ipm leuitas ptiū pectoris cū ꝯstrictione que diuersificat̄ ſm acceptionez eius ꝙ inflatiuū est ⁊ eius qd nō est inflatiuum: vel cū acceptione ⁊ p̄sentia causaꝝ vapores facientium siue ex pte materie siue ex parte agentis: vt ex acceptione vini dulcis ⁊ potentis: vel cōfectionū de melle in corpore calo: vel ex pte supuenientis intēse calitatis supra corpus humidum qualiscūqꝫ sit causa calefaciēs. ¶ Et si fuerit ꝓpter saniē receptā in vacuitate pectoris significat̄ ꝙ idem qd p̄cessit de apate vt pleuresi ⁊ collectione eius ⁊ tandē ruptiōe: et ita intelligit̄ de pipleumonia. ¶ Et si fuerit ex sanguine post rupturā vene in mēbris pectoris vel pulmonis declarat̄ ex sputo sanguis p̄cedenti de alijs signis dicendis infra in caplo de sputo sanguinis. ¶ Et si fuerit sanguis cōgelatus cōcomitant̄ accñtia veneni frigidi vt de frigiditate extremoꝝ: ⁊ de pulsu formicāte vel vermiculoso cū lippotomijs ⁊ syncopi ⁊ similibus.

De signis asmatis p essentiā.

¶ Et si fuerit ꝓpter essentiale nocumentum in pulmone. s. ex malitia cōplonis sicce declarat̄ ex angustia spūs siue raucedine vocis: imo est cum asperitate. Et significāt ipm dicebat Aui. sitis ⁊ priuatio sputi oīno: sed ꝙ aliq̄d expuit cum recipit qd humectat. Et dicebat Raſ. 4° cōtinentis: ꝙ cognoscit̄ p macrediuē corporis et soliditatem ⁊ asperitatē ipsius ⁊ p regimen qd p̄cessit qd fuit exiccatiuum. ¶ Et si a frigiditate fuerit dicit Gal. 4° de interioribꝰ: asma si paulatine in pn° accidit donec graue fiat ex frigiditate erit. Et dicebat Aui. in fine capli signorū: si fuerit ꝓpter frigus cōplexionis pulmōis sicut fit in decrepitis: tunc ipm paulatim incipiet ⁊ cōfirmabit̄: ⁊ hoc intelligat̄ ꝓprie de frigidate senili vt exponit in decrepitis: qꝛ talis frigiditas paulatine crescit: ⁊ est cā ꝙ paulatine supfluitates cōgregant̄: ⁊ ita paulatim ꝓcedit augmētando. ¶ Sed si fuerit a frigiditate a cā primitiua vt ab aere frido: tūc accidit subito aut paulatine: ⁊ gaudet patiēs in attractiōe aeris calidi: sic ex opposito supcalefactus desiderat aerem frigidū: vt supra dictū est in ca° de tussi: tñ vt dicit Aui. in veritate hec spēs malitie anhelitus. i. a caliditate pēdens nō est constrictio anhelitus: qm̄ talis caliditas nō ducit ad cōstrictionem: lꝫ faciat difficultatē. ¶ Et si fuerit ab humiditate māli: qꝛ immālis raro ledit: vt si humores vel humiditates fuerint causa: cognoscit̄ ex multa sputi emissione aliqñ liq̄da aliqñ grossa globosa. Nam genus materiei declarat vt supra visum est de tussi genus eius qd expuit̄: sed vtcūqꝫ ꝯiungit̄ modica sitis saltē respectu eiꝰ q̄ fuit a siccitate. ¶ Sed si talis mā fuerit in cāna pulmonis oppillās dicit Aui. in pn° capli de signis eius: erit ei cōstrictio in pn° anhelitus. i. apparet infirmo ꝙ hꝫ oppilationē facientem cōstrictionē in pn° anhelitus. s. mēbrorum anhelitus: vt pnta circa ptes epiglotis siue circa mēbra pectoris supiora. Et addit. A. ꝙ cū excreatione ⁊ hesitatione ⁊ retētione māe stantis est grauitas cū sputo rei ex loco propinquo. que verba sic intelligant̄. Et cū excreatiōe i. cū voluntate excreandi ⁊ hesitatione. i. hec cōstrictio est cū labore: qꝛ hesitāt de posse spuere. Est ergo cū labore ⁊ retentione māe stātis. s. qꝛ apparet eis ꝙ mā retineat̄. nā lꝫ pro pte eā. excreent ⁊ expuant: ⁊ postꝙ credunt totū qd oppilat expuisse: adhuc tñ manet mā q̄ oppilat maxime ꝓpter ipsius grossitiē vel viscōsitatem: qꝛ nō tota nisi difficulter educit̄: ⁊ pinde adest grauitas. i. difficultas expuendi: q̄uis sputū a propinquo veniat: ⁊ hoc est: qꝛ mā ibidē peccās vel retenta vtplm est grossa ⁊ viscosa: qꝛ si esset liq̄da vel subtilis flueret in pfundū: ⁊ sic pꝫ textus clarus qui fecit multos dubitare ad intelligendum. Et ad declaratione huius dicit Aui. supra in signis cōstrictionis anhelitꝰ: si aūt humores sunt in canna sunt sputum sup. aliquale ⁊ desiderium tussiendi sup. qꝛ non in totū expuit̄ materia ⁊ iuuari ea. s. ad expuendum cū manatiōe rei modice in esiando cum aliquantula tussi et cum stertitione: qꝛ. s. aliquid eius moratur nisi in totum declinet vel remoueatur morbus.

¶ Sed si humores fuerint in venis duris dicebat Aui. pseuerabit diuersitas pulsus tremulosa: ⁊ qñqꝫ ducit ad tremorem cordis confirmatum ⁊ interficit sicut recitat Gal. in 4° interiorum. in fine. de multis qui post diuersitatē pulsus magnam ⁊ anhelitus ⁊ tandem cum tremore cordis finierunt sicut ptisici: ⁊ per venas duras intelligamus oēs venas in pulmone existētes siue pulsatiles siue non pulsatiles: lꝫ materia existens in ramis arterie venalis magis noceat: ⁊ immediate ꝓpter cōtinuitatem ad ipm cor: ⁊ maiorem faciat diuersitatem in anhelitu cum sint ad anhelitum principaliter deputate quam facit materia in ramis vene non pulsatilis existens: que lꝫ de se non faciat anhelitū malum: tñ potest diuersitatem tremulosam facere etiam propter cōtinuitatem quā habet ad cor: et tales anhelitus ⁊ pulsus tremuli sunt etiam frequentes: vt patet intelligenti nisi qñ virtus esset extremaliter debilis vt in propinq̄s morti. nam tunc fiunt in eis pulsus ⁊ anhelitus rari: vt cōstat ꝓpter ꝟtutez non posse freqnētare. ¶ Et si fuerit in porositatibus substātie pulmo vtplurimum concomitatur maior grauitas et minor pulsus et anhelitus diuersitas. Et hec quantum ad signa sufficiant.

De cura asmatis due sunt intentiones habende.

Cura. Postremo veniendum est ad curam: circa quam habentur due principales intẽtiones. ¶ Una erit circa ꝓseruationẽ a casu in paroxismũ asmatis siue in asma actualiter tale: qđ debet corporibus habitualr̃ talibꝰ: de quibus dictũ est supra in 2° ꝑncipali: et ipm idem regimen debet etiã quantũ ad curã eoꝝ q̃ sunt in ꝑoxismo actualiter tali: sed nõ a dicto q̃ in se ꝯtinere põt multos ꝑoxismos acutos: qm̃ equale eis debet regimẽ: vt dicebat Gal. 4° de regimine sani. filiis est custodia futuroꝝ laboꝝ: et correctio iam factoꝝ. ¶ Scđa intẽtio principalis versabit circa fienda in tꝑe acuti paroxismi: in quo est maxima seuitas accñtiũ: sicut in ꝑoxismis epilepsie ⁊ spasmi: vt supra dictũ est. ¶ Prima tñ intẽtio ꝑncipalis ẽt subdiuidit in duo regimina. Unũ est regimen ad dietã pertinens. 2^m versabit circa medicinalia. ¶ De his tñ duobus breuiter me expediã: qm̃ in regimine asmatis ꝓprie sumpti: ⁊ quo ad dietã ⁊ medicinalia parũ distat tale remediuꝫ a regimine: qđ debetur tussi facte ꝑ ꝓprietatẽ ex hũiditatibꝰ grossis ⁊ viscosis in concauitate pectoris vel in pulmone exñtibus: vt videbit in ꝓcessu: ⁊ de tali asmate ꝓpriissime sumpto est ꝑncipalis nr̃a intentio determinare: sicut etiã faciũt autores vt Aui. qui pro maxima ꝑte in cura asmatis ponit precipuã curam asmatis talis ⁊ Mes. filr̃: ⁊ ita Haly. 6° practice. qui in ꝑn° capl̃i de asmate cõtraxit ad asma ꝓpriissime sumptũ: ⁊ ita ipsiꝰ solius posuit curã.

¶ De reliquis autem causis per communitatẽ ⁊ cura eorum nõ oportet sermonem ꝓlongare: et qꝛ de talibus causis abunde dictũ est in cap° superiori de tussi: ex quo eedẽ cause cõitatꝫ pñt esse cause ⁊ asmatis cõiter accepti ⁊ tussis ꝯtrahendo igit ad regimen asmatis ꝓpriissime sumpti: etiã breuiter me expediã: qꝛ in modicis distat a cura tussis mãiis a mã grossa: vt dictũ est et proinde Azarauius nõ fecit ꝑticulare ca^m de asmate: etiã ꝓpterea ꝙ diffuse multũ saltẽ quo ad regimen in dieta determinaui in cõsilio per me facto pro illustrissima dña ducissa: lꝫ sua illustrissima dñatio nõ fuerit in casu asmatis propriissime sumpti: sed fuerit pendens tm̃ ꝑ maxima parte a vaporibus avẽtositate inclusis ĩ ꝑtibus spñalibus: ⁊ ꝑtim ex materia subtili ex cerebro deorsum subito fluxa: tamẽ ibidẽ scripta multum introitũ ꝓstabunt etiam ad regimen asmatis propriissime sumpti: de quo est hic principalis sermo.

De p^a intẽtione.

¶ Circa igit regimẽ in dieta p° circa aerẽ oꝫ aerem ad temperamentũ satis in actiuis declinare: ⁊ idcirco vitãdus est oĩs aer frigidus: qꝛ instrumẽta motus pectoris ĩmobilitat: ⁊ etiã calidus qꝛ necessitatẽ refrigerij augmẽtat: et ita ad anhelitum frequentem necessitat: et sepe fit causa descẽsus materie catarralis ad pectus eã eliquãdo.

De aere.

¶ Vitãdus est ẽt aer grossus vaporosus: qm̃ sua grossitie ad oppilationẽ meatuũ facit: ⁊ sic ad asma ĩducit: ⁊ ꝯñr debẽt vitari loca hũida ⁊ habitatiões vicine locis aq̃sis ⁊ paludosis: ⁊ nõ dꝫ eẽ camera ĩfirmi terrea: sꝫ eleuata. neqꝫ dꝫ eẽ stricta ineuẽtata: sed ampla euẽtabilis: nõ tñ locata talr̃ vt ꝑcutiat a flãtibꝰ ventis: ⁊ maxĩe a borea: ⁊ ita tꝑs pluuiosum est eis nociuũ ⁊ tꝑs hyemale: iõ hoc tꝑe debẽt stare in camera: ⁊ dꝫ rectificari aer ad cõtrariã dispõnẽ puta ad siccã: qm̃ aeris dispõ sicca ⁊ calida ⁊ pura a vaporibus etiã in hac dispõne multum conueniens: ⁊ aer tenebrosus est eis multũ nocens: ⁊ proinde cũ sunt in paroxismo nõ pñt stare nisi in aere claro vel lucido: alr̃ ꝯtinuo timẽt proximã suffocationẽ: ⁊ de mõ ꝓparationis talis aeris dictũ est in supioribꝰ capl̃is: ⁊ ẽt in ꝯsilio supra alleg. Vitẽt ẽt aerẽ fumosum: ⁊ maxĩe aerẽ infectũ mala qualitate de quo dictum est supra in causis: vt est aer locoꝝ in q̃bus fiũt fusiones metalloꝝ: aut sepationes eoꝝ: aut cõflatiões argenti viui: aut fumus carbonũ ⁊c.

De exercitio.

¶ Exercitiũ aũt moderate factũ ante cibũ est eis cõueniẽs. Nam dicebat Ras. 4° cõtinentis ꝑn^m ṽo exercitij huius. s. patientis asma dꝫ fieri tardũ: sed finis velox: qm̃ velox ꝑn^m exercitij excitat asma: et eandem sñiam posuit Serap. 2° breuiarij. capitulo ꝓprio. cũ dicit. Exercitatio aũt fit in ꝑncipijs tarda: deinde fit calida pungitiua: qđ est qꝛ motus velox in ꝑn° facit accidere asma ⁊ per mutationem. s. facit ꝓpter cõmotionẽ que fit in materia cũ euaporatione que nõ etiã soluitur: qꝛ non sunt preparate vie resolutioni: fiat ergo gradatio ex tarditate ad velocitatem: vt dicebat Aui. vt nõ faciat accidere festinando eis ꝓfocationem ꝓpterea ꝙ ipsa mouet materiã laboriose. ⁊ fiat vt dicebat Mesue qualiscũqꝫ fuerit in ieiunio ⁊ exercitatio per loca decliuia arenosa cõfert: vehi etiam ꝑ mare interdũ cõfert: ⁊ non multũ ne virtus fatiget. fiat igit tale exercitium ante cibũ ⁊ expulsis supfluitatibus cõibus. Nam post cibũ nõ debent exercitari: qm̃ dicebat Haly. 6° practice neqꝫ exercitatione vtantur post prandiũ: qm̃ oppilationem parit. Sed si placuerit debent esse cõtenti pauca ⁊ leui deambulatione. Exercitio aũt ꝑticulari membrorum pectoris non cõuenit vti nisi post mundificationem corporis cũ purgatione vel vomitu: ⁊ tunc facit cõuenienter eleuatio vocis cũ gradatione diete: quare dicebat Aui. ex regimine bono in hoc post purgationẽ ⁊ vomitũ: ⁊. i. vel vomituꝫ est administratio vocis cũ eleuatiõe gradatim ad formationẽ ⁊ lõgitudinẽ ꝓcedendo: ⁊ tunc etiã cõuenit exercitiũ factũ cũ fricatione mẽbroꝝ pectoris de quo dicebat Aui. Et ex regimĩe innatiuo eis est vt administret fricatio pectoris ⁊ q̃ sequunt ipm cũ manibꝰ ⁊ mantili aspero. s. parũ calefacto. Et addit: sitqꝫ fricatio equalis sicca absqꝫ vnguẽto nisi accidat laxitudo. Idẽ dicit Serap. ca° ꝓprio cũ dixit. Ex fricatione aũt cõfert eis que sicca est. s. que fit cũ manibus ⁊ pãno aspero sup. supra ꝑtes pectoris. Illa aũt que fit cũ oleo nõ vtaris multũ sed cũ quantitate que sufficiat ad leniendum fricationem tantũ: ex q̃bus verbis colligitur ꝙ ista ꝑticularia exercitia sunt fienda post mundificationem: sunt etiam fienda post exercitium cõe toti ad solutionem superfluitatum ꝓpriarũ conuersarum in vapores. Et ideo qꝛ talis resolutio complet aperitione pororũ: debet talis fricatio esse sicca ⁊ non cum oleo: qm̃ oleum oppilat poros: aliquando tamen ꝓpter exiccationẽ inductam ex fricatione conuenit aliqualis inunctio ad humectandum ⁊ leniendum: sed postea cum intẽdimus resolutioni debet fieri leuis abstersio ipsiꝰ olei vel vnguẽti: ⁊ hoc itelligat de oleo

No. egregiã sñiam Hippo.

181

cōi facta inūctione ad intētionem dictā: qm̄ si fit intētio resolōnis fortis ꝛ subtiliationis materie: aliquotiēs laudāt etiam auctores vt fiat inūctio cū oleis fortibus. Et ita Ra. 4° cōtinē tis postq̄ dixit: nec vtaꝛ oleis infra ꝑ mediam colūnā dixit. Lenitio fiat cum oleo irino ꝛ laurino cum cera compositis eisdē vt supmaneāt pectori: ecce notāt ex dixit vt supmaneāt pectori: ꝛ similis intētio de fricatiōe cōpleꝛ si fiat super dorso in directo pectoris: lꝫ ēt ad diuertendū māīm magis valēt etiā fricatiōes extremorū ꝛ tūc pūt fieri cum nitro ꝛ ex sale ꝛ cū nigella ꝛ cymino fricādo cū eis. Facit etiā ad hoc fricatio capitis leniter facta ꝛ pectinatio. Et Sera. laudauit fricationē cū pumice ꝛ nitro: ꝛ credo hāc maxime valere circa caput: ꝛ ita apud multos obseruaꝛ de pumice.

De exercitio.

De somno.

¶ De somno aūt dicatur q̄ somnus est vehemēter nocens in casu et maxime lōgus ꝛcōtinuus: de quo dicebat Raſ. 4° cōtinētis ca° ꝓprio ꝟsus finē: ꝛ vtanꝛ som. āt parū: qm̄ ex somno lōgo accidit asma in sanis personis ꝛ q̄nto magis in infirmis. Nec dormiāt sup cibū. s. subito nec in die oīno. Sꝫ addit: si ꝟo laborauerint ꝛ in die cibū nō acceperint: bn̄ possunt dormire sup. in die parū an̄ cibū. Et de hoc dicebat Sera. ꝛconfert eis ex somno. s. tantum q̄ eis acq̄rit q̄etem temperatam: immo minus tempato. Et addit: an vero vides q̄ sani q̄ nō sunt in hac egritudine quando pl' vtūtur somno fit eis plus fortis constrictio anhelitus p̄cipue qn̄ dormiūt post comestionē parū. Ex q̄bus sentētijs colligūtur tria principalr circa somnū istoꝝ. Unū est q̄ somnus nō sit ꝓlixus neq̄ cōtinuus sed interceptus ad excreationē fiendā. 2m est q̄ nō fiat post cibum subito 3m est q̄ non fiat in die oīno: sed qm̄ q̄dā sunt corpora q̄ ex lōga consuetudine ita sunt disposita q̄ nisi dormiāt aliq̄d in die laxātur. Et ego Jo. Mattheus etiā sum ex illis sanus exn̄s: et q̄dā sunt taliter disposita etiā ex cōsuetudīe q̄ post cibū subito nisi dormiāt parumper etiā laxātur ꝛ inflammātur. Jdcirco ad has circūstantias aduertēs. Aui. modificauit vsum somni in talib' corpibus dicēs de somno. Et ex reb' aūt quas opꝫ eos vitare est balneū q̄ntū possunt: intelligens de balneo aq̄ dulcis vt dixi supra de tussi: ꝛ ꝓprie post cibū. Et addit: ꝛ somnus plurimus ꝛ ꝓprie somnus diei: ꝛ cōtinuādo dixit: ꝛ somnus post cibū est res nocibilior eis nisi adueniat eis spatiū vehemēs: qm̄ sup. tūc nō multū nocet: etiā sup. in die ex causa nota ꝛ laxitudo ꝛ caliditas: tūc nāq̄ dormiat parū. s. eger asmatic': qn̄. s. nisi dormiat in die: ꝛ nisi dormiat etiā cū nō est spatiū vehemēs post cibū. i. cū nō multū distat a cibo si sequaꝛ laxitudo ꝛ caliditas in eo: q: vbi talia sequātur melius est parū dormire. Et in hoc seruaꝛ egregia sentētia Hip. 2° regiminis acutoꝝ tex. commen. 20. cū dixit. Mala nāq̄ dieta cibi vel potus: su. ꝛaliarū reꝝ nō naturaliū q̄ ſm simile cōsuetudini fit: securior est in omni tpe tueri sanitatem q̄ ea q̄ melior est si in eam subito fiat minutio: sed tūc cū dormiūt in die debēt dormire in loco obscuro: camera bene obscura ꝛ clausa capite notabilr bene cooperto ꝛ quasi accumbendo ſm q̄d dicebat Me. ꝛ fit modus accubitus vt videātur potius sedere q̄ iacere ꝛ capite ad anterius parū

No. egregiā sniam Hippo.

inclinato. Addit: sedendo em̄ melius q̄ iacendo respirant. Debent etiam extrema esse notabiliter cooperta: quoniam dicit Philosophus 2° problematum problemate 26°. Frigiditas extremitatum in somno maxime cōicat nocumentum cerebro: sed regulr nō si somnus diurnus: neq̄ cito post cibum factus: sed fit in eis ad minus distans a cibo ꝑ duas horas: ꝛ si possunt supra latus sinistrum declinare melius est vt supra visum est: q: difficultas anhelitus ꝛcōstrictio eius saltem media fit apud dormitionē supra latus: vbi multi augētur homine supino iacente. Et hec de somno sufficiant.

¶ Circa passiones aiales vitētur oēs excessiue passiones ꝓpter cōmotionē magnā in humoribus q̄ inde seq̄tur ꝛ ꝓpter inflammationē q̄ accidit in spiritibus ꝛ in mēbris saltē q̄busdam vt ex ira ꝛ furore: licet aliquotiēs he passiones si moderate offerātur: ita vt remisse calefaciāt iuuēt: gaudere tn̄ ꝛ bn̄ sperare est in casu multū cōueniēs. ¶ Circa inanitionē ꝛ replōnē dicit Me. ꝛ saturitas est eis mala ꝛ laudaꝛ eis cibi abstinētia ꝛpot' paucitas eoꝝ: immo gradatio fiat in eis iuxta virtutis exigētiā ꝛ morbi tolerātiā: quasi velit q̄ cōstāte ꝟtute est pax ꝛ raro dādū de cibo. Et Ser. dixit. Et est necesse vt solliciti simus de natura. i. de vētris lenitiōe ita vt occurrat in eūone ſm cōsuetudinē suā in oī die ꝛ in hora post horā resoluātur supfluitates paulatim. Et clarius loquens Ra. 4° cōtinentis dixit. Et preuidēdum est qualiter ascellare valeāt semel aut bis in die ꝑ rem lenificantem vētrē moderate: ꝛ hoc sup. intelligaꝛ siue sint cibi lenitiui siue medicine lenitionē faciētes de q̄bus erit sermo infra in curatione ꝓpria.

De cibo.

¶ Circa aūt cibos ꝛ potus p° obserueꝛ regula generalis Aui. in ca° ꝓprio cum dixit. Jn cibis vero eoꝝ opꝫ vt sit gradatio similis ei quā prediximus de exercitio: ita q̄ sicut exercitiū gradatim induciꝛ a tardo ad velocem ꝛ a raro ad frequentem: ita similiter gradatio in cibis in p̄n° parum exhibēdo ꝛ rare q: morbus est replōnalis ꝛ in ꝓcessu miorata materia: ꝛ etiā virtute minorata crescit intētio de plus offerendo ꝛ frequentius. 2m consyderabile in cibis est vt vitent omne granum: dicebat Auic. in quo est inflatio ꝛ non tantum grana: sed intelligitur vlr q̄cunq̄ inflatiua: ꝛ vitent etiam dicebat Haly. omnes cibos flegma generantes vt pisces recētes: pinguia lac ꝛ huiusmodi ꝛ ita legumina ꝛ olera q̄ ventosa sunt: ꝛ que vētositatem ꝛ inflationem generant hanc passionem sunt augentia: de piscibus tn̄ laudauit. A. pisces petrosos fluuiales nō lacunales: ꝛ Me. dixit q̄ vtantur piscibus petrosis et squamosis ꝛ anguillis: vel ꝛ melius agilibus. nā ego nequāq̄ consentirem ad anguillas propter maximam viscositatem: neq̄ absolute placet vsus piscium: sed si pur multi appetāt eos eligāꝛ q̄ dicti sunt de recētib' maxie si marini fuerint: ꝛ coquāturin vino cū herbis appropatꝭ: de q̄b' diceꝛ paulo post. Pisces tn̄ saliti ex multo tpe nō ita disconueniunt. ¶ De electione ergo ciboꝝ dicebat idē Haly. passionis huius dominos cibis expedit refici in complexione ꝛ substātia similibus medicaminibus quibus eius exhibetur cura: vt sint. s. calidi ꝛ sicci ꝛ subtiles ꝓpter subtiliatio-

nē.s.materie grosse ⁊ calefactionem eius ⁊ exic
cationem:sint tamen temperate tales nō faciē
tes multam euaporationem in materia grossa
neq̄ȝ sint adeo debiles vt rarefaciāt sine resolu
tione:sicut supra dcm̄ est in cura de tussi in in-
tētione digestionis:qm̄ eadē intētio hic etiam
versatur in cibis cū tales sint medicinales ⁊ alte
ratiui. Cibi.tm̄ exiccatiui silr̄ sunt in casu multū
nociui:⁊ maxime si ad stipticū declināt.nam di
cebat Ra.4° cōtinētis satis ad pncipiū loqns
de rebus stipticis qd̄ tales vltimate sunt con-
trarie huic passioni:⁊ ꝓinde oȝ ꝙ tales cibi cō
uenientes sint boni chimi :modicaꝝ supfluitatū
q̄ vētrem lubricum faciāt vt dicebat Me.sicut
aqua or.ꝓprie ⁊ aqua cicerū cū amigdalis ama
ris ⁊ aqua ordei cum melliloto:⁊ danda sunt iu
scula ⁊c. ¶ Et ex dictis patet ꝙ in casu nostro
oportet vitare panem ordeaceum ⁊ panē spelte
⁊ panē nō bene fermentatum de fermēto ꝓpt
viscositatem eius ⁊ male coctum:⁊ etiam iuscu
la de ordeo vel spelta non multum cōueniunt.
Sit igitur panis de frumento cum modico fur
furis bene fermentatus sed pinsatus cuȝ aqua
decoctionis radicum feniculi ⁊ ysopi parū:⁊ si
imponātur semina anisi ⁊ feniculi magis vale-
bit:⁊ parū salis:⁊ aliq̄ addunt ad pinsandum
aliquotiens zuccharū vel mel ⁊ aliq̄ butyrum
cū modico croci:⁊ ex eo possunt fieri brodeta ex
fricato pane qn̄ est indigētia maioris restaura
tionis q̄ꝫ ex iusculis:sȝ prius fiāt iuscula de fa-
rina frumēti cū furfure grosso sm̄ modū Azara
uij in cibis cōuenientibus asmaticis q̄ talis est.
℞.furfur frumenti recēter tamisati:⁊ nō sit de
frumēto antiquo nec habeat malū odorē et re-
molliatur in aqua calida.s.decoctione radicum
feniculi liq̄ritie p horā vel duas postea prema
tur ⁊ colletur cū pāno raro ⁊ collatū coquatur vsq̄ȝ
quo inspissetur ⁊ ponatur ibi sal.s.parū eius. Si ēt
ponatur de zuc.⁊ modico butyri recētis nō discō
ueniet:⁊ in materia minus grossa sed aliqlr̄ li-
q̄da fluēte magis valebit iusculū de amido sm̄
eūdem modū ipso p̄us mollificato in aqua de-
coctionis vt supra. ¶ Possumus etiā exhibere
aquā ciceꝝ cū pane in eadē cocto ⁊ tādē venire
ad oua sorbilia ⁊ carnes:de q̄bus carnibus eli
gātur di auibus:aues mōtane maxime degen-
tes in iunipero:valēt etiā starne ⁊ ꝑdices ⁊ tur-
tures ⁊ fasiani:etiā galleti domestici ⁊ colum-
bi maxime syluestres etiā aliȷ̄ iā volātes sȝ nō
antiq̄. Et de his ex ꝓprietate numerātur carnes
bubonis:si comedātur elixe vel assate:⁊ sāguis
eius laudatur. Si etiā sumatur tota auis cum plu-
mis ⁊ cōburatur vt fuit dictū supra:⁊ fiat inde pl'
uis ⁊ exhibeatur cum aqua appropriata vt aqua
scabiose vidi mirabile iuuamētū:valent etiaȝ
de carnibus quadrupedum carnes leporum et
ceruorum si fuerint iuuenes:sed ⁊ gazelle ⁊ ca-
prioli q̄ꝫtum ad siccum declināt:⁊ dimittātur vni
uersaliter partes pingues ⁊ musculose ⁊ inte-
riora eorum preter pulmones q̄ omnes quadā
generali ꝓprietate valent. Caro vulpis ⁊ eritiȷ̄
sunt speciales in hoc morbo ⁊ maxime pulmo-
nes eorum ⁊ debent preparari tales carnes vt
sunt asse non frixe neq̄ȝ elixe:licet Haly.etiam
laudauerit carnes frixas in oleo:pur credo me
lius valebunt asse in veru remouendo etiā par
tes vstas.elixate autem non sic conueniunt ꝓ-

Carnes bubonis laudātur in hoc casu a tota proprietate.

De carnibus vulpis ⁊ eritiȷ̄

pter humiditatem accidentalem. Et si aliquan
do velimus eis vti decoquantur cum eis aliq̄
herbe appropriate de quibus sunt calamētum
terrestre ⁊ montanum feniculus ysopus menta
borago petrosillinum serpillus ⁊ sinsibrium di
citur sm̄ multos menta aquatica:nam ipsum
summe laudatur. Centrum etiaȝ galli siue scar
letum siue galitricum ⁊ his similia:relique her
be dimittantur:⁊ ex succis harum simul cū mo
dico aceto passulato ⁊ vino cocto:⁊ cum zucch.
cum quibusdam speciebus appropriatis vt est
cinnamomum zinziber macis crocus possunt
fieri salsamenta:quoniam aliqualiter acetosa
ad incidendum materiam in hoc casu sunt va-
lentia vbi in tussi sunt magis suspecta. De fru-
ctibus in casu valentibus dictum est satis su-
pra vt de pineis amigdalis pistachijs ⁊ huius-
modi. De diuersis etiam modis preparationis
cibariorum satis dictum est in capitulo de tus
si ibi recurratur:quia non curo prolongare:et
si volunt vti piperata conuenienti in cibarijs
suis potest fieri vt infra. ℞.zinziber.ʒ.iij. cinna
momi liquiritie.an̄.ʒ.ij, cardamomi cubebarū
galange.ana.ʒ.j.origani ireos.ana.ʒ.ß.anisi fe
niculi.ana.ʒ.j.ß.croci zucchari ad medium pō
deris fiat piperata.

¶ De potu dicatur vt etiam supra dictum est
ꝙ aqua mellis est potus conueniens loco vini
sed si aliqn̄ est exhibēdum vinum abstineat a
vinis nigris ⁊ grossis:etiā si dulcia essent ⁊ ca-
ueatur a ponticis vel acetosis:sed eligātur vt di
cebat Auicē.vt vina eorum sint odorifera anti
qua subtilia ⁊ alba si est possibile cum dulcedi
ne sed parue q̄ꝫtitatis. ¶ Sed circa vsum eius
est notandum q: dicebat Aui.⁊ opȝ vt elōgētur
inter cibum ⁊ potū:⁊ nō satientur ex aqua subi
to.i.potu:⁊ postea infra p q̄nq̄ȝ lineas dixit:et
opȝ vt vitēt potare post cibū siue sit aqua siue
sit vinum:ex q̄bus verbis aliq̄ colligūt ꝙ non
debent sumere potū cū cibo:neq̄ȝ etiam post ci-
bū nisi distāter multū a cibo:⁊ ita volūt ꝙ tar
detur potus p duas horas ad minus post cibū
assumptum. Et ad hoc potest adduci textus
Serapio.cum dixit. Et confert eis etiam ne bi-
bant successione cibi:immo expectent post co-
mestionem modicum.als multum:deinde ad-
dant in potu aliquid post aliquid non totali-
ter. Sed reuera ista sententia non est tenenda.
nā saltē in p̄seruatione cum corpora vtitur die
ta mediocri in substātia cibi:cōuenit eis ad de
bitam mixtionē cibi vt de potu aliq̄d sumatur
cum cibo:sed pauca quātitas potus:⁊ maxime
vini ne faciat euaporationem ⁊ extensionem:
⁊ quod hec sententia sit vera patet ex v̄bis Ha
ly.6° practice ca° ꝓprio loquēs de vsu vini vbi
dixit. Neq̄ȝ semel sumat sup.eger vini vel sup.
potus necessariā q̄ꝫtitatem ꝓvice.s.ad sitim eo
rum:ne forte stomachus impleatur ex.s.multa
potatione vini maxime propter euaporationē
eius ⁊ diaphragma angustet:ideoq̄ȝ anhelitus fiat
artior:sed paulatim vinū accipiat:qd̄ p venas
transmittatur.s.deferendo cibum ⁊ ad membra
perueniat ⁊c. Et ita voluit cōmisceri potum cū
cibo ad penetrationem cibi ad membra vt est
de natura potus:sed debet esse modice quanti
tatis ⁊ paulatiȝ:q: tamē aliquotiēs exhibētur vi
nū vel potus ad aliū finē in asmatico q: aliq̄

tiēs ꝓpter sitiz nimiā q̄ laborāt quasi cōtinuo ꝓ difficultate anhelitus ad remouēdū errorez q̄ cōmitteret̄ in dādo eis potū qn̄cūq; sitirent: ꝛ ideo maxime sitiunt post cibū ꝓpter crescere necessitatē euētādi: ꝛ inde fit maior difficultas vn̄ tūc post cibū maxime desiderāt potū. Ad ponēdū circa hoc regulam dicit Auic. opz vitare potū post cibū siue sit aqua siue sit vinū: ꝛ oportet vt elōgēt inter cibū ꝛ potū ꝛ nō satiētur ex aqua subito: immo pluribꝰ vicibus. Et eādem sn̄iam voluit Sera. ꝛ cōfert eis ēt ne bibāt successione cibo: immo expectēt post comestionez multū sup. q̄tū pn̄t: ꝛ qn̄ pur. ꝓpter maximaz sitim molestātur addit: deide addāt in potu aliq̄d post aliq̄d. i. aliq̄d de potu sumēdo ꝓ vice: ꝛ ita magis vices multiplicare ꝛ numerū potationū q̄ exhibēdo notabilem potus q̄titatem ꝓ vice: qm̄ melius extinguetur sitis q: trāsibit ꝓ parte ad pulmonē ꝛ minus nocumētū sequetur in digestione cibi vt ptz: ꝛ hoc est qȯ volebat Ras. 10. cōtinētis loquens de tali potu dixit. Nec super cibum maxime sumendum est subito sed omni posse vitandus est si autem sumendus est ana parum. i. aliq̄d post aliquid. Aliquotiens tn̄ datur vinum ad aliam intētionē. s. ad mūdificationē materierū viscosarū: et tūc est exhibēdum vinum subtile plurimuz ad dulce declinās ꝛ in notabili q̄titate: sed ante cibū vt aliud medicinale. Nā de hoc dicit Gal. 7° meimir: vini subtilis siue etiā subtiliantis potatio multa debet esse his quibus obstructa sunt brachia. s. pulmonis viscosis ꝛ grossis humoribus ꝛc. Et idem voluit Ra. 4° cōtinentis satis ad prinᵐ cū dixit. Sed si fuerit angustia ex humore grosso si stent in cānali pulmōis in cura ipsius accipiēdū est in potu de vino ipo q̄titate multa: qm̄ medicine hmōi purgantes humores ꝯsiles hmōi humiditatū oīno exiccabunt tussim: ꝛ res grosse viscose non de leui pn̄t emitti sursum nisi ei fuerit addēda aliqua superflua humiditas ꝑ quā de leui poterit fieri emissio ipsius. s. mãe grosse ꝛ viscose. Et istā vtilitatē ēt innuebat. A. in cura asmatis cū dixit ante textū supius allegatū. Et qn̄ voluntas adest vt multiplicet̄ maturatio ꝛ iuuamētū ad spuēdū accipiat̄ ex eo subtile valde sup. notabilis q̄titatis ꝛ sup. ante cibū: ꝛ addit: ꝛ sirupus de melle ꝯfert eis ēt ad hanc intētionē. s. ad expuēduz ꝛ continuando dicit: ꝛ in vinis dulcibus adiunctis cum aliquo subtiliatiuo adiuncto eis est iuuamentum ipsis ꝓpter id qȯ in eis est ex abstersione ꝛ lenificatione ꝛ calefactione equali ecce qȯ loquitur de exhibitione vini loco medicine ad hanc intētionē ꝛ nō ad ꝑtitionē cibi ꝛ transitū eius ad mēbra: qua intentione dat̄ vinū vel potus fit̄ cū cibo: ꝛ ita ex his tollunt̄ mlt̄e difficultates: quas aliqn̄ vidi ꝓponere de vsu potus in hoc morbo: ꝛ que al's me fecerunt dubitantem cum alijs: q: de his difficultatibꝰ nihil tangitur a Gen. nec alijs scribentibus. Et hec quantum ad regimen sufficiant.

Jam circa medicinalia veniendo occurrunt tres principales intentiones breuiter expediende. Prima circa equationem ꝛ digestionem mãe ꝛ antecedentis fouentis coniunctam ꝛ etiam mãe proprie. scd̄a versabitur circa minorationem vel subtractionez mãe cōis fouentis ꝛ conseruantis. tertia circa purgationez mãe contente in pectore grosse cū facilitantibus anhelitum. Intentionem dimittemus diuersionis ꝓpter id qȯ dictū est supra cōiter in ca° de tussi. ꝛ etiam aliquid in ꝑte superiori: de regimine in dieta circa partem exercitij: dimittemus etiam intentionem exiccationis siue consumptionis mãe circa pectus ꝓpter sufficienter dicta circa finem capituli de tussi. de suffumigijs ꝛc. ꝛ ita etiam dimittemꝰ enumerare confortantia pectus ex ꝓprietate mirabili que cum alijs sunt miscende medicinis pectoralibus: q̄ etiam enumerate sunt supra.

¶ Et circa primam intentionem ꝛ tertiā est cōmemorandus cañ. positus supra in ca° de tussi q̄ subtiliantia ꝛ incidentia in casu conuenientia non debent esse ꝯiuncta cū caliditate acuta producentia ad exiccationē materie: immo debebent cōiungi cū quadā humiditate: qm̄ per humiditatē tota mā equaliter magis ꝑparat̄: vn̄ dicebat Mes. vt cadat maturatio in mā integra quare dimittenda sunt subtiliātia ꝛ incidentia pure ꝛ ꝓuocantia vt separet̄ ꝛ excludat̄ subtile a grosso vt nō amplius recipiat curā: ꝛ proinde dicebat. A. q̄ oīa que ꝓuocant nocent huic egritudini inquantū ꝓuocant: ꝓpterea q̄ extrahunt subtile ex humiditate. s. grossa dimittendo ꝑtem grossam inequatā: lz iste textꝰ posset vtilr etiā aliter interꝑtari vt quidā dicunt. nam dicit notāter q̄ medicine prouocatiue nocent inquantū ꝓuocant: ꝛ hoc ꝓpter medicīas prouocatiuas hn̄tes spālez respectū ad pectus et operātes in materiebus in pulmone cum fortiori virtute q̄ sit virtus ꝓuocatiua: sicut est de prassio ꝛ hysopo: que lz ꝓuocent ꝑ virtutē subtiliatiuam: tn̄ ex fortiori ꝓprietate iuuāt ad excreādū materias grossas ex pectore vel pulmone: ꝛ sic lz noceant inquantū ꝓuocant: nō tn̄ absolute. ¶ Est etiā circa has intētiones oēs cum asma sit morbus chronicus cōmemorādus cañ. qui vtiliter seruit in oī morbo chronico: ꝛ ponitur a dn̄o. A. in ca° ꝓprio de asmate. ꝛ ēt Ra. 4° cōtinentis: ꝛ est q̄ in medicinis opz vt ꝑmutatio fiat sup. ad diuersas medicinas: manēte ēt eadē intentione: ꝛ nō ꝯtinuet̄ vna medicina ex eis assidue. Et amplectat̄ eā nā. s. vt nō fiat ꝯn̄r patiens ab ea. ꝛ hec est vna cā. ꝛ ponēs aliā. A. dixit. ꝛ iterꝫ inter medicinas ꝛ corpora sunt proportiones q̄ nō cōprehendunt̄ nisi cū expimento: cū ergo expieris sup. diuersas medicīas cōsequeris qȯ magis iuuatiuū est sup. de illis: ꝛ ꝯn̄r bonū est tales ꝑmutationes fieri. ꝛ Rasis adducit aliam rōnem: qm̄ diuerse medicine sunt diuersoꝝ graduum: ꝓinde dixit. Dignū quoq; videtur q̄ fiat mutatio in vsu cure huius ratiōe duplici. Una q̄ nā si cōuenit medicine: lz ei medicina nō fuerit iuuabilis eam accipit in nutrimentū: ꝛ sup. ita cōtinuitas nocet: q: nō patit̄ a medicina. Alia sup. rō est q̄ medicine diuerse sunt in gradu: vnde forte aliqua pars ipsarum erit iuuabilior altera. ¶ His suppositis circa primam intentionem expediendam: dicebat Mesue ex vere maturantibus est ius galli antiqui preparati ꝫm artem: de quo dictum est supra in capitulo de tussi: si etiam fiat decoctio et inde syrupizetur ex passulis enucleatis et fenugreco mūdo ꝛ loto vt supra dictum est ꝛ cuz

Not. hunc canonem.

Ius galli multū cōfert in hoc casu.

zuccha. vel melle fiat syrupus est ad hāc inten-
tionē mirabilis valde. Et ꝑ hac cōplēda inten-
tione recurre ad similem intētionem in tussi a
materia grossa vbi plures posite sūt descriptio-
nes huic intētioni appropātе. Complet etiā in
illa intētio cū exterius applicatis vnguētis et
oleis de qb⁹ ibidē dcm̄ est: ⁊ maxime valet oleū
de been ⁊ oleū laurinū ⁊ de lilio: si ex his cali-
dis fiat inunctio cū modico croco supponendo
lanā succidā calidā: valet etiā empl'm filij Zac-
charie positum a Mes. in distinctione ꝓpria
de vnguentis emplastris ⁊ ceroris faciēdo com-
positionem integram.

Not. cañ. de flōmia fiēda i hoc casu.

¶ 2ª vero intētio de subtractione materie cō-
munis cōplet cū his q̄ dicta sunt supra sufficiē-
ter de tussi ꝑ potiones ⁊ vomitū ⁊ flōmiam: tū
de flōmia ponit hic spālis cañ. ꝓ difficultate
anhelitus. Nā si materia sanguinea peccet in
venis dispersis ꝑ subam pulmonis valet flebo-
tomia basilice. Sed si mā peccauerit siue sāgui-
nea fuerit siue vaporosa in ramis arterie vena-
lis magis valebit flōmia flōmia facta ex vena
saluatella in sinistro brachio dico circa curua-
turā brachij nō in manu. Et istū cañ. posuit. A.
in cura asmatis ꝟsus finē cū dixit in asmate āt
⁊ cōstrictione anhelitus factis ꝓpter vapores
fumosos dñantes in corde ⁊ ab humoribus exñ-
tib⁹ in artarijs cordis. s. ⁊ ramis artarie in pul-
mone exñtib⁹ ꝯfert flōia. Et addit: ⁊ melior est
ista q̄ fit in latere sinistro. Et istā sniam accepit
a Ra. 4° cōtinētis. vbi allegās Ga. 7° de iuua-
mētis mēbroꝝ. Dixit Ga. ꝙ vene pulsiue q̄ sunt
in pulmone penetrāt ad radicem vnaꝫ q̄ est in
cōcauitate sinistra cordis. Deinde dicit Rasis:
dico ꝙ ex his verbis intelligit ꝙ in angustia an-
helitus minutio dꝫ fieri ex parte sinistra: qm̄ a
cōcauitate sinistra cordis oriunt vene pulsiue ⁊
ab ea refrigeriū accipit ex aere: vnde cū in ipsa
parte leuis fuerit sanguis. i. modicus spaciosū
habebit locū ⁊ leniter refrigeriū erit multum:
sed cōcauitas dextra cordis est ꝓpria sanguini
ex epate ad cor ꝓcedenti: ideo cū cordis fuerit
defectio cū plenitudine sanguis bonū est vt mi-
nutio fiat ex parte dextra: hec ipse. Cū igit dif-
ficultas anhelitus ⁊ asma maxime pēdeant ꝓ-
pter opilationē viaꝝ anhelitus vt est snia au-
ctoꝝ: seqtur ꝙ in asmate ꝑncipalissime iuuabit
flōia sinistri brachij ex rōne Ras. ¶ Est ēt circa
hanc intētionē euōnis cōmemorandū ꝙ stante
mā antecedenti ꝑparata dꝫ fieri euō cum solu-
tiuis de quibus dictum est supra habēdo semꝑ
respectum vt ponantur aliqua confortantia pe-
ctus ⁊ pulmoneꝫ ne ꝓpter agitationem humo-
rum factam ex solutiuo illis membris debilita-
tis aliquid fluat ad ipsa membra. Ideo vt su-
pra laudo singulariter agaricum qui etiā ex ꝓ-
prietate pectus ⁊ pulmonem confortat: ⁊ est si-
mul medicina digestiua: ⁊ idem facit epithim⁹.
Et propterea dicebat Serap. in capitulo ꝓprio
de asmate: epithimi aūt ⁊ agarici non est iuua-
mentum sicut medicinaꝝ solutiuaꝝ tantum: sꝫ
conferunt etiaꝫ in modo alio. Et de his loquēs
etiam Rasis 4° ꝯtineñ. versus finem dixit. Pur-
gatio etiam cum epithimo ⁊ agarico erit bona
sup. ad huiusmodi curam: vnde de eis fiant pil-
lule. Et addit: ⁊ dandum est eis in mense bis aut
ter: ⁊ plures patientes vidi conualere cum epi-

Melior est flōia q̄ fit in brachio sinistro.

Agaric⁹ et epithim⁹ multū conferūt i hoc casu.

thimo ⁊ agarico sunt verba eius. Et addere his
parum zinzi. ⁊ cimini ad celeritateꝫ operis cre-
do iuuabit. ¶ Potest etiam fieri compositio vt
infra. ℞. agarici. ʒ. iij. radicis lilij albi. ʒ. j. pras-
sij. ʒ. j. turbith. ʒ. v. hiere. ʒ. viij. pulpe colloquin-
tide. ʒ. ij. sarcocolle. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. ſ. terantur et
temperentur cum vino cocto subtili: ⁊ inde fiāt
pillule. Nam tales sunt in casu multum appro-
priate ⁊ sunt Rasis ⁊ dosis potest esse vsq; ad
ʒ. j. ſ. ¶ Facit etiam alias pillulas ad hanc in-
tentionem etiam multū vtiles vt infra. ℞. aga.
ʒ. iij. ireos. ʒ. j. hiere. ʒ. iiij. pulpe colloquintide:
sarcocolle añ. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. ſ. terant ⁊ inde fiāt
pillule cum vino cocto subtili: dosis est vt infra
vsq; ad. ʒ. ij. sed non exhibeantur in paroxismo
neq; acuto neq; non acuto ⁊ cōi nisi in hora mi-
noris afflictionis: ¶ Et de his medicinis dice-
bat Mes. Ex bono regimine est vt fiat euō: ⁊ ꝑ-
prie renouans numerum: ⁊ cadat inter purga-
tionem ⁊ purgationē: sup. notabile tp̄s: ⁊ in pa-
ratis ad vomendū sup. fiat etiā attractio ꝑ vo-
mitum: ⁊ hoc totū intelligat mā existente dige-
sta: qm̄ nō existente materia digesta tales me-
dicine nō debent offerri: sed debet fieri euō per
clysteria appropriata de quibus supra dictum
est: ⁊ dꝫ obseruari cañ. qui dictus est in regimi-
ne quo ad dietā de inanitione de mēte Serap.
cum dixit: ⁊ est necesse vt solliciteris etiā de na-
tura. i. de ventris mollitie ita vt currat in eua-
cuatione ⁊c. Et in hoc singl'arissime laudat bro-
dium galli de quo dictū est: si etiā sumat capo
mediocris pinguedinis ⁊ euiscerет ⁊ ponant in
corpore eius res lenientes pectorales vt passu-
le ficus ⁊ cū carramo ⁊ hmōi: ⁊ ponat lib. j. aque
in corpore eius ⁊ postea coquat vsq; ad cōsum-
ptionem medietatis vt. ℥. vj. ⁊ deinde exprimat
ex exhibeatur per horam ante prandium iuua-
bit ad lenitionem ventris: ⁊ cum his mollifica-
tiuis ⁊ similibus educentur materie cōes ita ꝙ
non poterunt aggregari ad nocēdum: ⁊ ita pos-
sunt sumi ficus sicce incorporate cum terbenti-
na vel cum penidijs ⁊ similia. Et hec sufficiant
pro hac intentione.

Syrupus bonus in hoc casu.

¶ Restat vltima intentio que est ad purgan-
dum materiam grossam vel in pectore vel pul-
mone contentam cum medicinis ad hoc appro-
priatis ⁊ cum hoc anhelitum dilatantib⁹: qua-
rum medicinarum numerus est magnus posi-
tus ab autoribus hincinde ⁊ plurime simplices
et composite enumerantur a Rasi quarto con-
tinentis capitulo primo: ⁊ tales debent esse di-
latatiue meatuum ⁊ diuisiue materie vñ screa-
re faciant: ⁊ qꝛ talium quedam sunt que leniter
dilatant ⁊ sic subtiliant vt est capili. ve. ⁊ farfa-
ra de quibus dictū est supra: quedā sunt fortio-
res ⁊ in elargando vias ⁊ materiam diuiden-
do ⁊ subtiliando ⁊ a poris vel superficiebus mē-
broꝛum separando: ⁊ tales sunt que in hac in-
tentione conueniunt: quia prime magis con-
ueniunt in intentione prima equationis: sed
tales secunde sunt que offerri debent vt dice-
bat Mes. cum matura sputamina ⁊ digesta ap-
paruerint: ⁊ tales medicine sunt de familia-
ribus hysopus sicca calamentum origanum
ireos pulegium enula scabiosa folia vrtice et
semen eius quod est fortius: prassium etiā ari-
sto. et scolopendria dicebat Rasis loco allega-

to: magis facit ad asma ꝙ alie medicine. ¶ Et de simplicibus valēt se. sisileos singulr̄ etiā ad anhelitū rectū ⁊ cordumeni ⁊ cyminū nigella cētaurea etiā maior valet ad asma singulr̄: immo ⁊ ad tussim ⁊ ad sputū sanguinis, vt Ra. loca alle. ex his ergo medicinis possunt fieri decoctiones ⁊ syrupi apponēdo simul aliqua cōfortatiua ⁊ electuaria ⁊ reliqua ſm diuersas preparationes: vñ aliq̄ vtūtur folijs vrtice sicut ⁊ ysopo in ferculis ⁊ aliq̄ vtūtur folijs vrtice et faciūt frixellas: ⁊ ita multiplr̄ cū diuersis ꝑparationibus possumus vti his medicinis simplicibus vel in compositione cū melle ad hāc intētionē ꝓficiēdā. ¶ Sed ego enumerabo aliqua composita electa ad hāc intētionē ⁊ in forma syruporꝫ ⁊ in forma electuariorꝫ vt ex his possit medicus habere cum sua industria modum ad vsum harꝫ medicinarꝫ etiā in alijs formis. Pōt ergo fieri syrupus ſm hāc formam. ℞. prassi capil. ve. añ. M. j. passularꝫ ireos liquiritie ysopi añ. ℥. j. caricas. i. ficus albas numero. x. seminis vrtice. ʒ. iij. coquantur cum aqua debite ꝗtitatis ⁊ syrupizentur cum melle. Et si vis fortius facere adde in decoctione aristologie enulam vel calamētū. Et si vis refrāgere per humiditatē timēdo nimiā exiccationē potes apponere de dactylis ⁊ farfar. Et si intēdis ad maiorē incisionē potes apponere de oxymelle squillitico qđ singularissime in casu laudat᷑: sꝫ cauēdū est ne cōiūgatur vlceri pulmonis: q2 tūc nequaꝗ debet applicari: immo nec ipsa squila. Nam de ea dicebat Ra. loco alle. squila valet ad asma ⁊ ad tussim: tñ euitāda est ne det᷑ habēti vlcerationē in vētre: capiēdo ventrem large.

Syrupus bonus in hoc casu.

¶ Possunt etiā exhiberi medicine in forma electuarij: vbi gratia. accipiatur ysopus cū melle ⁊ si iungatur cum his pulmo vulpis siccatus ꝓ parte tunc maxime iuuabit ad asma: ita dico de myrra si cum melle exhibeatur vel sine facit vtiliter. Et similiter potes de reliquis simplicibus facere cum melle compositionem: sed specialiter cōmemoro radicem draguntee de qua dixit Ras. loco alle. si assetur ⁊ accipiatur cum melle facit fieri facilem sputum de humiditatibus diuturnis pectoris: facit etiam ad anhelitū rectū: idem dico de radice lilij Et Gal. 7° meimir laudauit duas medicinas Asclipiadis in hoc ca. Una est vt sumātur vermes qui sub hydrijs reperiūtur de quibus dixi supra: ponātur in vase figuli ⁊ frixa super carbones: ⁊ post ꝙ fuerint albi tere ⁊ sume cum melle cocto ⁊ da coclear vnum lingere. i. ad lambendum ante cibum. Aliud. ℞. anisi sulphuris viui. ana. ℥. j. ʒ. armoniaci castorei nigelle. añ. ʒ. x. aggrega ⁊ fac pillulas ⁊ da vnam cum oxymelle: ⁊ infinitas medicinas huiusmodi potes reperire ab auctoribus: sed mihi ista sufficiunt propter non prolongare sermonem.

tiẽs ꝓm plurimũ sanguineus adolescens ꝛc. Et pulsus plenus sicut in colꝰica est durus ꝛc. ꝛ in flꝰatica vrina in pn° est remissa in colore in substãtia spissa ꝛ pulsus diuersus inordinatus cũ pũctura sine siti; immo cũ multitudine saliue ꝛ grauitate somni: ꝛ in etate patiẽs est senex aut puer: ꝛ forte in sexu mulier inordinati regimis ꝛ otiosi. Et in melꝰica vrina est remissi coloris: sꝫ subtilis substãtie ꝛ pulsus durus diuersus et dolor grauatiuus cũ pauca punctura: ꝛ patiẽs ꝓm plꝰm melẽcolicus extenuatus vsus regimĩe multiplicãte meliam. ¶ Et dicit Ala. Signum mixtionis oĩum humoꝝ vel quorundam est: qꝛ videt sputuꝫ diuersorum colorum sicut sunt colores humorum ex qbus componit sputum et accñtia etiã silꝰr sequũtur. i. corrñdenter se hñt ad diuersitatem humorum. ¶ Jam cõsequẽter sunt ponẽda signa temporũ apatis. ꝛ qm̃ vt dicebat Ga. p° de crisi cap° 3°. At in esse principij egritudinis est hesitatio ꝛ difficultas multa: iõ opꝫ ꝑ determinata signa declarare pn^m pleuresis: ꝛ ꝯñr alia tpa eius: ꝛ qm̃ ꝑ sputũ vel eius absentiaꝫ maxime declarat pn^m ipsius pleuresis vt pꝫ ꝑ Ga. etiã p° de crisi. ca° 4°. opꝫ hic intelligere ꝙ talis manifestatio principij in pleuresi: ꝛ etiã aliorũ temporum ꝑ sputum nõ est manifestatio pleuresis, ꝓm tempora eius absolute ꝛ indifferẽter ꝛ horas eius absolute: sed solum ꝓm distinctionẽ horarũ ꝛ temporꝝ digõnis eiꝰ. Nam in pleuresi a modica materia pẽdẽte corpore forti ꝛ rarorũ poroꝝ q̃ insensibilꝰr etiã simpliciter resoluit nõ fit consyderatio temporuꝫ eius ꝑ sputum vt manifestũ est: ex quo vt supponit nihil sensibile de materia educit ꝑ sputum in pleuresi etiã cuius materia resoluat q̃ ad collectionẽ deducit non fit talis distinctio vt manifestum est. ¶ Restat igr̃ solũ vt ponantur signa: in pleuresi q̃ resoluit ꝑ sputum distinctiua tẽpoꝝ digõnis ipsiꝰ: ꝛ ita de pn° digõnis dicebat Aui. cũ nõ est sputum: aut adest sputũ subtile aut paruũ aut id qð noĩat saliua est in pn°. i. tũc declarat ꝙ est pn^m digõnis. Et hic nota ꝙ ex his vbis colligit ꝙ in pn° digõnis habet etiam distinctio vt de pn° principij ꝛ de fine eius, nã cũ nihil expuit de materia q̃ tandẽ expuet declarat pn^m pncipij: ꝛ ita silꝰr cũ expuitur qð est tm̃ saliuale: qꝛ ꝑinde est ac si nihil expuat: qm̃ tale nõ est de materia: sed cum adest sputuꝫ sensibile ꝛ paruum. i. modice q̃titatis de materia q̃ resoluit: tũc declarat finis pncipij: qꝛ in eo facta est impressio aliqualis digõnis sed occulte: qm̃ ex ordine virtutum naturaliũ est vt opatio expulsiue sequatur ad digestiuam: lꝫ igit nõ manifestet gradus ꝓpus digõnis: tñ declarat naturã aliqualꝰr impressisse in materiã. ¶ Et 2ª hora est dicebat Ga. i. augmẽtũ vt eger expuat aliq̃d: sed nõ est illud qð expuit lauabile. s. simplꝰr: qꝛ nõ simplꝰr digestum. Et spãli ꝯloq̃ns Aui. dixit. Cũ augmẽtat sputũ ꝛ incipit remoueri a subtilitate ꝛ addit in inspissatione ꝛ in facilitate ꝛ incipit remoueri a rubedine ad albedinẽ: ꝛ si est materia declinãs ad citrinitatẽ est ꝓportionalis rubedini. i. silꝰr incipit remoueri a citrinitate. s. pura tẽdendo ad albedinẽ. s. ꝑ digõnẽ est in augmento. i. declarat tũc augmẽtum. Idem sup. intelligit si a pn° fuisset nigrũ; qꝛ ex materia radicali melencolica si incipit declinare ad albedinem ꝛ fiat subnigrũ tunc est augmentũ. ¶ Pro quo nota ꝙ in pn° nondũ impresso gradu sensibili digõnis in materia si materia apostemãs fuerit colerica sola debet apparere sputũ citrinũ igneũ sicut est ꝛ ipsa materia apostematis: ꝛ ita si fuerit a materia sanguinea apa nulla facta digõne sensibili debet apparere sputũ rubenꝫ sicut sanguis: ita dico de flꝰatica ꝛ melꝰica: ꝛ cõsequẽter in ꝓcessu dñante calore membrorum spmaticorum in digerẽdo cũ imprimit gradus digõnis aliqualis inclinat materia aliqualꝰr ad albũ virtute membrorũ spmaticoꝝ taliter coloratorum: ideo si in materia colꝰica in pn° apparebat sputum colericum: tũc illa materia inclinata ad album ꝑ digõnẽ apparebit subcitrina ꝑ remotionẽ eius a citrinitate pura tẽdẽdo ad albũ: ita si erat rubea cũ aliqualꝰr digerit inclinat ad album: ꝛ sic declinat a vere ru. ad subru. Ita dicit correspõdẽter de nigra vel alba aquosa. nã ꝑ digestionẽ alba aquosa transparẽs fit alba vera ꝑ hoc qð inspissat. ꝛ etiã ꝓpter effectũ membrorum talem colorẽ intẽdẽtium: ita dico de nigra. q̃to ergo tꝑe apparet sputuꝫ simpliciter ru. vel simplꝰr citrinũ vel simplꝰr aq̃sum ꝓ toto illo tempore materia est simplꝰr indigesta: ꝛ ꝓ tũc est in pn° ideo si multo tꝑe tale sputum appareat est mala significatio: sed cũ incipit fieri sputũ subcitrinũ ex citri. vel subrubeũ ex ru. hoc est sig^m digõnis: ꝛ cõsequẽter significat augmẽtũ: ꝛ tũc est significatio bona. ¶ Et hoc est qð volebat Hip. in affo. Paroxismos et cõsistẽtias ꝛc. Cũ dixit: sed ex post apparẽtibus q̃admodũ in pleureticis sputũ si cõtinuo appareat subrubeũ inchoãtẽ q̃dẽ abbreuiat. i. est sig^m breuitatis morbi. Si vero posterius appareat ꝓlongat ꝛc. ꝛ ita patẽt signa augmẽti.

¶ Et qm̃ in silꝰibus morbis cũ materie nõ reseruãtur: sed ꝓm qð digerũtur paulatine expellũt ꝛ sicut materia eũatur: ita videt accñtia minui inde fit: ꝛ est cõis doctrina quod in pn° digõnis materie in 2ª parte principij in qua est occulta digõ: incipiũt accñtia minui ad istum intellꝰm qð immediate cũ manifestabit digõ: tũc minuitur: qm̃ fluxa est materia ꝛ iam minuit: ꝛ sic accidentia minuũt: ita iam videt esse declinatio quo ad accñtia. q̃ decliatio accñtiũ est multum lõga durãs ꝑ totũ tꝑs q̃ expellet materia: ꝛ ita ꝑ totũ digõnis augmẽtũ ꝛ statũ ꝛc. immo vsq̃ dũ morbꝰ erit remotus. ꝛ ita tꝑa accñtiũ oĩa videt includi in pn° digõnis. hoc est qð cõiter dr ꝙ pn^m digõnis in se includit pn^m augmẽtũ et statũ q̃ ad accñtia: qñ. s. mã paulatine resudat: qm̃ sic mã incipit eũari ꝑ digõneꝫ: ita accñtia incipiũt remitti. Cũ igr̃ in pn° digõnis saltem in 2ª pte incipiẽt expuere rẽ subtilẽ: tũc igr̃ minorat mã ꝛ ꝯñr dolor: qm̃ in pleuretico añq̃ aliq̃d expuat fit dolor vehemẽs ex fluxa mã extendẽte mẽbrũ pter nãm: ꝛ tussit tussi valde sicca: ꝛ anhelitus multũ coãgustat ꝑꝑ retentionem mãe: sed cũ incipit spuere ꝑ digõnem: tũc incipit alleuiari a dictis accñtibus. g̃ añ sputum fuit pn^m augmẽtũ ꝛ status accñtiũ: ꝛ incipit accidẽtiũ declinatio cũ sputo. ¶ Sed qm̃ ex vbis Aui. videt colligi declarãdo augmẽtum etiam quo ad digõnem cũ augmẽtãtur accñtia. Stat igitur hec rationabilis difficultas quomodo si

De signis qbꝰ declaratur ipsa pleuresis.

augmētaꝛ sputũ ⁊ minoraꝛ mã: augmētaꝛ accidē tia: q2 oppositũ videꝛ declaratũ dicit hic Gēt. ⁊ ita eũ sequũtur moderniores: ꝙ in augmēto pleuresis ꝗtũ ad sputũ pōt cōcurrere augmentũ difficultatis accñtiũ: ⁊ rō huius est vt dicit qm̃ tũc augmētãtur accñtia pleuresis cũ materia magis fluit ad particulam lesam: iō ꝗuis sputũ incipiat apparere digestibilius vt ĩ augmēto: pōt mã tũc esse magis in fluxu ꝗ erat in pn°. ⁊ tũc simul cũ digōne mãe augebũtur accñtia ꝓpter multitudinē fluētis mãe: sed dicunt ꝙ hoc est ꝑ accñs ad augmētũ digōnis: q2 non est ꝯñs ad augmētũ digōnis: ex se: immo vt sic debēt minui accñtia. Sʒ istō augmētũ accñtiũ accñtalr̃ cōiũgiꝛ cũ augmēto digōnis: q2 accñtalr̃ augeꝛ fluxus materie. Et ita saluat Aui. cũ dixit ꝙ augmētãꝛ accñtia ⁊ augmētaꝛ sputum s. in digōne. i. possibile est sic fieri: et dicit ipse de facto se vidisse pleureticos in ꝗbus cũ erat augmētũ digōnis fiebat additio in accñtibus de dolore ⁊ fe. ⁊ malitia anhelit⁹ ⁊ tussi: q2 pl⁹ erat id qđ fluebat de noua mã ꝗ id qđ expuebaꝛ. Et cōsequenter dicũt ꝙ id cōe dictũ qđ in pn° digōnis minuãtur accñtia nō est semꝑ verũ possunt cōcurrere ⁊ nō cōcurrere ⁊ ita in augmēto. De statu tñ dicũt ꝙ nō ita se hʒ. s. qđ augeri possint accidentia. quia tunc est fluxa materia.

Respōsio Gentil. ad qōnem.

Respōsio doctoris pñtis ad q̄stionem.

¶ Sed re vera cũ pace Gē. ⁊ sequētiũ eum credo ꝙ iste modus saluãdi textũ nō sit cōueniēs neqꝫ in facto cōtingēs: lʒ sit possibile in augmēto digōnis etiã in pª parte status fieri augmētũ accñtium vt declarabiꝛ: ⁊ vt voluit Aui. loquor etiã cũ nō reseruaꝛ mã: immo paulatie cōtinue expelliꝛ. Dico tñ ꝙ hoc nō pōt verificari ꝑ modũ iam dictũ. s. per nouũ fluxum mãe maiorē. s. ꝗ sit id qđ expuiꝛ. Et rō q̄ me mouet est: qm̃ nō tm̃ declaraꝛ augmētũ digōnis ꝑ hoc qđ augmētaꝛ sputũ: sed ꝑ hoc qđ incipit remoueri manifeste a subtilitate ⁊ addiꝛ in inspissatione ⁊ addiꝛ etiã in facilitate sputi. s. ꝓpter equationē q̄ fit in mã declinãdo a subtilitate ad inspissationē declaraꝛ augmētũ digōnis ꝑmutari colorē: q2 apparebat in mã in pn°: vt vbi pus erat mã rubea sanguinea q̄ expuebaꝛ cuʒ incipit remoueri a rubedine tēdēdo ad albedinem ⁊ fiat sputũ subru. vel si est mã citrina a pn° cũ mutaꝛ a citrinitate pura ad subcitrinitatē vt supra declaratũ est: tũc declaraꝛ augmētuʒ digestionis: mō nō est possibile neqꝫ cōtigēs ꝙ si mã erat pus vel sanguinea vel citrina q̄ fluxit: ⁊ cuius portio educiꝛ ꝑ sputum si plus fluit de noua mã nō digesta: sʒ ꝓportionali pᵉ: si prius apparebat sputũ crudũ simplr̃ indigestũ: rub. s. purũ vel citri. purũ: etiã fluēte maiori portione mãe apparebit saltē eq̄ indigestũ sicut pus q2 nulla impressio poterit manifestari de actione caloris ⁊ digōne in mã ꝓpter succedētē aliã mãm pluris ꝗtitatis ꝗ esset pª. Nam si aliqua fuisset facta ĩpssio in ꝑte mãe q̄ esset fluxa illa occultabiꝛ a succedēte noua mã cruda exñte vt manifestũ est; ⁊ ita nō stant simul hec vtraqꝫ. s. ꝙ sit augmētũ digōnis: vt ꝙ materia subtilis inspissetur sensibiliter: ⁊ ita fiat facilior exitus materie ⁊ fiat declinatio in materia de colore ru. ad subru. ⁊ tñ maior sit ꝗtitas de mã subtili sanguinea q̄ nouiter fluit vt manifeste cōstat recte consyderanti. Et ideo si manifestãtur accidentia digestionis declaraꝛ ꝙ materia est fluxa in quã imprimiꝛ vestigiũ digōnis ⁊ manifestaꝛ: ⁊ ꝯsequēter cũ de ista materia cōtinue fiat minoratio seq̄tur ꝙ merito huius debēt minorari accñtia. Et si aliqñ cōtingeret ꝙ apparēte gradu digōnis manifesto in mã ex cōuersione a subtilitate ad mediocritatē vel a puro colore ru. vel citri. ad subcitri. ⁊ succederet postea materia amplior ad preexñtem q̄ erat fluxa: et in quã erat impssus gradus digōnis ꝓpter aliquã causaʒ vel ex malitia regiminis vel influētiã faciētē agitationē ⁊ motũ in humoribus: dico tũc ꝙ nō ꝑmanebit augmentũ digōnis: lʒ corp⁹ al's fuerit in augmēto digōnis: ⁊ hoc est q2 nō cōtinuãtur excessus digōnis in materia q̄ sensibiliter manifestãꝛ: q̄ tñ excessus digōnis sũt necessarij ad hoc vt egritudo dʒ dici esse in augmēto digōnis: vt voluit. A. 2ª pmi. cap° 7° de horis egritudĩs: vbi declarauit horas egritudinũ ꝑ v̄ba q̄ adaptari possunt ad tempa accñtium ⁊ ad tempora digōnis. nã declarãs pnᵐ dixit. Et hora q̄dē pncipij est tꝑs in quo egritudo apparet ⁊ eius silãꝛ dispositiones et neqꝫ apparet in ea augmētũ eius: ⁊ hora augmēti est tꝑs in q̄ egritudinis manifestãꝛ ꝯstrictio oĩ hora post horã: vñ ad ꝓpositũ retorquēdo: cũ apparet sputuʒ equalis substãtie ⁊ cōtinue eq̄lr̃ crudum vt continue equaliter ru. vel equaliter citrinum purum: tunc semꝑ est in pn° quo ad digestionē: sʒ cũ addiꝛ sensibiliter in inspissationē remouēdo a subtilitate ⁊ remoneꝛ a rubedine pura tēdēdo ad subru. oĩ hora post horã taliter intēdēdo: tũc est augmētũ. si igr̃ prius apparuisset aliqualiter rectificatum sputum de subtili ad grossum vel de ru. ad subru. ⁊ sic non ꝓcederet intēdendo sensibiliter: sed occultareꝛ ꝑ fluxum alterius noue materie: iam nō a modo esset in augmēto digōnis: ideo dicta Gent. ⁊ sequētiũ eũ in hac parte nō pñt bñ saluari neqꝫ sunt cōpossibilia si recte consyderabis. ¶ Dico tñ ꝙ ꝑ accñs ꝓpter verificare dcm̃. A. qđ in augmēto digōnis possunt intēdi accñtia etiam in nō reseruãtibus: qđ est cōtra cōe dictũ. pt̄ alio mō saluari. s. ꝓpter ebullitionē q̄ cōtingit cum mã digeriꝛ pōt fieri maior extēsio mēbri ꝓpter dictam ebullitionem ꝗ pus esset anꝗ materia eñata esset: q2 mag̃ faciet dilationē talis ebullitio materie in casu dato ꝗ faciat ad detumescētiã mēbri eñ°mãe: vt cōstat intelligēti: ⁊ tũc simul mã digereꝛ ⁊ accidentia augmentabũtur de dolore difficultate anhelitus ⁊ tussi: patet ēt nō fluēte alia mã vt supponiꝛ: vel forte ꝓpter maiorē putrefactionē q̄ acq̄riꝛ in mã supposito. ꝙ putredo ⁊ digestio simul intēdãtur vt hodie est cōis via: tũc ex maiori putrefactione in materia saltē crescēt aliqua accñtia: vt de permixtione mētis ⁊ syncopi: lʒ nō necessario augmēteꝛ accñtia essentialia: ⁊ ita sufficiēter Aui. in declarãdo augmētũ digōnis mãe: ꝙ etiã fiat augmentum aliquoꝝ accñtiũ: ⁊ hec accñtia in statu non augebũtur: q2 tũc materia non amplius ebullit: ⁊ si sit maxime putrefacta: vt ptʒ ꝓm alterũ duoꝝ modoꝝ intelligēdi. Et si fui longior ꝗ sperarē parcaꝛ: q2 ita oportuit ad declarationē huius difficultatis: ⁊ sic patet quid sit principiuʒ ⁊ augmentum digōnis. ¶ De statu

aũt digõnis dicit Aui. amplius cũ eger expuit
sputũ facile maturũ ꝭm qḋ diximus de maturi
tate.i.ꝙ est albũ lene equale ꝛ est plurimum.s.
sputũ respectu tẽpoꝝ ꝑcedẽtiũ:qm̄ digõ in ma
teria ꝛ maturitas eius facit vt sputũ in maiori
q̄ritate expuat̃:ꝛ vt facile expellat̃:ex quo per
digõnem parat̃ ad expulsionem. Et addit:et do
lor est leuis.i.remissior factus ꝑpter causaꝫ de
ebullitione q̄ dicta est q̄ est remissa:tũc id.i.ta
le tp̄s nominat̃ status ꝛ hora cuẽtus maturita
tis integre.i.nõ tm̄ est status sed est stat⁹ digõ-
nis. ℂ Declinatio aũt dicebat Ra. 4° cõtinen-
tis:declarat̃ ꝑ hoc qñ diminuta fuerit q̄titas
sputi sup. cũ diminutione accñtiũ ꝛ iuxta gros-
sitiem eius facilis est emissio absq̄ꝫ residuo do-
loris.i.nõ amplius fit dolor:iam cõpleta est ter
minatio morbi ꝛ deuenit ad declinationeꝫ. Et
dicebat Aui. Cũ sputũ incipit minui in substã-
tia sua aut illa facilitate aut.i.ꝛsup.cñ illa faci
litate ꝛ cũ ꝑuatione doloris ꝛ cũ diminutione
accñtiũ:tũc iam declinat.i.tũc sumus in decli-
natione:postea addidit. Cũq̄ꝫ remouet̃ sputuꝫ
post remotionẽ illoꝝ accñtiũ oĩno:tũc iam cõ-
plet̃ declinatio.i.est completa declinatio:im-
mo iam intrabit latitudinẽ cõualescẽtie:tota
sentẽtia est clara si declaret̃ quare posuit illaꝫ
ꝑticulã:cũ illa facilitate q̄ ꝑus fuit. hoc ideo di
xit:qm̄ lꝫ sputũ incipet minui stãte ista substã-
tia q̄ prius.i.eque grossa materia sicut ꝑus nisi
esset equalis facilitas in sputo:vel ꝑpter ino-
bediẽtiã instrumẽtoꝝ vel debilitatẽ virtutis
nõ deberet dici ꝑprie declinatio:qm̄ tũc cõtin-
geret egrũ mori:vt supra dictũ est de mẽte Ras.
4°. cõtinẽtis. cum dixit. Dico vidi in pleuresiq̄
nõ est securitas in sputo si virtus fuerit debilis
ꝛc. ideo signãter posuit cũ ista facilitate. Et hec
sufficiant de horis ꝛ tẽporibus pleuresis:et sic
est expeditum:etiã ꝯñr de signis terminatiõis
pleuresis ꝑ resol'onẽ. ℂ Signa ẽt terminatio-
nis pleuresis insensibiliter stãt manifeste ex re-
missione accidentium pleuresis ꝛ in totuꝫ ipso
rum remotione.

De signis termina- tionis pleuresis.

ℂ Restat igit̃ vt iã ponant̃ signa terminatiõis
ei⁹ ad collectionẽ:ꝛ de his dicebat Hyp. 2° pro
nosticoꝝ tex. cõmẽ. 49. oĩs dolor ꝑdictoꝝ loco-
rũ.s.partiũ pectoris si supueniẽte sputo vel so
lutione vẽtris vel flõmo adhibito ꝛ quolibet
cõpetenti medicamine sup. de dieta ꝛ alijs si nõ
fuerit diminutus.s.dolor:pus.i.saniẽ sibi futu
rũ denũciat. Et dicit Cõmẽ. in cõmẽto. ꝛ sunt v̓
ba egregia ꝙ hoc dꝫ intelligi qñ talis dolor n̄
ꝯseruaret̃ ex aliqua alia re.s. diuersa a mã apã-
tis:qm̄ forte tũc posset dolor ꝯseruari:et tñ mã
nõ duceret̃ ad collectionẽ. Et addit Cõmẽ. veri
ficãdo ꝙ ille egritudines.s.cũ saniant̃ sunt me
die.s.in malitia inter egritudines q̄ cõsumunt̃
cũ facilitate ꝛ velocitate.s.ĩsensibil'r vel cũ spu
to ꝛ inter illas in q̄b⁹ nõ est saluatio. ℂ Et ean
dẽ sniam posuit Ras. 4° ꝯtineñ. cũ dixit. Sꝫ si
de dolorib⁹ pectoris ꝛ pulmonis mitigatio nõ
fuerit facta ꝑ sputũ aut ꝑ solutionẽ vẽtris:aut
ꝑ minutionẽ:aut ꝑ calefactionẽ.s.cũ calefacto
rijs passio decliabit ad putrefactionẽ.i.ad sup
purationẽ. Et addit:ꝛ est bonũ verbũ: cõsiderã
dum est in hoc ꝙ si cũ eo fuerint significatiões
salutis.i. cum tali dolore q̄ non remouet̃.i. non
mitigatur ꝑ ea q̄ dicta sunt de sputo sol'one ꝛc.
si fuerint significatiões salutis q̄ supra dcã sũt
de tolerantia infirmi ꝛc. tunc declinabit passio
ad putrefactionẽ:sed nisi fuerint significatões
salutꝭ cũ eo oĩno declinabit ad ꝑiculũ. ℂ Et eã
dem sniam accepit ẽt Aui. q̄ in ca° de signis ꝑ-
mutationis dixit. Et oĩs pleuresis cuius dolor
nõ q̄escit ꝑ sputũ neq̄ꝫ minutionẽ neq̄ꝫ per alia
tũc sphera ex ea saniositatẽ.i. collectioneꝫ aut
mortẽ añ ipam ꝭm reliq̄s significatiões. s. bo-
nas vel malas:vt dicit Rasis. ℂ Ex q̄b⁹ verbis
aucto. expͤsse colligi põt:qḋ cũ mã dꝫ ad colle-
ctionẽ ꝯuerti aliqñ añtea ꝑ tp̄s de ipsa vel sili
ꝑ sputũ sensibil'r educit̃:vñ nõ simpl'r semper in
talib⁹ sputuꝫ retinet̃ vsq̄ꝫ dũ fit facta collectio
vt aliq̄ credunt dicẽtes ꝙ cũ mã ad collectionẽ
deducit̃ tota mã reseruat̃ ad vnã creticã expul
sionẽ:nõ est semꝑ veꝝ:imo aliqñ ꝑs mãe ꝑ tp̄s
sensibiliter resoluitur per sputũ:postea alia ꝑs
collectionem facit. ℂ Et tunc declarando tp̄s
qñ ad collectionem venit dicebat. A. in ꝑn° ca-
pituli allegati:qñ nõ expuit sup. infirmus spu-
tum laudabile velox ꝛ nõ mundificatur in. 14.
diebus.i. nõ curatur:immo ꝑmanent accidẽtia
essentialia vt supra:etiam sup. factis que siẽda
erant regul'r de flõmijs ꝛ alijs:tunc iam ꝑmuta
tur ad collectionem. Et hec erat snia Hipp. 4°
affo. in afforismo. Quicũq̄ꝫ pleuretici facti non
purgantur in. 14. diebus:hi in empima trãseũt
i. in collectionem ꝛ aggregationem sanici in lo
co.s. apatis:ꝛ ibi sumitur empima improprie:ꝛ
hoc totum intelligit̃ si pleuresis fuerit vera ꝛ ex
parte situs et ex parte materie:qm̄ in nõ vera
maxime ex ꝑte materie nõ semꝑ terminatur ad
14. diẽ:immo vt sepe vltra extendit̃. ℂ Sed de
ꝑn° collectionis ponebat Aui. signa in ca° alle.
dicens significat initium eius in accessione.i.
in collectione vehementia doloris prius ꝛ dif-
ficultas anhelitus ꝛ cõstrictio eius cũ vehemẽ
tia fe. ꝛc. Et aliquotiens ꝑmixtio rõnis et vigi-
lie ꝛ grauitas que sentit̃ in loco: ꝛ hec etiã acci
dẽtia manifestant̃ in ꝑn° status digõnis mãe
etiã si resolueret̃ ex nã ips⁹ mãe tal'r putrescen
tis vt supra dicebat̃:lꝫ ꝑpter eñonẽ ipsi⁹ vt tũc
dicebat̃ accñtia minuant̃:sed qñ fit collectio et
mã retinet̃ tũc necessario hec ꝯsequunt̃: ꝑpter
ea ꝙ tũc mã ebullit:ꝛ nã laborat in cõplẽdo di
gestionẽ:ꝛ hoc est i ꝑn° stat⁹:iõ tũc accñtia fiũt
difficilia:vt dixit Gal. in cõmento affo. Ubi er
go ꝭm acumẽ ꝛc. Sed qñ mã est ꝑfecte digesta ꝛ
est in fine status:tũc declinãt dicta accñtia: vt
fuit ẽt snia Hip. in affo. Circa gñationẽ saniei
dolores ꝛc. tñ tũc augmẽtat̃ grauitas in loco:qꝛ
mã nõ amplius extendit̃:ĩmo remanet inspissa
ta cõpacta grauitans. Et hoc innuebat Aui. cũ
dixit in ca° allegato:ꝛ qñ collectionem facit.i.
congregatur materia vel est cõgregata ꝛ cõple
tur collectio.i. materia est complete digesta q̄e
scunt fe. ꝛ dolor:ꝛ grauitas augmentatur.

De signis eruptiõis pleuresis.

ℂ Sig^a v̓o eruptiõis ꝛ tp̄is ei⁹ ẽt declararant̃
ab autorib⁹ differẽter ĩtelligẽdo de eruptiõe q̄
fit per nãm ꝛ nõ per artẽ cũ diuersis ingenijs in
nãtibus ad eruptionẽ de q̄bus al's dictũ est: sꝫ
de ea eruptione q̄ fit a nã quãtum ad tp̄s dicit
Auic. ꝛ ruptura saniosi.i. collecti apatis in die
7°.s. a ꝑn° collectionis vt statim post dicet̃ est
ex eis que numerant̃ in raro.i. rara cõtingit: et
addit ꝙ pl'm post id est vsq̄ꝫ ad. 20. ꝛ. 40. ꝛ. 60.

dies. Et idem voluit Hip. 2° pnosticorū tex. cō
mē. 53. cum dixit. Apostematū q̄dā in. 20. q̄daꝫ
in. 40. differūt rupturā: q̄dā in. 60. ¶ Et talis
diuersitas sumit ex parte dieꝝ p̄ncipal'r: vt ibi-
dē voluit Cōmē. in cōmēto. s. ex parte mēbrorū
in q̄bus est ap̄a ⁊ ex parte materieꝝ ap̄atis: qm̄
in mēbris calidiorib⁹ citius cōplet saniositas
⁊ velocior fit eruptio ⁊ q̄ cūqꝫ horū est frigidi⁹
⁊ durius eius saniositas fit tardior ⁊ ru ptura
pn̄r: ⁊ ita si accidit ap̄a ab humoribus calidiori
bus saniositas est velocior: ⁊ si a fridiorib⁹ ei⁹
saniositas est tardior ⁊ diceaat ibi Gale. q̄ ille
differēter sumūtur ex his q̄ sunt intrinsecus: sꝫ
alie smuntur dr̄ie de velocitate ⁊ tarditate ab
extrinseco vt ex etate ⁊ nā. i. cōplone in regione
⁊ dispōne aeris ⁊ virtute infirmi ⁊c. ¶ Sumit
etiā diuersitas ex parte accn̄tiū. Nā dicebat. A.
⁊ q̄to plus fuerint accn̄tia collectionis vehe-
mētiora erit eruptio velocior: q̄to plus fuerint
leuiora erit eruptio tardior: ex q̄bus v̄bis au-
ctorꝝ pōt colligi q̄ pleuresis v̄a simpl'r: q: ex par
te materie ⁊ ex parte situs talis debet termina
ri post p̄n^m collectionis ad rupturā vt plurimū
in. 20. die. ⁊ illa q̄ est pleuresis nō vera simpl'r
vt pēdēs ex materia grossa frigida p essentiam
⁊ in mēbris exterioribus: debet p ruptionē ter
minari in. 60. ⁊ ea q̄ est s̄m q̄d vera vel non ve-
ra vt pēdens ex materia calida: sed in membris
nō calidis cōtēta vel ex materia frigida ⁊ in mē
bris calidis cōtēta vtpl'm debet terminari in
40. sed ne cōtingat deceptio dixi signanter q̄
post p̄n^m collectionis debet terminari ad. 20.
vel. 40. vel. 60. ⁊ nō dixi absolute ap̄ata termi
nāda ad rupturā debere terminari ad illos ter
minos: vt aliqui voluerūt faciendo cōputatio
nem a p̄n° morbi: qm̄ ex snīa Hyp. declarat q̄
cōputatio ad tpa rupture dꝫ fieri a p̄n° nō ab-
solute morbi: sed a p̄n° collectionis si subtiliter
⁊ cū sapore intelligant verba sua: dixit sic. Opꝫ
ergo medicū diem principij nō ignorare. s. dieꝫ
principij collectionis: vt declarabitur p hoc q̄
addit. Et in quo corpus p̄n^m habuerit. s. feb. ca
lide aut frigide: aut p infirmū sup. opꝫ cogno-
scere qn̄ ⁊ quō incepit in eodē loco dolores et
p̄ūctiones sentire: addit. Et nota verba hec cum
sup. q̄ dicta sunt principia collectionē indicia
i. sunt signa indicātia p̄n^m collectionis: ex quo.
s. a p̄n° collectionis cōputanda erit tibi nūcia
dies. s. eruptionis: ⁊ iō addit: ⁊ hāc. i. ex hac cō-
putatione eruptionē expectabis in p̄dicta tpa
⁊ ita voluit q̄ in p̄n° collectionis dꝫ fieri cōpu
tatio ad diē eruptionis ⁊ nō a p̄n° morbi: ⁊ de-
clarauit p̄n^m collectiōis p infirmū diuerso mō
se hr̄e ab eo q̄ prius se habuit: q: s. p magis ca
lere vel magis frigere: ⁊ q: incepit in eodē loco
signāter ponit in eodē ⁊ dolores ⁊ punctiones
sētire sup. vehemētiores q̄ pri⁹. s. qn̄ incipit fie
ri collectio: qm̄ antea expuebat mā ⁊ nūc retē-
ta colligitur: ⁊ ita saltē incipit dolor esse magꝫ
aggrauatiuus: qm̄ vbi prius erat mā dispersa
p diuersas porositates mēbri ap̄ati iaꝫ recipit
in vno manifesto sinu tota: ⁊ sic magis graui-
tat: ⁊ sic ex alia parte cū ducit ad saniationē: p
pter ebullitionē q̄ est in ea acq̄rit extēsio: fit ēt
extēsio mēbri maior: ⁊ p̄n̄r maior p̄ūctio: ⁊ sic ta
lia sunt inditia p̄ncipij collectionis: ⁊ ita etiaꝫ
fit vehementia fe. ⁊ ppter maiorē putredinem
⁊ ppter maiorē dolorē. ⁊ ita maior fit difficul-
tas in anhelitu ⁊ ɔstrictio maior: vn̄ opꝫ dupli
care anhelitū in attractione aeris ppter p̄uita
tē ⁊ cōstrictionē ei⁹: hec igr̄ oīa sunt signa prin
cipij collectionis. Et totam hanc snīam mani-
festauit Aui. in p̄n° capl'i de signis collectiōis
⁊ eruptionis. Nā postq̄ dixit qn̄ nō expuit spu
tū laudabile velox ⁊ nō mūdificat in. 14. dieb⁹
tunc iā p mutat ad collectionē: addit ⁊ signifi-
cat initiū eius. s. collectionis in accessione do-
loris vehemētia prius. s. habiti ⁊ difficultas an
helitus ⁊c. Ab hoc ergo prin° collectiōis: q̄ co
gnoscit ex dictis fiēda est coputatio differēter
ad diuersos terminos ruptionis s̄m diuersita
tem māe ⁊ situs vt dictū est supra: pōt tn̄ veloci
tari ⁊ tardari eruptio s̄m occursum causarum
eruptionē faciētiū: de q̄b⁹ supra dictū est vt de
casu vel percussione supra locū ap̄atis vel forti
clamore ⁊c. ¶ Sed de signis sp̄alib⁹ eruptiōis
dicebat Aui. Cūqꝫ rūpit accidit tremor diuer-
sus ⁊ dilatat pulsus cū diuersitate sui. i. fit tre-
mor diuersus. s. ab eo q̄ fit cōiter in p̄ncipijs p
xismoꝝ: q: in principijs paroxismoꝝ fit cōis to
ti vbi tremor sequēs rupturā ⁊ expansionem sa
niei fit solū circa mēbra cōuicina loco ap̄atis
ad que effundit mā saniosa. 2° ppter p̄ūctionē
⁊ acuitatem ipsius saniei subito imprimentis
supra dicta membra ad que fluit ⁊ in q̄bus re-
cipit: ⁊ ita est diuersus: lꝫ etiā posset intelligi
aliter diuersus s̄m eius tremoris diuersitatem
in diuersis membris factā ex diuersa imp̄ssiōe
eius saniei in diuersas partes eoꝝ: ⁊ ita pulsus
dilatat: q: minuit extēsio in arterijs rupto ap̄a
te: immo videntur arterie aliqual'r hūectari p
humectationē panniculi a sanie erupta supra
diuersas ptes eius: ⁊ ita p̄n̄r mollificant arte-
rie: ⁊ ita pulsus dilatat cū diuersitate sui. i. ine
qualiter dilatat ⁊ cadit virtus. s. sensibil'r pro-
pter subitū occursum saniei p̄ūgentis supra di
uersa membra: ⁊ debilitat anhelitus. s. a veloci
tate vel frequentia. i. fit tardior vel rarior: quia
minorata est cā coartationis: vt p̄tꝫ ppter ru-
pturam ap̄atis. ¶ Et addit Aui. vnū ɔtingens
in ruptura ap̄atis q̄ videt extraneū dixit. Et
multotiens accidit fe. vehemens. s. ppter ru-
pturā: q̄ nō videt rōnabile: ex quo sanies nō
manet vnita ⁊ vaporans p venas vel arterias
ad ip̄m cor sicut faciebat ante eruptionē. Et ad
ducit rōnem huius cōtingentie. s. q̄ ideo acci-
dit aliquotiens vehemens febris p rupturā: p
pterea q: mā. s. saniosa mordicat membra sup
que fluit ⁊ mordicat ap̄a. i. diuersas ptes mem
bri ap̄ati ad quas sup. attingit rupto ap̄ate vbi
prius nō attingebat. Et ita ppter dolorē pōt
augeri febris. ¶ Et hec ruptio que fit vt pluri-
mum fit ad spatiositatem pectoris: vn̄ sepe fit
empima vt infra videbit de causis empimatis.
Et si materia fuerit plurima que subito effun-
detur ⁊ virtus fuerit debilis sepe adducit ad p
nitiem p viam suffocationis. Et qn̄qꝫ educitur
materia p eruptionem ad vias vrine vel ege-
stionum: sicut etiam aliquotiens fit ante exi-
turam: ⁊ tunc percipitur punctio in illis vijs ⁊
exitus materie per easdem: ⁊ aliqn̄ permuta-
tur ad cutim ⁊ inguina. Nam si videris tensio-
nem dicit Aui. ad myrach ⁊ hypocūdria et cu-
tim ⁊ grauitatem indicabis exituram apud in-

Nota.

guina ꝛ crura: ꝛ tunc est bona significatio. Nam addebat ipse ꝙ declinatio ad ambo crura est vehemēs significatio ad incolumitatē. ¶ Et aliqñ declinat mā ad supiora vt ad cerebrū ꝛ partes capitis ꝛ est mala significatio. Nā stantib⁹ accñtibus de difficultate anhelitus ꝛ ꝯstrictione eius si succedat soda cū cal'itate supiorū vt colli ꝛ faciei: ꝛ postea minuant mala acidentia pectoris: tunc dicit Aui. ptendit. s. seruit ad declinationē māei ad ptes auriū ꝛ capitis vl' sup. cerebri. Et si nō apparuerit apā vel exitura ī ptibus capitis vel aurium: tunc signum est qḋ mā declinabit ad cerebrū: ꝛ maxime si addat pmixtio rationis cum alijs signis apatum cerebri: ꝛ interficiet pl'm in scḋo aut in tertio.

De signis indurationis.

¶ Signa indurationis sunt manifesta ex his q̄ supra dicta sunt de frenesi ꝛ squinantia ꝛ reliquis: maxime ꝙ fe. ꝛ caliditas paulatine declinant donec omnino deficiant: ita dico de velocitate ꝛ frequentia in anhelitu ꝛ erit priuatio sputi ꝛ remanebit grauitas aliqualis in loco in quo fuit apostema: neqꝫ similiter difficultas anhelitus in totum remouebitur.

De signis crisis.

¶ Signa crisis hn̄tur quasi ex dictis ꝛ laudabilis ꝛ synthomatice: de signis bonis ꝛ malis superius habitis ꝛ ex alleuiatione nocumentoꝝ vel augmento ipsoꝝ post crisim: ꝛ etiam de cita vel tarda futura crisi dictum est supra: qm̄ maxime colligitur ex veloci ꝛ cita apparētia signorum digestionis in materia vel tarda. Naꝫ sputum subrubeum si continuo appareat inchoātem abbreuiat: ꝛ si tarde tarditatem significat: ꝛ ita de reliquis dicatur correspondēter. Et hec de signis sufficiant.

Cura. Accedendū nunc est ad curam eius q̄ cōplet p duo principalr̄. s. p dietam ꝛ alia medicinalia: circa quā dietā pmo obseruetur ꝙ si apatis cā fuerit primitiua de calefaciētibus infrigidantibus ꝛ alijs: illud abijciat phibēdo etiam oēm talē cām cōseruantē vel efficientē siue immediate fuerit cōseruans siue mediate: immo totū regimē vertēdū est in oppositum. ¶ Et dicebat Aui. 4ª primi. ca. 25. loquēs de cura occultoꝝ apatum: opꝫ vt ea hn̄s a balneo vino ꝛ motib⁹ corporeis ꝛ aīalibus superfluis sicut ira ꝛ sibi silibus caueat. Et vitād⁹ est oīs aer grossus nebulosus vētosus ꝛ q̄cūqꝫ hn̄s intēsam q̄litatē: puta caliditatē vel frigiditatē ꝛ dicebat Mes. in ca° pprio. dirigatur eis temperies in aere ꝛ timeat acuitas in ipso ex multiplicatione boree ꝛ austri inq̄tuꝫ possibile fuerit: ꝛ fiat elongatio a fumis ꝛ vaporibus ꝛ ventoꝝ flatu ꝛ ab aere agitationis aquaꝝ ꝛ estuoso ꝛ sicco: aliqñ tn̄ sm̄ diuersa tpa pleuresis ꝛ diuersa accñtia eius: opꝫ aerē aliqualiter ad cal'ꝫ vel frm̄ inclinari. nā in pn° fluente mā cal'a vt in pleuresi verissima melius est aerē ad frm̄ parūper declinare: ꝛ maxime si ꝯiungatur sitis vehemēs cū tussi sicca: qḋ si mā fuerit magis fria ꝛ iā appareat sputū manifestū de mā apatis dꝫ aer parūper ad cal'm declinare ꝛ cōsiderāti ptꝫ ꝛ quōcunqꝫ sit dꝫ aer parūper ad humidū declinare ad lenitionem partium pectoris: qḋ si talis non fuerit artificialiter preparetur sicut al's sepe dictum est. ¶ Circa somnū ꝛ vigiliā dicat ꝙ vtraqꝫ excessiue facta nocēt: tn̄ somnus in pcessu cū queritur expuitio dꝫ esse interceptus: vt dcm̄ est supra in ca° de asmate. ne materia retineat: ꝛ eo tpe etiā somnus sup locum doloris ad maturationē iuuat calefaciēdo illḋ lat⁹ iuuat etiā ad expuitionē cōfortādo ꝟtutes naturales: ꝛ ēt cōprimendo locū apatis facit ad expulsionē: ꝛ ita ad illā intētionē ēt cū vigilāt debēt iacere etiā supra latus egrum. Sed in pn° fluēte mā ꝛ in augmēto sepe pnocet somnus pter vehemētiā doloris: ꝛ tūc est q̄rendus accubitus sm̄ quē meli⁹ q̄escit eger: postea sunt vigilie corrigēde si fuerint supflue sm̄ modū q̄ dicet infra circa intētionē accñtiū. ¶ Motus āt est in omī apate incōueniēs nisi cū q̄ritur aliq̄tiēs eruptio apatis ꝛ expulsio meteriei: qm̄ fluēte materia motus auget fluxū eius: etiam ipsa fluxa phibet digōnem eius: ideo vsqꝫ dum saltē apparebūt signa collectiōis dꝫ phiberi motus ꝛ pcurari q̄es. ¶ Repletio in illo casu est multū nociua ꝛ lenitio vētris in casu iuuatiua Nā dicit Aui. ꝛ opꝫ vt phibeas inflationē sup. vētris. Et addit: ꝛ scias ꝙ fumus fecis ꝛ ei⁹ inflatio nociui sunt valde in hac egritudine iō pcurāda est lenitio stāte vētris stipticitate cum leniētibus p supius ꝛ p inferius tn̄ moderate: qm̄ vt supra dcm̄ est hunc morbum: vt dicebat Me. cōsueuit fluxus seq̄ immoderantia. ¶ De passionib⁹ aīalib⁹ iā dcm̄ est gnāl'r: sꝫ maxime fugiēda est desperatio ꝛ suspitio ꝛ timor mortis tristitia q̄ꝫ ꝛ sollicitudo: hec oīa sunt in oī tpe eius multū nocētia pter causas notas consyderāti. ¶ Circa cibū ꝛ potū est p° cōmemorandū de doctrina tradita ab Hip. pª affo. circa dietā cōueniētē in morbis acutis. Nā q̄to morb⁹ fuerit acutior tāto constāte ꝟtute dieta dꝫ esse tenuior: ꝛ ecōtra q̄to morbus est remissior: ꝛ accidētia eius tāto copiosius dietare possumus vt fuit snīa affor. Ubi ergo sm̄ acumē egritudo cōtinuos ꝛ vltimos labores habet vltima ꝛ tenuissima dieta necessariū est vti: vbi ꝟo nō ꝛc. Cū igit in tribus pmis diebus vsqꝫ ad quartā iste morbus quasi videat de acutissimis merito accñtiū: ꝛ maxime loquēdo de pleuresi verissima: idcirco quasi vsqꝫ ad quartā vtēdū est dieta tenuissima. s. dieta multū appropinquāte tenuissime: qꝛ in nullis morbis duratiuis saltem p tres dies sm̄ ordinationē dietaꝝ p modernos medicos est ordināda tenuissima dieta q̄ est nihil dare: lꝫ tpe antiquoꝝ talis ordiaret: et hoc est scḋm rōnabil'r: qꝛ hodie corpa ꝛ sm̄ q̄titatem c tinuā ꝛ discretā vtūt dieta grossiori q̄ faciebāt tpe antiquoꝝ. Et pinde pter istā causam cōfirmati moderniores ex snīa Hipp. tex. commē. 19. scḋi regimīs acutoꝝ: pter hr̄e ꝯsyderationē ad ꝯsuetudinē dederūt dietā grossiorem nō tm̄ sanis: immo etiā egris: ita ꝙ illa dieta q̄ cōueniēter debebat in morbis pacutis iā cōuenit in morbis acutissimis: ꝛ ista q̄ ꝯueniebat in acutis absolute: iā cōuenit in pacutis. Nā dicebat Hip. loco alle. iā sm̄ cōsuetudines in dietādū etiā adest sanitas sm̄ iuuamētū dꝫ pcedere sup. medicus. ¶ Cū ergo ex dieta in sanis maxima diuersitas sup. sit ꝛ alia huiusmodi videātur q̄to magis necesse est fieri in morbis ꝛ maxime in pacutis: qḋ quidē facile est deprehēdi. cum igitur dieta declinās ad latus tenuissime ex doctrina habita in cōmento affo. Tenues et certe diete ꝛc. conuenienter antiquitus videba

tur ꝓpter acuitatem morbi, iā ista ↄuenit debi-
te acutissimis terminabilibus ēt in tertia: Et
lʒ hi morbi vt plm̄ non sint parati terminari in
tertia die: immo longius, vt visuʒ est supra qꝛ
tm̄ maxima seuitas accidētium fit ī talibꝰ mor-
bis in primis tribus diebus vt supra declara-
tum est: quoniaʒ cū incipiunt apparere sigª di
gestionis q̄ vt plm̄ incipiunt apparere in quar
ta iā transiuerunt tria p̄a tp̄a accñtium ꝛ mor-
bus tunc est in declinatione: idcirco maxime in

Nota.

his tribus diebus vtendū est tenuissima dieta
ad modū expositū. Et ꝓinde Ras. circa tertum
vt vidistis constante virtute ordinat aquā ord.
sufficere vsqꝫ ad quartū diē ꝛ postea grossiꝰ pos-
sumus dietare: ꝛ hoc semp intelligat̃ ↄstāte vir
tute: qꝛ alr̃ oporteret ēt in primis diebus aliq̄lr̃
magis nutrire. Perinde Mes. ordinans dietaʒ
dixit ꝙ opʒ nutriens cōmēsurari ſm cōsidera-
tionem aut ad morbū aut ad patientē. Ad mor-
bum quidē aut ſm quantitatem acuitatis aut
ſm horas accessus ꝛ recessus eius. Et addit: mlr̃
titudo quidē acuitatis facit necessariaʒ subtra
ctionem nutriētis sicut paruitas eius. i. remis-
sio acuitatis multitudinem sup. facit necessa-
riam. Nam dixit de mente Hyp. s. primo regimi

No. bene.

nis acu. Si apud vehemētiā doloꝝ ꝛ acuitatis
cibus detur: est ponere egrū ad desperationem
ꝛ mortē. Et rō est Aui. clara intelligēti ꝛ ip̄e de-
clarat vt videbis loco suo. Eandē sn̄iam posuit
in ordinatiōe diete ī hoc morbo: qꝛ eius ordina
tio ī hoc morbo ē maxīe necessaria dt̃ sic. Et mē-
sura nutrimētū ꝛ nō multiplices imo subtilies
scdʒ qd̄ necessariū facit mlr̃titudo acuitatʒ egri-
tudinis ꝛ prauitatʒ eius ꝛ accidentiū ipsius. Et
addit: declarando ꝙ ēt in pleuresi quieta oʒ die
tam esse multuʒ tenuē ꝓpter timorē ne augeat̃
dixit. Nā si ip̄a fuerit q̄eta leuis facilis cibabʒ
ip̄m cum aqua or. excorticati decocti valde: ꝛ si
fuerit inquieta sis contētus aqua or. sup. leuis
decoctionis: qꝛ minꝰ nutrit q̄ p̄ma vsqꝫ quo de-
claretur tibi dispō ꝓprie ſm sputum. Nam tūc
sup. manifestato sputo ꝛ minoratis sup. acci-
dētibus: scis necessariā esse virtutē. s. ↄseruan-
dā cū cibo. Idcirco addit nutrias ergo sup. tūc
cū aqua or. excor. sup. ꝛ valde decocti ꝛ cōforta
sup. virtutē: ꝛ si retinet̃ sup. sputū iterato subti
lia regimen ꝛ sis ↄtētus aqua or. sup. dicta ꝛ si-
rupis q̄ntum potes. Ecce quō caute ꝓcedit ī die
tando: qꝛ est maxima pars cure. ¶ Sed nota sin
gulariter vt est ex cōi doctrina Hyp. ꝛ Gal. ꝛ vlr̃
oīm illustriū medicoꝝ ꝙ in casu tali nūq̄ ē die
tādus eger cū kist ord. stāte ventris stipticita-
te: qꝛ imminet magnū periculū ꝓpter inflāma
tionē alr̃s inflationē eius. Sed in ꝓcessu possu-
mus magis ingrossare dādo nō tm̄ aquā or. sed
ēt farinatā de ordeo cū ʒuc. Et aliq̄n possumus
addere de amigdalato maxime in mane: sʒ si fue
rit fe. satis vehemēs loco amigdalati faciamꝰ
emulsionē seminū cōium frigidoꝝ ma. Et si con
iungeret̃ tāta calr̃itas ꝛ vehemēs sitis vt super-
fluerent vigilie addant̃ in emulsionibus semīa
endi. ꝛ papaueris. Et nota hic ꝙ lʒ semē ēdiuie
admittat̃ ab auctoribꝰ ēt ab Aui. tm̄ aqua endi

No. bū di-
ctū Aui.

nō laudat̃: imo in sermone de cura doloris pe-
ctoris dicit Aui. Ea aūt a q̄bꝰ est abstinendū est
sicut portulaca ꝛ aqua endiuie: in q̄bꝰ est infri-
gidatio ꝛ inspissatio: lʒ Gen. ibi dixit ꝙ per endi
uiā intellexit Aui. lactucā. Et addit: ꝛ opʒ vt sit
tua magnifica intētio ad hoc vt sputū facile sit
ꝛ hoc in medicinis ꝛ in dieta: ꝛ ita semē nō tm̄
inspissat sicut aqua ipsa. Valēt ēt ad debitā die
tā magis nutriēdo aqua tritici ꝛ candarusi: ꝛ ēt
aqua decoctiōis maluaꝝ ꝛ bletaꝝ ꝛ aqua cucur
bite: ꝛ in ꝓcessu farina cādarusi ꝛ farina fabaꝝ
si fiāt ex eis pultes semp cū ʒuc. Et in fine febris
dicit Mes. pn̄t exhiberi pulmēta cū modico bu
tyro ꝛ tandē exhibemꝰ panē coctū lotū tribꝰ vel
quttuor vicibꝰ cū aq̄ cocta ad extractionē fermē
ti vt dictū est circa lr̃am: qm̄ vt dicit Mesue in
hoc caº panis aʒimꝰ nō ↄuenit p hoc qd̄ iuiscat
ꝛ fermētatꝰ nō dʒ dari: qꝛ facit aptionē ap̄atis
aū digōnē: tādē audemꝰ in ꝓcessu magis ad bro
diū pulloꝝ tādē ad pistatas: hec q̄ dicta sunt in
telligunt̃ in pleuresi vera a mā calr̃a. Sed ī pleu

No. de or-
deo nō ex-
corticato.

resi flātica dāda est aq̄ ciceꝝ rub. ēt ꝛ or. silr̃ semp
intelligēdo de excorticato: qꝛ cortex nocet cāne
pulmonis sua asperitate: vʒ ēt ius caulīū ꝛ cuʒ
oleo de amig. dul. Et etiam si cibentur cū ficla ꝛ
cū hysopo vel decoctionibꝰ eoꝝ est eis bonꝰ ci-
bus cū melle: ꝛ in mā melr̃ica vʒ buglossa ꝛ lupu
li simul cum alijs que dicta sunt. ¶ Potus autē
bonus eis est aqua ʒucca. ꝛ aqua mellis ꝛ iulep
subtile: ꝛ aqua or. subtilis. Et hoc bene no. ꝙ po
tus nunq̄ dʒ esse frigidus nisi vbi sit vehemen-
tia sitis cum vehementi inflammatione: nā tūc
potest dari frigidus mixtus cum oximelle sim-
plici vel sirupo acetoso ad remouendum nocu-
mentum eius frigiditatis addendo subtilitatē
ꝛ penetrationem: sed his non stantibus nūq̄ sit
frigidus sed in estate tepidus ꝛ in hyeme calidꝰ

Cauēdum
est a vino
nisi ī decli
natione.

A vino omnino cauenduʒ est nisi in declinatio
ne manifesta: ꝛ tunc dandum est vinum album
subtile dul. mixtuʒ tm̄ cum aqua plurima nisi ti
meamus opilationem epatis ꝛ splenis. Nā ip̄m
est magis adiuuans ad spuendū. vt dicebat. A.
Sed si epar aut splen fuerit infirmum loco vini
dulcis exhibeatur vinum aquosum. nam ipsum
est confortans virtutem plusq̄ aqua vt vult. A.
ꝛ in ipso est incisio ꝛ subtiliatio. ¶ Inter fru-
ctus valent iuiube bene mature ꝛ reliqua dicta
supra de tussi calida ꝛ postea granata dulcia nō
disconueniunt ꝛ passe sine arillis: ꝛ maxime in
materia frigida vel in declinatione. Et ista re-
gula est obseruanda cum cautela etiam in con-
ualescētibus pleureticoꝝ dimittēdo salsa acu-
ta ꝛ hmōi. Naʒ de his Aui. vltra mediū caplī de
cura doloris pectoris. Et opʒ vt caueant̃ in con
ualescētibus pleureticoꝝ salsa ꝛ acuta ꝛ saturi
tas ꝛ repletio saturitatis facientis nauseam et
ventositas ꝛ fumus ꝛ vox alta ꝛ sufflatio fortis
ꝛ coitus. Nam si recidiuaut addit textus sup. ꝓ

Not. hysto-
riam.

pter inordinationem talem moriūtur. ¶ Et ita
cauendum est a stipticis cibis: qm̄ vt narrauit
Ras. 4º continentis: quidā factus sanꝰ postq̄
medicus consensit vt darentur sibi lēticule mor
tuus est dicit sic. Nutrientia grossa lʒ ↄfortent
magis virtutē sup. q̄ humida: sputū tm̄ ingros-
sant ꝛ ipediūt: vn̄ expedit vt euitent̃ hmōi nu-
trimēta: addit: qm̄ q̄dā medicꝰ sistēre patiente
pleuresim in declinatione pfecta eius passiōis
ita ꝙ nulla alia cura indigebat nisi ad expuen-
dum hmōi humores solūmodo q̄ maturi fue-
rant dedit ei de lēticulis ↄfectis cum aceto ad
nutrimētū ꝛ inde cessauit sputū ob ipedimētū

ipsius nutrimēti: ⁊ causa fuit ad mortem ipsius in scđa nocte ob culpam medici ⁊c. Et tñ quidā modernorum laudant ad repercussionem lenticulas coctas in aceto: ⁊ male propter nocumenta que sequūtur ex stipticis medicinis: de quibus etiam dictū est supra. Et hec sufficiant quātum ad dietam.

Medicinalia. Circa vero medicinalia cadunt intētiones. pma intentio est ꝓhibitio apātis. 2ª intētio est si non potuit ꝓhiberi in totū apā intētio est ad cessare faciendū ne augeat ⁊ insensibil'r resoluat: ꝙ si ꝓhiberi nō poterit quin ad cōplementum veniat tūc stat intētio de adhibēdo studio vt mā resoluat per sputū: ꝙ si pur sputū retineatur ⁊ putredo iam fiat in apāte. tunc curandum est de ruptione apātis facta tñ prius digōne completa: postea de cōpleta mūdificatione etiā per sputum: que si mūdificari nō poterit: dubiū est ne trāseat in ptisim. ¶ Has oēs intētiones collegit Ras. per ordinem 4° ꝯtinētis applicādo partem vnius textus cū alio sibi ꝑcedenti per columnam dixit sic. Dico ꝙ in pn° pleuresis cura habeat ad ꝓhibendū ꝙ nō fiat apā: ideo necessaria est minutio etiā purgatio ⁊c. ⁊ ante ꝑ columnam dixerat: dico ꝙ pleuresis hꝫ tpa et terminos. nā si accidat apā tunc dignum est vt studium adhibeat ad faciendū cessare esse eius ⁊ vt declinet mā ab eo ⁊ sup. resoluat insensibiliter: sed si esse suū complementū habuerit. i. iā sit fluxa mā in totū cura fiat ad maturandū ipꝫ i. ad digerendū mām ⁊ purificandū ꝑ sputū. i. resoluendum: postea addit: ꝙ si strictū fuerit sputum ⁊ nihil expuerit patiens vltra ꝙ̄ fuerat: et vehemens fuerit feb. cū dolore notū sit ꝙ putredo incipit fieri in apāte: ⁊ tunc sup. stat indigētia complete maturationis ⁊ tandē ruptionis: et ad declarationem eruptionis dixit: ⁊ si mitigata fuerit abūdantia febris ⁊ postea excitatus fuerit rigor cū fe. sequēti ⁊ angustia anhelitus: tunc notum sit ꝙ emanauit putredo: ⁊ sup. stat intēsio absterfionis ⁊ cōplete mūdificationis. Addit: si vero purificatio eius facta fuerit velociter per sputum bonuꝫ erit: sin autem passio conuertitur ad ptisim. ¶ Primam autem intentionem de ꝓhibitione apātis cū incipit dolor cū reliquis accidētibus pleuresis essentialibus ꝫm Mes. cōplent ꝑncipal'r due intētiōes. Una est administratio medicinaꝝ mēbrū lesuꝫ confortantiū ⁊ virtutē eius: ⁊ coadunantium vias ne recipiat: ne sup ipsum vincat q̄ ad ipm fluit mā vt sunt empl'a exterius repcussiua applicata vt cū lētibus excorticatis coctis cū aceto ⁊c. 2ª est diuersio māe fluentis: ⁊ intentio pͣ proprie respicit etiā ipm mēbrū ne recipiat: et etiā cōplet ꝑ pulsum aut ꝑ trāsmissum illi' modice māe q̄ iā fluxit. 2ª aūt q̄ est ꝑ diuersionē facit ad ꝓhibitionē apātis ꝑ tractū ei' ad oppositam partē. ¶ Sed de pͣ intētiōe est dubitatio inter medicos. s. nunquid repercussiua in casu cōueniant. Ad partē affirmatiuā est. d. Mes. et quidam practicantiū ⁊ cōiter scribentiū. Sed ad partem negatiuā videt snīa illustrium medicorū qui in cura hmōi repcussiua nō applicant sed magis anodina exterius pro mitigatiōe doloris ⁊ interius lenitiua ⁊ nequaꝙ̄ stiptica: vt ptꝫ ꝑ discursuꝫ Hip. ēt Gal. in 2° regis acutoꝝ.

De 2ª intētione curatiua.

Questio.

Et si dicat ꝙ Hip. in tex. cōmē. 5. eiusdem laudauit ordeum ⁊ orobū infusa in aceto que vident stiptica: dicat ꝙ nō applicauit ea ad repcussionem ⁊ confortationem membroꝝ: sed magis ad resolutionem ⁊ digōnem materieꝝ grossarum ⁊ humorum viscosoꝝ: vt voluit Cōmē. Gal. in eodem cōmento. Nam dicit: opꝫ vt vtaris istis speciebus vaporationis in eo in cuius mēbris infirmis videris aggregatos esse humores viscosos grossos: ⁊ ita nō affirmat istud in pn° fluentis materie: vt pꝫ. Et Auic. 10. tertij. tractatu. 5. vbi nullibi reperit ꝙ in pn° hoꝝ apātū applicet repcussiua exterius ꝓprie stiptica: imo pmū ⁊ maximū empl'm ꝙ applicat in pn° fluēte materia calida est cerotū factū ex oleo viola. ⁊ cera colata. nam tale infrigidando humorē ⁊ aliqualiter ingrossando facit ad ꝓhibitionē flux': sed nō est medicina vere repercussiua: immo lenitiua: vt ptꝫ. Et addit: deinde gradatiꝫ ꝑueniatur ad adipes ⁊ mucilagines: ⁊ ideo noluit exteri' applicari stiptica. ¶ Interius etiā ꝓhibuit expresse exhibitionē stipticoꝝ. nā in cura cōi apātum partiū pectoris dixit: ⁊ ex eis que cursu medicinarum ꝑtis ꝓcedunt sup. in casu sunt omīa que mundificant ⁊ remouēt asperitatē ⁊ leniūt in gradu p° sicut aqua iuiubaꝝ ⁊ viole. ⁊c. ⁊ infra in cura pleuresis in intētione eūonis cū aliquotiens debet eūo stante alio humore peccante a natura sanguinis loquēdo de cā ad quā respicit dicta eūo dixit: ⁊ si est humor ali'. s. a sanguine vel sup. separatus a nā sanguīs eūata nō cum his que sunt sicut mirabolani: neqꝫ in quo sit stipticitas: immo cū eis in q̄bus est cū solutione lenificatio: ⁊ in sermone continuo de cura doloris pectoris in pn° dixit: ⁊ maximi quidem erroris est tribuere infrigidantia vehemētia nisi in factis ex colera. ⁊ addit: ⁊ nō dētur in potu infrigidantia stiptica: ⁊ postea ponit vnū dictū quod videtur contrarium huic determinatiōi: dicit. Et cibi eorum sint lentes cum acetositate et similibus: dicit Gen. ꝙ tale cibariū nō est stipticum propter acetositatē: sed verum est vt dicit ꝙ vt plurimum nō conuenit: reuera credo ꝙ dixerit cōtra scientiam: qm̄ acetum lꝫ penetrare faciat aquā frigidam: tñ cū coniungit stipticis credo ꝙ asperitatē faciat ideo credo ꝙ talia grana nequaꝙ̄ cōueniant pro cibo: vt etiā colligitur de mente Hip. primo regiminis acutoruꝫ laudando or. supra reliqua grana maxime propter eius lenitionem in decoctione. Et exp̄ssius Commen. Gal. in cōmento: ⁊ est cōmentum. 19. vbi dicta grana de lentib' ⁊c. vituperauit in casu: ⁊ idē Serap. in ca° ꝓprio post flōmias: ⁊ post illud damus infirmo decoctionē ex iuiubis ⁊ sebesten ⁊ pass. ⁊ addit in processu: ⁊ confert ei q̄ habet hanc egritudinem ex cibis qui est humidus ⁊c. nunꙗ̄ de stipticis faciens mentionē. Et ita credo illū tex. Aui. esse incorrectū: ⁊ ꝙ debet legi negatiue ⁊ non affirmatiue vt sic cōtinuet litera: ⁊ nō dentur in potu infrigidantia stiptica: ⁊ cibi eorum nō sint sicut lentes cum acetositate: ⁊ de his similibus: qm̄ forte q̄dā antiquoꝝ posuerant: vt etiā imitat' est eos Mes. vel pōt dici ꝙ textus sicut iacet est verus: intelligendo ꝙ illa negatio non. cum textus dicit: non dētur in potu ⁊c. etiam cadat supra ꝓpositionē aliaꝫ sequētē: illā. s. ⁊ sint cibi eoꝝ ⁊c. sic ꝙ totus tex.

Cerotum Aui. qđ applicari pncipio pleuresis.

Nota contra Auic.

ille sit negatiuus: ita etiã sentit Halyabas 6° practice: vbi interius exhibet lenitiua tm̃: ⁊ ita Alex. ⁊ idẽ Azara. sensit exhibendo decoctionez passulaꝝ ⁊ iuiubarũ ⁊c. postea isti oẽs exterius vt Serap. Haly. Azara. posuit empl'm qđ posuit Aui. ex cera ⁊ oleo vio. aliq̃ addunt dragagãtũ. Alex. posuit fomẽtationes resolutiuas mitigatiuas doloris nõ faciens mẽtionẽ de stipticis. Mesue aũt ausus est i hac difficultate ꝑ p̃a intẽtione applicare cõfortãtia stiptica exteri⁹ vt empl'm ex faria fabaꝝ cocta cũ aceto: aut ex lẽtibus nõ excorticat. ⁊ coct. cũ aq̃ aut facẽ iussit euaporationem cũ spongia infusa in aceto decoc. rosarũ balaustiaꝝ ⁊c. ¶ Et Cõciliator tractat hãc mãm in differẽtia. 208. ⁊ breuiter determinãdo q̃õnem dixit ꝙ in corpore pleno: aut etiã medie plenitudinis minime cõpetunt repcussiua: in corpe etiã mediocri nisi facta flõmia non competunt: in mã etiã flãtica vel melica nõ cõpetunt: sed vbi sit mã modica in toto ⁊ sit calida qꝛ mã calida indiget infrigidatione videt̃ concedere talẽ repercussionẽ cũ frigidis ⁊ aliqual'r cõfortantibus mẽbrũ: ne recipiat: vel ad excutiendam illaz modicã mãm q̃ recepta est: qñ. s. materia est in p̃n° fluxus: ita ꝙ minima sit portio fluxa. Addit tñ Cõciliator ꝙ qꝛ rarius occurrunt medici in p̃n° fluxus materie: neq; in p̃n° vocant̃ principiante: idcirco dicit ꝙ medici fere semp incipiunt cũ anodinis: ⁊ ꝓinde sapienter dicit Mesue qui postꝙ laudauit hmõi repcussiua dixit: verũ hoc est suspectũ sup. qꝛ ꝓfundatur materia interius: ⁊ sic videt̃ addi vt fluat ad locum ap̃atis: ideo dixit: verũ hoc est suspectum nisi cum materia pauca fuerit aut in p̃n°. principiante cũ nondum mã repsit in locũ. i. fluxit aut ꝭm minimã partẽ. Et addit: ⁊ hoc q̃dem cum cautela vt administret̃ regimen diuersiuũ in eodẽ. i. cũ apponunt̃ talia repcussiua fiat simul diuersio vt mã que repellit̃ elõget̃: tũc hoc em̃ est ꝭm sapiẽtiã: vt dicit. ¶ Sed qm̃ has oẽs circũstantias reperire difficillimuz est: idcirco ne remaneat intellectus cõfusus in opere dico pro regula in p̃n° pleuresis nõ debere apponi repcussiua: vt etiã dixit Gordonius cui⁹ verba sunt hec. Quidã vtuntur repcussiuis in pleuresis principio: sed ego nõ sum illius opinionis: ⁊ adducit rõnes suas que sunt adducte. ¶ Si aliqñ igit̃ exterius volumus applicare aliqđ ad infrigidationẽ mãe calide fluentis ⁊ quasi ei⁹ digestionem ordinemus exterius vnguentum dictum ex cera lota ⁊ oleo viol'. ⁊ dragaganto.

Rñdet̃ ad hãc q̃õnẽ ꝭm cõmẽtatorem.

Rñdet doctor p̃sens ad q̃õnẽ.

canitates medias ⁊ in ossibus habentibus manifestam cõcauitatem fit medulla que est superfluitas nutrimenti ossis ad istũ intellectum: et hec est manifeste cõtraria in cõplexione nutrimento appropriato ossi qđ est frigidũ ⁊ siccum vbi medulla est calida ⁊ hũida vt ptz. Et de hac superfluitate loquit̃ Mesue ⁊ de eadẽ loquitur Ari. vt ptz: qꝛ exẽplificat de tali superfluitate: similiter igit̃ est in nutrimento pulmonis. Nam ex quo nutrit̃ sanguine colerico subtili: ad hoc ꝙ talis sanguis sua subtilitate ⁊ caliditate ab epate vsqꝫ ad pulmonẽ veniat: fuit necessarium ne dissolueretur in longo transitu secuꝫ misceri partem humidã flegmaticam ꝓhibentẽ ei resolutionem: que pars flegmatica associata illi colerice cũ ad pulmonem venit nutriendum non suggitur intra pulmonem vt inde nutriat̃ tãꝗ̃ cõtraria nutrimento sibi appropriato: immo talis supfluitas nutrimenti que est flegma mittitur in vacuitates eius etiã ꝓpter causas aliarũ vtilitatum quas scis vt dicit Mes. qm̃ ꝓhibẽt inflammationẽ pulmonis qui pulmo faciliter inflammaretur ꝓpter cõtinuũ motũ cui necessario subijcit̃: ⁊ ita ptz ꝙ hec supfluitas est contraria suo nutrimento ⁊ est abũdans in pulmone ⁊ nõ eque apta bene regulari sicut humiditates que sunt appropriate nutricationi: ideo pluries cõtingit fieri apãta ex his humiditatibꝰ q̃ sunt superfluitates ſm istũ modum ꝗ̃ ex corruptione nutrimẽti ꝓprij: maxime cũ aliũde etiã ad pulmonem multiplicent̃ humiditates flegmatice: ⁊ ex pte catarroꝝ descendentiũ ⁊ vapoꝝ ascendentium a naturalibus ad ipsum pulmonem formaliter vel virtualiter flegmaticorũ: et ita credat̃ Gal. ꝙ frequẽtius fit peripleumonia ex flãte sicut ex superfluo nutrimenti: vt dicit Mesue. Neqꝫ ad reprehendendũ Mes. fuit diminutus ⁊ defectuosus: qꝛ non fuit sibi necessarium facere mentionem de humiditatibus extraneis extra venientibus ad pulmonẽ: ex quo de humiditatibꝰ quasi nãlibus a nã ꝯñr ad pulmonem demãdatis plura fiunt apãta a flãte ꝗ̃ a colera: vt deductũ est.

Conclusio rñsalis q̃stionis.

¶ Et ita dicat̃ rñdendo ad qõneꝫ cũ querit̃ si peripleumonia flãtica sit magis dicẽda vera ꝗ̃ colerica dicat̃ ꝙ sumendo propriũ ⁊ verũ ꝓ eo. s. ꝙ semꝑ vel plurimũ inest respectu alterius: vt accipiũt logici loquentes de vero ꝓprio: ꝙ vt sic ꝑipleumonia flãtica est magis vera ⁊ magis ꝓpria pulmoni ꝗ̃ colerica qꝛ frequẽtius inheret subiecto ꝗ̃ colerica: imo ꝗ̃ aliq̃ alia: lꝫ Auer. 4° colliget dixerit ꝙ apã ex sanguine vtplꝫm cõcreatur in hoc membro.

¶ Et ſm hoc põt solui. Ad motiuuꝫ de colerica dico supposito ꝙ plus ledat: de quo tñ esset dubitatio: apã colericũ ꝗ̃ flãticũ: non ꝓpterea dꝫ dici peripleumonia colerica magis propria vel magis vera: qꝛ nõ eque frequenter euenit vt dictum est: de hac tñ difficultate in cõtinenti dicetur. Sed bene nota hanc decisionẽ ꝓ defensiõe honoris Mesue: ⁊ pro vera determinatione cõtra Cõciliatorẽ ⁊ multos alios.

Questio.

¶ Si ergo q̃rat̃ que est magis periculosa an flãtica an colerica ꝓpter tollere difficultatẽ: dicat̃ cõformiter loquẽdo mẽtibꝰ autoꝝ: ⁊ Rasis 4° cõtinen. ⁊ Gal. ⁊ Aui. ⁊ Mes. in caplꝭs ꝓprijs ꝙ magis ꝑiculosa est colꝭca ꝗ̃ flãtica ceteris paribꝰ. Nã multo seniora vident̃ accñtia esse nata sequi de feb. et inflammatione ex colerica ꝗ̃ ex flegmatica: lꝫ hoc sit fortasse dubium: qꝛ lꝫ per se hoc sit verũ: tñ per accñs ꝓhibendo debitum motũ pulmonis ⁊ ꝯñr ꝓhibendo debitã euentationem cordis forte ex flegmatica maior sequit̃ inflammatio ⁊ incensio ꝗ̃ ex colerica: sed ad maiorẽ lesionem colerice facit maior mobilitas materie et maior impressio ⁊ acutior: ⁊ ꝯñr resolutio q̃ fiat ab ea. 2° cũ est etiã euidens multũ cã qm̃ minꝰ curabilis est ꝑ medicias colerica ꝗ̃ flãtica: qm̃ vt dicebat Aui. parũ iuuat̃ ab eo qđ ebibitur: ⁊ qđ loco emplꝭi supponitur. id em̃ qđ ebibit̃ ad ipsam infrigidationẽ equalem ei: qꝛ. s. in intentione trãsitus remittit̃ eiꝰ gradualis infrigidatio: ⁊ ita non conseruatur in virtute infrigidationis sicut cõuenit: silꝭr in medicinis ab extra frigidis applicatis ꝓpter longe distare a loco vt a pulmone.

De signis ꝓnosticis ad bonum

¶ Et si dicat̃ vt aliq̃ dicũt ꝙ potuit addi in gradu frigiditatis ad gradum gradualiter oppositũ dispõni remouende per tãtũ per quantũ minuet̃ in virtute in transitu: vt si materia esset calida in scđo vel in tertio offeret̃ medicina frigida vltra tertiũ: ⁊ tũc iuuabit sufficienter ad remotionẽ: maxime qꝛ peripleumonia colerica suijgrãdi caliditate ⁊ inflãmatione aperiet poros corporis ita ꝙ virtus medicine frigide cõuenienter potuit transire.

Signũ ꝓnosticum spãle ſm Auicen.

¶ Dicatur ꝙ quantũcũqꝫ aliqualꝭr aperiant̃ pori: ⁊ ita eos apertos inueniant: ⁊ tunc in eas ingrediẽs medicamẽ frigidũ eosdẽ poros cõstipabit: ⁊ sibijpi viam claudet: ꝓpter quã cãm voluit Gal. 3° tegni dictis medicinis frigidis ad penetrationẽ apponi debere medicías liptomeris sube. i. penetratiue sube: que si fuerint calide minuẽt gradum frigiditatis: ⁊ si fuerint nõ minuentes: qꝛ tñ transeunt ꝑ longinquũ: minuet̃ virtus eaꝝ: et si nõ minuat̃ nimis ledent sua fri(g)iditate narcoticando: vt ptz: ⁊ ſm hoc rñdere possumus ad difficultatẽ vbi arguit̃ ꝙ flãtica sit ꝑiculosior qꝛ in morbis minus periclitant̃ egrotantes ⁊c. potest dici ꝙ nõ est silꝭr dissimilis pulmoni. nam ⁊ si sit dissimilis cõplꝭoni naturali eius: est tñ similis cõplexioni accñtali que est quasi sibi naturalis: ⁊ potest dici ꝙ est maior similitudo virtualis apãtis flegmatici ad ipsum pulmonẽ ꝗ̃ apãtis colerici.

De signis ꝓnosticis ad malum

Et si dicat̃ materia flegmatica est grossior ⁊ difficilior resolubilis. ergo ⁊c. Dicatur ꝙ hoc solũ probat qđ est tardioris resolutionis: sed ex hoc nõ sequit̃ ꝙ sit periculosior. Et hec de his difficultatibus sufficiant.

Signa

Ueniendũ est ꝯñr ad signa. Signorum igitur quedã sunt ꝓnostica quedam demonstratiua: ⁊ ꝓnosticoꝝ quedã sunt ꝓnostica euentus: quedam ad bonum vel ad malum. Et de demonstratiuis: quedã sunt demonstratiua generis: quedam specierum.

De signis ꝓnosticis euentus.

¶ Signa igitur pronostica euentus peripleumonie sunt oĩa signa declarãtia causas effectiuas vel passiuas ipsiꝰ peripleumonie: siue sint cause primitiue siue corporales: ⁊ hoc modo vẽtus frigidus ⁊ borealis: ⁊ etiam ventus australis si eum sequatur boreas precipue si cõiungatur debilitas pulmonis: qđ cognoscit̃ ex faciliter ledi in anhelitu ex omni causa immutãte calida vel frigida humida vel sicca: tũc omnia talia sunt signa peripleumonie future: idem dico de catarro descendente ⁊ cũ tussi sepe veniẽte: ⁊

generaliter intelligitur vt supra de omnib⁹ cau
sis que accidere possunt ad ipsam peripleumo-
niaꝫ:cum hec apparent sunt signa ꝑnostica euē
tus peripleumonie.

De signis ꝑnosticis ad bonum

¶ Signa ꝑnostica ad bonū gn̄alr̄ sunt omnia
signa incolumia.i.laudabilia declarātia ipsam
peripleumoniā:de q̄bus paulopost dicemus.et
ex aduerso cū talia accidētia fuerint difficilia si
gnificāt malū:vt exēpli gr̄a.si difficultas anhe-
litus fuerit multū vehemēs ꝛ quasi ꝑfocatiua
cū feb.multū valida cū ꝓhibitione sputi cū im
potētia somni ꝛvirtute debili ꝛc.talia sunt sig^a
ꝑnostica ad malū:qꝺ si ex aduerso talia accn̄tia
fuerint remissa in malitia cū cōstantia virtutis
sunt signa ad bonū.

Signū ꝑnosticum spāle s̄m Auicen.

¶ Sꝫ magis spālr̄ dicebat
Aui.de mēte Hyp.si in ꝑipleumonia appareāt
pustulle circa māmillas ꝛrupant' silr̄ circa cru-
ra est bona significatio.nā significat ꝑmutatio
nē m̄ae ad exterioꝛa:sed intelligit' cū minuunt'
accn̄tia eius in malitia:nā ꝓpter exuberantiaꝫ
eius aliquotiēs ꝯtingeret ꝙ sinthomatice non
regulāte virtute fierent talia aꝑata ꝛ nō ꝓpter
ea seq̄retur sal⁹. ¶ Si ēt fiat ꝑmutatio ad pleu
resim:qꝺ cognoscit' ex remissione difficultatis
anhelitus cū augmento doloꝛis pungitiui ꝛ re
motione grauitatis:est terminatio s̄m quid ad
bonū:cū ꝑipleumonia sit morb⁹ difficilioꝛ ꝛ ꝑi
culosioꝛ q̄ꝫ pleuresis:ꝓpter quas ponit Mes.de
mente Gal.s.qꝛ pulmo immediatius seruit ad
cordis refrigeriū q̄ꝫ pectus:ꝯn̄r ꝓpter ipsi⁹ nocu
mentū seq̄tur immediatū magis nocumentum
ad coꝛ.vn̄ virtus cordis nō patit':īmo deficit in
inflāmatiōe ei⁹:ēt ꝛ forti⁹ qꝛ pulmo vulnerat⁹
ꝛ vlcerat⁹ nō ꝯsolidat' nisi cū summa difficulta
ꝓpter maximū motū eius ꝯtinuū ꝛ necessarium:
ꝛ reliqua oīa q̄ infra dicētur de ptisi. ¶ Si etiā
fiat ꝑmutatio m̄ae vel eꝰio ipsius aꝑatis ꝑ vias
vrine vel egestionis est signum bonum. ¶ Aliꝺ
ꝑnosticū est Hyp.2°.ꝑnosticoꝝ.Qꝺ sputū in oī
egritudine acuta pulmonis seu coste si fuerit ve
lox ꝛ facile ꝛ subrubeū ꝑmixtum est signū bonū
vt ꝑꝫ in tex.ꝯmēti.41.

De signis ꝑnosticis ad malum

¶ Signa vero ad malū
spālia sunt si ꝑipleumonia ꝑmutatur ad frene-
sim est signū malū.Et dicebat Gal.7°.affo.ꝙ ꝑi-
pleumonia a m̄a cal'a qua si necessario ducit ad
frenesim ꝓpter euapoꝛationem ipsius ad cere-
brum:ꝛ ꝯn̄r videtur innuere in textu timoꝛē du
centem ad moꝛtē in ꝑipleumonia a cā cal'a:ītel-
ligitur de frenesi non vera:etiam de vera multo
magis nisi in totū remoueat' ꝑipleumonia:qꝛ
foꝛte tunc esset oppositū dicendum:immo sine
foꝛte:q̄m ꝑiculosioꝛ est moꝛbus ꝑipleumonia q̄ꝫ
frenesis maxime de calida intelligendo. ¶ Aliꝺ
ꝑnosticum ad malum:si cōiungatur in ꝑipleu-
monia sternutatio cuꝫ reumate.i.fluente m̄a si
ue sit an̄s siue cōiuncta:ista sternutatio est sig^m
malum ꝛ etiā cā mala:qꝛ ꝑ sternutationē factā
in partibus pectoꝛis ꝛ pulmonis fluente mate
ria multū ꝑcipitatur de ea in pectoꝛe ꝛ pulmōe
ꝛ sic est malū ꝑ viā cāe:est ēt malū ꝑ viam signi
qꝛ significat nocumētū cōicatū eē cerebꝛo:vt su
ꝑꝛa visum est de sternutatione. ¶ Aliud ꝑnosti
cum ad malum est qn̄ ꝑmutatur pleuresis ad ꝑi
pleumoniā est significatio mala vt est s̄nia Hyp
po.7° particula affo.affoꝛ.11.ꝛ gn̄alr̄ q̄ sūt signa
mala in pleuresi:sunt signa mala ī peripleumo
nia. ¶ Ultimum signum pꝛonosticum ad malū
dicit Hyp.affo.5.Qui squinantiam effugiūt ad
pulmonem eis conuertitur in septem dieb⁹ pe-
reunt.Nam cū peripleumonia sit moꝛbus acu-
tus ꝛ succedat virtute facta debili tempoꝛe sq̄-
nantie cito interficit:ꝛ idem foꝛte est cū ꝑmuta
tur ex pleuresi ad peripleumoniam ꝓpter ean-
dem rationem.

De signis demōstratiuis.

¶ Signa vero demonstratiua gn̄is sunt septeꝫ
signa posita supꝛa circa textū de fe.acuta:de an
gustia vel tristitia anhelitus de ruboꝛe maxilla
rum:ꝛ ꝙ pars anterioꝛ pectoꝛis dolet ꝛ ꝙ in pe
ctoꝛe sentitur grauitas sine punctione ꝛ sine ca
loꝛe:ꝛ qꝺ tussis adest:ꝛ ꝙ sputum qꝺ emittitur
cū rascatiōe est spumosum:quidam addunt qꝺ
sentiunt anhelitum cal'm.Et dicit Aui.ꝙ calidi
tas erit in ipso pectoꝛe ꝛ instr̄is anhelitus:īmo
ꝙ apparet inflāmatio vehemes ꝛ anhelit⁹ alt⁹
ꝛ velox ꝓpter magnitudinē feb.ꝛ maxime veri-
ficatur in aꝑate calido essentialiter. ¶ Aliud si
gnum ponitur de subeth eueniente maxime in
vera flātica:etiam in sanguinea ꝓpter multitu
dinem vapoꝝ humidoꝝ.Et dicit Aui.ꝙ qn̄qꝫ est
cū ea frigus extremitatū:ꝛ tunc est significatio
mala vt est s̄nia affoꝛismi ꝑmi 7^e ꝑticule affo-
rismoꝝ.In moꝛbis acutis extremitatū frigidi-
tas malum.

Aliꝺ signū

¶ Aliud signum de pulsu dicit. A.
ꝙ pulsus est vndosus lenis:q̄m aꝑa est in mem-
bꝛo leni ꝛ m̄a est humida:ꝛ dicit ꝙ s̄m plurimū
est magnus ꝓpter vehementiam necessitatis ꝛ
obedientiam instr̄i nisi virtus debilitetur val-
de.Sed dicit Gal.5^a.affoꝛismoꝝ.in cōmento af
foꝛismi.Quicunqꝫ squinantiam effugiunt ꝙ in
hac permutatione ad peripleumoniaꝫ apparet
pulsus durus ꝛ inequalis:ꝛ qn̄qꝫ est cadēs ī me
dio:vt etiam cōcessit Aui.dꝛ hic rn̄dendo ꝓpter
sedare hanc discoꝛdiam de pulsu vndoso molli ꝛ
duro:qꝺ foꝛte in ꝑn° ꝑmutatiōis pulsus est du-
rus vt vult Ga.qꝛ cōtrahuntur panniculi ꝛ arte
rie:sed in ꝓcessu qn̄ erit humectat⁹ pulmo a m̄a
tunc ꝯn̄r humectant' arterie.ꝛ sic fit pulsus mol
lis ꝛ ita Aui.loq̄batur de ꝑipleumonia facta in
ꝓcessu ꝛ non in pꝛin°:vel de facta ꝑ viam paula
tine cōgestionis.Et Gal.de facta ꝑ viam ꝑmu-
tationis:vel pōt dici vt quidā dicunt ꝙ absolu
te in peripleumonia fit pulsus mollis ꝓpter rō
nem adductam respectu pulsus reperti in aꝑa-
tibus alioꝝ membꝛoꝝ maxime pectoꝛis.Et cuꝫ
dicit Ga.ꝙ fuit pulsus nā durus:exponitur qꝺ
duriter ꝛ difficulter est a nā ꝓcedēs ꝓpter oꝑꝑs
sionē factam a nā translata m̄a ad pulmonē ꝛ ꝑ
pe coꝛ:ꝛ ꝓpter illā cām sepe fit cadēs in medio.
¶ De vꝛina dicat' coꝛrespōdenter sicut dictū est
de pleuresi:sed dꝫ eē grossioꝛ.Aliqui tn̄ dixerūt
spāliter ꝙ vꝛina redditur ruffa vel subꝛuffa di-
stincte liuida vsqꝫ ad mediam regionem:ꝛ di-
cunt ꝙ lꝫ rōne m̄a ꝛ flātice ꝑipleumonie ꝛ rōne
pulmonis flegmatici accn̄taliter multū debeat
vꝛina esse in caloꝛe remissa:ꝓpter tn̄ inflamma-
tionem ꝛ ebullitionē ex aꝑate ꝯtingente vꝛina
tingitur:ꝛ dicunt ꝙ est in suba inferius tenuis
ꝛ ꝙ superius magis tendit ad spissitudinem:et
ꝙ est spumosa:sed hoc declarare per rationem
esset mihi difficile.
¶ Signa vero spēꝝ ex parte humoꝛis satis sūt
manifesta ex al's sepe dictis.nam cuius cā aꝑa-
tis est essentialiter calida manifestat' maius in
cendium q̄ꝫ in opposita cā ꝛ maioꝛ grauitas in

sanguinea ꝙ in colerica: ꝛ pulsus plenus magis ꝛc. ꝛ in colerica maioꝛ sitis ꝛ feb. acutioꝛ in flegmatica grauitas erit maioꝛ: ꝛ similiter anhelitus constrictio ꝛ coloꝛ ad album declinās ꝛ minoris tincture in maxillis: ꝛ inflammatio faciei ꝛ palpebrarum maioꝛ ꝛc.

¶ Signa locorum manifestantur ex diuersa tēsione partium pectoris ꝛ ex tussi magis vel minus difficili.

Nõ. differt cura peripleumõie a curapleuresis nisi i paucis.

Cura. Circa curā breuiter summatim dicaē cū Aui. ꝛ reliquis auctoribus ꝙ cura est cura pleuresis fm maximā partē: sed dicit. a. spāliter in cura pipleumõie curritur cursu pleuresis: sed facit exceptionem vnā in localib⁹ nisi qꝛ opꝫ vt empl'a ipsius sint fortioꝛa: ꝛ vt ponantur in eis que sunt in profundantia: ꝛ est ratio clara propter distantiam magis pulmõis a partibus extrinsecis ꝙ panniculorum pectoris.

¶ Ponit etiā aliam diuersitatem dixit. Et opꝫ vt sit sollicitudo ad mundificandum cuꝫ sputo magis vehemens. s. in peripleumonia ꝙ in pleuresi. Nam maioꝛ est suspitio de retentione sputi saniati vel aliqualiter putrefacti in pulmõe ꝙ in pāniculis pectoris: qm̄ putrefactio ducit ad vlcus: ꝛ vlcus pulmonis ducit ad ptisim: nõ sic aūt vlcus panniculoꝝ vt ptꝫ. ¶ Est etiā differētia in fienda flõia. Nam vt vult Rasis 4° ꝯtiñ. de mente Pauli. Si peripleumonia succedat ad alios morbos vt sepe ꝯtingit a squinātia ꝛ pleuresi: ꝛ morbi qui precesserunt fuerint chronici: ꝛ in illis morbis sit facta flõmia: tunc nõ est fiēda minutio cū flõia vt dicit: sed opꝫ tm̄ intēdere ꝗcū clisteribus ꝛ ventosis magnis positis supra pectus scarificando: qm̄ flõia tunc est verenda ꝓpter debilitatem virtutis. Sed si cõstaret virtus credo ꝙ in prin° etiam esset fienda flõia diuersiua: sed in ꝓcessu non sic euātiua sicut eēt fiēda in pleuresi: qm̄ sepe peripleumonia ad fl'aticum magis declinat propter aggregationem flegmatum in pulmone vt supra dictum est. Est ergo in flõia maxime respicienda repletio in toto: qm̄ in mā coniuncta non sic conuenit. Ideo signanter dicit Aui. in fine capituli de cura peripleumonie. Et sil'r qñoꝫ est necessarium in ipa facere flõiam si fuit illic repletio: ecce signāter dixit repletio. Et sic est finis capituli cum laude dei omnipotentis.

Not. bene.

¶ De sputo sanguinis. Cap. lv.

Cum sanguis cū rascatiõe aut paruo sonitu qui fit sine tussi: egreditur: nõ est egro inde timendū: poterit em̄ sanari gargarizando ea q̄ in capl'o de sqnantia noiauimus et regimen subtiliando. ¶ Cū vomitu quoqꝫ si exit sanguis non magnū affert timorem. Curatur nāqꝫ hec flõmādo. Et si comederit stiptica sicut sumach ꝛ succum vue acerbe. In potu ꝑterea sumat ex boli armēi: gūmi arabici: balaustie: sanguinis draconis: thuris cīm: añ. partib⁹ equalib⁹ dentur ex eo. ʒ. iij. cū rob simplici de cidonijs. Quibus aūt solet accidere sanguis exitus cum interpolatione ex quo nullum sentit nocumētū: ideoqꝫ sic est dimittēdus.

¶ Qð si cum tussi superueniat sanguinis egressio est timorosum. ¶ Est tñ incipiendum in curatione egri cuꝫ flõmia ex basilica: deinde ex trociscis istis in potu est tribuendum q ℞. thuris sang. dra. amboꝝ añ. ʒ. iij. ꝛ tertiam. charabe. ʒ. v. emathitis: terre sigil. amboꝝ añ. ʒ. x. aluminis. ʒ. ij. s. balaustie. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. rauedseni. ʒ. ij. ex his omnibus fiant trocisci. x. de quib⁹ quotidie vnus in potu sumatur cū succo ozimi maioris aut portulace: ꝛ si egritudo vehemens fuerit alius circa noctē dandus est. Adiutoriū quoqꝫ accoxarū partes superiores sunt ligande ꝛ extremitates fricāde pectus etiā precipue si fuerit in eo loc⁹ dolens ex predictis trociscis ex aqua ꝛ aceto epithimetur: eius preterea cibaria succum vue acerbe ꝛ sumach ꝛ eis similia admixta habeāt. ¶ Et patiens supinus iacens de terra sigillata aliquid paulatim comedat.

Post expedita capitula de peripleumonia ꝛ pleuresi sequitur capitulum de proiectione sanguinis ex oꝛe: qð conuenienter continuatur ad precedentia: qm̄ in peripleumonia ꝛ pleuresi vt dictum est: concomitatur tussis vt essentiale signum et valida tussis: ꝛ quia tussis vehemens sepe adducit ad sputum sangui. per rupturam vene in pectore vel pulmone: lꝫ etiam per alios modos posset fieri sputum sanguineum ex peripleumonia vel pleuresi: ꝙ per rupturam venaꝝ propter tussim: vt infra videbitur: conuenienter ḡ post capitula dicta fuit conueniens facere capitulū de sputo sanguinis. Determinando ergo de sputo sanguinis siue de ꝓiectione ipsius ab oꝛe. Rasis duo facit principaliter: qm̄ primo determiat de tali sputo in quo non est magnus timoꝛ. scðo principaliter determinat de egressione sanguis ab oꝛe cū qua ꝯiungit̄ vehemens timoꝛ: 2ª ibi. (Qð si cum tussi superueniat ꝛc.) Prima adhuc in duas: nam primo determinat de exitu sang. ab oꝛe siue ꝓiectione eius in qua nõ est timoꝛ: immo ipsius facilis sit curatio: scðo determ. ꝗꝛ de exitu sangui. cum vomitu in q̄ ꝛ si sit timoꝛ ꝛ eo nõ est magnus. scða ibi. (Cū vomitu quoqꝫ ꝛc.) De ꝑma parte dixit: cū sanguis cū rascatiõe aut cū paruo sonitu q̄ fit sine tussi egredit̄ non est egro timendū. ꝛ adducit rõnem dicens. Poterit em̄ eger sanari gargarizando ea q̄ in cap° de squinantia noiauimus ꝛ regimen subtiliando si do in ꝙto. ꝛ in quali. i. ꝙtitatiue minorando si superfluat ꝛ qualitatiue ad ꝯtrariū alterādo cāe facienti tale sputū. ¶ Pro intelligentia totius capl'i ꝛ huius ꝑcipue partis est notādū ꝙ lꝫ. Rasis de prima intētione loquens de sputo sanguinis intendit determinare de sputo sanguinis eue

Declaratio 3e pticule pme ptis pncipalis

Declaratio pe pticule pme ptis pnci palis

nientis a pectore vel pulmone tanꝗ̄ de effectu sepe cōtingente ad peripleumoniā vel pleuresim: vt dictum est ꝓpter tussim qui sanguis inde veniens est suspectus: vt infra videbit̄: tñ ad tollendum errorē qui forte a medicis cōiter accipitur ex sniā affo. Hip. in 4° affo. affo. 25. vbi dixit. Sanguis quidē qualiscūq̄ȝ fuerit per os: malum ⁊c. Ad remouendū hūc errorē: q̄ȝ non de quolibet eueniente ꝑ os verificat̄ sniā affo. determinauit cū hoc de quibusdam spēbus sputi sanguinis ⁊ exitus per sursum in q̄bus nō est timor: ⁊ si est nō est magnus: vt dictū est in diuisione litere: ⁊ declarando vtrūq̄ȝ ponit signa distinctiua per que manifestat̄ ꝙ sanguis exitus ab ore nō semꝑ est a spūalibus mēbris: imo aliqñ a ꝑtibus oris vel ꝑtibus vicinis: ⁊ aliq̄tiēs a mēbris nālibus manifestando ergo eū qui venit a ꝑtibus oris vt a palato vel a gingiuis vel a partibus epiglotis dixit: cū sanguis cū rascatione aut cū pauco sonitu ⁊ sine tussi egreditur tunc sup. declarat̄ ꝙ talis sanguis a ꝓpinquo venit: puta a ꝑtibus oris vt dictū est. nā si venerit a gingiuis expuit̄ sine rascatione. si a colatorio vel a ꝑtibus gutturis cū quadā rascatione ⁊ aliquotiens cū parua tussi: ⁊ sic cū paruo sonitu: vt cū a ꝑtibus cāne vicinis epiglotí emanat dictus sanguis: vt infra latius videbit̄. De quo sanguine cū ita educit̄ ꝙ sit signū ꝙ de ꝓpīquo venit dicebat Aui. in p̄n° de signis sputi sanguinis. ꝓpinquus sup. mēbro sputi. i. a quo sputū educit̄ est sup. sine rascatione vel cū rascatione et sine tussi: vel est vt dicit cū tussi parua: ⁊ dicit q̄ꝺ lōgus sup. de mēbris spūalibus est cum tussi plurima: ⁊ quāto plus lōgius est expuitur cum tussi vehemētiore: ⁊ ita pꝫ q̄ꝺ vt dicit textꝰ nō est egro timendū: q̄m̄ educit̄ de vijs ꝓximis ad quas medicine habiliter ꝑuenire possunt cū oī eaꝝ virtute: ⁊ ita talis sanguis cū manifestatur nō p̄suppositis alijs morbis de apātibꝰ vel similibus in dictis mēbris facile curat̄ cū stipticis medicinis ⁊ reliq̄s vl̄ibus si expedit: de quibus dictum est in cap° de squinātia. ideo dixit. poterit em̄ eger sanari gargarizādo ea vel sup. alia faciendo de medicaminibus q̄ in caplo de squinātia noīauimus: ordinādo ēt dietā ꝯuenientē vt regimē subtiliādo in quāto si fuerit abūdās quātitas sanguis: uel in quali alterādo si fuerit calidus vel subtilis: vt ibidē dictū est: ⁊ sic pꝫ prima litera clara. ¶ De scđa ꝑte manifestans sanguinem euenientē a nālibus mēbris in quo etiā nō est magnus timor duo facit q̄m̄ p̄° manifestat eundē ꝑ hoc q̄ꝺ vomitu educit̄: ponēs ēt pronosticū in timore eius. 2° ponit curā illiꝰ ponendo etiā vnā cōtingentiā de tali sanguīe cū emittit̄: in quo nō est aliq̄s timor. 2ª ibi (Curat̄ nāq̄ȝ hoc ⁊c.) ¶ De p̄ma ꝑte dixit: cū vomitu q̄ȝ si exierit sanguis non magnum affert timorem. ¶ Pro intelligētia huiꝰ partis debetis notare ꝙ cū sanguis educit̄ a nālibus mēbris vt a stomaco epe vel splene ꝑ viā oris talis educit̄ ꝑ vomitū. nā talis per colligantiā horū mēbroꝝ cū stōaco vt epatis ⁊ splenis mediātibꝰ venis manifestis fit ab ipsis mēbris deriuatio. Primo ad stomacū si etiā fuerit ex stōaco veniens tādē a stōaco per mery mediante vomitu per os emittitur. nam talis est vomitꝰ stōaco qualis tussis pectoris: ⁊ sternutatio cerebro: vt supra dictum

Declaratio 3e ꝑticule p̄me ꝑtis p̄ncipalis

est de mēte Gal. 4° de accūti. si ergo educat̄ sanguis per os ꝑ vomitū declarat̄ ꝙ ex naturalibꝰ membris fluat: ⁊ sic non est tātus timor: sicut si ex pulmone vel pectore educeret̄ ꝓpter causas que infra dicent̄ maxīe de difficultate curationis vulneris pulmonis: de quo dicebat Auic. et vulnus declinat ad hoc vt fiat vlcus: ⁊ ad vlcus fit ptisis: vt manifestū est: ꝙ nō sic sequit̄ ad vlcera vel vulnera membroꝝ naturaliuꝫ q̄ magis possunt curari vt infra magis declarabit̄ ex natura illoꝝ membroꝝ: etiā ex alio faciliꝰ curātur vulnera in dictis mēbris ꝙ̄ in spūalibus: q̄ȝ ad ea melius ꝑuenire possunt medicine cū sua virtute ꝙ̄ ad spūalia ꝓpter maiorē distantiā a medicinis cū ebibunt̄: vt pꝫ est tñ in exitu huius sanguinis timor: q̄m̄ posset suꝑfluere: vt pꝫ vel aliter nocere. ¶ Ponēs ergo curā dixit ꝙ curat̄ hmōi sanguis emissio ꝑ os cū vomitu flōmādo egrū. s. flōmia copiosa si fuerit peccatū in abundantia sanguis: vt sepe cōtingit: vel flōmia diuersiua vel infrigidatiua si magis fuerit peccatū inequali ꝓpter inflāmationē eiꝰ ⁊ igneitatē vt sepe cōtingit: ⁊ ad hanc intentionē ordīat stiptica frigida etiā aliqua glutinosa facientia ad inspissationē ⁊ sanguis subtilis ⁊ poroꝝ venaꝝ obstructionem ⁊ consolidationē si ruptura fuerit. vnde addit. ⁊ sup. curat̄ si comederit stiptica sicut sumach ⁊ succū vue acerbe. s. alterando cibaria: cū his stipticis positis in decoctionibꝰ cibariorum addit. in potu p̄terea sumat. s. de medicaminibus ex bolo ar. ⁊ gum. ara. ⁊ balaustia ⁊ sanguine dra. ⁊ thuris. añ. ꝑtes equales: oīa sunt nota ⁊ ꝓprietates eoꝝ: dent̄ ex eo. ʒ. iij. cuꝫ rob simplici de cydonijs. i. cū succo cydonioruꝫ decocto ⁊ inspissato cū zuccha. verū est ꝙ dosis erit tediosa: sed pōt minorari ad. ʒ. ſ. ȝ. ꝓ vice. addit ponendo vnā cōtingentiā de tali emanatione sanguis ꝑ os qñ nō est fienda aliqua curatio dixit quibusdā aūt solet accidere sanguis fluxꝰ vel exitus cū interpolatione sup. per vomitū: lꝫ posset intelligi etiā ꝙ per aliū modū ꝙ̄ ꝑ vomitū educat̄ ex quo nullū sequit̄ nocumentū: imo remedium: sup. est corpori: quasi innuat q̄ꝺ hoc fiat a virtute dominante regulante cum potentia expulsiue virtutis: q̄m̄ prius grauabat ⁊ facta euacuatione sequitur alleuiatio: ⁊ hoc contingit aliquotiens in corporibꝰ plectoricis: vbi propter exuberantiam aliquādo natura aggrauata insurgit ad expellēdum partem: ⁊ ita euacuat: ⁊ hoc fit cōiter interpolate: ⁊ tunc sequit̄ alleuiatio: proinde dixit ꝙ tunc sic est dimittēdum. i. nihil eūandū ex quo eūo supponit̄ ex nā facta operante cōiter. propterea dicit Auic. in cap° sputi sanguinis. ⁊ multotiens quidē sputum sanguinis est cā sanitatis apātis in epate aut splene vel in preseruādo ne fiat apā euacuādo superfluitatem sanguinis: vel forte euacuando materiam permutando ad stomacum. Et sic patet tota ista pars clara.

¶ Q̄ꝺ si cū tussi.) Hec est scđa pars principalis in qua determinat de sputo sanguinis ex spūalibus membris. ⁊ duo facit. Nā p̄mo ponit ꝓnosticum in tali sputo sanguinis. scđo ponit curā scđa ibi. (Est tñ incipiendum ⁊c.) ¶ De p̄ª ꝑte dixit ꝙ si cuꝫ tussi superueniat sanguinis egressio est timorosum. Notate hic vt supra dictū est ꝙ cum sit exitus sanguinis cum tussi declarat̄

Declaratio p̄me ꝑticule 2e ꝑtis p̄ncipalis

ꝙ sanguis venit a spūalibus vel per resudatio
nē vel ꝑ rupturā venaꝝ pectoris vel pulmonis
vel etiā ex substātia ipsius pulmonis: sed quō-
cūqꝫ fit est timorosum qm̄ ab his membris ema
nat. nam cū est vulnus est dubiū ne ducatur ad
vlcus vt dictum fuit pauloante: ⁊ si nō fuerit ex
vulnere: saltē quicūqꝫ sāguis ex pectore veniēs
recipitur in pulmone prius ꝙ̄ educatꝫ: ⁊ ibi pōt
preternaturaliter retineri ⁊ putrefieri: ⁊ ꝯñter
putrefacere pulmonē. Et si fit ex pulmone vel ex
cāna pulmonis immediate ex ruptura: diffici-
lis multū fit cōsolidatio. vt infra videbitur: iō
talis sanguis est suspectus. Tñ nota ꝙ aliquo-
tiens medici decipiuntꝫ quō fiat sanguinis spu
tum cum tussi ⁊ nō ex mēbris pectoris: vt fluēte
sanguine deorsum cadente supra epiglotim ex
capite causabitꝫ tunc tussis ⁊ nō erit membrum
suspectum. al's sputū suspectum: ⁊ infra ponam
aliquos casus spāles ad declarādū quō aliquo
tiens cum sputo sanguinis cōiuncta tussi non
est habendus timor: ⁊ ad illum locum me remit
to: vt multum tñ est snīa vera. Et istos casus ta
cite innuebat Aui. cum dixit in cap° ꝓprio. Et
nō est omne sputū sanguinis timorosum intel-
ligens etiā de eo qđ est cū tussi. addit: immo id
qđ nō retinetꝫ aut. i. ⁊ qđ est cū feb. ¶ Cōsequen
ter ponit curā huius sputi sang. ⁊ diuiditꝫ pars
in quinqꝫ ꝑticulas. Primo ponit curā ꝑ flōmiā
2° per trociscos cōstrictiuos. 3° per diuersionē.
4° ꝑ extrinsec⁹ applicāda. cōstrictiua. 5° ꝑ ordi
nationē diete. 2ª ibi. (Deiñ ex trociscis.) 3ª ibi
(Adiutorioꝝ quoqꝫ atqꝫ coxaꝝ.) 4ª ibi (Pectus
etiā.) vltima ibi (Eius p̄terea cibaria.) Et vlti-
mo annectit vnum modū accumbendi cum de-
bent medicine pectorales sumi. ¶ De pͣ ꝑte di

Decl'atio 2ᵉ ꝑticule

xit. Est tñ incipiendū in curatione egritudīs cū
flōmia ex basilica: qđ flōmia cōueniat satis ma
nifestum est: saltē diuersiua ad cōuertendū san
guinem ad oppositū ne fluat ad pectus vl' pul
monem: sed vtrum debeatur euatiua vel nō: et
ex qua vena magis videbitur infra loco suo.
¶ De scđa parte dicit tribuendū esse trociscos

Descrip. trocisco.

quoꝝ descriptionem ponit vt infra. ℞. thuris:
sanguis dra. amboꝝ. ʒ. iij. ⁊ tertiā: charabe. ʒ. v.
emathitis: terre sigillate: amboꝝ. ʒ. x. aluminis
ʒ. ij. ß. balaustie. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. reubarbari de se-
ni. ʒ. ij. ex his oībus fiāt trocisci. x. de quib⁹ quo
tidie vnus in potu tribuatꝫ. Cōstat ꝙ tales tro-
cisci sunt ingrossatiui materie obstructiui poro
rum venaꝝ in virtute thuris: sang. dra. charabe
emathitis ⁊ terre sigillate. Sunt etiam vnitiui
partium circūstantiū ⁊ cōsolidatiui exiccando
superfluā humiditatē ꝓpter siccitatē alumīs
balaustiarū ⁊ reubarbari: sunt etiā stupefacti-
ui ꝓpter opiū intrans in notabili quātitate ⁊
ad notabil'r immobilitādū hūores: ⁊ quiescere
faciendum a tussi ⁊ ad somnū inducendū: et ad
cōseruandū virtutes aliaꝝ medicinaꝝ: ⁊ vt mul
to tp̄e ꝑsistāt in opatiōe sua circa mēbrū lesum
sed addit ꝙ sumantꝫ cū succo ozimi maioris. i.
basiliconis in quo est virt⁹ penetrare faciēs me
dicinas fridas ad ꝓfundū: postea virtus cōfor-
tatiua: ⁊ maxie si nō fuerit nimia īflāmatio ma
gis valet. Et si fuerit vehemēs incēdiū exhibea
tur trociscus cū succo portulace q̄ mirabil'r lau
datur in casu ꝓpter grossitiē hūidi ꝯiunctā fri
giditati: ⁊ de hac dicetꝫ infra magis. ¶ Et qm̄
vsus horum narcoticoꝝ est multuꝫ necessarius
in pͥn° sputi sang. ꝓpter rupturā ad p̄sto sigillā
dum venā: que si in p̄mis tribus dieb⁹ nō sigil-
latur vix vnqꝫ curantꝫ: qm̄ sanguis cū retinetꝫ in
spōgiositatibus pulmonis ibi putrefit: ⁊ et ꝯñr
paratꝫ vt fiat vlcus in pulmone: de quo dicebat
Aui. ⁊ iste cui accidit sputū sang. est p̄parat⁹ vt
eueniat ei vlcus pulmonis ꝑ modū dictū. Opꝫ
ergo cum magno ingenio laborare vt presto cō
solidetꝫ vena: ⁊ tūc cū nō apparet sanguis nou⁹
in sputo oportebit cū stipticis dn̄antib⁹ ⁊ glu-
tinosis addere aliqđ lenitiuū ad expulsionē sā-
guinis fluxi in pulmonē: q̄ expelletꝫ ꝯstante vir
tute in p̄mis diebus si adiunetꝫ cū lenitiuis: sed
si tardetꝫ cōsolidatio vulneris ꝯtinue emanāte
sanguine cū recipietꝫ in pulmone debilitata in
ꝓcessu virtute ꝓpter dietā cōuenientē nō pote

Nota bñ.

rit expurgari: ⁊ ita retētus putrefiet ⁊ ad malū
finem ꝑducet. Ideo vt dixi opꝫ facta flōmia in
cōtinenti exhiberi stupefactiua: ⁊ nō sufficit sy
rupus rosatus neqꝫ syrupus de myrtis neqꝫ tro
cisci cōes nō opiati. nā cū vsu talis vidi pluri-
mos ꝑiclitari: ⁊ dando stupefactiua a pͥn° quasi
oēs vidi curari etiaꝫ senes: ⁊ ego multos [illegible]
curaui exhibendo a pͥn° post flōmiaꝫ. ℨ. ii. [illegible]
lonij persici Mesu. facti ad hanc intentio[illegible]
ius descriptionē ipse ponit in ca° ꝓprio de spu
to sanguinis exhibebā cū aqua plantagin[illegible]
portulace: postea cū reliquis ad casum facien[illegible]
bus ⁊ maximo ordine in debita dieta ꝓhibēdo
eos quasi cōtinue a locutione: ⁊ ita curabantꝫ: ⁊
radix cure erat exhibitio illius stupefactiui: et
istam necessitatē stupefactiuoꝝ declarauit Ra-
sis in hoc textu ordinādo hos trociscos multuꝫ
stupefactiuos: de q̄bus nō cōtentatꝫ dari tm̄ se-

Nota bñ p̄ntē cañ.

mel in die: immo si egritudo vehemēs fuerit vt
dixit alius circa noctē dādus est qn̄. s. apparet
qđ per primū nō est facta imp̄ssio ad ꝯsolidatio
nem q: ꝯtinuatꝫ exitus sang. recēter eueniētis a
vena q̄ declaratꝫ talis ex colore ⁊ luciditate: ⁊ ita
nō erit pctm̄ si ꝑ duos dies ꝯtinuos dentꝫ: semp
intelligitꝫ cōstante virtute. ꝓ hac intētione ad
fugiendū periculū vlceris ⁊ tādē ꝑditiōis exhi

De q̄ddita te nois.

hibeamus narcotica nō tm̄ semel: sed bis ī die.
¶ Sed hic bene notare ꝙ bñ īspiciatꝫ in sangui
ne q̄ emittitꝫ ⁊ in causis p̄cedētibus: qm̄ lꝫ in ru
ptura vene ista opatio fit necessaria: nō tñ in oī
sputo sang. debem⁹ p̄sumere ad dandū narcoti
ca: q: in sputo sanguīs ex resudatione tm̄ ꝓpter
plenitudinē: narcotica non sic valēt: sed flōmie
magis: qn̄ etiā esset sputū sanguīs ex apate: vt
peripleumonia vel in pleuresi in pͥn° non dige-
sta materia exhibitio narcoticoꝝ siue stupefa-
ctiuorum nō tm̄ esset inutilis: sed perniciosa et
non solū vsus stupefactiuoꝝ: sed etiam vsus me
dicinarum stipticaꝝ vt manifeste ptꝫ. ad hoc er
go bene aduertendū est per signa que dicentꝫ in
fra ne decipiamini. ¶ Aduertatis scđo ī vsu ho
rum trociscorum: qm̄ ꝭm dosim hic positam di-
uidendo totam summā in. x. vt posuit quilibet
trociscus ponderat vltra. ʒ. iiij. siue. ℨ. ß. ⁊ in quo
libet intrant ad minus. xij. gra. opij vñ ego non
auderem supra taleꝫ dosim: immo media dosis

Not. bene verba auctoris.

huius. vt. ʒ. ij. est satis fortis etiā in corpe forti.
¶ Addit cōsequenter intētionē diuersionis per
hoc qđ dixit adiutorioꝝ quoqꝫ. i. musculoꝝ bra
chiorū atqꝫ coxarū ꝑtes supiores sunt ligāde et

extremitates sunt fricāde. hec intētio vtilis est in toto ꝓcessu morbi: sed maxime in pn°: ⁊ non debet esse multū laboriosa ne fiat agitatio in humoribus. ¶ Addit vlterius circa localia exterius applicāda. pectus etiā precipue si in eo fuerit locus doloris in ṗdictis trociscis cū aceto ⁊ aqua ro. epithimet. Hic nota ꝙ laudat tale epithima cū fuerit sputū sanguis. ṗcipue ex ruptura vene in pectore in qua ruptura ꝑcipit dolor q̄ nō ꝑcipit ex ruptura vene in pulmone: vt. j. declarabit. ⁊ hoc ideo facit: q: ad membra pectoris pōt virtus horū frigidoꝝ aliqual'r ꝑuenire: sed nō sic ad mēbra pulmonis: vt supra est deductū. ¶ Debetis etiā notare ꝙ approximatio hoꝝ taliter frigidoꝝ ṗcipue cum aceto ⁊ aqua ro. est aliqual'r suspecta ṗcipue nisi corp⁹ fuerit multū carnosum ⁊ calidū: qm̄ talia sua mordicatione adducūt ad tussim: ⁊ tussis in casu est multū verēda: vt pꝫ. ideo forte meli⁹ erit in cōi casu dimittere acetū ⁊ aquā ro. ⁊ cū reliquis stipticis apponere aliqđ lenitiuū: tn̄ glutinatiuū vt gummi ara. dragagātū succū liq̄ritie. Et ita Sera. laudauit cū oleo rosa. ⁊ oleo de myrtis apponi aliq̄d olei amig. dul'. cum modico succi cydonioꝝ ad hāc intētionē. ¶ Cōsequēter ponit regimē cū dixit. Eius ṗterea cibaria succū vuee acerbe ⁊ sumach ⁊ his similia admixta habeāt. s. ad rectificationē ipsoꝝ ad intētionē nr̄am. ¶ Ponit vltimo incidēter vnū canonē cōem ad sumēdū medicinas pectorales q̄n intēdimus vt immediatius ad pulmonē ꝑ meri resudādo trāseāt in cānā nō transeundo ad stomacū: ⁊ est singularis multū cañ. cōtra quē cōiter omnes infirmi practicāt. Nam cū volūt cibaria lambēdo deglutire cōuertūt caput sup̄ collum posterius: ⁊ debēt oppo^m^ facere cōuertēdo se ad anteri⁹ q̄si resupini supra faciē iacentes: qm̄ cāna stat añrius iacēs supra meri: iō sic disposito corpore trāseūte medicīa ꝑ meri melius resudat in cānā: q: tūc cadit meri supra cānā: vt pꝫ. Et hoc est qđ dixit: ⁊ patiēs resupinus iacēs de terra sigillata aliq̄d post aliq̄d paulatiꝫ comedat. Nā terra sigillata est maximi iuuamēti in casu vt infra dicet. Et sic sit expeditū cap^m^ textualiter cum dei laude.

Nota bñ p̄ntē cañ.

De q̄ddita te nois.

Expedito q̄ ca° textual'r ꝑ obseruatiōe ordinis nr̄i. Pri° videbit de quid nois ⁊ q̄d rei sputi sanguis. 2° videbit de spēbus ⁊ differētijs eius. 3° veniemus ad causas: ⁊ sputi sanguinis: ⁊ cause: ⁊ specierū. 4° videbitur de signis: ⁊ p^m^ ꝓnosticis euētus: postea ꝓnosticis ad bonū ⁊ ad malū: dende demonstratiuis ⁊ generis ⁊ specierum vltimo veniemus ad curam.

Quid nominis. Quātum q̄ ad p^m^ est p° h̄ sciēdū ꝙlꝫ sit absolute h̄ sermo de sputo sanguis tn̄ vt. s. visuꝫ est ēt ex ꝓcessu capl'i Ra. h̄ nō tm̄ est sermo de sputo sang. ꝓꝑe sumpto: qđ dicit mihi emissionē sanguinis ab ore veniētis a partib⁹ oris tm̄ ⁊ mēbroꝝ vicināntiū. sꝫ etiā extēdit ille termin⁹ sputū sanguis ad oēm sanguis fluxū siue emissionē ab ore: siue etiā fiat ꝑ vomitū ⁊ siue fiat cum rascatione vel tussi siue nō. Et hoc modo auctores de sputo sanguis loquentes maxime greci nōiant hāt passionem emoptoicā passioneꝫ. vñ emoptoica passio est exitus vel fluxus san. ab ore ⁊ inde spuēs sanguinē ab ore vel reijciens emoptoicus dicitur ab ema qđ est sanguis et ptois fluxus. i. fluxus sāguinis ⁊ cōsequēter sputū sanguinis cōiter simul accipit vt dictum est Et hec sufficiant de quid nominis termini.

Not. bene verba auctoris.

Distinctiones. Ueniēdo ad 2^m^ de speciebus. Species siue differētie exitus sang. sunt multe nā q̄dā sumunt ex parte mēbrorū a q̄bus educit sanguis ꝑ os. Et hoc mō dicebat Ga. 4° de interioribus siml' cū Me. in pn° capl'i de exitu sang. ab ore. ꝙ exitus sanguis ab ore est ſm vnū quatuor modoꝝ: aut em̄ tm̄ spuit ⁊ est ex ꝑtibus oris: aut egreditur cum rascatione ⁊ est aut ex colatorio aut ex vuula: aut ex palato ⁊ ꝑtib⁹ ei⁹: ⁊ q̄ñq; egredit vomitu: ⁊ tūc ē aut a meri aut ex ore stōi ⁊ ex ipō stō aut ab ep̄e ⁊ finib⁹ eoꝝ: ⁊ q̄ñq; cū tussi: ⁊ tūc est ex pectore aut pulmone aut cāna. ¶ 2ª distinctio. q̄dā exit⁹ sang. est creticus: ⁊ q̄dā nō creticus: ⁊ item q̄dā notabil'r interpolatus: q̄dā nō notabiliter interpolatus: immo quasi cōtinu⁹. Itē q̄dam succedit ad alios morbos: vt in pn° digōnis peripleumonie ⁊ pleuresis apparet: et q̄dam est in pncipio veniēs non ṗcedentibus alijs morbis: ⁊ ita etiā exitus sanguinis siue cū tussi siue cū rascatione. q̄dam fit cum facili tussi siue rascatione. q̄dam cum difficili rascatiōe. ⁊ ita de tussi: q̄dam cum laboriosa: q̄dam cum mediocri: ita dico de vomitu. Et ex his distictionib⁹ hn̄tur signa locoꝝ a q̄bus emanat sāguis: ⁊ ita videbit de signis. ¶ Alia distictio. contrahēdo maxime exitū sanguis ad euꝫ q̄ fit a membris spūalib⁹ q: de hoc est ṗcipua hic cōsyderatio: ideo q̄dā fit de substātia mēbroꝝ pectoris vel pulmonis vt suba carnea vel musculosa vl' pānicularí: ⁊ q̄dā fit ex venis vel arterijs in pectore vel pulmone exn̄tibus manifestis magis. ¶ De facto etiā ex venis vel arterijs est alia diuisio: qm̄ alius fit ꝑ viā rupture vel vulneris siue incisiōis vl' ꝑforatiōis venaꝝ vel arteriarū: ⁊ aliq̄n rūpūt ⁊ ſm totū: ⁊ aliq̄n scindūt ſm lōgū tm̄ vel ſm latū: ⁊ aliq̄n fit talis fluxus sāguinis nō ꝑ viā vulneris vel rupture: immo ꝑ viaꝫ apertionis pororum siue orificiorum ipsarū venarum vel arteriarum: vnde q: pori dilatantur ⁊ aperiuntur exit sanguis per viam resudationis ex eis: ⁊ aliquotiēs ampliantur pori ⁊ corroduntur aliq̄n vene ꝑ viam corrosionis ⁊ putrefactionis ipsarum venarum: ꝑ quem modū etiā educit sanguis a substātia membroruꝫ ꝑ corrosionem. vñ corrodēdo partem carneam pulmonis: deuenit etiā ad corrosionē venarū minutarū insensibilium dispersarum ꝑ substātiam carneā pulmonis: ita dico de pectore. vñ a talib⁹ venis minutis educit sanguis ꝑ viam corrosionis: ⁊ nō sic ꝑ viaꝫ rupture sicut fit in venis maioribus. Nam iste vene disperse per substantiā membrorum non sunt discooperte: immo ꝓfundate intra substantiam membri: ⁊ consequēter nō sic faciliter rumpuntur sicut alie.

¶ Alia distinctio. exitus sanguinis non seq̄ns ad alios morbos quidam sequitur ad aliquam manifestam causam primitiuam de dicendis infra vt est casus vel percussio supra pectus: et quidam fit nulla precedente tali causa primitiua. ¶ Alia distinctio. quidam fit in puero. quidam in iuuene. quidam in sene: ita dico de

distinctione temporum anni ⁊ complexionum naturalium ⁊ sexuum. Istis stãtibus distinctionibus iam veniendum est ad causas.

De causis.

Cause. Causarum igitur quedam sunt p̃mitiue. quedam corporales. De corporalibus q̃dam antecedẽtes. q̃dam coniuncte. Et de antecedentibus q̃dam magis preparantes i. se tenentes magis ex parte principij passiui q̃dam efficientes. Et de his causis loquemur cõtrahẽdo maxime ad exitum sanguinis venientis a spũalibus membris ⁊ cũ tussi: licet multe istarũ cões sint vel sibi similes etiã ad exitum sanguinis veniẽtis cũ vomitu a naturalibus: vel etiã a cerebro p̱ nares vt patebit consyderanti.

De causis p̃mitiuis.

¶ Veniẽdo igitur ad causas primitiuas exitus sanguinis a spiritualibus: q̄ de his est maior cõsyderatio habẽda q̃cũq; tales cause inducere possunt rupturã in venis siue aptionẽ vel dilatationem pororum: siue etiã corrosionẽ vel putrefactionẽ substãtie eorũ: oẽs tales sunt de hmõi causis primitiuis. Exempli gratia. aer excessiue caliditatis dilatãdo ⁊ rarefaciẽdo poros efficere potest ad sputum sanguinis. Et ita aer frigidus congregando quasdam partes et alias segregãdo põt esse de causis huius: etiã indurãdo dictas venas cũ non obediũt postea extensioni vt sic preparat ad fracturam. Et de hoc dicebat Ga. 4° interiorũ. cap° vltimo allegãs Hip. Dixit aqua frigida venas frangit: sed aqua frigida cũ sui essentia hoc minime impedit: q̄ sup. humectat: sed cũ frigiditate pãniculos venarũ ad dilatãdũ indurat. vñ ad fracturã eos preparat. ¶ Fracture etiã causa est nimi⁹ et fortis motus: ⁊ maxime casus ab alto loco ⁊ cõculcatio duorum quando se cõstringunt ſm pectus sicut fit in palestra existẽtiũ: vt vult Ga. i. illorũ q̃ ludunt ad brachia ⁊ cũ ponitur põdus graue supra thoracem comprimens vehementer sicut est lapis magnus q̃ eleuat in p̱ijcientibus lapides grossos. Nam aliquotiẽs appodiãt supra pectus anteq̃ ponãt supra humerũ: ⁊ ita occubitus lecti solidi: ⁊ maxime ei q̃ nõ cõsueuit est de causis huius: vt dicit Auenzo. Et hoc est. q̄ natura venarũ pulmonis: vt ibidem dixit cõtraria est nature venarũ totius corpis: q̄ vt dicit vene pulsatiles eius sunt ad modũ venarũ non pulsatilium totius corporis subtilitate pellicule: ⁊ multo magis facit dormiẽtibus supra terrã. vt dicit Auicẽ. vel supra alias res duras. ¶ Facit etiã ad fracturã subtilium venarum cum fit vehemẽs motus in sanguine p̱pter iram ⁊ rixam. Unde dicebat Aui. q̄ propter hoc multiplicatur in demoniatis: ⁊ nimia vocis eleuatio. vnde cantores aliquotiens cadunt in hãc dispositionem: ⁊ p̱ eundem modũ ⁊ tubicinatores. nam in eis fit fractura in venis pulmonis maxime in q̃bus mẽbra sunt parata vt infra videbit. Ideo laudat Ga. loco allegato: vt fiat assuefactio vocis paulatim exaltãdo. ¶ Perforatio etiam cum cultello ⁊ percussio supra membra pectoris adducit ad hanc dispositionem: vt patet.

¶ Uomitus etiam laboriosus in paratis ad rupturam vene est de fortibus causis: propterea Aui. 4ª primi. cap° II°. ponebat timorem in vomentibus difficulter p̱pter istam causam. Tussis etiam de causis fortioribus est.

¶ De causis autem adducentibus ad corrosionem ⁊ putrefactionem est sumptio ciborũ acutorum sicut ceparum ⁊ alliorum ⁊ synapis ⁊ aceti ⁊ casei antiqui ⁊ aliorum mordicatiuorum. Nam acuitate acquisita in humoribus cũ quadam eruginosa supfluitate: aliq̃n p̱ subtilitatẽ fit resudatio ⁊ aliquotiẽs corrosio: ⁊ idem intelligit de sumptione solutiuorum acutorum: et de sumptione medicinarũ a p̱prietate dilatantiũ poros venarũ: vt est aloes ⁊ genera gummi fortia vt castoreũ oppoponacũ ⁊ hmõi: ⁊ etiam scamonea ad hoc adducit. Et de his etiã assumptio venenorũ corrosiuorum habentium p̱prietatẽ inducẽdi sputũ sang. vt est lepus marin⁹. Ex eis autem dicunt auctores est aliquãdo sanguisuga q̃ intrat p̱ os ⁊ adhesit gutturi vel alteri membro vicino ⁊ huiusmodi.

De causis cõiũctis.

¶ Cause vero cõiuncte dicit Aui. ⁊ cause p̱pinque oibus illis. i. oibus speciebus exitus sang. i. cõiuncte sunt vulnus p̱pter causam primitiuam ⁊c. Sed hic nota q̄ p̱ vulnus nõ intellexit vulnus p̱prijssime sumptũ vt vult solonem in cõtinuo cũ manifesta distãtia ptiũ: sꝫ itellexit oẽꝫ solonẽ i ꝯtinuo cũ mãli distãtia ptiũ ei⁹ siue talis fit distãtia sensibilis siue isensibilis: ⁊ hoc modo patet q̄ causa immediata semper est vulnus. nam vt dicebat Mes. qualiscũq; exit⁹ sanguis fuerit est ſm vnũ quatuor modorũ: aut ſm semitã resudationis. i. subtiliato humido: aut ſm semitã redũdationis. i. dilatatis ⁊ apertis poris p̱pter extẽsionẽ: aut ex aptione vene ⁊ ruptura eius: aut ex vlcere ⁊ corrosione supra venam: ⁊ ita patet q̄ quomodocũq; si causa immediata est vulnus large sumptum.

Nota.

De causis añtibus.

¶ Cause vero antecedentes tenentes se dispositiue sunt male complexiones: vt calida nimis ⁊ sicca nimis vel strictura venarum pectoris et pulmonis: repletio etiam humorum in toto: sꝫ repletio in ipsis venis pectoris vel pulmonis est magis de causis antecedentibus effectiuis p̱ q̃nto materia nimia extensione facta in venis aliquotiens non tantum dilatantur pori: sed etiã rumpitur vena aliquãdo: vt patet in corpib⁹ athletarũ: inq̃ b⁹ est timor crepature venarũ. ¶ Causa autem multitudinis huius est dimissio exercitij consueti: ⁊ aliquotiens causa est retentio euacuationis consuete vt menstruorum vel hemorroidarum: ⁊ aliquotiẽs abscisio membri est de causis huius: ⁊ ita etiam debilitas attractiue alicuius membri facit ad fluxum sanguinis: de quo dicebat Auer. 4° colliget. caplo 36. q̄ ipse visitauit amicum qui patiebatur fluxum ventris multo tempore: ⁊ nõ curabatur p̱ medicos: tandem cum visitabat eum vt amicũ tangendo pulsum eius cognouit vnum brachiũ esse sensibiliter minoratum ab altero. vñ arbitratus est causam fluxus fuisse istam materiã superabundantem qua solebat nutriri mẽbrũ ⁊ nõ nutriebat. vnde positis attractiuis supra membrum: ⁊ ipso magnificato fuit curatus fluxus: ⁊ idem intelligi potest de fluxu sanguinis p̱ os. ¶ Alia causa de accidentibus effectiue sumitur ex ventositate extendente ⁊ dilatante: et hec multiplicatur: vt dicebat Auicenna in alatis id est melencolicis. Et quoniam tales vt multum sunt melencolici si coniungatur mala compositio magis ledit. ¶ Et aliquotiens

Nota.

causa sunt apata vt pleuresis vel peripleumo-
nia a q̄bus resudat sanguis in principijs digō
nis. ¶ Et plerūq̧ causa fluxus sanguis p viam
corrosionis est catarrus descēdēs acutus corro
dēs. nam dupl'r adducit ad sputū sanguis ⁊ sol-
uēdo cōtinuū p corrosiouem ⁊ tussim inducen-
do: ⁊ p eundem modum etiā sanies in pectore
exñs est de causis exitus sanguinis ex pulmone
aliquotiēs. ¶ Et vltimo de hm̄oi causis est fleg
ma viscosum adherēs qd̄ nō pōt a membro re-
moueri nisi simul educat̄ de substātia membri:
sicut pꝫ etiā in fluxibus vētris. nā p quem mo-
dum fit dissinteria in intestinis ex fl'ate viscoso
p eūdem modū pōt fieri exitus sanguis ab ore
ex pulmone. Et hec de causis sufficiant.

De signis.

Signa. Signoꝝ igit̄ q̄dam sunt pnostica. q̄dā demōstratiua. De signis igr̄ p
nosticis ⁊ demōstratiuis specierum exitus san-
guinis ab ore latius dicet̄ cōtrahēdo semp ad
mēbra spūalia: qm̄ de exitu sanguinis de natu-
ralibus mēbris ⁊ a capite: vt supra dcm̄ est: non
est pncipalis hic nostra intētio. ¶ Ut igit̄ cla-
rius de hm̄oi signis dicere possimus cōueniēs
est vt ponātur pus signa distinctiua. vꝫ. decla-
rātia sanguinem ab ore euenientē vel emissum
esse ex ptibus capitis vel a naturalib⁹ vel a spi
ritualibus. Pro quo notādū: vt erat snīa Gale.
4° de interioribus mēbris ca° 5° ⁊ idem de mē
te Aui. 10ª tertij. ca° pprio de sputo sanguinis
in pn° capl'i de signis: ⁊ Mes. similiter in prin°
huius capituli. ⁊ Ras. 4° cōtinēris. cap° 3° ad
pnᵐ dixit. q̄ cōueniūt omnes medici in vnum
q̄ sanguinis exitus ab ore est sm̄ vnū quatuor
modoꝝ. nā si fit cū rascatione sine tussi ē ex cola
torio vel ex partib⁹ capitis q̄ si fuerit exit⁹ san-
guinis cū sputo tm̄ sine rascatione vel tussi est
ex partibus oris vt gingiuaꝝ. Et si fuerit fact⁹
cū vomitu est ex membris nālibus vt mery: sto
macho: epate ⁊ splene ⁊ finibus eaꝝ. Qd̄ si fit cū
tussi est ex mēbris spūalibus vt cāna vel epiglo
ti vel pectore vel pulmone ⁊ mēbris eoꝝ. ¶ Sꝫ
hic signanter opꝫ aduertere vt ex mente Gal'. lo
co allegato habitum est: qd̄ non qn̄cūq̧ emittit̄
sputū coloratum cū tussi: tunc lesio est in mem-
bris spūalibus: immo opꝫ in hoc recte ꝯsidera-
re. Nam aliquotiens fluit sanguis ex capite de
orsum ad cannā vel ad pulmonē ⁊ remittit̄ cuꝫ
tussi nō exñte lesione in spūalibus mēbris. Naꝫ
dicit ibi Ga. cū sanguis puenit descēdēs ad epi
glotim fit tussis: ⁊ sic in hoc posset esse magnus
error: q: ex emissione sanguinis cū tussi nō sem-
per debet argui supra nocumentuꝫ spiritualiū
vt multi empericorum ⁊ male intelligentiuꝫ fa
ciunt. Et eandem sententiam affirmat Auic. in
ter. cum dixit faciendo exceptionem. Et opꝫ vt
consideretur in primis ne sit id quod expuit̄ san
guis ex naribus: ⁊ inde ponit quedam signa dis
cretiua ad videndum nunquid sanguis ille sit
ex capite: quod declaratur ex antecedentibus q̄
busdam: verbi gratia. quando ante fluxum san.
per nares ⁊ sequitur iuuamentū capitis de gra
uitate ⁊ pulsatione que prius fuerant: q: talia
remittuntur ⁊ prefuit tensio venarum capit's cū
rubore faciei ⁊ ex consuetudine de fluxu sangui
nis narium. ⁊ vt non sit spuma in eo ⁊ sit subito
Nam cum his ⁊ similibus: lꝫ tunc educatur cum
tussi: pbabiliter tū declaratur qd̄ est dependēs
ex capite. Et videbatur addere. A. duo signa ad
declarandum q̄ non quilibet talis sanguis est
suspectus. Ut quando non continuatur fluxus
⁊ emanatio dicti sanguinis per os: ⁊ quando nō
coniungitur febris: tū etiam ⁊ fortius dicebat
Ras. 4° cōti. ca°. vlti. qd̄ vidit multotiens in q̄
sputum fuit coloratum cū feb. acuta nō existēte
pleuretide vel peripleumonia vel sup. alio exter
nali nocumento in mēbris pectoris ⁊ pulmōis
Sed dicit ipse hoc euenisse tm̄ ppter id qd̄ fluit
ad pulmonē de humoribus nō sufficiētib⁹ ipm
ledere vt ex capite vel ex nascētia pua dicit ipse
in partibus exterioribus pectoris. Et dicit ipse
ad hoc distinguendum q̄ in hoc casu nō fit mu
tatio notabilis in anhelitu. ¶ Ex his potest in
ferri: conclusio bene notanda vꝫ qd̄ possunt sil'
coniungi febris acuta cum sputo colorato vel
subrubeo ⁊ cum tussi emisso: ⁊ non propterea ta
lis erit pleureticus vel peripleumonicus: et in
facto habuimus iam pro exemplo Bidellū gua
tarinum nostrum taliter dispositū in quo fuit
feb. acuta cum sputo subrubeo ⁊ cum satis vali
da tussi: q: tū nō fuit dolor lateralis pūgitiuus
neq̧ notabilis varietas in anhelitu supra eam
que sequit̄ ad feb. non debuit dici pleureticus.

Not. bene.

De signis pnosticis ⁊ p° euēt⁹.

¶ Cōtrahentibus ergo nobis sputū sanguinis
ab ore ad eū qui a spūalibus membris tm̄ ema
nat ponenda sunt signa pnostica: primo euen-
tus: deinde ad bonum vel ad malum. ¶ Sit er
go hoc signum pronōsticū dicebat Mes. cuius
pectus est nudum ⁊ strictū ⁊ collū subtile ⁊ lon
gum depressum inter humeros eleuatos tanq̄
inter alas: ⁊ cōsueuit ad ipsum fluere hūiditas
catarralis acuta corrosiua ⁊ frequentat eis tus-
sicula: vnde declaratur q̄ pectus dicitur esse de
bile vel pulmo qd̄ percipitur ex frequētatione
tussicule ⁊ cum dolore in spatulis aliqn̄ in dex-
tra aliquando in sinistra ⁊ aliquādo in mamil-
lis. Ex his omnibus sic collectis probabiliter
fit coniectura de futuro sputo sanguinis ex spi
ritualibus membris: ⁊ ego quasi sum in hac dis
positione: licet deo dante non inciderim in spu
tum sanguinis: sed verum est quod semper ha-
bui oculum apertum in regimine ad me preser
uandum ab hoc. Et si ad hec signa coniungan-
tur multe de causis ad sputum sanguinis q̄ di-
cte sunt supra vt est facilis rixa locutio clamo-
sa retentio euacuationū cōsuetarum de fluxu
hemorroidarum ⁊c. Motus laboriosi de vomi
tu ⁊ sternutatione ⁊ de reliquis supradictis in
causis: tunc erit validius argumentū ad prono
sticandū supra sputū sanguinis futurū. Si etiā
coniungatur in iuuene a. 18°. anno vsq̧ ad. 35ᵐ.
vt fuit snīa Gal'. i affo. Ptisis fit maxime ab. 18.
annis ⁊c. ppter acuitatē sanguinis in eis ⁊ p-
pter temeritatem ⁊ ausuꝫ ad fortia pericula est
maior timor: ⁊ maxime in tpe veris vel tempo-
re estatis propter causas satis notas.

Nota

De signis pnosticis ad bonū.

¶ Signum pronosticum ad bonum si fiat exi-
tus sanguinis: ita vt sequatur alleuiatio ⁊ non
coniungatur feb. tunc est bonum. Unde dicit
Auic. quod per eum sanatur qn̄q̧ apostema epa
tis ⁊ splenis: vt contingit sanguine exuberāte.
¶ Aliud signum ad bonum. sanguis etiam eue
¶ Sed ad distinguendū nūquid materia que
educitur nō rubea sit sanies vel flegma: qm̄ ali
qua mā flegmatica aliquotiens apparet sanio
sa ꝛ nō est saniosa: in hoc falluntť medici sepe in
distinguendo. Ideo opȝ ponere quedā signa di
stinctiua. Nam aliqñ flegma mucilaginosuȝ de
albatum arbitranť medici esse saniem per hoc
ꝙ est substātia grossa ꝛ alba ꝛ fundū sua graui
tate petens ꝛ residens in fundo si ꝓijciatur in
aquam sua grauitate: ꝛ tñ nō est saniosa. Veruȝ
est tñ ꝙ mā humoralis nō saniosa cū expuiť nō
sic diuidit aquā: sed magis dispersa existens oc
currit pluribus ꝑtibus medij diuidendi q̄ ma
teria saniosa ingrossata: ꝛ ad rotunditatē q̄dā
deducta: vñ tardius descēdit. Immo etiam ali
quotiens mā saniosa inclusa in mā flegmatica
si sanies fuerit modice quātitatis ꝓhibetur ne
descendat ꝑpter viscositatē materie in qua in
cluditur. Et ideo medici aliqñ cum ligno paruo
diuidunt flegma: vt si aliqualis mā saniosa sit
inclusa non retineať a viscositate flegmatis su
pra aquā: immo separato flegmate ꝛ diuiso de
scendet a mā saniosa ad fundū natāte mā fleg
matica sursuȝ. Tñ dico ꝙ aliqñ flegma est adeo
grossum ꝛ tantā habens cōtinuitatē in ꝑtibus
ꝙ vna pars grauitate sua descendit: ꝛ secū tra
hit alias ꝑtes: ita vt tandē oēs descendant. Tñ
hoc signū cōiter poniť ab Aui. ꝓ distinguēte et
si nō cōcludat: sicut etiā aliquotiens sanies fa
cta nō ex apatibus vel vlceribus: sed ex catarro
fluente: qđ diu cōclusuȝ fuit in pectore: talis sa
nies: dicit Nicolus: cuius acuitas nō est parua
maxime in similibus nō descēdit in aqua: licet
Aui. in ca° de pure ꝛ sanie posuerit hoc ꝓ signo
lȝ posset dici ꝙ addidit: ꝛ fetor: ita ꝙ totum ag
gregatum est signū. ¶ Ad distinguendū iter hec
est vnū signū positum ab autoribus vt a Gal. 5°
affo. ꝛ Hip. textu ꝛ cōmento. 12. Qui a ptisi mo
lestantur ꝛc. Vbi voluit sputū supra carbones
positum fetere si fuerit materia saniosa: ꝛ vide
te pro hac materia de ptisi ꝛ tex. sequentē. xiiij.
et. xv. ꝛ. xvj. cū cōmentis eorum eiusdem ꝑticule
et hoc vniuersaliter oēs autores sequuntur: nō
negať tñ quin etiā alio modo feteat: sed magis
supra carbones: immo sputū saniosuȝ cū in ore
recipitur fetet in ore eius: lȝ aliquotiens egro
ti hoc non velint propalare dubitantes ne refu
tentur: q2 morbus dicitur cōtagiosus. Vñ opȝ
venire ad experimentū vt ponēdo supra carbo
nes vbi fetet horribiliter: ꝛ non sic sputum hu

Signa distinctiua iter saniez et flegma. grossuȝ album.

Fetet sanies. s. carbones posita.

morale non saniosum.
¶ Scđm signū excellēs ꝛ notabile est ꝙ materia saniosa cū cōmouet facile diuidit in partes ꝛ facile cōiūgit cū est separata in partibus: nō sic materia viscosa flatica: ꝛ hoc mō ꝓpterea qꝛ materia saniosa est adusta facta sicut cinis de lignis a caliditate preter naturā saltē materie q̄ dꝫ in saniē cōuerti: ꝛ hoc signū distinctuꝫ posuit Aui. 2ª ꝑmi summa de vrinis caº de hypostasi. vbi ponit signa distinctiua inter hypostasim mucilaginosam ꝛ saniosam vbi dixit ꝑ hec talia distingui: ꝛ idē pt trahi ad sputū ꝛ marie ꝺclarat saniesvt ibi dicebat: si ꝑcesserit aliq̄ cā ad vlcera de apate: ꝛ similibus. ¶ Sumit ēt apparens significatio ex colore. nā color saniei vt ad qđdā subcitrinū declinare ꝓpter igneitatē acq̄sitā in materia: vnde est color subalbidꝰ cū quadam remissa citrinitate. ¶ Et lꝫ ista declarent saniem: nō tñ declarāt ptisim: qm̄ dixit Aui. postq̄ⷨ posuerat dicta signa disiunctiua dixit: q̄ⷨuis sanies qñq꞉ expuat in egritudine que nō est ptisis: vt pꝫ in pleuresi ꝛc. sꝫ ad magis distinguēdum opꝫ diligēter consyderare: qꝛ non opꝫ tm̄ vnica vice videre sputū vbi stat dubietas de ptisi: sed pluribus et pluribus vicibus. qm̄ aliquotiēs per aliquot dies etiā stāte vlcere expuit sola materia salinalis vel humoralis nō saniosa: ꝛ tñ certo determinato die postea expuit sanies ꝓpter diuersas circūstātias que occurrere possunt ad expuēdū: qꝛ sanies nō educit nisi cum forti tussi vtplm: q̄ aliqñ fieri nō potest ꝓpter virtutis debilitatē vel alias causas ꝓhibētes fieri tussim q̄ dicte sunt in caº de tussi: ideo regulꝛr ad inuestigādū si sputū sit salinale vel saniosum nō dꝫ colligi qđcunq꞉ sputū indifferenter: sed illud solū qđ cū graui ꝛ difficili tussi emittitur: ꝛ de hoc fiant experimēta q̄ dicta sunt. ¶ Aliud signuꝫ ergo sumitur supra ptisim ex fe. minuta. i. equali nō percepta ab infirmo nisi ꝙ tp̄e cibationis ꝑ duas horas vl' tres ꝑcipiunt infirmi caliditatē quā añ non ꝑcipiebant ꝓpter id qđ partes subtiles de cibo transeunt ad mēbra ꝛ inflāmant caliditate mēbroꝝ certa inflāmatione: ꝛ sic occurrens mā cum noua qualitate supra mēbrū imprimit in mēbra: ꝛ est signū forte ad arguendū in ethica: vt etiā pª quarti caplo de ethica. nā lꝫ ēt in fe. humoralibus accrescat dolor vt percipiatur maior post cibū ꝑ cām silem adductam in ethicis: tñ qꝛ ēt percipiebatur fe. ꝛ caliditas in mēbris in fe. humoralibus vbi in ethica nō percipiebatur: qꝛ est cōplo equalis ꝛ humoralis est fiens: iō infirmi patientes ethicam magis percipiunt caliditatem sup̄uenientem ex cibo q̄ⷨ patientes fe. humorales: ꝛ maxime percipiunt hoc in nocte: vt vult Aui. ratio est qꝛ in nocte minus diuertuntur ab aliis extrinsecis: ꝛ cū hoc vapores eleuati a cibo supercalefacto vigore quorum supercalefaciunt magis retinentur in nocte circa membra ledentes vbi tempore diei magna pars eoꝝ insensibiliter expirat ꝛ resoluitur: dicit tñ Aui. ꝙ quandoq꞉ descendunt in ethica ꝛ coniunguntur alie febres humorales. s. tertiana ꝛ quartana ꝛ quintana: ꝛ etiam sup. quotidiana: vñ addit ꝙ quintana est deterior earum: deinde tertiana: deinde quotidiana: quod debet intelligi deterior in cognoscendo dictam humoralem: vt patet consideranti. ¶ Aliud signum sumitur ex apparentia venarum in toto. nam minuuntur mēbra carniformia magꝪ q̄ⷨ spmatica sensibilr ideo vene que latebāt sub carne demacrata carne vel consumpta fiunt manifeste. Tensio etiaꝫ hypocundriorum coniungitur: tum propter exsiccationem humidi: tum propter ventositates que a debili calore generantur: vnde fit tensio hypocundriorum sursum. ¶ Aliud signuꝫ sumitur ex calore faciei. nam color multum est citrinus minorato sanguine ꝛ minoratis spiritibus quorum absentia apparet color viridis: cōcurrente etiam aliquali adustione ex vaporibus igneis ad cutim resolutis: licet aliquotiens appareant maxille ad rubeum declinare ex cōicatione vaporum sursum vt supra dicebatur in peripleumonia ꝛ in empimate: cum hoc tamē fit in eis facies hypocratica quā ipse descripsit in primo ꝓnosticoꝝ de cōcauitate oculoꝝ de acuitate narium ꝛc. lꝫ aliquotiens a vaporibus videantur tumere palpebre oculoꝝ ꝛ ingrossari. Substātia tñ oculi minuit minutione facta in humoribus eius vt fit aliquotiens in ꝓpinq̄s morti casus capillorum ꝛ icurnatio vnguiū. ꝑꝑ defectū nutrimēti fit casus capillorū: ꝛ ex minoratione carnis circa vngues fit appꝑitio maior vnguium: ꝛ sic videntur incuruari cū nō incuruantur. ¶ Etiaꝫ sepe fluxus diaricus aliq̄tiēs ex liquefactione ꝛ aliquotiens ex impotētia cōtentiue cōtingens: ꝛ est accñs multū verendum in ptisi: qm̄ virtute debilitata succedente fluxu debilitante sunt primi ad mortem. Et ꝑ tanto Ras. posuit hoc aduertendū summopꝫ. cauēdū est, ne venter soluatur: ꝛ ponit regimen seruandum: qñ venter solueretur: ꝓpter timorem tñ ꝛ cōstipatio ventris est multū nociua: qm̄ in ptisico multe materie retinent que ꝓpter earū retentionem ducerent ad suffocationē debilis calidi naturalis eoꝝ. ¶ Pulsus eoꝝ dixit Aui. est fixus equalis cū velocitate paruus: pꝫ signum. ¶ Et qñ hec accñtia antecessit sputum sanguinis vel catarrus acutus longo tp̄e ꝛ alie cause ad ptisim ꝑcesserunt que dicte sunt: tunc est certior significatio de ptisi: si etiam coniungat sputum alicuius cruste carnose vel sputū de substātia panniculi venaꝝ vel annuloꝝ cāne pulmonis simul cū sanie est euidentissima significatio vt dicit Aui. Si aūt cum sputo sint cruste nō est dubietas precipue cum cause perducentes ad ptisim predicte iam preterierunt. Et dixit Hordonius pro proprio signo quod adest dolor in spatula sinistra vel sup. in dextra.
¶ Signa vero causaruꝫ si a causa calida vel frigida declarantur ex als dictis ꝛ de tussi et de asmate. ¶ Et si causa fuerit catarrus acutus dicebat Aui. quod expuit saliuam que habet saporem aque marine salsum valde: et si fuerint alie cause satis sunt manifeste ex his que precesserunt.
¶ Et si vlcus fuerit in canna differenter a pulmone declaratur ex eo qđ expuitur. Nam dicebat Aui. si substātia venaꝝ que educitur est parua tunc erit de cāna: si vero magna de pulmōe: sed ego pono vltra alia signa posita ad distinguendum solutionem in canna ad solutionē pulmonis duo signa posita quinto de ingenio. capº. xi. vbi Gal. ponit historiam de vno quem curauit

Nō oīs sanies q̄ per sputum expellitur denotat ptisim: sꝫ illa sola q̄ cuꝫ tussi vehementi expellitur.

Aliđ signū

Aliđ signū

Conclusio signoꝝ supra positorum.

De signis distinguētibꝰ vlcus canne ab vlcere pulmonis.

Nota.

Nota bñ.

De quiete ꝛ motu.

vt cognosceret si esset in cāna lesio vel in pl'mone: dedit sibi cibū masticatū grossum: vñ in descēsu ꝑ mery stāte lesione in cāna debuisset percipere dolorem z nō habuit dolorem: postea dedit sibi panē infusum in aceto. Nam sui acuitate z mordicatione debebat resudare ex mery in cāna z sic imprimere nocumētū. z nullus percipiebat dolor: neq; loquela erat impedita neq; vox: cū tñ ꝑficiātur in cāna: z sic cōcludebat ꝙ esset nocumētū in pulmone: z nō in canna: z sic ꝑ talia distinguere potestis: z supra causas ptisis discurrere oportet ꝑ ea que supradicta sunt z clare zc.

Cura. Jam restat venire ad curā: z p° ad regimē diete: deinde ad medicinalia. ¶ Et ꝓ regimine in dieta p° caue vt dicit Aui. ab oib⁹ his q̄ sol'onē facere possunt circa pect⁹ z pulmonem vt a medicinis acutis salsis amaris: z a motu laborioso saltu clamore vociferatione z reliq̄s oībus q̄ esse pñt cause ad rupturam vene z ptisis. ¶ Sed specialiter magis lz eligēdus esset aer ad frigidū aliqual'r declinās ꝓpter febrem z remissionē acuitatis. tñ ꝓpter lesionem pulmonis ab vicere z omne frigidum vlceribus esse inimicum: ideo euitādus est aer frigidus: sz dz paꝝ ad cal'm declinare: vl' saltem locet in loco aeris tempati in actiuis vt dixit Me. sz in passiuis q̄litatibus declinet ad siccū. Aliq̄ dicūt ꝙ ad humidū ꝓpter febrē ethicam. Sz re vera isti deficiūt a sñia. A. Ga. Ra. Mes. et alioꝝ illustriū. Nā singul'r eligēd⁹ est aer siccus ita voluit Ga. loco alle. 5° de ingenio. Nā ipse cū dixit aliq̄s taliter patiētes ad qōdā castellū appellatū scabin in cāpanea distāte a roma ꝑ 30. miliaria v'sus mare: quē locū laudat super oēs ꝑtes mūdi ad curā ptisicoꝝ ꝓpter siccitatē. Et ita Ra. 4° cōtinētis dixit de mēte Gale. aer siccus iuuatiuus est eis. Jō plures ptisici de roma recesserūt accedētes ad nubiā z ex regimie isto vixerūt. Qui aūt nō adhibuerūt studiū in hoc regimie mortui sunt vt dixit: z eadē est sententia in multis locis habita. Et rō est. nā siccitas in toto pēdet ꝓpter vlcus pulmonis: z idcirco indiget exiccatiuis vt aer immediate trahit ad pulmonē. Et si fuerit humidus nocet ꝓpter multas causas supradictas. Et si sit indigētia hūectatiōis in toto: illō fieri potest cum balneis z cū cibis humectatiuis sub stātifice z nō q̄litatiue: z qm̄ illius ethice causa est vlcus: z vt supra dixit. A. in cura empimatis nō oz vt attēdas ad fe. immo opz calefacere cū medicinis abstersiuis diligēter. ¶ Jdē intelligitur in ptisi vbi intēdere opz ad exiccādū vlcus q̄tum possibile est. cū exiccātibus z mūdificātibus vt j. patebit. Jtaq; eligat aer siccus cū magno studio: vitetur aer nebulosus grossus humid⁹ terrenus z vētosus: maxime siue australis siue borealis fuerit: z ꝑcipue vitet aer inequalis q̄ aliqñ est calidus aliqñ frigidus: vñ in hoc casu maxime blasphemat aer autumni ꝓpter eius inequalitatē: vñ autumnus detegit ptisim: q; inde multum ledūtur ꝓpter debilitatem eorum. Jn hac ergo temporis cōstitutione cōseruētur in cameris vñquaq; opposite clausis: z nō obmittatur hoc de aere ꝓpter hoc qō est occursus eius cōtinuus medicinalis. ¶ Adhereant q̄eti ne fiat resolutio vlterior z odorēt semꝑ odorifera. verumtñ leuis fricatio membroꝝ extremoꝝ vt partium exterioꝝ in viuificādo calidum naturale z resoluēdo vapores nitrosos: z attrahēdo vaporē multiplicabilē ad mēbra est in casu cōueniēs: z ita etiā opz vt añ comestionem appropinquēt deambulationibus mediocribus: z vtātur postea fricationibus leuibus tenerū faciētibus corpus: vt vult Me. vt viuificet calor naturalis eoꝝ. ¶ Et post comestionē iaceāt q̄eti. s. ꝑ duas vel tres horas anteq̄ dormiant: postea acceptet somnus nō supfluus ne dicat adducēs ad catarrū: vñ nō sit ꝓlixus nimis precipue in eo cuius causa fuit catarrus: z q; tunc nō expurgātur materie q̄ tempe vigilie expurgātur: nō sint tñ supflue vigilie z exiccatiue nimis: sed vt magis adhereat somno q̄ vigilijs. ¶ Sz somnus sit interpolatus. ¶ A passionibus aīalibus oīno canēdum est preterq̄ a gaudio z bona spe salutis: ideo curādum est vt lete viuāt z cōfortētur z cū sonis dulcibus z suauibus z cū iuuenculis gratis z pñtia amicoꝝ delectabilium zc. dimittēdo irā z rixam z vitando singul'r tristitiā z diffidentiā in cura.

¶ Jnanitio est vitāda z ex ꝑte sumptiōis cibi z ex ꝑte medicinaliū z clysterioꝝ nisi cū natura fuerit nimis sicca. Nā tūc cū timore audem⁹ ad leniētia humectatiua: q; timor est semper ne incurrant fluxum qui est maximi nocumenti vt supra dictum est.

¶ Jn cibis obseruāde sūt aliq̄ cōditiōes. p^a cōditio est ꝙ cibus sit facilis digōnis: ꝓpterea ꝙ virtus naturalis eoꝝ est debilis. 2^a ꝙ sit boni z laudabilis nutrimēti: qm̄ est in tētio multe restaurationis ꝓpter extenuationē. 3ª cōditio ꝙ sit penetratiuus subtilis substātie ꝓpter stricturā meatuū a siccitate z cū hoc sit abstersiu⁹ z mūdificatiuus leuiter ꝓpter mūdificationez vlceris. 4ª cōditio ꝙ lz deberet esse humidus z ꝓpter faciliorē cōuersionē: z etiā ꝓpter siccitatē z parū frigidus ꝓpter ethicam: tñ dz habere partē stipticā siccā cōsolidatiuā ꝓpter vlc⁹: z qm̄ hec oīa repiūtur in lacte: idcirco oēs auctores singul'r faciūt mētionē in cibis de lacte vt Ras. in ca° nostro ꝑcipue: z oēs alij. nā in lacte p° est virt⁹ nutritiua ex ꝑte butyrositatis ita ꝙ ex ꝑte eius stat multa restauratio. Jn lacte etiā est facilis digestio: immo ex mō substātie maxime est passibile tal'r vt facil'r etiā corrumpatur in aere ꝓpter ipsius passibilitatē: iō laudāt medici si possibile est vt suggat ab vbere ne ab aere alteret: hz etiā intētionē penetratiuā ex liq̄ditate substātie: hz intētionē abstersiuā mūdificatiuā ex ꝑte aqueitatis: hz intētionē sigillatiuā z stipticitatis ex ꝑte caseitatis z cōsolidatiuā: vt vult Mes. in cap° ꝓprio de ptisi: tota etiam substantia ad frigidum declinat: z sic cōuenit ꝓpter fe. ¶ Sed dubitat Conciliator de aquositate eius. nam non videtur ꝙ aquositas sit abstersiua z lauatiua. nam ipsa est frigida vt ipse euidenter declarauit: z per consequens videtur abstersiua z mūdificatiua. Respondet dupliciter supposito ꝙ sit frigida: qm̄ ab aliq̄bus ponitur calida: vt ab Aui. 2° cañ. Sed Ga. in de pharmacijs posuit expresse eā frigidam: z sunt euidentie plures ad hoc: z si aliqñ ponatur calida vt al's dixi: hoc est facta separatione ex virtute coaguli vel alterius calidi: existente ergo

Nota.

Nota bñ.

De quiete z motu.

De sōno.

De passionibus aīe.

De inanitione.

ipsa frigida vt tenendum est: dicit Conciliator ꝙ in penetratione vsq; ad pulmonē ⁊ pectus recipit a mēbris quādā caliditatē nitrosam merito sue passibilitatis ⁊ substantie: vñ tūc fit abstersiua saltem illaruz partium. 2° rñdet: ꝙuis dicat esse frigida: q2 in eo dominantur partes frigide: sunt tñ in ea q̄dam partes acute nitrose modice: vñ fit leuiter abstersiua ⁊ non nimis abstersiua: abstergit em̄ parum plus ꝙ aqua dicit Aui. 2° cañ. ⁊ sic patet vtilitas exhibitionis lactis. Et ideo Ra. in textu laudat vt det etiaz cum pane: ⁊ loco vini bibatur lac: ⁊ inde de mēte Ra. vt supra allegatū est. Dicit ipse ꝙ cognouit quēdam in quo fuerat sputum sanguinis q̄ toto āno nō comedebat nisi lac cū pane ⁊ bibit lac loco vini ⁊ curatus est.

In aliq̄b' casibus exhibitio lactis nō est cōueniēs ptisicis.

¶ Nota tñ ꝙ in aliquibus casibus non est eius exhibitio conueniens. Primus casus est fluente catarro qui fit causa ptisis. Nā tunc dicit Cōciliator oportet sistere catarrum al's augeretur fluxus eius per exhibitionem lactis ⁊ amplietur non tantum in habentibus fluxum habitualez catarri: sed in habētibus dolorem capitis: etiā in habentibus cerebrum debile. Secundus casus est cum febris est intensa non cōuenit ipsi' exhibitio: vnde si cum ethica coniungatur putrida non est exhibēdum lac. Tertius casus est in quibus hypocūdria sunt suspensa seu subrugientia dicit Hip. i. in quibus multiplicantur ventositates vel acetosatur in stomacis non est lac exhibendum. Quartus casus in habētibus fluxum ventris non conuenit exhibitio lactis: q\m leniendo ⁊ abstergendo precipitaret ad fluxum. Alius casus dicit Conciliator non est dandum lac in corporibus que illud non appetūt: ⁊ dicit ipse ꝙ abhorrebat ab eo cum videret comedentes lac cum pane.

¶ Sed vbi non coniungatur dolor capitis vel fluxus catarralis vel cerebrum debile vel non fuerit fe. intensa si tñ nō fuerit hypocūdria aliqualiter rugientia vel fuerit aliquis fluxus stāte tñ indigentia exhibitionis eius ꝑpter causas dictas maxime in corpore extenuato debili nō potente alia cibaria commutare ingeniati sunt medici vt possit offerri sine nocumento: ita. s. vt misceatur cum lacte cum est timor ne acetosetur aliquid zucchari vel mellis in eo: et aliqui addunt vsq; ad cyminum simul cum eo.

Qualr̄ fit lac acetosum.

¶ Et si timeatur fluxus ventris dant lac rectificatum acetosum factum: cuius modus est vt remoueantur partes butyrose prius. Nam post ꝙ quieuit lac per. vj. vel. viij. horas partes butyrose natāt in lacte: q̄ partes superficiales butyrose auferantur: ⁊ postea ponatur lac etiā in temperato aere: nō similiter in discooperto sub diuo. i. ala serena: sed in aliqua olla al's aula: ⁊ tūc moueatur ⁊ agitetur ⁊ ibi moretur per totā noctem vel diem: postea fiat agitatio cum virgula ⁊ totum spumosum qd̄ fiet abijciatur: ⁊ hoc lac vocatur acetosum. Nam infrigidatur et stipticatur aliqualiter ꝑ remotionem partiū aq̄arum simul cum butyrosis: ⁊ vbi vellemus ipsuz facere magis stipticum infundamus exempli gratia quartam partē aque in lacte sic acetoso facto: ⁊ postea cum frustis ferri vel calibis ignitis vel cū lapidibus silicis ignitis ⁊ in lac multis vicibus taliter iniectis fiat consumptio et exiccatio partium aquearum: ⁊ sic tunc lac qd̄ remanet illud erit ad stipticum notabiliter declinans. ¶ Debet tamen eligi lac diuersum ſm diuersas intētiones. Nam si intendimus subtiliationi ⁊ penetrationi magis: primum et dignius est lac camellarum: deinde equarum: dei de asinarum. Sed vbi queramus maius temperamentum in lacte est conueniens lac caprarū: ⁊ vbi queratur maior cōfortatio ⁊ nutritio: lac vaccarum ⁊ ouium est excellentius. Propter tñ ꝓprietatem concurrentem inter corpus humanū ⁊ lac humanum laudāt ⁊ magis vt etiam dicit Ga. 5° de ingenio sanitatis: sumere lac hūanū: qd̄. s. suggat ab vbere: ⁊ sit mulier sana mediocris inter albedinem ⁊ nigredinem: non sit multum alba: ⁊ viuat regulr̄ cum cibis conuenientibus ⁊ in quiete ⁊ in ocio ⁊ cum regimine qd̄ debetur etiam ptisico: ꝙtum ad ea. s. a q̄bus cauendum est ⁊ precipue elonget a viro vel coitu. Et si peperit puellam cōmuniter dicitur laudabilis: q2 denotat lac esse frigidius.

Inter oēs spēs lactis lac humanū est cōpori hūano laudabilius.

¶ Qñ autem ex animalibus accipitur lac q2 nō potest ex vbere suggi tunc emulgeatur in vase ligneo vel in vitreo vbi ipsum vas positum sit in aqua tepida vel parumper calida vt conseruet caliditas quasi naturalis in ipso lacte: post ea sumatur sic tepidum rectificatum vt dictum est ſm intentiones diuersas: ⁊ ipsa animalia a quibus suggitur sint sana ⁊ depascantur, secundum varias intentiones. Nam vbi sit intentio ad abstergendum magis depascantur cum ysopo ⁊ thimo ⁊ feniculo. si ad consolidandum magis cum rubis ⁊ bursa pastoris ⁊ plantagine et myrtis ⁊ huiusmodi. ⁊ incipiatur gradatim modicum sumendo de eo vt p° tres vel quatuor. ℥. ⁊ sic postea ascēdēdo vsq; ad. vj. vel. vij. vel. viij. ⁊ ad lib.

¶ Sed habeatur obseruantia vt postquā sumptum fuerit corpus nō moueatur. nō tamē dormiat, neq; misceatur cum aliquo cibo dicūt auctores: licet consentiant mixtionem cum pane: immo Mes. ponebat mixtionem tortellarum de seni. i. panis exiccati. verbi gratia. tertiam partem de pane in lacte vt. ℥. iij. lactis ⁊. ℥. j. panis: ⁊ sequenti die addendo de lacte. verbi gratia. ℥. j. ⁊ minuendo. ℥. ß. de pane: ⁊ ita fiat singulis diebus diminuendo panem et addendo lac donec deueniatur ad lac solum. nam ita per cōsuetudinem disponitur corpus ad acceptionez lactis: sed in corporibus dispositis de se sumere lac non est necessaria ista mixtio: sed cum deuentum erit ad declinationem egritudinis ita vt non sit necessaria exhibitio lactis sed cibariorum dantium nutrimentum magis cōstans etiam domesticorum: tunc econtra oportebit gradatim minuere lac ⁊ addere panem donec deueniatur in totum ad dandum panem sine lacte: ⁊ hunc ordinem seruauit Mesue ad assuefaciendum ad exhibitionem lactis incōsueta corpora vel non parata ad sumēdum ipsum lac delectabiliter: Aliqñ tñ miscetur cum q̄busdam medicinis ſm diuersas ⁊ varias intentiones. nam aliquando ad abstersionem ponit parum mellis: ⁊ ad cōsolidationem ponitur bolus ar. nō, tamen quouis mō misceatur vinum cum eo: ⁊ in exhibitione lactis sit regula vt expectetur in totum stomacho antequam sumatur alius cibus vt sit in totum sto

macus mūdificatus ab eo.nā raritas substātie ⁊ passibilitas eius facit ipsum facile corrumpi. ¶Et nota ꝙ hoc totū qđ dcm̄ est de exhibitiōe lactis:intelligit̄ qñ est intētio ad curationē ve rā.na in cura blāditiua vbi intēdimus indurationi vlceris vt nō ꝓfundet̄ vlcus neq̄ dilatet̄: ſ3 solū intēdim⁹ cū exiccātibus qñ nō est spes cōsolidationis vt multo tpe supuiuāt:tūc non est exhibēdū lac:dicit Aui.vñ in desperatis exsiccatiua magis sunt necessaria q̄ꝫ humectātia ⁊ abstergētia:nā cū talib⁹ siccis multo tpe supuiuūt:vñ dicebat.A.in cura ptisis.Blādientia vo sunt regimē in indurādo ea.s.vlcera ⁊ in exsiccādo ipsa ita vt nō fiat in eis cōcauitas neq̄ꝫ dilatētur:lʒ cū eo nō speret̄ incarnatio ⁊ cōsolidatio.Et addit:⁊ in hoc est spes in tpe patiētis ea.i.ꝑdurationis:q̄uis vita eis nō sit delicata vt dicit.Et vidi ego mediolani mulierē:q̄ tamē nō vtebat̄ regimine nisi cōi:qm̄ assistebat igni quasi cōtinue vel in locis siccis multū:erat em̄ fornaria:fuit ptisica plus.xxviij.ānis ⁊ ambulabat ꝑ domū ⁊ laborabat:assistebat ad panē coquēdū i clibano:vñ siccitas idurādo ml'tū ꝓlōgat. ¶Et inter alia cibaria laudat Auēƺo.panē azimū cū oleo oliuarū:⁊ dicit ꝙ pater suus curauit vnū cū eo tm̄:q̄ iam erat extenuatus vsq̄ ad extremū:⁊ ipse sil'r fecit:laudāt alij cōiter panē simule:qm̄ ꝑticipat glutinatione magis: vbi tamē intēdamus abstergere panis furfuris magis cōuenit. ¶Inter carnes lʒ Auer.nō laudat eas:tñ q² ab alijs cōmuniter laudātur conueniūt carnes auium minutarū ⁊ turturū ⁊ columborū syluestriū ⁊ ꝑdicū precipue ⁊ aliquando laudabile est declinare ad carnes capreti: et valent carnes dicte in sputo sanguis:⁊ singul'r valent carnes cancroꝝ fluuialium.Nā ab oib⁹ vl'r laudant̄ ⁊ bonificat̄ eoꝝ nutrimētum si infundātur ꝑ notabile tp̄s in lacte vel in aq̄.cum farina:⁊ postea abscissis extremitatibus ⁊ testa decoquātur:ipsius prius fricatis debite cū modico furfuris ⁊ salis modicissimo ⁊ postea lotis ⁊ decoquant̄ in aqua ordei ita vt mollescāt: nā tunc ꝓstāt nutrimentū ⁊ multū ⁊ aliquāl'r glutinosum: est etiā in his virtus quedam nitrosa ⁊ abstersiua vt in alijs ostrachis est reperire: vt voluit Ga.⁊ possunt ex his fieri pistate cum alijs carnibus pulloꝝ vel faseanorum.Et dicit Auen.ꝙ tales carnes cancroꝝ valent non tātū per qualitatem manifestam:sed etiam a ꝓprietate particulari ad pulmonē:⁊ manifestat hoc color eoꝝ ⁊ substantia eorum.Nam assimilātur colori ⁊ substantie pulmonis. ¶Guil.brixiēsis etiam in isto casu laudat singulariter ranas q̄ eligantur si arboree possunt inueniri: vel sint ille que sunt virides saltantes per prata dimissis oībus nigris:et bufonibus que non intrant in regimine diete:excorientur abiectis capite ⁊ extremitatibus:⁊ postea coquantur prius ipsis euisceratis fricatis cum furfure vt supra elixando:deinde sumantur sic in propria forma vel in pistatis vt dictum est supra:nā habent vim infrigidationis prestantes nutrimentum cōstās: ⁊ ꝓhibitiue sunt putrefactionis qđ manifestatur ex eo qđ mortue nunq̄ꝫ putrescunt. ¶Ualent etiam in hac intentione limatie ſm artem preparate:vt supra dictum est de cancris remotis tamen interioribus in eis:⁊ possunt in de fieri pastilia ⁊ electuaria ⁊ confectiones cuꝫ zuccaro ⁊ melle ⁊ reliquis medicinalibus:nam sunt plurimum resumptiue ⁊ remittunt caliditatem febrilem frigiditate ⁊ viscositate quadaꝫ consolidatiue ⁊ nitrositate quadam abstersiue sunt. ¶Et ad idem valent testudines cum eisdem qualitatibus ⁊ proprietatibus vt ostreche sunt.Nam in talibus omnibus stat nutrimentum satis grossum abstersione,⁊ nitrositate ꝑticipans:vt voluit Gale.3°.alimentorum versus finem:⁊ ita inpinguant cum infrigidatione et leui tamen abstersione si mundificetur viscositas ipsarum:⁊ debent poni testudines in aqua calida:vt testa superior possit remoueri:⁊ postea cum cultello abscindantur a testa inferiore: deinde euiscerentur ⁊ purgentur ſm modū dictum supra:⁊ ad eosdem vsus ordinentur vt de alijs dictū est:sed cū decoquunt̄ si ponat̄ paruꝫ hysopi iuuabis ad intentiones nostras. ¶Aliqñ aūt pro corporibus multū delicatis ⁊ abhorrentibus talia exhibent̄ sub forma aliena verbi gratia.acceptis his ⁊ ranis decoctis ſm artem frustent̄ in parua frusta ⁊ cū or.decocto depascantur pulli:⁊ tunc dētur pulli in forma cibi vel pistate vel cōfectionū resumptiuaꝝ ⁊ est preciosus modus pro delicatis. ¶Ualent etiā singul'r cicera.nā est cibus ꝓprius pulmonis. 2° cañ.ab Aui.⁊ aqua decoctionis eorū vbi sit intentio abstersionis ⁊ mūdificationis ⁊ a proprietate cōfortant reliqua cibaria posita supra in ca° de sputo sang.de cōsolidatiuis ⁊ sigillatiuis:⁊ in ca° asmatis de abstersiuis ⁊ mundificatiuis. ¶Sed vnum precipuū est de zuc.ro.in quo oēs cōueniunt ⁊ precipue Mes.in ca° proprio:⁊ Cōciliator differentia propria.Nam zuccharum ro.ex virtute zucchari est cibus: ⁊ etiā virtute zucchari est abstersiuū si sit zuccharum rosatum recens.in virtute succi rosaꝝ est etiam virtus mūdificatiua:⁊ in virtute substantie rosarum virtus consolidatiua:ita quod in eo habetur omnis intentio ⁊ nutritiua et abstersiua et consolidatiua.Sed nota vbi sit intentio ad mundificandum magis conuenit zuccharum rosatum recens ⁊ ad consolidandum magis cōuenit zuccharum antiquum.Tamen dicit Mesue ⁊ Conciliator ⁊ bene quod errant qui a principio vtuntur zuccharo rosa. quia tunc magis est intentio abstersionis ⁊ mūdificationis: sed in processu maxime conuenit si comedat̄ etiam cum pane:immo dicit Mesue infinitus est quasi numerus eorum ptisicorum qui sunt curati ex vsu zucchari rosa.Et Auice. ponit historiam de muliere cuius iam parabantur funeralia:et frater suus superuenit qui illam curauit cum zuccharo rosa.ita tamen exhibebat zuccharum rosa.quod quando constringebat ⁊ difficultabatur anhelitus dabat sibi syrupum de hysopo:quod si inflammabatur febris propter eum dabat sibi trociscos de camphora saltem parū eorum:et ita reducto corpore ad qualitatem redibat ad zuccharum rosa.et sic remansit et, sanata est ⁊ impinguata.Et addit: ⁊ non est mihi possibile vt dicam summam eius quod comedit illa mulier de zuccharo rosa.

¶Reliqua cibaria sunt suprapo sita siue abstersiua queramus et mundificatiua siue cōsolidatiua ad que pro ca° specialiter reccurrēdū

In desperatis non detur lac.

Nota hystoriā presentis auctoris.

Singul'r i. hoc casu valent carnes cācrorum.

Rane etiā laudāt̄ in hoc casu.

Testudies etiam laudantur.

Cicera ēt singul'r valēt in hoc casu.

est ad caª supiora. Sed vnū spāle ponā qd̄ po-suit Azar. pticula 26ª. in casu nostro: cuius de-scriptio est. ℞. amidi fabar̄ añ. ℥. ij. bulliāt lon-ga bullitiōe: ⁊ postq̄ sic bullitū ⁊ colatum fue-rit ponat milij collisi ⁊ abluti ⁊ cocti sil'r. ℥. iij. amig. tostarū gummi ara. castanear̄ draga. añ. ℥. j. ʒ. sebestē iuiube vuar̄ passularū mūdatarū añ. ℥. iij. coquat totū vsq̄ꝫ dum fiat azu. i. pultes spissum: postea addat aliq̄d olei amig. dul. ⁊ ro sati ⁊ bibat cū zuccharo. Et si materia esset gros sa dura saniosa in pulmone cōtenta ad abster-sionē ⁊ lenitionem addit cepas assatas in veru vel in cauor: ⁊ mūdētur a cortice exteriori ⁊ co-medātur cū oleo amigdalino: ⁊ notate q2 est sē tētia multū singularis dixit. Et scias q̄ qñ assā tur cepe pdunt suum calorē: ⁊ si ponātur assate in sulso possunt administrari loco aliarū rerū frigidarum in se. in febricitātibus.

Medicamen spāle Azarauij.

Nota bñ de cepis.

De potu ptisicorū.

¶ Jam dicendum est de potu eorū in q̄ etiā dꝫ esse intētio ad lenitionē abstersionē ⁊ cōforta-tionē ⁊ ad fe. ⁊ ppter hoc valet eis precipue ad has intētiones aq̄ decoctiōis or. ⁊ cancror̄ flu uialiū maxime si grosso mō masellētur cum te-stis ⁊ postea simul cū or. decoquantur. Dicebat tñ Aui. nō phibeat eis in pnº vinū albū ⁊ pur̄ hoc intelligit maxīe qñ successit ptisis ad mor-bos longos chronicos pcipue ad epima manē-te notabili intētiōne ad abstergēdum cum in-tētione fortifica tionis in virtute. Sed vbi con iūgatur febris vt cōiter est: immo essentialiter ad ptisim ppriissime sumptā nūq̄ est exhibēdū vinū purum nisi det aquosum. Nam aliqd̄ tale est frigidum humectatiuū cum aliquali abster sione: sed cōi accepto vocabulo de vino qd̄ est cal'm non exhibeatur pur̄: sed mixtū cū aq̄ zuc-cari vel aqua or. lꝫ ab aliq̄bus vituperet talis mixtio de qua alibi dictum est. ¶ Ubi aūt fit in tentio p potū vnicū infrigidare lenire minue-re tussim ⁊ sitim ⁊ cōfortare mēbra impinguan do ⁊ cōsolidare p parte: tunc cōueniunt medi-ci in exhibitione kist. or. simul cū cācris fluuia libus de q̄bus dictum est. nā ex hoc cōplentur oēs intētiones dicte. ¶ Sed hic nota q̄ de mō coctionis cācror̄ fluuialiū ⁊ pparationis non reperi alicubi certam clarā sniam ⁊ doctrinam nisi ab Aza. oēs tñ laudāt illud kist cum cācris fluuialibus. Aliqui bene ponūt aliquā leuē p-parationē: sed non in totū artificiosam ⁊ suffi-cientē. Primū ergo dicatur q̄d sit kist or. qm̄ nō idē est qd̄ aqua ordei vel ptisana vt aliqui acci piunt: sed kist or. vt vult Symō in simplici pro prio fit colligendo or. añ pfectā maturationem postea ponit in vase terreo vel eneo supra pru-nas vt aliqual'r aduratur: postea ꝯcutitur leui ter ad expoliationem corticis ⁊ ventilatur: de-inde ponitur in aqua ⁊ coquitur cōpleta deco-ctione: ⁊ tunc id colatū qd̄ remanet de aqua vo catur kist or. coquātur ergo in kist or. cācri flu-uiales ꝫm modū dictum vel ꝫm modū vt infra vcꝫ habeātur cācri electi de mūdis aquis ⁊ le-niter ꝯtundant ꝫm brāchos ⁊ ꝫm collū: postea lauent cū aq̄ cineris vel fricēt cū modico cine-ris ⁊ modico salis vt remoueat sordities adhe-rens vel furfuris vt al's dixi: postea lauent tri-bus vel quatuor lotionibꝰ ex aqua dulci: deīde bulliant in kist or. vsq̄ꝫ ad optimam decoctio-nem ꝯñr iterato masellentur ⁊ exprimat p cola

Not. bene moduꝫ co-ctionis cā crorum.

turam totū humidū subale ab eis fit cū kist: et hoc est dictum kist or. cū cācris fluuialibus de coctum. Si aūt cācri fluuiales taliter primū p parati simul incipiant bullire cū or. illo modi-co excorticato vsq̄ꝫ ad pfectā decoctionē vtriusq̄ꝫ postea fiat colatura ⁊ expssio ꝫm modū dictū quasi ad idē videtur tēdere. nā hic est potꝰ mul tum medicinalis ⁊ cibalis cui debētur ꝯditio-nes dicte: vt bene consideranti ex v̄tute compo nentium ptꝫ. ¶ Pōt ēt fieri potus ad alias in-tentiones magis aliqñ inspissatiuus humoruꝫ vbi fit corrosio ex acuitate hu. ⁊ remissiuus fer-uoris eor̄: ⁊ in hoc vꝫ decoctio iuiubar̄ ⁊ sebe-sten cū se. papa. Et si fuerit intētio ad magis ab stergendū sil' ponant passule cū capil. ve. Qd̄ si fuerit intentio ad cōsolidandū ⁊ stipticandum aliqual'r ponātur grana myrtillor̄ ⁊ se. ro. ⁊ ita ꝫm varias intentiones debent varij potus cō-poni. ¶ Et ita ea etiā q̄ dicta sunt supra ex par-te cibor̄ vt carnium sunt intellecta habita ma iori intentione ad cōsolidandū ⁊ pstandum nu trimentum siccū: vbi. s. nō eēt intētio diuersiua ⁊ ad mundificationē ⁊ abstersionē ponat aliq̄d mellis etiā in brodijs carniū: ⁊ tunc nō cōueni-rent carnes: ⁊ ita eas vitupauit Auēzo. Ad istū intellectum credo ⁊ maxime existēte fe. satis no tabili: ⁊ tunc cōuenirēt spinachia: vt al's dictū est ⁊ cucurbite ⁊ citruli: q2 tñ maior est semp in tentio in vlcere ad exiccandū. Jdeo in cōi dieta satius est declinare ad stiptica ⁊ ad carnes dan tes nutrimentum siccum vt ad carnes auiū ha bentium modicum sanguinem ⁊ spissuꝫ vt vult Aui. in capitulo de sputo sanguis. Et hec quan tum ad dietam sufficiunt.

Aliꝰ potꝰ ptisicorū hoc modo

Medicinalia. Nunc veniendū est ad me dicinalia: sed añq̄ vlteriꝰ procedamus opꝫ cōmemorare dictum Mes. vt reddant solliciti ad curā dixit sic. Curare q̄deꝫ ptisim que vehemēter impssit aut diuturnauit impossibile est ⁊ pprie qñ cōtinuant ei acciden tia timoris que supra dicta sunt: addit. Curare vero nō diuturnā aut que nō multū impressit ⁊ in qua accñtia timoris nondū apparuerint for-tasse presumendū est: q̄uis nō sit facile propter causas supra dictas: debemus ergo cuꝫ magna attentiore in hoc casu occurrere. Curabit igit ptisis si salubris erit si per ordinē recte exequā-tur q̄uedam intentiones ad curā necessarie. ¶ Ad practicam igit veniendo succedūt quedā intentiones in cura. vna est correctio causarū imprimentiū. 2ª est phibitio impssionis in mē brum. 3ª est abstersio ⁊ mūdificatio vlceris. 4ª cōsolidatio ⁊ sigillatio. 5ª correctio accñtium. Sed pro expediendis his intētionibus ponit Seraꝑ. vnū cañ. quē accepit a Gal. 5º de inge-nio. ⁊ est opꝫ: vt caueāt q̄ sunt in hac egritudīe ne tussiant ⁊ studeant ne currat ex capitibꝰ eor̄ ad pectora ipsor̄ aliquid: sed spāliter correctio causar̄ imprimentium est nota ex dictis supra de sputo sanguinis pendente ex corrosione: qm̄ si fit ex catarro acuto est curandus catarrus si fit ex sanie corrodente est sanies mundifican-da ⁊ abstergenda: ⁊ postremo si expedit exiccan da cum suffumigijs collectis in capº de asmate et tñ non credo bene licere offerre in ptisi pro-prie sumpta illa suffumigia acuta ex arsenico de quibus al's dictum est: propter eorum ignei-

Nota ca nonē Serapionis.

tatē: vñ coniuncta ethica et totius arefactione videtur satis suspecta. Nam et si in siccitate iuuēt ad vlcus vel saniē exiccādam: tñ caliditate acuta nocēt fe. et siccitate addūt ad consumptionez toti⁹. Sz forte in pn° in corpore nō exiccato et in muliere vel sene pñt tñ moderato vsu exhiberi si fuerit ex materia coll'ica corrodēte eq̄tur materia: vt. s. dcm̄ est: et digerēdo et leuiter eūando. ¶ Et siq̄dez dicebat Me. malitiā cōplōnis calide cognoueris ex plenitudine sang. sup. pēdere flōamus ex basilica si virt⁹ pmiserit: deinde salnatella renouādo numer̄ flōmiar̄ si necessitas expedit: sz si sint minute et interea viuificādo virtutē ex cibis et potibus et alijs q̄ boni sūt nutrimēti in dieb⁹ in q̄bus non fit flōia: et si cognoueris in causa esse mām col'icā opz eā eūare ea pus exñte digesta: sz digestiua et eūatiua pro pria posita sunt supra in sputo sanguinis: tñ hic cōmemorabo appropatū digestiuū et eūatiuū.

Digestiuū appropriatū in cā calida.

¶ In causa ergo calida fiat syrupus valens: vt infra. ℞. se. cōium fridor̄ maior̄ se. pap. portulace lactuce malue et granor̄ cotti. añ. ℥. ʃ. iuiubar̄ sebesten or. excorticati viol'. pass. añ. ʒ. ij. capil. ve. ysopi sicce granor̄ myrtillor̄. añ. ʒ. ʃ. ʃ. decoquātur in aqua or. deco. cācror̄: vt supra: et cū zucch. fiat syru. et exhibeat. ℥. j. ʃ. cū aquis capillaribus et endiuie. et tunc valebit p solutiuo si fiat: vt infra. ℞. syracost. ℥. j. ʃ. diacatoliconis. ℥ ʃ. penidior̄. ʒ. ij. reubarbari puluerizati. ʒ. ʃ. cū deco. iuiubarum sebesten: or. excorticati et pass. qd̄ sufficit fiat potio.

Solutiuū cōueniēs post digestiuū pmitiuum.

¶ Et in materia magis frigida ad digōnem valet syrupus vt infra. ℞. farfar siue vngule caballine. capil'. ve. añ. M. j. pas. sebestē ficuum pinguium et iuiubar̄. añ. ℥. ʃ. hysopi sicce: hyreos: myrtillorum ana. ʒ. iij. bethonice se. feni. añ. ʒ. v. mellis et zucchari añ. qd̄ sufficit dissoluti cū decoctione dictorum et cācrorum fluuialiū vt supra fiat syrupus: et tūc p solutiuo pñt addi in medicina. vt supra remoto reubarbaro. ℈. ij. agarici trociscati. vsq̄ ad. ʒ. j. ¶ Et si fuerit nocū^m ex fl'ate salso viscoso qd̄ nocet sua viscositate cū expurgat soluendo vel ledēdo p solōnē: tūc eq̄tur etiam cū syrupo dicto supra pauloante addendo in syrupo calido vel frigido aliq̄d polipodij et cuscute et parū dactylorum: et postea cum agarico vt supra potest addi aliquid de sene et de epithimo parum: et sic fit ista intētio completa:

¶ 2ª intētio phibitionis impressionis in mēbro maxime pficitur cum confortantibus ipm membrum: nam membro fm robur suum fortificato ipsum fit magis resistens impressioni causeimprimentis ne multum ledat confortat aūt quibusdam cum qualitatibus manifestis q̄busdam cum occultis. In qualitatibus manifestis cōfortatur p similitudinem in complōne et hoc modo cancri fluuiales debent confortare pulmonem: quedam p occultas magis qualitates confortāt: et hoc modo pulmo vulpis et eritij singulariter vltra reliquos pulmones confortant pulmonem humanum: et hoc etiam modo liquiritia capillus ve. sunt ad hanc intentionem. Guilelmus etiam de varignana dixit q̄ cor et pulmo anseris syluestris curat ptisicos. Caro etiam psitaci siue papagalli ex pprietate singularissime cōfortat. Et Ra. etiam laudauit ex pprietate laudabili pinguedinem renum capra-

Pulmo vulpis et eritij a proprietate cōfortāt pulmonē humanum.

rum syluestrium: et has omnes medicinas semp et in omni tempore possumus applicare vbi reliquas medicīas nō semp. Et pinde dicit Aui. in ca°. Et si fuerit cal'itas vehemēs: et nō audēt ad mūdificatiua cal'a neq̄ iuuāt frigida: q2 forte impingunt mām: dicit ipse tūc. ℞. pulmonis vulpis semis feniculi succi liq̄ritie depurati: et succi capil'. ve. hec aggregētur cū aqua zuch. inspissata exhibeātur. nā talia vt ptz ex ppetate cōfortāt: etiā cū q̄lz manifestatiōe iuuāt q̄dam eor̄: et q̄ñ est ɔtradictio in ope possumus vti hoc ekio: q2 ponūt ea q̄ a ppetate valēt ponit tñ semē feniculi vt sit vehiculū aliar̄ medicinar̄ ad ɔfūdationē ad mēbrū: nō q2 a ppetate valeat. nā lz talia cū assistūt pulmoni cōfortēt: plus tñ si dētur via cibi vel potus nihil fere iuuabunt nisi ad locū deferātur: qm̄ p nām nō mouentur ad pulmonē: sz opz aliq̄d esse deferens. ¶ Modus aūt pparationis pulmonis vulpis talis est euiscerato pulmone de aīali lauet in aq̄ diuersa fm diuersas intētiones. nā si intēdimus absterfioni et cōfortationi lauet in aqua decoctionis liq̄ritie et cap. ve. vel in aqua feniculi et hysopi: si intendimus remissioni fe. sil' cū cōfortatione pulmonis lauet in aqua rosata: et si cū hoc intendamus ad ɔsolidationē bulliāt grana myrtillor̄ in aqua rosata prius: vt vult Gilbert⁹ anglicus: postea loto sic pulmone diuidat in frusta parua, et exficcet in loco cal'o paulatine: et nō in furno nec sub sole: ne fiat exficcatio supflua: vbi si nō esset diuisus in ptes frustales nō posset debite fm oēs partes exficcari ɔuenienter: et tūc reseruet p vsu: et in oī medicina cuiusuis q̄litatis fuerit et ad omnē intētionē, dat ɔueniens.

De mō preparatiōis pulmonis vulpis.

¶ Tertia itētio est absterfio et mūdificatio q̄ vt dictū est dz fieri cū leuiter abstergentib⁹ et mundificātib⁹ et nō fortib⁹ ne fiat dilatatio vlceris: et inde adducat ad sanguis screatū q̄ est in casu multū nociuus: et aqua mellis inter alia est singulare remediū. Nā ipm mel vt vult Aui. in ca° pprio est vehiculū medicinar̄ ad ptisim et non nocet vlceribus: et in cōpositis vbi fit intentio fortis absterfionis valet siru. de prassio: sirupus de hysopo de quibus supra abundanter in cap° asmatis dictum est.

¶ Ultima intētio est ɔsolidatio de qua late dictum est in ca° de sputo sanguinis cū glutinatiuis et stipticis. ¶ Sed hic etiā est aduertēdū ne ad hāc intētionē veniam⁹ nisi tpe debito. s. fctā mūdificatione sufficiēti: et tūc vz singularissime terra sigillata et bolus ar. de quo dixit Ras. 4° cōtinens. qd̄ exficcat vlcera ptisicor̄ vt postea nō tussiāt nisi par̄: et nisi postea in regie cadat fallacia. Et ēt Ga. 9° de simplici medicina singularissime laudat in vlcere qd̄ in pulmone est et in mltis reliq̄s. Aui. postq̄ dixit tyriacā nō cōpetere nisi in q̄busdā horis dixit q̄ in prin° et in corpore fortis virtutis bolus ar. et terra sigillata oīni hora ad intētionē ɔsolidationis pñt dari: valēt ēt karabe et lapis emathites de quo supra dixi.

¶ Et de exteri⁹ applicādis empl'is vnguentis et silibus recurrendū est ad caplm de sputo sāguinis. ¶ Iuuatur ēt cōsolidatio et exficcatio cum suffumigijs quibusdā acceptis p traiectorium: et in isto casu ad remissionem febrilem suffumigium factum: vt infra accipiatur globus terre crete et in vase terreo ponatur cooperto: et pona

tur illud vas supra prunas itaut notabiliter ca
lefiat illa terra: postea creta calida ponat in va
se stricti orificij supra: vel ponatur in vase ⁊ sup
ponatur assis ⁊ pforetur ⁊ infundat supra cretã
calidã aqua ros. ⁊ eleuabitur fumus q̃ colligat
ſm cãnulã intra os vt puenire possit ad pectus
⁊ pulmonem: si etiã fiat decoctio granoꝝ myrti
⁊ sumach ad eandẽ intẽtionẽ valebit. Et ista ẽt
valent ad curam paleatinã vel blanditiuam: et
si p cõstrictionẽ difficultetur anhelitus appo-
nantur aliqua humectantia vt succus liq̃ritie
⁊ semen altee: ⁊ ita per circulum aliquando hu
mectando ⁊ abstergendo: aliquando exsiccando
⁊ consolidando ſm qḋ apparebit indigẽtia fiat
curatio si deus voluerit.

¶ Ultima intẽtio vertitur ad curationẽ accidẽ
tiũ: ⁊ eoꝝ q̃ cõiter cõsequunt sunt tussis de qua
videat in ca° pprio ⁊ fluxus vẽtris de quo dcm̃
est in ca° supiore: ⁊ sitis de qua dictũ est supra: ⁊
abhominatio ⁊ fetor oris ad qḋ accñs est occur
rendũ cũ odoribus semp laudabilib' ex florib'
aliqñ ad humectandũ ⁊ infrigidãdũ cũ floribus
nenufaris ⁊ viol. aliqñ ad exsiccandũ ⁊ cõsolidã
dum cũ florib' rosaꝝ cũ sandalis citrinis ⁊ cum
aspersionib' aquaꝝ ⁊ decoctionib' reꝝ appropa
taꝝ p camerã. ¶ Ultimũ accñs qḋ cõsequit ⁊ est
maximũ inter cetera: post fluxuz est extenuatio
totius ⁊ macrefactio: cui attendendũ est cuz ci
bis nutritiuis: restauratiuis: bone qualitatis
modice q̃titatis cũ gaudio cũ odorib' suauib'
cũ renouatione reꝝ amabiliũ cũ habitatiõe cũ
dilectis tandẽ cũ balneo. Sed dicit Mes. ĩ ca°
pprio. q balneũ nõ est supra qḋ audere debea-
mus nisi cũ iã incipit morbus decliare: qm̃ erit
res maximi nocumẽti ⁊ pones egrũ ad despera

Nota

tionẽ: ⁊ hoc intelligat esse veꝝ stãte repl'one. nã
si offerat in pn° stãte multitudine humoꝝ in to
tor putridoꝝ nõ correctoꝝ fit agitatio p balneũ
⁊ cõmotio in malis humiditatib': vñ ducuntur
ad ebullitionẽ aliqñ ⁊ vltra fe. ethicã inducitur
putrida: tñ si recte offerat balneũ marie iuuat:
qm̃ humectat mẽbra ⁊ phibet dissolutionem ⁊
cõuertit nutrimẽtũ ad mẽbra: ⁊ iḋ nõ dꝫ offerri
balneũ nisi postq̃ cib' iã exiuerit stõm: ⁊ si fue-

No. de bal neo ptisi-corum.

rit ẽt in epate digestus ⁊ quasi in semita recon-
dendi: ⁊ tunc corp' põt ĩponi in balneũ aq̃ dul-
cis tẽperate: qm̃ si fuerit aqua cal'a dissolnendo
nocet: ⁊ quiescat in balneo quousq̃ incipiãt par
tes mẽbroꝝ exterioꝝ tumefieri aliqualiter neq̃
stet in balneo cũ tedio: ⁊ sit ĩ aere mũdo a fumo
⁊ libero a malis odorib' dicit Mes. postea re-
ducat a balneo ad primã casam balnei. i. ad lo-
cũ tẽperatũ in caliditate: ⁊ ibi tũc fiat inunctio
toti' corporis cũ oleis. hũectatiuis cum oleo de
amig. dulcib' cũ oleo vio. vel cũ aqua in q̃ sint
dissoluta multa vitella ouoꝝ ad aliqualẽ inui-
scationẽ: postea ponat in lecto: ⁊ tũc inungatur
cũ oleo rosato ad ꝯseruandũ humiditatẽ intra
poros mẽbroꝝ receptã: inde q̇escat duab' horis
⁊ postea cibet cibo ꝯueniẽti semp odorãdo aro
matica laudabilia: ⁊ ita ꝯtinuet si sine nocumẽ
to tolerauerit vel aliqñ interpolãdo per diem.

Eluarium restaurati uum.

¶ Reliqua multa essent hic dicẽda de balneo:
sed relinquant ad cap'm ppriũ de ethica: postea
exhibeat el'uariũ restauratiuũ ⁊ remissiuũ fe. fa
ctũ vt infra. Rx. testudines duas vel tres ⁊ remo
tis ostrachis p infusionẽ eaꝝ in aqua or. calida

vt supra dictũ est: ⁊ fricatis ⁊ abstersis cũ furfu-
re ⁊ diligẽter lotis pur in aqua or. postea deco-
quant posite in alia aqua or. tepida ⁊ bulliant
paulatine debite decoquẽdo donec sint debite
cocte: postea incidant ⁊ pondant tenuissime: et
idẽ fiat sumẽdo ℥. ij. carniũ cancroꝝ fluuialiuz
ſm qḋ dictũ est supra: deinde sic cõtritis dictis
carnib': tũc. Rx. pineaꝝ phisticoꝝ amig. dul. añ.
℥. j. ʒ. passulaꝝ enucleataꝝ mundata. ℥. j. seium
cõium frigidoꝝ mũdatoꝝ. ʒ. vj. oĩa incidantur ⁊
optime terant ⁊ dictis carnib' misceant: deide
sumatur zuccari al. solidi q̃tum sufficit ⁊ dissol
uat in aqua decoctionis dictaꝝ carniũ vt supra
p parte: ⁊ p parte in aqua sublimationis lima
tiaꝝ pparataꝝ prius vt supra: deinde fit in mor
tario oĩa pijciant ⁊ cũ pistello ducẽdo optime
incorporent: deide in fine addat pulnis qui sic
fit. Rx. fragmẽtoꝝ cordialiũ vt saphiri smaragdi
hyacinti margaritaꝝ al. coral. ru. ⁊ alboꝝ: ossis
de corde cerui karabe. añ. ʒ. j. dragagãti gummi
arab. se. portulace amidi: succi liq̃ritie. añ. ʒ. ij.
pulmonis vulpis. ʒ. iiij. pulneris cãcroꝝ fluuia
lium. ʒ. iij. cinamomi electi macis cardamomi:
zinzi. añ. ʒ. j. ʒ. hyreos croci. añ. ʒ. j. oĩa bñ incor-
porent in vase vitreato ⁊ vsui reseruent: et his
in die maxime mane p duas horas añ prãdium
sumatur coclear. j. magnũ de hac cõfe. vel saltẽ
postq̃ exiuit corpus a balneo ⁊ fuit inunctũ in
lecto vt dictum est. Nã in hoc electuario est vir
tus mundificatiua ⁊ consolidatiua vlceꝝ: ⁊ con
fortatiua virtutis vitalis ⁊ pl'm restauratiua vt
ptꝫ si recte considerabis cõpositionem.

¶ De tremore cordis. Cap. lv.

Si cũ cordis tremore fuerit pul
sus velocitas et febris eger ex
basilica est minuẽd'. ¶ Et tro
cisci cãphorati cũ succo maloꝝ

Des. trocis scoꝝ camphoratoꝝ.

Apata cordis cito ducunt ad mortem.

acetosorum in potu sunt tribuẽdi: qḋ. Rx.
spodij seminis cucumeris citrulli endiuie
lactuce portulace rosarũ, sandali albi: oĩm
ptes equales: ⁊ p vnoquoq̃ pondere aur.
vnius ex eis sumat cãphore triũ grañ. ꝯ-
dei põdus: ex qb' cũ succo macianoꝝ con
fectis fiant trocisci de qbus in potu quoti
die vnius aurei pondus quaq̃ die tribua
tur: qḋ p duas hebdomadas fieri ꝯuenit.
¶ Si aũt hec non suffecerint: lac de quo
butyꝝ sit extractũ ad bibendũ det. ¶ Ipe
vero nutriatur ex pullis cuz aceto et succo
vue acerbe ⁊ ex acetoso. Sirupum preter-
ea acetosum de zuccaro factum bibat.

Des. trociscorũ muscatorum.

¶ Si autem cum tremore cordis nõ fue-
rit febr. trociscus musca. in potu sumatur
quod. Rx. masticis spice xyloaloes cinamo
mi: gariofi. galie musca. cubebe cardamo-
mi maioris tubeletb corticum citri: om-
nium ana. pondus vnius aurei: musci ser-
tam dragme vnius: ex his omnibus cum

cum vino bene redolente cõsperfis fiãt trocis. conferunt syncopi ꝛ tremori cordis.

¶ Electuariũ diamuscũ preciosuz qđ est ad syncopĩ ꝛ tristitiã cordisq; tremorẽ ꝛ tepidum faciens. ℞. masticis cinnamomi se. ozimi maioris se. ozimi gariofi. se. melisse se. fisimbrij se. sansuci macropiperis: omnium partes equales: ex qbus omnib⁹ pulverizatis. ʒ. x. sumant margaritarũ minutarum coralli rub. cubebe. sete crude: chara be: been albi ꝛ rub. folij: oĩum añ. ʒ. x. musci tubabitici puri. ʒ. ß. cõficiantur cum melle de mirab. kebulis: hoc enim electuariũ ad frigiditatem stomaci ꝛ digestiue egritudinem optimum existit.

cum eo quod est abstersiuum ⁊ lauatiuum ⁊ sub
ductiuum eorum quecunq̄ꝫ sunt in stomaco pra
ui humores: ⁊ est in eo colligere ⁊ restringere p-
ticulam. s. stomacum: et vigorem ei imponere:
calamus etiam aromaticus calidus ⁊ siccus vl
q̄ꝫ ad secundum est in eo stipticitas pauca cum
quadam acredine confortante cum aromatici-
tate stomacali. de mastice supra dictum est quo
modo manifestatur suum iuuamentum specia-
liter in stomaco de mente Auer. 5° colliget. ⁊ 8°
10 tractatuum Galle. appellauit masticem eu-
stomaticam medicinam ⁊ odoriferam ⁊ fran-
gentem pharmacositatem medicinarum solu-
tiuarum etiam et aloes: et ita patet per sim-
plicia quod est compositio singularis in confor
tatione stomaci.
❡ Addit. ad hoc p̃terea cõfert vt stomacꝫ fricã
do inungat oleo qd̃ fit de spica nardi ⁊ cypero.
Nota signanter dicit fricando vt non videa-
tur sufficere inunctio sola nisi perueniat fri-

Nota.

No. dictũ Gal.

Nota

No. dictũ Auic.

Nota

No. bene

catio ad penetrationē faciliorem ipsius olei in
ꝓfundum: ⁊ istud obseruādū est cum intēdimus
penetrationē fieri debere cipe⁊ est radix cuius-
dā plāte parue similis porro: ⁊ est in eo aroma-
ticitas ⁊ stipticitas parua: ⁊ exiccat sine mordi-
catione: ⁊ calefacit stōm. 2° cañ. ⁊ pōt si placet
fieri prius inūctio cuꝫ dicto oleo: ⁊ embrocatio
ex eodē cū lana carminata in p̄dicto oleo calefa
cta: ⁊ postea inuoluta supra stōm ponat̄ ⁊ supli
get: vt dicit litera. vel forte melius facta inun-
ctione ex dicto oleo pōt supponi pānus lineus
⁊ sup ip̄m supponi emplr̄m dictū pauloante: et
est efficacioris impressionis ⁊ iuuamēti. ¶ Ad-
dit vlt° circa hāc partē. Eger q̄ꝫ vinū vetus bi-
bat aut minā aut hydromel: eligibilius est vi-
nū nisi cōcurrat ꝓꝑetas occulta ⁊ abominatio
ad ip̄m vel alia causa de ꝓhibētibus ip̄m: ⁊ tūc
p̄t loco ei⁹ vti mina aut hydromelle aromaticis
⁊ ponit descriptionē mine aromatice quā bñ no
ta q̄ est cōis in vsu. i. vomitu sistēdo a cā frigida
⁊ influxu: ⁊ vtilitas eius manifestat̄ ex simpli-
cibus: ⁊ tota pars est clara vsq̄ꝫ ad illā partē: q̄
si digestiue debilitas. lege tu l̄ram: ⁊ nota arti-
ficiū cōpōnis: q̄ nobile est. Nā colligit̄ ex ea qd̄
cū debemus vti succis ꝑ aliquo antidoto dn̄t
dimitti residē ꝑ diē ⁊ noctē vt feculētū separet̄
⁊ postea colet̄ ⁊ ip̄m subtile sumimus. Colligit̄
2° q̄ cū ponūtur sp̄ēs in ip̄o colato hūido deco
cto ad s̄bam syrupi ꝑ vnaq̄q̄ꝫ lib. syrupi dn̄t su-
mi. ʒ. vj. sp̄erū Colligit̄ 3° q̄ sp̄ēs nō debēt deco
qui ne resoluat̄ virt⁹ ea⁊: sꝫ debēt poni in petia
⁊ ipso humido siue syrupo cocto sufficiēter ⁊ dis
pumato deposito ab igne dum est calidus dicte
sp̄ēs in petia ligate mittātur in dicto syrupo: ⁊
ibi dimittātur vsq̄ꝫ dum frigescat per se: ⁊ post
ea pānus cū speciebus extrahatur ⁊ exprimat̄:
⁊ ita aromatizatus est sy. qui postea recondat̄.
¶ Qd̄ si digestiue debilitas.) Nunc ꝯñr in hac
scd̄a parte p̄ncipali huius capl̄i prius ꝑ signa
declarando malitiā digōnis pendere a cā cal̄a:
ponit ꝯñr eius curā: ⁊ duo facit principaliter.
Primo facit qd̄ dictū est stante cōplexione cali
da tm̄ in cā lesionis. scd̄o ponit curā stante cō-
plexione calida ⁊ sicca cause illius declarando
eam etiā prius ꝑ signa. 2ª ibi (Si aūt cū hoc qd̄
diximus fuerit in corpore extenuatio.) Prima
adhuc in duas: qm̄ p̄mo ponit signa ad cogno-
scendum malā cōplexionē calidā tm̄ in stoma-
co esse cām debilitatis digestiue. 2° ponit curā
per syrupū acetosum de cydonijs ponēdo etiaꝫ
eius descriptionem. ibi (Syrupum de cydonijs
bibant.) ¶ Dixit ergo primo sic. q̄ si digestiue
debilitas fuerit cum multa siti ⁊ pauco ciborū
appetitu ⁊ fetido ructu: supple vel fumoso et
adusto: tunc sup. declaratur q̄ mala complexio
calida est in causa: ⁊ si nō cōiungatur extenua-
tio vel multa inflammatio: tunc declaratur q̄
est mala cōplexio calida tantū sine siccitate le-
dens. hoc totū est satis clarum. Nam stante ma
la cōplexione calida in stomaco cōiuncta debi-
litate digestiue fit causa sufficiēs ad sitim mul
tam: ⁊ cōsequenter ad paucitatē appetit⁹ ad ci
bum. vt p̄tꝫ intelligēti terminos medicine: fit
etiā in tali stōaco vt plurimum corruptio dige
stionis. ⁊ nō tm̄ debilitas ꝓprie dicta ꝯuertēdo
ad fetidū adustū vel fumosum: ⁊ maxime de ci-
bis facile immutabilib⁹ vt de ouis sorbilib⁹: im

Declaratio scd̄e ptis p̄ncipal.

mo etiā de cibis cōiter occurrētib⁹. nā si cōpl̄o
calida dꝫ esse in cā lesionis digestiue: opꝫ vt sit
multū vehemēs ⁊ intēsa: qm̄ digestiua ⁊ si perfi
ciatur a cal̄o tēperato nāli tm̄ iuuat̄ aliqual̄r ēt
a calido parū acuto saltē ad trāsmutandū ciba
ria aliqual̄r difficilia. Si igit̄ sit cā lesiua opꝫ vt
sit multū intēsa: ⁊ ideo etiā cibaria mediocria
sepe tunc corrumpunt̄ vel adurunt̄: ⁊ sic fit eru
ctuatio fetida vel fumosa: ⁊ sic p̄tꝫ q̄ hec signa
declarāt cōplexionē calidā. ¶ Cōtinuādo ergo
in cura dixit syrupū de cydonijs bibāt acetosū
⁊ ponit descriptionē: vt infra. ℞. succi cydonio
rū acetoso⁊ ꝑtē. j. zuc. al. ꝑtē. j. aceti clari q̄rta⁊
partē vni⁹. coquant̄ sil̄ oīa donec inspissent̄. ad-
dit ponēdo vtilitatē hui⁹ syrupi: est aūt syrup⁹
iste confortatiuus stōi: sup. in cā cal̄a ad suas
ꝑagēdas operationes iuuatiuus: vehemētiā in-
flāmationis ⁊ incēsionis q̄ est in eo sedat: hoc
totum cla⁊ est ex eo: qm̄ cū cal̄itas rarefaciat ⁊
laxas faciat partes stōi fit indigentia vt medi-
cina sit frigida: ⁊ etiam vnitiua aggregās ꝑtes
stōi: ⁊ ita minuetur inflammatio ⁊ sitis: ⁊ indu
cetur appetitus ad cibum per corrugationem
partiuꝫ oris stōi: ⁊ hec oīa ꝯñr cōplētur ꝑ succū
cydonio⁊ acetoso⁊ depuratum vt supra dictuꝫ
est sil̄ cū quarta parte aceti vini ad maiorē infri
gidationem: ⁊ etiā cū zuccaro al. ne nimis leda
tur stomacus ꝓpter acetositatem aceti. Naꝫ in
succo cydonio⁊ est virtus confortatiua ⁊ vniti
ua partiū oris stōi: vt p̄tꝫ per stipticitatē. ¶ Et
ꝯñr ordinans debitam dietā in casu ꝯuenīteꝫ
dicit. Egri vero nutricatio. i. cōueniens nutri-
mentū sit res in qua sil̄ aggregant̄ acetositas et
stipticitas. i. per artificium ita disposita vt de-
clinet eius nutrimentū ad stipticum ⁊ acetosuꝫ
⁊ exemplificat: vt est caro cum succo vue acerbe
cocta ⁊ cum macianis sil̄r cocta ⁊ cum ribes: est
herba similis acetose ⁊ facta ex ālen ⁊ achāri: et
illis similia ex cibis: sunt quedam cibaria arti-
ficialiter preparata cum acetosis. ¶ Addit po-
nēdo vnū puluerem etiam in casu multū appro
priatū in quo est virtus infrigidatiua ꝯfortati
ua stiptica dicens. de isto p̄terea det̄ puluere vt
transglutiat: vt. ℞. ro. rub. ʒ. xx. spodij. ʒ. iij. se. co
riandri. ʒ. v. dosis eius est duaruꝫ. ʒ. ⁊ cum succo
granati muci: et cuꝫ sirupo acetose de cydonijs
sup. tante quantitatis vt possit degluriri con-
uenienter ⁊ non vltra. Et hic nota quod potest
exhiberi de hoc puluere. ʒ. iij. ⁊ non coclear. j. vt
sepe fit. Et hoc obseruari debet in omnibus al-
teratiuis non extreme frigiditatis vel calidita
tis: ⁊ ideo cum fiunt ex eis confectiones cū zuc-
caro debent exhiberi ad minus. ℥. ß. pro vice.
¶ Consequenter ponit curaꝫ huius male dispo
sitionis: qñ in cā cum caliditate coniungit̄ sup
flua siccitas. Et primo ponit signa ipsi⁹: ꝯñr cu-
ram ⁊ maxime ꝑ regimen in dieta: qm̄ ei⁹ cura
sil̄is est ethice febrili: vt ēt dicit Ras. 5° ꝯtineñ.
Dicit ergo p̄mo. si aūt cū hoc qd̄ diximus fuerit
in corpore extenuatio sup. declarans siccitateꝫ
⁊ inflammatio declarans caliditatem cum reli
quis signis: sup. de siti ⁊c. ergo lac ⁊ aqua or. dā
da sunt: ipse quoq̄ꝫ ex herbis humectātibus est
nutriendus supple ⁊ frigidis: vt sunt lactuce:
malue: cucurbite: citrulli ⁊ carnes hedorum et
agnorum lactantium ⁊ pisces recentes. s. squā-
mosi albi coloris in aquis currentibus reper-

Des. syrupi de cydonijs acetosi.

Des. pulueris stōi cōfortatiui.

Declaratio 3e partis p̄ncipalis

ti. nã talia omnia cibaria ad frigidũ ⁊ humidum declinãt: vt pꝫ. Sꝫ intelligit̃ ꝙ talia olera sint modice q̄titatis cũ offerũtur: ita dico de piscibus: ne virtus digestiua stomaci excarnati et q̄si exiccati nimis ledat̃. Nam talia frigida cũ offerũtur in casu debẽt paulatim offerri. Vñ refert Ra. 5° cõtinẽtis de mẽte Gal. ꝙ p̄mus quẽ viderat hãc passionẽ pati erat q̄dã vir quẽ affligebat sitis vehemẽs cui horribilis erat potatio calida. Addit: quẽ medici curabãt dãtes ei in potu de aqua frigida: ⁊ eo ꝙ mitigata fuit sitis ex aqua frigida causa fuit ad sanitatẽ ipsi⁹ s. apparẽter: q̄m addit. Ipsa tamen aqua frigida nociua fuit ei: ⁊ inde cõsequẽter coquerẽdo semp. s. de stomaco mortuus⁹ est. Et addit: ideo dãda est aqua frigida paulatim ⁊ nõ subito: et idem intellige tu de alijs alteratiuis multũ frigidis: ⁊ infra adducit rõnem quare stãte cõplexione sicca: ista frigida magis nocẽt q̄ꝫ in calida tm̄ dicens. Q̄m mala complexio sicca si fuerit in stomaco oĩno macrescere facit ⁊ attenuari totũ corpus precipue membra ꝓpinqua stomaco: qȝ nisi fuerit sicca non facit macrescere: immo nõ est nociua ei aqua frigida sup. cũ est tm̄ calida.

Nota.

¶ Addit cõseq̄nter Ra. in tex. nr̃o qȝ postq̄ꝫ comedit cibaria tinaꝫ quotidie ingrediat̃: hoc intelligitur de tina aque tempate: ita ꝙ in balneũ mittat̃ nõ immediate post cibũ: sꝫ distãter cũ iam celebrata est digõ in stomaco ⁊ epate: et iam est trãsferẽdũ nutrimẽtũ ad mẽbra ad conuertẽdũ ip̄m ad ea. ⁊ hoc est tp̄s antecedens ad aliũ cibũ. Et ideo dixit: ⁊ in balneũ prius q̄ꝫ comedat ⁊ postq̄ꝫ comederit tinã quotidie ingrediatur. Nam vltra vtilitatẽ ꝯuersiõis nutrimẽti ad mẽbra: mẽbra humectant̃ q̄ ꝓpter siccitatem stõi exsiccata sunt: de hoc tñ sufficiẽter dictũ est supra. Addit: ⁊ vinũ claꝝ valde tẽperatũ bibat sup. cũ aqua cocta ꝫuc. Nã vinũ intẽperatũ ⁊ si sit actu humidũ: tñ est potẽtia exsiccatiuum maxime de vino cõi loquẽdo: dixit claꝝ vt nõ sit vinũ grossum: qꝛ cũ siccitate ꝯiungitur strictura meatuũ. ¶ Addit: ⁊ assidue vtat̃ q̄ete: ⁊ motũ ⁊ exercitiũ vitet: sitq̄ꝫ totũ eius regimẽ vt eius q̄ corporis grassitiẽ adipisci desiderat. s. delitiose viuẽdo gaudẽdo letando s̄m mentẽ ⁊ viuẽdo cũ amicis ⁊c. ¶ Addit: ⁊ si cũ hac dispõne. s. siccitate intẽsa inflãmatio fuerit ⁊ incẽsio vehemẽtissima: vt sup. cognoscat̃ ẽt maxima caliditas in eo: tũc stomacus ex reb⁹ frigidis erit liniendus sup. exterius: ⁊ aqua or. danda: sitq̄ꝫ vt ethicã hñtis sup. regimẽ. Et laudauit Rasis 5° ꝯtiñ. vt liniendus sit stomacus cum oleo onfacino. i. oliuaꝝ immaturaꝝ ⁊ oleo cydonioꝝ: et forte si adderet̃ parum olei viol. vel lactis erit conueniens. Et si simul fiat inunctio anterius ⁊ posterius in directo stomaci: erit fortior operatio. Et hec de cap̄lo isto textualiter sufficiant cũ dei laude ⁊ gloria.

Expedito igitur ⁊ summarie declarato ca° de his q̄ cõfortant stõm ⁊c. Pro amplificanda magis mã ⁊ intelligentia maiori dispõnis male stomaci cui debentur ea que cõfortant. Primo videbit̃ s̄m ordinẽ nostrũ de q̄d nois ⁊ quid rei huius dispõnis: scd̄o videbitur de distinctionibus ⁊ spẽbus: tertio de cãis ei⁹. quarto ponent̃ signa p̄mo ꝓnostica euent⁹: deinde ꝓnostica ad bonum ⁊ ad malum: ꝑ̄r ponẽtur signa demonstratiua generis: postea spẽruꝫ vltimo veniemus ad curam.

Quid nois. Pro intelligentia ergo primi est aduertendũ ꝙ q̄m ea q̄ confortant stõm principal'r debẽtur debilitati stõi q̄ debilitas maxime cognoscit̃ ex lesione op̄ationum ipsius. Et vt dicebat Ga. 8° meimir. de mẽte Archigenis cu sint passiones q̄ circa stõm multe⁊ diuerse ⁊ fere plũ oẽs fiãt ex indigõne: ideo hoc cap̄lm intitulari põt de malitia digõnis siue impfectione eius: ⁊ largo vocabulo põt dici debilitas digõnis ⁊ debilitas stõi.

De q̄dditate nois.

¶ Debilitas añt stõi s̄m Ras. 5° ꝯtinẽ. ca° p̄mo. sic declaratur qȝ est difficultas appetit⁹ ⁊ digõnis. Et ab Aui. 13ª tertij. tract. 2°. ca° 2°. ad prin^m^. declaratur ꝙ debilitas stõi est nomẽ dispõnis stõi q̄ñ nõ bene digerit ⁊ cõturbat eũ cibus vehemẽter absq̄ꝫ cã que sit in cibo. Et addit. ⁊ multotiẽs q̄dem associant̃ ei defectus in appetitu ⁊ ꝓuitas verum id nõ est semper: immo q̄ñq̄ꝫ est appetit⁹ plurimus ⁊ digõ pauca: ⁊ nõ significat id fortitudinem stõi: ⁊ ita voluit ꝙ hec debilitas prop̄rius sequat̃ lesionẽ indigõnis q̄ꝫ lesionẽ appetitus: vñ ꝓpter debilitatẽ in digestiua conturbat eũ cibus vehemẽter: sup. cũ sumit̃: etiã si cibus sit de se cõueniens: ⁊ exinde talis debilitas stomaci grece vt dicunt dicit̃ athonia ⁊ exponitur inualitudo ⁊ imbecillitas stõi. ¶ Et pro clariori intelligentia est aduertendũ ex determinatione Gal. 3° de accidenti. ca° 4° ꝙ ꝯtingit tripliciter cibũ nõ ꝯuenienter digeri. Primo mõ: qꝛ auferat̃ digõ ita vt nullo mõ cibus digerat̃: qȝ erit dũ cibus manebit in eadem qualitate q̄ fuerat: ⁊ vocatur talis lesio ablatio digestiõis. Aut 2° cũ debiliter facit operationẽ digõnis vt cũ digerit cibũ cũ duritie ⁊ tarditate ⁊ vocatur diminutio digõnis. Aut 3° q̄ñ cõmutat cibũ in qualitatem nõ cõuenientẽ ⁊ nõ naturalem aut nocentẽ ⁊ vocat̃ indigõ absolute siue corruptio digõnis. Nã cũ calor nãlis stõi nõ imprimit in cibũ dispõnẽ p̄parantẽ ad operationẽ mẽbroꝝ vlterius imprimẽtiũ digõnẽ ꝯuenientẽ ad ista sed dispõnem cõtrariã indisponẽtẽ ⁊ remouentem a futura digõne q̄ fieri dꝫ in epate: ⁊ ꝑ̄r in mẽbris: recte dꝫ vocari indigestio absolute. Jõ dicebat Gal. loco alle. ꝙ talis appellat̃ a q̄busdã ablatio digõnis: bonũ tñ esset si istud indigestio vocaret̃ aut mala digõ: sed q̄ñ imprimit aliquẽ gradũ digõnis in cibo ꝯuenientẽ ꝑ formã chili: sed nõ sufficiẽtẽ ad inductionẽ forme in tp̄e cõiter ꝯuenienti: tũc ꝓprius appellabit̃ diminuta digõ. ¶ Et istã eandẽ s̄niam innuebat Aui. includẽdo ẽt completã digõnẽ dixit. Cib⁹ conuertit̃ in stõaco aut ad id qȝ necessario facit digõnem integrã: ⁊ tũc dicit̃ cõpleta digõ: aut recipit cõpletã cõuersionẽ aliquã ⁊ digerit̃ digõne aliqua nõ integra ⁊ vocat̃ diminuta digestio: aut nõ digerit̃ oĩno: ⁊ istud est s̄m duos modos. Unus est quia cibus remanet cum dispositione sua non transmutatus: ⁊ vocat̃ ablatio digestionis simpliciter: aut transmutatur: sed non in bonam substantiam: immo malam corruptam: ⁊ vocatur corruptio: et ex his colligi potest quod debilitas stomaci large sumpta est in potentia ipsius ad complete suas operationes exercendas omnes vel vnaꝫ vel aliquas absq̄ꝫ causa primitiua manifesta: et debilitas

strictissime sumpta est cuius impotẽtia ad di-
gerendum debite: et sic patet q̄d nois et q̄d rei.

Distinctiones. Circa 2ᵐ de spẽbus ⁊ di-
stinctionibus hui⁹ ma-
litie digõnis de ablatione digõnis nõ dantur
spẽs: sed debilitatis digõnis ⁊ corruptiõis ei⁹
dari p̄nt spẽs. ¶ De diminutione igiẗ digõnis
fiat distinctio: ꝙ ipsius tres sunt spẽs ꝯm quod
contingit tripl'r virtutẽ deficere ⁊ diminute di-
gerere. nã aliq̄ñ virtus diminute digerit: q: nõ
cõueniẽter ꝑfecte immutat. tãtã cibi q̄titatem
q̄ necessaria est ꝓ nutricatione cõueniẽti mem
brorum: lʒ minorẽ ea posset cõueniẽter trãsmu-
tare: ⁊ ꝑ hũc modũ mẽbra minuũtur ⁊ extenuã
tur: ⁊ tali mõ vocaẗ indebita digestio ⁊ diminu
ta. ¶ Scdõ mõ diciẗ debilitas in digestiua q̄ñ
calor naturalis stomaci ꝓpter eius paucitateʒ
vel remissionẽ neqʒ in cibũ debite q̄titatis ad
restaurationẽ mẽbrorũ necessarie: neqʒ etiã in
cibũ tãte q̄titatis q̄tũ cõsueuit immutare: ne-
qʒ etiã cibũ minoris q̄titatis sufficit imprime
re graduʒ ꝑfecte decoctionis: vt si ad hoc qȯ ci-
bus in chilum cõuertaẗ req̄riẗ alteratio ⁊ trãs-
mutatio caliditatis vt tria: stomacus ꝑ suam
naturalẽ caliditatẽ nõ põt nisi caliditatem vt
duo vel aliq̄ sup̄. s. calr̄itatẽ vt tria: i cibũ ẽt con
ueniẽtissimũ inducere: vt cibi calr̄itas vt tria fit
maxima calr̄itasq̄ nõ sufficit induci in cibuʒ a stõ
forti: ⁊ tñ sit minima cum forma chili sufficit in
duci: tũc isto mõ stomacus fortis diciẗ debilis
in digerẽdo. ¶ 3ᵒᵒ diciẗ digestiua debilis q̄ñ. s.
ꝯm modũ pauloãte dictũ virtus non sufficit in
cibũ debite q̄titatis ⁊ qualitatis: vel al's cõsue
tũ imprimere gradũ sufficiẽtẽ digõnis in tem-
pore determinato quo consueuit: vt verbi gr̄a.
in spatio sex vel septẽ horarũ. s. in tꝑe ꝑlixiore
sufficiẽter imprimeret ꝑfectã in cibo digõnem
vt in tꝑe nouem vel decẽ horaꝝ: ⁊ talis debili-
tas vocaẗ ꝓprie tarda digõ ⁊ durities digõnis
a Ga. ⁊ ita generaliter debilitas digestiõis sto-
maci dicit quãdã impotẽtiam in digerẽdo: ⁊ de
bite cõuertẽdo cibũ in chilum in q̄titate ⁊ qua
litate vel tꝑe: q. s. diminuiẗ a digerẽdo debitã
q̄titatem necessariam vel deficit a qualitate
sufficienti ad formam inducendam: vel deficit
q: nõ sufficit in debito tꝑe inducere. scđa tñ de-
bilitas est alijs deterior: vt q̄ñ nõ p̄t neqʒ in cõ-
suetum cibũ neqʒ in minorẽ imprimere sufficiẽ
tem gradũ ad debitã chilificationẽ faciendaʒ.
Et ita patet tres esse species diminute digestio
nis siue debilitatis eius.

¶ Corruptio aũt digestionis q̄ vt supra dictuʒ
est: cognosciẗ ꝑ hoc qȯ fit mutatio in cibo non
ad dispositionem naturalem ⁊ conuenientẽ ad
formã chili inducẽdã: neqʒ ad p̄parantẽ ad eaʒ
vel antecedẽtẽ: sʒ fit mutatio ad dispõnem dis-
cõueniẽtẽ ⁊ elõgãtẽ a forma chili q̄ dispositio
in cibo accepta est virtuti membrorũ disconue-
niens ⁊ nociua. Huius etiã corrupte digestio-
nis tres dicuntur esse species ⁊ forme quatuor.
Nam cibus aliquotiẽs corrumpiẗ: q: putrefit
ꝓprie tendẽdo ad corruptionem. Uel q: aduri-
tur ⁊ in fumũ cõuertiẗ sicut adustio distinguiẗ
a putrefactione. Aut q: accessit: ⁊ ꝑ hãc qualita
tẽ tãdem vltimate cum a virtute membrorũ nõ
debite possit regulari corrumpiẗ. Aut 4ᵒ ⁊ vlti
mo q̄ñ cibus positiue acq̄rit quãdã qualitateʒ
venenosam virtuti rebellem ⁊ sibi a specie con
trariã. ¶ Tũc ꝓprie dicimus cibum putrefieri
q̄ñ. s. manẽte forma cibi ipso nõ multum calefa
cto nec infrigidato gradualiter corrumpiẗ: tñ
calor eius vt est naturalis in cibo: ita vt nõ suf
ficiat partes humidas cibi cũ siccis debite ter-
minare: ⁊ ita totus cib⁹ disponiẗ ad corruptio-
nem. i. ad eductionẽ ꝓprie forme ⁊ forte ad alte
rius forme p̄paraẗ acq̄sitionẽ: sed nõ est illa for
ma cõueniẽs ꝓ nutrimẽto corporis neqʒ prepa
rat tale mixtũ: vt ꝑ digõnem in vlteriorem in
corꝑe possit fieri conersio in mẽbra. dico signã-
ter hoc: q̄m etiã in cõueniẽti digõne cibi prepa
rãte ad formã chili bñ fit mutatio in caliditate
naturali eius qȯ digeriẗ cũ p̄paratione vt cor-
rumpaẗ forma illius. s. cibi: sʒ tũc talis prepara
tio disponit ad formã obiecti magis immedia-
te faciẽtis ad ḡnationẽ membrorũ: nõ sic auteʒ
fit cũ putrefit cib⁹. Nã tũc lʒ altereẗ ⁊ diminua-
tur calor naturalis p̄parãdo ad corruptionem
forme illius mixti: nõ tñ preparaẗ ad acq̄sitio-
nẽ forme cõueniẽtis ad nutricationem: ⁊ ideo
nõ vocaẗ digõ: sed putrefactio. Et istã sn̄iam in
nuebat Aui. pª primi. doctrina 6ª caᵒ 3ᵒ de vir-
tutibus naturalibus ministrãtibus cũ declara
uerit digõnem ad intellectum nr̄m in innatiuo
vt opponiẗ putrefactioni q̄ fit ꝑ digestiuã. di-
xit. Digestiua v̄o est illa q̄ ꝙ attractiua attraxit
⁊ retinuit retẽtiua in essẽtiã cõuertit aptã opa
tioni virtutum. s. sequẽtiũ in ea ꝑmutationem
faciẽtiũ ⁊ in compl'onem sup. conuertit q̄ cõuer
sioni nutriẽtis in effectu ẽ cõpetẽs. i. magis im
mediate p̄parat vt i mẽbra cõuertaẗ: ⁊ eãdẽ sen
tẽtiam posuit infra: 2ª primi. summa 2ª de cau-
sis calefaciẽtibus dicẽs: putrefactio eñ sepe ac
cidit cum in corpore remanet postq̄ ab ea cau-
sa extranea calefaciens separatur caliditas ex-
tranea: ⁊ in materia humida accenditur ⁊ eius
humiditatẽ mutet ab eo qȯ compl'oni substan-
tie in qua est erat cõueniẽs: ita ꝙ eam ad aliaʒ
compl'onẽ sp̄ualiũ naturaliũ nõ cõuertit. Et ad
dit declarãdo: est nãqʒ cuʒ calr̄itas ⁊ humiditas
mutãtur ab hoc qȯ vni compl'oni cõueniunt et
fiũt alij cõpl'onũ nãlium cõgrue. i. cõueniẽtes:
qȯ q̄dem nõ est putrefacere sʒ digerere: ⁊ ita ptʒ
quomodo cib⁹ dicaẗ corrũpi ⁊ putrefieri differẽ
ter a corruptione q̄ fit ꝑ digõnẽ: ⁊ istũ passuʒ nõ
oẽs intelligũt. ¶ 2ª spẽs corruptionis est adu-
stio: q̄ tñ nõ est v̄e simpl'r adustio ducẽs ad inci-
neratione. Nã adurere etiã vt dicebat Aui. caᵒ
ꝓprie alle. sup. ꝓpriũ est vt substãtia humida
a sicca separeẗ substãtia: ita ꝙ. s. humida subli-
meẗ. i. euaporet. ⁊ ista. s. sicca descẽdat. s. facta ci
nis. Et hoc mõ ꝓprie nullus cibus in stomaco
aduriẗ: sed in cibo adusto q̄dam fit euaporatio
fumosa a caliditate sup̄flua respectu illius qȯ
aduriẗ. s. ꝙ esset digerẽdũ: q: vbi forte obiectũ
fuisset magis resistens actioni calidi: caliditas
illius stomaci forte non fuisset sibi sup̄flua. Et
hoc mõ dicebat Ga. 2ᵒ thegni. ponẽdo signa sto
maci calidi: ꝙ corrumpũtur in eo facile mutabi
lia: sup. ꝑ adustionẽ: ⁊ ita ibi corruptionem ap-
pellauit cibi adustionẽ. ¶ 3ª spẽs est cũ cib⁹ ace
tosaẗ a debili calr̄itate ⁊ remissa impm̄ẽdo dis
positionem q̄ est via ad cõplementũ digõnis sʒ
ista caliditas non est tanta ꝙ posset inducere fa
ciẽtẽ ad ꝯplemẽtũ. Nõ ẽ tñ tal'r se hñs respectu

pª distõ.

Obiecti sicut illa q̄ facit diminutionē digōnis immo vtplm est intensior ⁊ est magis via ad indigestionē ꝙ ad digōnem: q̄r nō gradatim ꝑpa/rat cōueniēter ad formā. Et istū modum intel/liges si diligēter cōsyderabis: qm̄ ad istā dimi/nutā caliditatem seq̄tur corruptio satis proxi/me. Fit etiā aliquotiēs acetosa qualitas vel cibus acetosat̄ a caliditate ebullire faciēte ⁊ non humido ꝓportionata: ad quā etiā seq̄tur corruptio. ¶ 4ª species corruptionis est qn̄. s. agēte calido stomaci, certo mō in cibum acq̄ritur in cibo q̄dā qualitas nō reducibilis in aliquā manifestā qualitatē immo aliquotiēs dicta qualitas est nature horribilis: ⁊ inde fiūt appetitus corrupti aliquotiēs in mulierib⁹ de carbonib⁹ ⁊ sil'ibus: vt etiā voluit Ras. 5° cōtinētis. ¶ Et sic habēt̄ spēs indigōnis. s. diminute digestio/nis vel corrupte digōnis. Nam de his est prin/cipal'r ꝟmo in isto capº. lʒ debilitas stomaci in plus se habeat qm̄ vt hic sumit̄ opponit̄ forti/tudini stomaci. Fortitudo aūt stomaci dicit fortitudinē oīum virtutū stomaci. s. attractiue re/tētiue digestiue ⁊ expulsiue. Et sic ad quālibet debilitatē vel lesionē harū virtutū cōsequēter seq̄tur debilitas absolute ipsi⁹ stomaci. Et hoc docēs Aui. in capº de debilitate stomaci dixit. Et scias ꝙ fortitudo stomaci fixa est cū fortitu/dine oīum virtutū quatuor. q̄cūq; ergo earū debilitetur debilitabit̄ stomacus: q̄r tn̄ spēs defe/ctus attractiue stomaci ⁊ retentiue sunt satis manifeste: solū hic species defectus in digesti/ua maxime diminute digestionis ⁊ corrupte digōnis. Ideo addit Aui. verū oēs iam consue/uerunt vt dicāt id nisi ꝟm digestiuā. s. tantum.

2ª distõ. ¶ De debilitate etiā stomaci possunt poni alie distinctiones: nam qn̄q; debilitas stomaci ca/dit in toto corpe eius: ⁊ seq̄tur tunc ipm debili/tas oīum virtutū ipsius: ⁊ qn̄ cadit magis in superiori parte eius: ⁊ seq̄tur ipm ꝓprius debili/tas siue lesio in appetitiua: ⁊ qn̄q; seq̄tur magis nocumētū circa fundū eius: ⁊ seq̄tur tūc magis lesio in retētiua ⁊ digestiua: qm̄ lʒ in toto stomaco ⁊ in oībus partibus eius sint virtutes ⁊ operationes cōsequēter appetitiue ⁊ digestiue ⁊ alie: tn̄ appetitiua magis appropriat̄ ori stomaci: et

3ª distõ. digestiua magis fundo eius. ¶ Alia diuisio. q̄/cūq; sit debilitas alicui⁹ virtutis siue quorūdā siue oīum sil': q̄dā est fortis: q̄dā remissa q̄dā for/

4ª distõ. tissima. ¶ Alia distinctio: q̄dā est debilitas stomaci seq̄ns causas manifestas intrinsecas vl'extrinsecas: q̄dā seq̄tur causam nō manifestā: ⁊ h' est q̄ ꝓpriissime debet dici debilitas absolute ⁊ ꝟm eam corpora dicūtur pati passionē ꝓpe sto/machicā. Nam cum debilitas aliquarū virtutū seq̄tur manifestā causam: tūc nomen debilita/tis fit magis cōtractū ad particularem causaʒ. vn̄ si q̄s circa stomacū patiat̄ lassitudinem ⁊ debilitatem appetitus: ⁊ qn̄ comprehendit cibuʒ terret̄ ab eo ⁊ grauat̄ ⁊ difficulter vel tarde trās/mutat: ⁊ cū hoc nō est aliq̄ manifesta cā neq; ex/trinseca neq; intrinseca: tūc communiter dicit̄ stomacus talis ⁊ debilis ꝟm stomacū: q̄r tn̄ ma/xima lesio: vt fuit dictū a pn̄º est circa digestiuā cum deficit a debita operatiōe. Idcirco princi/paliter contrahemus ponēdo causas defectus in ea ꝟm species dictas: ⁊ consequenter signa et curam: Nam indigestio stomaci ⁊ debilitas ei⁹ ⁊ mala complexio sub eodem capitulo continē/tur a Gordonio. dicit eīm in pn̄º capituli. Intel/ligendum est ꝙ ista habent magnam conueniē/tiam: ⁊ quasi vnum sine alio esse non potest: ⁊ curationes fere sunt eedem vt vult.

De causis. **Cause.** Prius tn̄ ponemus gn̄ales causas debilitatis stomaci: postea veniemus spāl'r ad causas defectus in digestiua. ¶ In causis igit̄ debilitatis stomaci siue malitie eius vel inualitudinis ipsius sit regula in cognitiōe ea/rū q̄ ponūtur ab. A. 2ª primi. de causis debilitatis mēbrorū: in pn̄º capl'i vbi dixit: ꝙ causa debilitatis alicuius membri. Vbi gratia. stomaci in casu nostro: aut erit ꝑueniēs supra corpus mē/bri: aut sup spūm q̄ est virtutis lator q̄ membro ministrat aut supra ipsam virtutē: ⁊ ita pōt fie/ri diuisio gn̄alis in causis debilitatis digōnis stomaci siue nocumēti in operationibus eius: vt ꝙ q̄ōlibet tale nocumētū vel seq̄tur causam in virtute vel in instrumento. i. spū vel in organo vt in stomaco in ꝓposito nostro: qm̄ ex quo ad ꝑfectionē digōnis ⁊ aliarum operationū stomaci req̄rūtur virtus instrm̄ ⁊ organū debite disposita: ita ꝑ quamlibet lesionē in aliquo taliū prin/cipiorū seq̄tur corruptio siue impedimētum in operationib⁹ ipsius stomaci. Et hoc est q̄ō innue/bat Aui. 13ª tertij. in pn̄º capl'i de corruptione digōnis cū dixit. Cibus corrumpit̄ in stomaco ꝓpter causas q̄ sunt cōtrarie causis rectificatiōis eius. Et ibi cū dicit corrumpit̄: nō sumit̄ corru/ptio ꝓprie vt distinguit̄ cōtra debilitatē dige/stiue siue diminutionē ⁊ ablationē: sed sumitur gn̄al'r corrūpi cibū in stō ꝓut idē dicit ꝙ defectū in digōne cibi: vt sit sensus: cibus corrūpit̄ in stomaco. i. cibus deficit a ꝑfectiōe debita q̄ acq̄rēda est in stomaco in cibo qn̄ocūq; sit: ⁊ ista vocat̄ debilitas large sumpta stomaci. Et ita verū est ꝙ debilitas ⁊ imperfectio q̄ acquiritur in cibo a stomaco fit ꝓpter causas q̄ sunt cōtrarie causis rectificationis eius vn̄ rectificat̄ ⁊ ꝑficit̄ operatio stomaci circa cibū ad retinēdū ⁊ ad ap/petēdū digerēdū ⁊ expellēdū: ⁊ ꝓpter cām in virtute. aut instr'o: aut in organo: lʒ virtus ꝓpe non deficiat a debita opōne nisi ꝓpter aliq̄d nocu/mētū cōicatū instr'o aut in organo stāte obiecto ꝓportionato circa q̄ō virtus debeat operari. ¶ Tn̄ dicem⁹ aliquē defectū esse nō in virtute stomaci ad debitas operatiōes merito organi nec merito instr'i. qn̄. s. ex debita mēsura spūum ī toto ⁊ ipsis q̄litatiue nō maliciat': organo ēt debite disposito in cōplone ⁊ cōpōne: deficit tn̄ virtus a cōplēdo debitā opōnē. vt exēpli grā. il/lis suppositis si aīa diuertat̄ ad alias opōnes: vt aliqn̄ cōtingit in crisi: illo tpe deficit virtus a debita opōne stomaci: vel cū intēdit aīa ad digōnem alicuius apparis magni in alio membro q̄ stomaco: vel cū q̄s nimis distrahit̄ in studijs vel in alijs occupationibus: qm̄ dz ꝑ tūc esse debita mēsura spūum in toto ⁊ cū debito tempe/ramēto ad sufficiēter cōplēdas opōnes stoma/ci nisi alias diuerteret̄: tn̄ q̄r ꝑ talem diuersionē factā ab aīa pn̄cipal'r minuit̄ illa mensura a stomaco q̄ necessaria est ꝑ ꝑficiēdis suis opōnibus ad cōplendas alias operatiōes: ⁊ q̄r talis diuersio pn̄cipal'r fit ab aīa tal'r dirigente: idcirco dicimus tūc talem defectū pēdere a virtute: ⁊ nō merito instrumētorū neq; organi: ⁊ istū sensū in

sinuabat Aui. 2ª primi. loco alle. cũ dixit. Et id quod est virtuti ꝓpriũ sup. vt merito ei⁹ fiat lesio est opationũ multitudo ⁊ ipsaꝝ reiteratio: qm̄ virtutē debilitat: lꝫ spūs resolʼo cū eo societ: et ita ad istā causam debilitatis ex parte virtutis reducit oīs causa diuertēs ⁊ distrahēs aīam vel ꝟtutē a debitis stomaci opōnibus. ¶ 2ª causa sumit ex parte instr̄i puta spūs: ⁊ ad hoc reducūtur oēs cause minuētes spūm ⁊ resoluētes: ⁊ ita fe. ⁊ diuturni morbi sunt de causa debilitatis stomaci ⁊ fluxus vētris ⁊ coitus ⁊ quecūꝗ cause euacuāt supflue minorādo spūm siue ex ꝑte fluxus sanguis nariũ vel hemorroidaruꝫ vel aliaꝝ: oēs tales sūt de causis nocumēti ⁊ debilitatis stomaci: ⁊ hoc mō dicebat Aui. de coitu ī caº de rebus: quarũ vsu nocet stōs ꝙ coitus est ex rebus magis nociuis stomaco: ⁊ dimissio ei⁹ est de rebus conferētibus magis ei. Fit etiā nocumētũ ex parte spūum qñ acq̄rit in tempamētũ in spū nō cōueniēs ꝓ opationibus siue sit q̄litatiue ⁊ manifestũ: qꝛ fiat lapsus in calido vel frido humido vel sicco: siue fiat lapsus qualitatiue: occultus etiaꝫ in spū: ⁊ hoc mō corruptio aeris ⁊ aque sunt de causis lesionis stomaci corrumpēdo complʼonē in spū: q̄dā aūt ledūt simul mutādo complʼonē in spū ⁊ cum hoc minorādo subam eoꝝ: ⁊ hoc mō dolores dicebat Aui. etiaꝫ spūm resoluūt: lꝫ etiā complʼonē ei⁹ ꝑmutent p̄cipue dolor oris stomaci: ⁊ oīs dolor vniuersali ter q̄ est cū ꝓpinq̄tate parti cordis: ⁊ ꝑ eundem modũ ledit etiā fetor: ⁊ in corrūpēdo complʼonē in spū: ⁊ etiā in eūando: immo dicebat idē Aui. Et ex eis sunt q̄ spūm eūant: q̄rũ nulla fetori est filiis. Et ꝑ istos etiā modos ledūt medicine solutiue. nā resoluunt ēt cū ꝓprietate nocēt stomaco. vñ dicebat Me. in de cōsolatione medicinarum. intētione quarta. de emēdatione nocumētoꝝ post purgationē caº 5º. ⁊ cañ. s. de debilitate stōi: dico ꝙ cū ꝺ iure. solutiuoꝝ fit ꝭm plꝫ stomaco nocere ⁊ p̄parare ei cās ⁊ modos indignationum vt ꝓpter inimicitiam ⁊ violentiā quam receptori. i. stō inferunt ⁊ nāe ipsius ⁊c. ¶ Nocent ēt medicine solutiue ꝑ aliũ modũ: ⁊ est tertia cā gn̄alis ex ꝑte organi acq̄rendo in eo malitiam cōplexionis. nā oīs malitia cōplʼonis ⁊ frigida ⁊ calʼa in stō facit ad lesionē: qm̄ cōplʼo stomaci ⁊ calor nālis ꝑficit operationes eius nō vt calor absolute: sed vt calor nālis: nā vt talis eliquat cibũ quē calor intēsior nō liq̄faceret: ⁊ vt talis chilificat ⁊ vt talis ē resistit caliditati extranee vbi vt elemētalis nō resisteret: vt fuit snīa Aui. de signis cōplʼonũ in sexto gn̄e signoꝝ cū dicit. Cum vero extrinseca caliditas equalitatem destruere voluerit: color innatus qui est intus erit res fortior in resistendo adeo vt venena calʼa nō refrenet neꝗ expellat neꝗ ipoꝝ corrūpat substantiam nisi calor innatus vñ addit: calor nāꝗ innatus nāe est instr̄m ꝙ caloris aduenientis expellit nocumētũ ⁊ infra dixit: ⁊ calor q̄dē innatus est ille q̄ humores nāles tuet ne eis calʼitates extranee dñent: ⁊ ita ptꝫ ꝙ calʼitas nālis resistit calʼitati ⁊ frigiditati: oīs ꝗ ꝯplʼo excellēs in stō fit ꝟtuti disproportionata ad operanduꝫ quā ēt snīam radicalʼr posuit Ari. in scđo de aīa. caº de augmēto. ⁊ Cōmētator declarauit in cōmento 41º. scđi. ⁊ idē expsse dicit Aui. 13ª tertij. de debilitate stōi. vbi arguit ꝯtra expimētatores q̄ vident sentire ꝙ sola mala cōplʼo humida ledit stōm: dicit sic. Et expimētatores q̄dē in cura eius. s. debilitatis stōi ꝯtēti sunt exsiccatione ⁊ desiccatione: postea ꝑ duas lineas addit: sꝫ verũ est ꝙ debilitas stōi seq̄tur oēm malitiam cōplexionis: qꝛ opꝫ vt cognoscat cōplʼo: deinde ponat cura medicine ergo solutiue nō debilitant tm̄ ꝑ modũ dictũ supra. s. ꝑ ꝓprietatē ꝯtrariam virtuti ⁊ spūi: ⁊ nō tm̄ minorando spm̄: sed ēt vt idē dicit Mes. qꝛ ꝑ eā stō malitia cōplʼonis acq̄ritur. ¶ Nocēt ēt stō vt idē dicebat qꝛ immoderata inanitio extenuat ⁊ rarefacit corpus eius ⁊ ita oīs cā ducēs ad raritatē texture stomaci ē de causis lesionis stōi: ⁊ ꝑ hūc modũ lōge egritudines vt voluit Aui. ⁊ dolor diuturnus ⁊ malitia regis adducit ad hoc. Nā de egritudinibus stōi dixit: ⁊ qñꝗ accidit stō aut in creatione aut cum perseuerantia egritudinũ aut doloꝝ ⁊ malitia regiminis: vt fiat corpus eius laxe texture rare substātie subtilis cutis quare perducit idipsum ad debilitatē in omnibus operationib⁹ suis: ⁊ est necessariũ vt curetur cum labore ⁊c. ¶ Nocēt etiā potiones ⁊ solutiue medicine stomacho aliquotiens: qꝛ educitur humor bon⁹ supnatans derelinquendo humorē malũ submersum in poris ei⁹: aut adherētē aut imbibitũ ⁊c. et per multos alios modos ibidē positos nocēt stomaco. ¶ Nocet etiā stōs nō tm̄ ꝑ malitiā cōplexionis ⁊ ꝯñr ꝑ cās immutantes cōplexionē eius: immo etiā ꝑ malitiā cōpositionis siue naturalis siue aduentitie: ⁊ ita ꝑuitas stōi naturalis est de causis nocumēti: ⁊ ꝑ eandē cām repletio est maxima cā nocumenti stōi ⁊ nauseatiua satietas. ¶ Nam cū extendit stōacus a cibo impeditur vt fiat debita cōprehensio cibi a stomaco que est de maximis causis ad nocendū: ⁊ maxime in digestiua. Et ita etiā ap̄ata adducūt ad lesionē stōi: ⁊ ista que dicta sunt maxime reducūtur ad ea q̄ immediate seruiūt opationibus stomaci vt ad virtutē instr̄m vel organũ: ⁊ sicut dictũ est de ap̄ate ita intelligit de oī mā in stomaco p̄ter naturā existente: siue fuerit humoralis siue vētosa: qm̄ tales ꝭm diuersos modos ledere possunt: vt ptꝫ considerāti dicta superius. ¶ De his etiā que faciūt ad nocumentũ stōaci sunt ea q̄ extrinsecus nō debite iuuāt ad operationes illi⁹: ⁊ hoc mō lesio epatis vel splenis vlʼ cerebri adducere pñt ad nocumēta opationũ stomaci. Nā si epar nō debite attrahat vlʼ splen nō cōicet debitā mēsurā melʼie ad os stomaci: vlʼ cerebrũ nō debite mādet sufficiētē mēsurā spūuꝫ ad stomacũ facientē ꝓ debita sensatiōe fiēt impedimēta in appetitiua: ⁊ ita si nō calefaciunt sufficienter stōm ledet in digestiua: ⁊ ita discurrere potes ꝑ alias cās ꝑ mēbra cōicātia. ¶ Debilitas etiā stomaci aliq̄ñ ꝑ coadiuuantia seq̄tur raritatē sube myrach ⁊ paucitatē carnis: qꝛ nō fit debita reflexio caloris ad stomacũ ⁊ postiua calefactio vt naturalʼr fieri dꝫ. Et ita summatim habite sunt cause nocumenti vel debilitatis eius per considerationem factam ad causas corporales ⁊ intrinsecas principales ⁊ ministrantes in operationibus eius.

¶ Jam succedit ponere cās ex ꝑte ei⁹ qđ auferetur: qꝛ vt supra dicebat de mēte Aui. Cause nocumenti stomaci sumunt ex causis q̄ sunt ꝯtrarie causis rectificatiuis eius. Et postea addidit:

De 2ª cã generali.

⁊ ad summū causa in hoc aut est in cibo aut in receptore aut in rebus accn̄tibus supuenientibus eis de receptore: ⁊ ex parte virtutis ⁊ instrumēti ⁊ organi ⁊ supuenientiū sufficiēter est dcm̄.

De causis ex pte cibi prouenientibus.

¶ Restat vt dicat de his q̄ ex parte cibi ⁊ accidētiū supuenientium adducūt ad lesionem: ⁊ qm̄ talia p̄ncipal'r ducūt ad debilitatem digestiue magis ꝙ̄ alterius virtutis: ideo me cōuerto ad causas defectus in digestiua vel in operatione eius: ⁊ ponemus p̄° causas magis generales: deīde causas specierꝫ defectus digestiue vt diminutionis ablationis ⁊ corruptionis eius. Et cause gn̄ales defectus digestiue sunt satis habite supra manifeste cōtrahendo causas corporales supra dictas ex parte virtutis organi vel instr̄i nocumenti stōi ad spāle nocu^m^ digōnis. Nā sicut ad complete ꝑficiēdū omnes operationes stomaci exigit virtutem nō distrahi ab operōnibus stomaci ⁊ instr̄m esse debite q̄ntitatis ⁊ qualitatis ⁊ organū debite compl'onatū ⁊ debite compositionatū cū debito influxu circūstātiū mēbrorꝫ influētiū: ita etiā cōtrahēdo ad lesionē digōnis. Ista oīa reqrūtur ita ꝙ ꝑ lesionē in aliquo p̄ncipiorꝫ fit ēt lesio in digestiua. Et ideo cause supius adducte ad istū locū adducāt ⁊ sufficiēter ꝓ causis corporalibus. afferam⁹ igr̄ causas ex parte ei⁹ qd̄ sumit de potu ⁊ cibo ⁊ ex pte causarꝫ supuenientiū. ¶ Circa ergo causas q̄ ibi sumūtur ex parte cibi dicebat idez. A. in ca° alle. de corruptione digōnis: ⁊ ibi sumebat corruptio large ꝓ nocumēto digōnis quocūqꝫ. Et cibus q̄dē corrūpit in stomaco: aut ꝑꝑ q̄nti^m^ suā aut q̄li^m^. ¶ Propter quantitatem q̄ dcm qm̄ est plus ꝙ̄ opꝫ quare patitur de digōne infra quā opꝫ. i. fit digō diminuta vel sup. tarda aut ēt ꝓpter quantitatē: qꝛ cibus offertur minus ꝙ̄ opꝫ ⁊ patitur tunc de digōne supra quā opꝫ: qꝛ aduritur ⁊ in cinerē ꝯuertit: ⁊ nō intelligatur absolute ꝙ in cinerē ꝯuertatur ita vt fiat verus cinis ꝑ adustionē: sed qm̄ subtile resoluitur ⁊ grossum disponit ad cinerationē: ⁊ ꝑ istū modū cibus subtilis corrūpit ī stomaco igneo.

Nota.

De causis ex pte qualitatis.

Aut est defectus ꝓpter qualitatem: vt qn̄ cib⁹ est tarde accipiens rectificationem a calore nāli stomaci: qꝛ añꝙ̄ possit digeri corrūpitur: sicut caro ceruina ⁊ bubali ⁊ caro vacce antique ⁊ tubera ⁊ hmōi: ⁊ sicut est de cibo deglutito grosso vel nō bene masticato: aut qꝛ sit grauis sicut cibaria de pasta ⁊ castanee: ⁊ oīa talia ꝯtingūt ꝓpter improportionem calidi digestiui ad cibaria ⁊ ꝓīde ēt cibaria facil'r nimis trāsmutabilia vt pistate facte de pullis in corporib⁹ robustis etiā corrūpunt: ⁊ quedā ēt sunt cibaria q̄ in se velociter suscipiunt corruptionē sicut lac recenter mulsum: ⁊ melones ⁊ ꝑsica vt dicebat Auic. loco allegato. ⁊ intelligitur maxime si persica sint bene matura: quedā ēt ex qualitate manifesta in stomacis mediocriter dispositis corrūpūtur vt cibus supflue caliditatis vt mel: aut vehementis frigiditatis sicut cucurbita. ¶ Aliq̄tiens ēt cadit ꝓprietas inter cibūꝫ ⁊ cibatum: ita vt ex parte cibi vel cibati sit aliqd̄ ꝓhibens appetitū talis cibi determinati: vt apparet in multis in q̄bus refugit nā ab aliquo cibo: lꝫ sit laudabilis ⁊ ab alio appetat ꝓut ptꝫ de abhominātib⁹ vinū vel caseū ⁊ hoc est. Nā talia cibaria corrumpunt si sumant vt voluit Gal. in commēto affo. scd̄e ꝑticule. Parꝫ deterior cibus ⁊ potus ⁊c. Et. A. dicit. Cibus q̄ꝫ q̄ delectat cū accipitur a stō amplex⁹ retiet ⁊ cū magna dilectione digerit ⁊c. plusꝙ̄ q̄libet alius: ⁊ ita voluit ad ad hoc ꝙ cib⁹ bn̄ digerat opꝫ stōm delectari ad eius amplexū ⁊ voluptuari in eo ⁊ refocillari: ⁊ ita ꝑ indilectionē cibi assumpti non fit bona digō.

Not. bene

¶ Ex pte ēt modi offerendi imꝑficit digō aliquotiēs: vt qn̄ nō sumit cib⁹ hora debite receptionis sue. s. qn̄ sumitur ⁊ in stō est repletio aut remanētia alterius cibi: aut qn̄ sumit ⁊ nō p̄cessit exercitiū ꝯsuetū fieri añ cibationē: qd ex ercitiū cōsueuit fieri post expulsionē cibi primi ⁊ egressionē eius. Aut ꝯtingit ꝓpter errorē ī ordine: ita vt prius exhibeat cib⁹ q̄ est tarde digōnis ⁊ sup eū ponat cib⁹ velocis digōnis: nā tūc remanet natās sup ipm quare corrūpit ⁊ corrūpit illum qui admiscet ei: qm̄ regul'r opꝫ vt premittatur leuis ante grauē: ⁊ leuis añ stipticum nisi ꝓpter cām al's necessariā vt in fluxu vētris cōtingit. nā tunc opꝫ stipticūꝫ premitti ante lubricum ⁊ lenē.

Nota bñ

¶ Multitudo etiā diuersitatis specierum ciborꝫ in eadē mensa est de causis nocumenti ⁊ corruptionis qm̄ cōmiscet cibus qui est facilis ⁊ cite digōnis ⁊ ille qui est tarde digestionis siue ex natura ciborꝫ in se siue ex parte diuersitatis artificij. Nam cū diuerse sint mēsure tꝑales ad digerendū cibaria diuersa ⁊ diuerso modo resistētia: fit ꝯn̄r ꝙ cibus facilis digōnis erit digestus ante cibū difficilis digōnis: et ita corrumpet aliū cibū. hoc tn̄ intelligit vbi fit magna diuersitas ⁊ in cibo ⁊ in artificio. Nā parua diuersitas in substantijs cibariorꝫ: ⁊ in naturis non semꝑ facit notabile nocumentū in digōne sed illa que est magna ⁊ est talis ꝙ vnus nō corrigit alterū. Naꝫ aliqn̄ mixtio calidi cū frigido ad digōnem: ⁊ vt lactucarum cū feniculo iuuat ad digōnem: ⁊ ita si exhibeat de cibo stiptico in fundo stomaci ad digōnem nō nocebit vt voluit Conciliator.

¶ Fit etiā aliquotiens indigestio ꝓpter indebitam cōmixtionē cibi ⁊ potus sicut cū quis bibit ⁊ nō in hora debita: qꝛ accipit potū vna vice tm̄ in prādio vel in cena ⁊ multe quātitatis: vn̄ nō debite cōmiscet cū cibo: aut qꝛ potus fit amplior ꝙ̄ opꝫ: vn̄ faciet natare cibū in stomaco vl' in pau precipitare extra. Potest etiā esse defect⁹ in paucitate potus vn̄ nō fit cibus ꝯuenienter eliquabilis: ⁊ sic nō poterit cōuenienter deduci ad formā chili. Pōt etiā fieri defectus in potu qn̄ sumitur non tempore comestionis vt cūꝫ bibitur post prandium vel cenam distanter per duas vl' tres horas ante perfectam digestionem cibi vt fieri solet a magnatibus.

De causis sumptis ex parte accidentiū.

¶ Ex parte etiā accidentiū supuenientium cōtingit defectus in oꝑationibus stōaci. vt exempli gratia. cū non succedit somnus cōueniens ⁊ tꝑe debito ad cibū sumptū: aut cū venit motus super ipm quo nō indiget. qm̄ dicebat Auic. in cap°. de nocumento digōnis: cibus indiget q̄ete ⁊ somno vsqꝫ quo bona fiat digō: ⁊ qn̄ sunt loco amborꝫ motus ⁊ vigilie non cōplet digestio. ¶ Et per istū modū ⁊ balneū cū superuenit post cibum cōmouēdo cibū in stomaco: ⁊ ita coitus supra cibū ⁊ ascellatio plurima vel freq̄ns post cibum maxime si fiat cum conatu ad egestionē sunt de causis impedimēti digōnis. ¶ Et Auic. etiā ponit ꝙ vētositates retēte in vētre sup. qn̄

a nā mouent vt expellant ꝓhibēt digōnē ꝛ cor
rumpunt eā: q꞉ cōmouent cibū: vñ ꝓhibita eru
ctuatio facit ad hoc: ꝛ ita ꝓhibita vētositas ꝑ
deorsum: nā ascendit ꝑ reuolutiones intestino
rum vsqꝫ ad stōm. ⁋Ad has ēt cās reducuntur
passiones aīales maxime tristitia ꝛ timor: et ꝓ
pter cōmotionem q̄ fit in cibo ꝛ ꝓpter ꝯuersio-
nem calidi nālis ꝛ spūum a stō ad cor vel cere-
brū: vñ remanēs calor fit impotens ad debite di
gerendū. Et de tristitia dicit Aui. in ca° debili-
tatis digōnis in fi. Et ex cāis corruptiōis digō-
nis ꝛ destructionis eius est tristitia: sicut ex cāis
bonitatis digōnis est gaudiū. ⁋Ad easdeꝫ cās
ex parte accñtiū supuenientiū pōt adduci nouꝰ
defluxꝰ humoꝝ ad stōm. Nā talis fluēs humor
sepe corrūpit digōnem: vt ptꝫ in descēdente ca-
tarro ex cerebro ad stōm ꝓpter quē sepe fit cor-
ruptio in stō ꝛ fluxus ꝯñr cerebralis: ꝛ ita he cāe
ꝛ similes per istum modum adducunt ad nocu-
mentum digestionis: ꝛ ita habitum sit sufficien
ter de causis nocumēti digōnis gñalr̄.

⁋Unde veniendū est magis spālr̄ ad cās debi-
litatis ꝓprie sumpte digōnis: ꝛ ꝯñr ablationis
digōnis ꝛ tandē corruptionis. ⁋De causis igit
debilitatis digōnis dicebat Aui. cāe debilitatꝫ
digōnis sunt oēs cāe quas diximꝰ in corruptio
ne digōnis sumendo ꝓprie corruptionē: et sunt
sup. cāe quas ego numeraui ante: sed veꝝ est vt
vult Aui. ꝙ differenter se hñt cae corruptionis a
cāis debilitatis digōnis: nā frigida mala cōplō
vehemētius facit ad nocumentū debilitatis q̄꞉
corruptionis: ꝛ mala cōplō cal̄a cū nocet magis
nocet corrūpendo q̄꞉ debilitādo digōnē: idcirco
dicebat Aui. ꝙ effusio colere supra stōm nō de-
bilitat digōnē: sed qñqꝫ corrūpit eā qꝺ dꝫ intel
ligi: q꞉ nō est tm̄ parata cōplō cal̄a adducere ad
debilitatē sicut ad corruptionē cū digō a calō
ꝑficiatur: tñ minorando mensurā spūum calidi
tas accñtalis pōt addere ad debilitatē digōnis
vt ptꝫ cōsideranti radices nāles suprapositas.
Ad debilitatē tñ digōnis maxime facit indebi-
ta cōprehensio stōi supra cibū: ꝛ hoc vel ex debi
litate retentiue vel ꝓpter grauitatē cibi conan
tis ad exitū: vñ talis indebita cōprehensio ꝓhi
bet bonitatē digōnis: qm̄ si in certo tpe impri-
matur dispō ꝑparans aliqualr̄ ad formaꝫ: q꞉ tñ
non debito tpe retinetur vt induci possit suffi-
cienter ꝑparatio ad formam chili ꝑ tanto mi-
nuitur digestio a cōplemento eiꝰ. ⁋Et est hic
notandū ꝙ cāe debilitatis digōnis si magnificē
tur ꝛ fortificētur fiunt cāe destructionis digō-
nis ꝛ ablationis eius. exēpli grā. si certa frigidi
tas stomaci facit debilitatē digōnis: tunc exces
siua frigiditas ꝛ extrema facit ad destructioneꝫ
ꝛ ablationem digōnis: ꝛ ita si certa indebita cō
prehensio stomaci supra cibum: ꝛ exitꝰ cibi ante
horam ꝯuenientē cōplete digestiōis facit ad di
minutam digōnem: ita maxime indebita cōpre
hensio stomaci supra cibum: ꝛ subitus exitus ci
bi extra stōm facit ad destructionem ꝛ ablatio-
nem digōnis. Silr̄ dico si tenuitas myrach ꝛ ra
ritas texture subē stomaci est cā debilitatis di-
gestiue: ita multo maior raritas stomaci ꝛ tenui
tas myrach facit ad ablationem: ꝛ ita correspō-
dēter possumus dicere de causis debilitatis cō
paratis ad causas corruptionis digestionis. nā
certus motus certa vigilia succedens ad cibum

De causis debilitatꝫ digōnis.

sumptuꝫ facit ad debilitatem digestionis ꝛ tar
ditatem eius: vbi fortior motus ꝛ longior vigi-
lia facit ad corruptionem: qm̄ cōparando cau-
sas eiusdem gñis inter se: ea q̄ remissior est ꝛ mi
nus potens immutare q̄ inducit debilitatē in
digestiua magis fortificata ꝛ potentior fcā for
te inducet corruptionē: ꝛ ēt potentior facta in-
ducere poterit ablationē ꝛ destructionem digō
nis: ꝛ ita diminuta digestio est minus mala q̄꞉
corrupta digestio: sicut ꝛ corrupta digō vt ple-
rūqꝫ est minus mala q̄꞉ ablata: ꝛ hoc veꝝ est in
causis q̄ eiusdē gñis varietate pñt esse oīm haꝝ
lesionū: qꝺ ꝓpterea q꞉ alique sunt cāe q̄ ita sunt
parate facere vnam lesionem qꝺ non alteram: si
cut sumptio ouoꝝ frixoꝝ vel lactis acetosi. nam
hec videt̄ sꝑ ꝑparare ad corruptionē: ꝛ nō sic ad
diminutā digōnem sit humoralis: pōt etiā con
tingere ex parte cibi in se siue ex parte artificij
in cibo: vt est de assatis vel melius frixis in pa-
tella: qm̄ caliditas supflua conuertit ad fumo-
sum adurendo: ꝛ ita mixtio humoralis digestio
nem sicut ꝛ velocitas exitus cibi ante debitum
tempus: ita facit ad diminutionem vel ablatio
nem digestionis ꝙ non ad corruptionem. ⁋Sꝫ
spālius ponendo cās specieꝝ corruptionis que
multe sunt vt dictum est ꝛ maxime ad tres redu
cuntur. Primo cā corruptionis cibi vt conuersi
ad fumositatem ꝛ adustionem in cibo vt est in
pluribus mala cōplexio calida ꝑter nām: vel in
stō acquisita: vel in adiacentibus membris: siue
sit simplex sine mā siue sit humoralis. Pōt etiaꝫ
contingere ex parte cibi in se: siue ex parte artifi
cij in cibo: vt est de assatis vel melius frixis in
patella: qm̄ caliditas superflua conuertit ad fu
mosum adurendo: ꝛ ita mixtio humoris colerici
cum cibo sua caliditate facit ad corruptionem:
ꝛ ꝓinde in infelicibus in quibus fuit multa co-
lera ad stomacum sepe fit corruptio cibi in sto-
macis eoꝝ ꝛ in cibo temperato. Et ita etiam ex
parte cibi contingit vt cū sumitur cibus calide
complexionis sicut mel: aut raffanꝰ: aut nastur
tium: aut sinapis: ꝛ per eundem modum in qui
bus stomacus est multum calidus nāliter adue
nit corruptio si exhibeātur cibaria facilis dige
stionis ꝛ facile mutabilia vt lac aut oua sorbi-
lia: aut si cibus esset in se tēperatus sed modice
quantitatis. Et de hoc dixit Raſ. 5° ꝯtineñ. de
mente Gal. ꝙ quantitas nutrimenti si fuerit in
stomaco modica: ꝛ stomacus fuerit calidus di-
gestio corrupta erit: eo quod stomacꝰ inde erit
fumosus. ⁋Et ex opposito cause corruptionis
ad acetosum ꝫm plurimum sunt mala comple-
xio frigida ꝛ immālis vel cum materia: siue ma
teria fuerit in stomaco generata siue aliūde flu
xa. Nam talis acetositas sequitur diminutā ca-
liditatem: non tamen cū fuerit tanta diminuta
cal̄itas ꝙ inde sequatur ablatio vel destructio
digestionis: quoniam frigiditas cum maxima
fuerit facit ad ablationem digestionis vt dictū
est supra: ꝛ cum est mediocris facit ad diminu-
tam digestionem cum qua cibus propterea nō
corrumpitur. Sed quando est remissa debilis
multum: tunc cibus corrumpitur ad acetosum
ꝛ ita presentia flegmatis multum frigidi in sto
maco est de causis talis corruptionis ad aceto-
sum: ꝛ comestio fructuuꝫ frigidorum vt cucume
ris ꝛ hmōi ꝛ potus aque frigide: ꝛ ita cibaria si

Sumptio ouoꝝ frixorū ꝛ lactis acetosi sēꝑ ꝑparāt ad corruptionē digōis.

Tres sunt cāe spāles corruptionis digōis

fuerit multe quantitatis ⁊ stomacus fuerit fri-
gidus acetositas fiet: vt dixit Rasis loco allega
to: idem dicatur de cibis grossis. Cibaria etiaꝫ
grossa aliquotiens ꝑ alium modū etiam in sto
maco de se conuenienter disposito acetosantur
ꝓpter tarditatem ⁊ longitudinem more ipsorū
in stomacho. Nā cum moratur vltra tp̄s debitū
etiaꝫ si non sint cōplete digesta in stomaco a ca
liditate stomaci fit ebullitio in humido cibi: et
ita per modū ebullitionis acetosatur humiduꝫ
sicut contingit in vino cum acetosatur. Et eodē
modo cibi etiam facilis digestionis in stomaco
cōmensurate caliditatis in quo expulsio est de-
bilis: ita vt tardetur expulsio cibi vltra tp̄s con
ueniens pōt fieri acetosatio ꝑ eundē modum: lꝫ
etiam possit fieri adustio s̄m diuersitatē p̄para-
tionis obiecti vt vel aduratur vel ebulliat aut
acetosetur. De causis tn̄ maximis ad acetosita-
tem cibi est fluxus humoris melancolici ad os
stomaci a splene superflue quantitatis. Nam cuꝫ
cōmiscetur cibo cū sua frigiditate acetosa ꝯuer
tit corrumpendo cibum ad acetosum: immo ali
quotiens taliter acetosatur cibus in stomacho
vt communicetur acetositas vsqꝫ ad dentes:
ita vt congelentur ⁊ non conueniant debite ad
masticandum. De causis etiam sunt prepara-
tiones in cibis vt cibaria facta acetosa cū succo
aggreste vel lymonum: vel etiam ex parte p̄pa-
rationis in cōpōne vt sunt gelatine ⁊ siāes mo-
di. ¶ Cause aūt reliquaꝝ spēꝝ corruptionis vt
putrefactiōis s̄m diuersos modos s̄m plurimū
aut sumunt ex parte cibi in se putrefacti vel in
via ad putredinē: qꝛ sit mala qualitate infect⁹:
vel ex parte aeris putridi: vel ex mixtiōe aliorū
vapoꝝ corruptoꝝ vel resolutoꝝ aliquotiens ab
infirmis vel ab alijs corporibus immūdis aliq̄
tiens in vijs repertis vt de aīalibus mortuis.
Nā talis dispositio in cibis vel stomaco acquisi
ta male qualitatis adducit corrūpendo cibuꝫ ⁊
adducendo ad malitiam non reducibilē in ma-
nifestā qualitatem. Et ita ēt aliqui sunt fruct⁹
q̄ ꝑ nām sunt p̄parati: vt cū non digeruntur in
stomacis ꝯn̄r ꝯuertuntur ad qualitatē malā ve
nenosam vt vult. A. de melonib⁹. Et Rabymoi-
ses in his enumerauit ꝑsica ⁊ chrisomillas: ⁊ si-
cut contingit hoc ex parte māe: ita aliquotiens
contingit ex parte adurentis caliditatis vt per
viam adustionis ⁊ certo humido: ipso tn̄ non il
laudabili fiet gn̄atio veneni: vt cōtingit in gn̄a
tione colere eruginose in stomacho multum in
flammato. Et hec de causis sufficiant.

De causis acetosantibus cibuꝫ in stō.

No. de melonibus.

Signa.

Jam ad signa veniendum est: et pri
muꝫ pronostica: ꝯn̄r demōstratiua.
Et primo ponenda sunt pronostica euentus: de
inde ad bonum ⁊ ad malum: postea demonstra-
tiua generis: deinde specierum.

De signis ꝑnosticis euentus.

¶ Signa pronostica euentus sumuntur maxi-
me ex precessione causaꝝ ⁊ primitiuaꝝ faciētiū
ad nocumentum digestionis ⁊ ex parte acciden
tium superuenientium: ⁊ ex parte causaꝝ corpo
ralium imperficientium operationē stomaci ex
parte ipsius siue ex parte coadiuuantium mem
brorum de quibus supra dictum est. Nam cū ta
les cause fuerint non adhuc existente lesione in
operationibus stomaci: sed aliqua talis vl' mul
te ex eis perdurauerint possumus ꝑnosticari su
per nocumentum digestionis stomaci. exempli
gr̄a. si precesserit nauseatiua satietas: ita vt fuit
ꝯsuetudo plus sumēdi de cibo ꝙ cōueniret etiā
laudabili: vel fuerit al's malitia multa regiminis
ex parte cibi ⁊ potus in acceptione maloꝝ cibo
rū ⁊ in malo ordine: vel p̄cesserint dolores vehe
mentes vel diuturni morbi de febribus ⁊ alijs:
vel fuerit stomacus male cōpōnis: vel factū fue
rit mirach tenue: vel abscissus zirbus adipinus
iam cōuenienter ꝑnosticari possumus de nocu
mento digōnis: ⁊ hanc sn̄iam innuebat Auic. in
100. Et vniuscuiusq̧ eaꝝ. ℥. vj. ⁊ ita dicebat Gal.
loco alleg. 8. decē tractatuū q̄ hiera p̄ aloe du-
plr̄ ↄstruit̄ a q̄busdā q̄dē sicut ea q̄ Andromachi
in. ℥. 100. Aloes miscēt de vnoquoq̧ alioꝝ. ℥. vj.
a q̄busdā v̄o nō. vj. sꝫ. viij. q̄dā aūt in li. iij. aloes
ponūt. vj. ℥. de vnoq̊q̧ alioꝝ. Et addit: plm̄ autē
cū eis q̄ miscent̄ cū aloe pharmaca q̄ sunt nūero
vj. ponūt. s. q̄nātū etiā: ⁊ ita pꝫ magna diuersitas
in cōpōne ⁊ in v̄tute in soluēdo: ⁊ hoc s̄m diuer-
sas ↄsideratiōes auctoꝝ: vñ ēt 2° meimir ī 2° de
cem tractatuū cap° de dolore capitis a stomaco
dicit: Laudo hierā q̄ per aloē in q̄ ponunt̄. 100.
℥. aloes. ⁊. vj. ℥. aliaꝝ spēꝝ q̄ sunt. vj. vt etiā ibidē
noīauit cinamomū assaꝝ xylobalsamū spicā ma
sticem ⁊ crocū: tñ ibidē modificat descriptioneꝫ
q̄ntū ad dosim aloes dicēs: meli⁹ aūt fit hoc phar
macū: q̄m min⁹ assumūt de aloe. visuꝫ em̄ est mi
hi: vt dicit multā esse q̄ntitatem. ℥. 100. aloes ad
alioꝝ p̄portionē cōparatā: ⁊ p̄pterea p. xc. ℥. id
cōposui ⁊ per. lxxx. ⁊ aliq̄ñ etiā p̄ minorē q̄ntitatē
⁊ idē dicit de croco. Nā posuit minorē debere ex
hiberi q̄ntitatē croci eo q̄ quidā cū assumunt eū
offendunt̄ in capite: ⁊ dixit sicut ⁊ nos patimur
per solū ei⁹ odorē: ⁊ ita variat cōpōnē ei⁹: aliq̄ñ
croci aliq̄ñ aloes s̄ꝫ diuersas intētiones: ⁊ infra
etiā dixit q̄ meli⁹ est si de cubebis sumatur loco
assari: cōistñ descriptio tenēda est q̄ dicta est 7°
terapentice: sed Rasis in casu nostro intendens
euacuare materiam calidam ⁊ a stomaco calido
dimisit crocum: ⁊ propter inflammationem: ⁊ q̄r
debilitat ad appetendum in quo casu plerunq̧
coniungitur debilitas appetitiue: ⁊ loco ei⁹ po
suit ro. ru. ad remissionē male cōplexionis cali-
de ⁊ ad additionem appetitiue: posuit etiam xy
lobalsamum ⁊ carpobalsamum loco balsami. et
sic addidit vnam medicinam cui satisfit per bal
samum tantum: posuit etiaꝫ cassiāli. que tamē
non fuit multum necessaria: q̄m quasi in virtu-
te est cinnamomi: tamen minuitur a potentia
eius: vt vult Aui. 14ᵃ tertij in cap° cure debili-
tatis epatis. naꝫ de eis loquens dixit. Ipsa em̄
ambo sunt contraria ⁊ putrefactioni rectificāt
complexionem ⁊ expellunt causam corrumpen-
tem ⁊ mundificant virus malū ⁊ expellunt ip̄m
⁊ resistunt medicinis mortiferis ⁊ veneno: licet
sit cinnamomum fortius cassia ⁊c. posuit etiam
minorem q̄ntitatem aloes q̄ Gal. timens inflā-
mationem: ⁊ q̄m sup. ponebat materiam talem
calidam faciliter educi posse: itaq̧ varietas cō-
syderandi facit eos variare a compositione Ga.
⁊ nota q̄ dat dosim eius in puluere aur̄. ij. vsq̧
ad. ℥. ij. ⁊ ibi expresse colligitur q̄ aureus in so-
lutiuis est minus q̄ ℥. ⁊ ita maiorat dosim pro
pter minorem solutioneꝫ ⁊ minorē dosim aloes
in sua descriptione: nam Gal. exhibet. ℥. vj. hie-
re cum melle vbi s̄m proportionem specierum
ad mel intrat minus de aloe: Et ita sit expedita
ista prima pars de exhibitione hiere.

Hic tamen nota q̄ Aui. 5° cañ. tracta. 2° enu
merat tres descriptiones de hiera Gal. q̄ sunt
multum diuerse a compositionibus dictis: et
due earum sunt fortiter multum soluentes: in
quibus intrat colloquintida: ⁊ quedam gummi
fortiora: nullam tamen earum reperi scriptam
a Ga. forte q̄ in voluminibus non translatis ad
nos reperta est: sed illa quam posuit Mes. disti
ctiōe 3ᵃ in p̄ᵃ descriptione est similis hiere quā
posuit Aui. eodem 5°. cañ. tracta. 2° cap° 2° ⁊ di-
citur descriptio cognita vniuersitatis: ⁊ eam nō
vituperauit Ga. immo admisit eam s̄m aliquos
⁊ eam verificauit Auicē. vt videbis in capitulo
prime allegato: qḋ est vtile multum ad hāc ma
teriam: sed sua radicalis est que dicta est supra
de sex rebus ⁊c.

Addit consequenter circa dietam. Egro quo-
tidie detur panis in vino ⁊ succo mali granati
īfusus ⁊ in syrupo de cydonijs acetosis siue ace
toso: ⁊ ita amplie t̄ q̄ omnia cibaria sua rectifi-
centur cum acetosis ad stipticum declinantib⁹
nam talia aliqualiter remittunt acuitatem ma
terie ⁊ digerūt eam: ⁊ cū hoc cōfortant stōm ad
resistendum fluxui materie: ⁊ iuuamentum pre-
stāt ad omnes eius operationes p̄agēdas: vt fuit
supra dictum in cura male complexionis calide
stomaci.

(Qḋ si cum dolore.) In hac parte cōsequēter
determinat de cura doloris stomaci a causa fri
gida materiali ⁊ vētosa: ⁊ duo facit. p̄° ordinat
regimen per medicinas. 2° per dietam, 2ᵃ ibi.
(Cibaria vero eius.)

De p̄ᵃ parte dixit: qḋ si cum dolore fuerit ru-
ctuum multitudo ⁊ extensio atq̧ singultus: ele
ctuariū diagalāga diacalamētū ⁊ diacyminū ⁊
electuarium de mentastro ⁊ alie confectiones
que ventositatem expellere consueuerunt quas
nominabimus in capitulo de colica dādē erūt.

Pro intelligētia hui⁹ partis nota q̄ ex q̊ in-
flatio rugitus ⁊ extēsio sunt signa vētositatis ⁊
ventositati debeat̄ curatio p̄ resolōnē ⁊ exicca-
tionē: tūc cōferūt ea que ad hoc ducūt vt grana
lauri ⁊ cyminum p̄prie assatum vt voluit Aui.
⁊ confectiones ēt numerate a Rasi in textu sūt
ad hanc intentionem. Uerumtamē aliquotiēs
expedit stante replōne stomaci de mā q̄ in vēto
sitatem conuertitur vt prius dicta mā euetur et

250

digeratur que est fouens ventositatem: poste procedatur cū dissoluentibus ⁊ extenuātibus: vt dictū est. Nam aliquotiens exhibitio talium fortium carminatiuoꝝ addit ad dolorem: qm̄.s. plus est id qđ de mā in ventū ⁊ vaporem cōuertitur ꝙ id qđ dissoluit: vt est snīa Auic. infra in colica: vt videbit: sed tunc nō stat intētio ad vētositatem immediate: sed ad aliā materiā Ras. aūt in hac parte habuit primā intentionē ad ipsam ventositatē. ¶ Reliqua pars de dieta est tota clara. Nā cibaria qb⁹ dʒ vti debēt ad cal'ʒ declinare ⁊ resolutū vt sunt calagie ⁊ mutagenat cū seminib⁹: sunt q̄dā pulmēta aromatizata cū seminib⁹: ⁊ dʒ vti parū vini veteris ⁊ exercitiuʒ etiā moderatū ꝯuertēdo vapores in deorsuʒ et vigorādo naturalē caliditatē iuuat. ¶ Si ēt ingrediat balneū nō aq̄ dulcis sʒ mīerale sulphureū ⁊ aluminosū vel artificiatū cū decoc. rerū calefactiuarū ⁊ carminātiū valebit: ⁊ hoc totū intelligit in ꝓcessu facta mūdificatiōe ⁊ applicatis alijs ⁊ exteri⁹ ⁊ īteri⁹ calefaciētib⁹ ⁊ vētositatē dissoluētib⁹ vsq̄ ēt ad exhibitionē aq̄ ardentis vel aq̄ vite. Nā dicit Gerar. ꝙ expt⁹ est de aq̄ ardēti: ꝙ pl'm facit ad ꝯsumēdū vētositatē: sed dʒ exhiberi modice q̄titatis vt vsq̄ ad. ℥.j. ne ꝑtrāseat epar. Et hoc ēt intelligit nō ꝯiūcta caliditate epatis neq̄ renum intensa nam tunc balneum esset suspectum.

Nota de aq̄ vite q̄ plurimuʒ valet ad ꝯsumēduʒ ventositatē.

¶ Sed pur quando reliqua nō sufficerēt ⁊ time rem⁹ effusionē corporis in balneo: tūc possem⁹ facere balneū ꝑticulare ad stomachū cū fomētatiōibus cū spōgijs infusis in aq̄ balnei vl' nālis vel artificialis ad modū dictū. Nā fortis multū est taliū fomētationū in hac ītētiōe impressio. ¶ Addidit vltīo stomach⁹ q̄ʒ vt diximꝰ ex oleo de neridē in pāno inuoluto euaporet. i. facta fomētatiōe vt dictū est: infundat pān⁹ spissus laneus in oleo de neridē. i. de spica ⁊ vocat oleum nardinū: cui⁹ descriptionē infra ponit: ⁊ supponat stomacho. nā multū facit ad dissoluēdā vētositatē ⁊ vigorādū ipm calorē nālē stomachi vt videbit ex ꝯponētib⁹ oleū ⁊ post fortior erit ei⁹ imp̄ssio facta fomētatiōe raresacta cuti. Et hoc est qđ dicit de lr̄a ista. lege eā. ¶ Si aūt cū dolore stomachi fit fe. ⁊c. ¶ Postꝙ ī ꝑte p̄cedēti determinauit de dolore stōi sine āpate a cā māli cal'a vl' vētosa: nūc ī hac. ij. ꝑte ṗncipali hui⁹ capl'i determinat đ dolore stōi ab āpate pēdēte ⁊ marie cal'o. Et diuidit ī duas ꝑtes ṗncipales totū qđ seq̄t đ de ca. qm̄ prīo facit qđ dictū est. scđo ponit vnū canō. ad denotādū has passiōes stōi ⁊ epis eē difficiles ad curādū: vn̄ ponit ꝙ ī dictis dispōnib⁹ curādis medic⁹ valde erudit⁹ est neci⁹. scđa ibi ad finē capl'i (Ad dolorē tn̄ stōi ⁊ epis curādum ⁊c.) Prīa adhuc p̄t diuidi ī tres ꝑtes: qm̄ prīo ponit curā talis doloris ab āpate in ṗncipio ei⁹ si ne curā dicti āpatꝫ in ṗn. scđo ponit curā ei⁹ cū iā ꝑuenit ad augmētū vel ēt ad statū ⁊ iā egritudinis dies sūt elōgati. tertio ponit curā ipsi⁹ in declinatiōe cū s̄m ꝑtē iam est resolutū. scđa ibi. (Cū aūt egritudis dies elōgati fuerit.) tertia ibi (Cū āpa ī stōacho inueterauerit) Prīa adhuc ī duas. Nā prīo ꝑ signa declarat hmōi dolorē dependere ab āpate ⁊ calido ṗncipal'r. scđo ponit curā eius in ṗn°: vt dictū est. ibi. (Eger ꝟo prius.) Et ista pars in quatuor diuidi posset s̄m ꝙ quatuor ponit ad curam facientia in ṗncipio eius.

Declaratio prīe ꝑticule scđe ꝑticule scđe ꝑtis ṗcipalis.

Prīo ꝑ flōmiā. scđo per exterius applicata repercussiua: tertio ordinādo debitam dietā: ⁊ quarto medicinam solutiuam siue lenitiuam. secūda ibi (Loco dolenti.) tertia ibi (Nutrimētum vero eius.) quarta ibi (Egro cassiamū. in succo endiuie ⁊c.)

¶ Primo ergo declarat ꝑ signa propria apostema esse cal'm cū dicit. Si aūt cum dolore stōi sit fe. s. inseparabilis ⁊ āpa manifestū. i. tumor manifestus: et si nō ad visum saltē ad tactum percipiatur tumor et q̄dā durities: ⁊ cū tangitur sentitur locus calidus: tunc his signis ⁊ alijs loco suo dicendis magis infra sufficienter iudicare possumus supra apostemata stomachi calida ꝑ essentiā vel per accn̄s. ¶ Pro intelligētia ꝑtis est aduertēdū primo: ꝙ vt pluries .s. dictum est Rasis vt breuiloquus ī hoc libello marie ponit curam eorum que vt in pluribus eueniunt non semper mentionem faciens de omnib⁹ que euenire possunt. Idcirco in hoc loco fecit mētionē de cura āpatum calidorū tm̄: qm̄ talia sunt que vt pl'm eueniunt stomacho: ⁊ qm̄ āpata stomachi vt pl'm fiunt per viam defluxus materie ꝙ ꝑ viā paulatine cōgestionis: ⁊ etiā ꝑ aliam cām q̄ fortior est clarificās primam: qm̄ substantia stomachi maxime quo ad partē intrinsecā est substantia neruosa spissa in quā nō penetrat materia nisi calida difficulter vt supra dicebatur ēt de pleuresi: idcirco vt pl'm talia apostemata fiūt a cā calida. Ponit ergo duo signa ad significādū āpa cal'm in stomacho preter dolorē ⁊ ꝯpunctionē. s. fe. inseparabilē ⁊ perceptionē caliditatis. Nam āpata frigida stomachi nō concomitatur de necessitate fe. vt infra loco suo videbit cōtra aliquos. Si ergo fuerit feb. inseparabilis ⁊ fuerit etiā tactus calidus q̄ habeat arsurā interi⁹ et sitim: ⁊ medicus tangendo percipit ad tactuʒ caliditatem cum reliquis infra dicendis: tunc declaratur ꝙ est apostema calidum. ¶ Et tunc ponens primum ingenium euacuatiuum dixit. Eger vero prius ex basilica minuat: et patet ꝙ talis flōmia est necessaria. nam si apostema fuerit calidum sanguineum sibi immediate competit flōmia: vt patet. Si etiā cholericum propter vehementiā accidentium ⁊ intensionem doloris pungitiui ad diuersionē materie ⁊ ad prohibendū fluxum ad locum dolentē maxime facit flōmia vt sepe est declaratū. Sed vtruʒ fieri debeat ex basilica dextra vel sinistra ⁊ in quanta quantitate: ista omnia regulentur s̄m al's dicta in diuersis capitulis: et forte infra aliquid dicetur: ⁊ per hāc diuersionem intelligit etiā alios modos diuersiōis de fricationib⁹ extremoꝝ ⁊c.

Nota bn̄.

Nota ꝯtra aliquos.

Nota bn̄ de flobothomia.

¶ De secunda parte dixit. Et loco dolenti duo superponantur sandali. i. albi et rub. et ros. Et camphora cum aqua rosa. ⁊ succo cydoniorum. nam talia et sua frigiditate ⁊ stipticitate vniendo substantiā stomachi et inspissando meat⁹ ad stomachum ⁊ fortificando robur et virtutē eius faciunt ad prohibitionem fluentis materie et forte ad expressionem eius ꝙ iam pro parte fluxum est. Et per hoc dedit intelligere similia de succo acetose et plantaginis et portulace et coriādri humidi et similiū: de vnctionib⁹ oleo ro. myrtillorū et cydonioꝝ cū modico aceti: vt īfra clarius videbit. Hec tn̄ simplicia hic posita sunt electa in casu. ex quibus pōt fieri epithima ī ca-

Declaratio ij. ꝑticule ij. ꝑtis ṗncipalis.

Desc. epithimatis.

su cōueniens ſm hanc formā. ℞. aque ro. ℥. v. vel
vj. ſucci cydonioꝝ depurati. ℥. ij. ſandaloꝝ al. et
ru. ꝛ roſ. puluerizataꝝ an̄. ʒ. ij. ʒ. camphore. ℈. ſ.
miſce: ꝛ in eo toto frigido infundat̃ pecia linea
duplicata vel de ſyndone alba ꝛ ſic ſuperponat̃
ſtomacho ſepe renouando. ¶ Addit 3° circa die
tam declarando ꝙ dꝫ eſſe multū tenuis: non tñ
tenuiſſima; q̄ ēt nihil dare ꝓpter timorē inflā-
mationis ſpūum ꝛ humoꝝ dixit. Nutrimētum
vero eius nō ſit niſi ſola aqua oꝛ. vel ſup. cū vi-
no granatoꝝ vel ſup. modico iulep roſati ad ma
iorem repreſſionem. Et addit: ꝛ cuſtodiat̃ a car-
ne ꝛ vino ꝛ cōfectionibus que de melle fiunt: et
per hoc intellexit quecūqꝫ calefacientia ꝛ para
ta inflāmationi vt ſunt oua ꝛ oleagina: ptꝫ rō.
Et pñr addit: ꝛ bibat ſuccū granatoꝝ muzoꝝ et
rob de fructibus frigidis. ¶ De quarta pte hu-
ius ptis dixit ordinādo ſolutiuū. Egro caſſiafi.
in ſucco endiuie diſſoluta ad bibendum detur.
nam tunc ſolutio eſt minoratiua aliqualr̃ ma-
terie ꝛ repreſſiua ad maiorē infrigidationem.
Et hic nota ꝓpter multos in hoc errātes ꝙ me
dicine attractiue vitande ſunt: vt ſupra acuita
tis eius ꝛ lenitiua ꝓhibens indurationē ꝛ non
eſt ad ſtōm aliunde attrahēs ꝛ miſcet̃ cū aqua
endiuie dictū eſt cū eſt intentio ad euādū ma-
teriam in ſtōaco cōtentā nō apāntez multo ma
gis vetatur ſolutiuū attractiuum ꝛ agitatiuuꝫ
ſtante materia apante p̄cipue calida ne mā con
uertatur ad membrū leſum facta agitatione in
materia ꝛ medicina de ſe attrahente ad ſtōm: ꝛ
ſi error in mā nō apante exhibita medicina ſo-
lutiua attrahente a longinquis fiat aliquotiēs
corrigibilis ſi ſimilis error cōmittat̃ ſtāte mate
ria apante calida credo nō corrigetur: et in hoc
ſterit experientia tēporibus noſtris in hac ciui
tate Papie: ꝛ nō ſunt adhuc duo menſes ꙗ vna

Not. hiſtoriam.

iuuenis fortis ꝛ robuſta in 2ª die vel 3ª ad am-
plius in p̄n° apatis: cui data fuit medicina ſo-
lutiua cōtra votuꝫ alterius medici in 5ª vel 6ª
mortua eſt: ꝛ de hoc ſunt multi caſ. de q̄bus erit
ſermo magis infra loco ſuo. Sed ſpecialr̃ Auic.
13ª tertij. tractatu 4° in cura apatis calidi di-
xit. Et aliena ſolutionē laborioſam ꝛ vomitum
ꝛ ſis cōtentus medicinis ꝛ cibis lenificatis ꝛc.
Et ita ſit expedita iſta pars. lege eam.
¶ Sequit̃ illa pars. (Cū aūt egritudinis dies
elongati fuerint.) Poſtq̄ iā poſuit curā ei⁹ in
prin° vt viſum eſt: iam pñr ponit curā illi⁹ in ꝓ
ceſſu: vꝫ cū ꝑuenit ad augmentum ad finē eius ꝛ
vſqꝫ ſtatum: vel qñ per ingenia ſuperius poſita
de diuerſiuis ꝛ repercuſſiuis ꝛ debita dieta nō
amplius fluit materia: ſed iam ꝓ magna parte
natura fuit dñans ſupra eā ꝛ pro parte reſoluit
ꝛ duo facit. Primo ponit vnā cōpoſitionem em
plaſtri in caſu cōuenientis: qđ apponi dꝫ ſupra
locum poſtq̄ iaꝫ locus fuerit inunctus cū oleo
de neriden tepefacto: ponēdo etiā qua hora ta-
le emplm̃ apponendum eſt: pñr ponit cōpoſitio
nem ſiue deſcriptionē olei de neridem ſiue nar-
dini. i. de ſpica. ibi 2ª (Cōfectio nardini ſimpli-
cis.) Pro intelligentia ptis p° eſt notandum ꙗ

Not. bene

occurrente materia faciente apa ſepe per artifi
cium medici occurrentis cum ingenijs ꝛ diuerſi
uis ꝛ repercuſſiuis: ꝛ tandē ꝓhibitiuis fluxus
materie ꝛ cum debita dieta ꝓhibetur apa ꝑue-
nire ad augmentū ad qđ deueniret nō occurren

te medico in p̄n° eius: immo ſepe fit vt modicū
fluat de materia ꝛ natura coadiuuata beneficio
medici ſupra eā materiā fluxā incipiet dñari: ꝛ
tunc incipit ceſſare dolor: ꝛ calor quaſi in totuꝫ
minuitur: qꝛ nō amplius fluit de mā: imo reſol
uitur: ꝛ tunc ſtat intentio vt nō ſola repcuſſiua
ponant̃: vt prius; ſed cū eis etiā ponant̃ aliqua
leuia reſolutiua ad cōplementū reſolutiōis ma
terie: nō tñ debent eſſe ſimpliciter reſolutiua ſi
cut ſi mā trāſiuiſſet per augmentū ſenſibile ꝛ ꝑ
ſtatum durante notabili tpe ꝛ iam deuentū eēt
ad declinationem: qm̄ ſi talia exhiberent̃ cū mā
ſit calida vt ſupponit̃ ꝛ nō trāſiuit dicta tempo
ra lꝫ pro pte iam eſſet facta reſolutio ꝓpter flu-
xam eſſe modicā materiā ꝛ ꝓpter nō multū di-
ſtare a p̄n° fluxus: forte noua mā etiā flueret: et
ideo ſunt cū reſolutiuis admiſcēda aliqua ſti-
ptica ꝛ aliqua ſimul mollificatiua: ꝛ ad prohibi
tionem indurationis materie ꝛ ad habilitādū
materiā ad reſolutionē reddendo etiā mēbrum
laxum: vt faciliꝰ mā reſoluat̃. Et iſte eedē me-
dicine debent̃ ſi nō fuiſſet ꝓhibita fluxura mā:
ſed iam deueniſſet ad augmentū notabile ꝛ ad
prinm̃ ſtatus vbi manifeſte cōſtat per cōes can̄.
ꙗ debent repercuſſiua miſceri cum reſolutiuis
dñantibus repercuſſiuis in augmento ſupra re
ſolutiua ꝛ in ſtatu ipſis equatis in virtute per
ſtatum intelligendo terminū augmēti: qm̄ i ma
teria expectat̃ reſolutio: ꝛ nō ꝑ ſtatū intelligen
do ſtatum digōnis materie apatis vel cōuerſio
nis eius ad ſaniē. nā tunc eſt alia intētio vt ma
nifeſtum eſt. ¶ In propoſito igit̃ Raſ. hic po-
nit curā ꝑ emplaſtrū cōueniens: ꝛ qñ apa eſt in
via reſolutionis: qꝛ modica eſt fluxa mā benefi
cio medici: ꝛ etiam ſi mā eſſet fluxa ꝛ deueniſſet
ad finem augmenti ꝛ ſtatū: vt dictū eſt: ꝛ vtrūqꝫ
modum talē denotauit ex verbis ſuis debere in
telligi in litera. Nam primo dixit. Cū aūt egri-
tudinis dies elongati fuerint. ſ. a p̄n° flux⁹ ma-
terie: ꝛ calor oīno quieuerit: qꝛ beneficio diuer-
ſionum euonum ꝛ repercuſſionū a p̄n° ſollicite
applicatoꝝ apa nō ꝓcedit: immo minuit̃: tunc
ſtat intentio que dicta eſt: ꝛ tūc pꝫ ꙗ calor oīno
quieſcit: quaſi addit ſi remanſerit ſup. ꝛ apa cū
duritie: nō intelligendo per duritiē apa indura
tum per viā reſolutionis partiū ſubtiliū mate-
rie vel expulſionis partiū aquearū remanenti-
bus ꝑtibus terreſtribus: qꝛ in tali duritie eēnt
neceſſaria magis mollificatiua q̄ repcuſſiua:
ſed hic per duritiē intelligit reſiſtentiā que ꝑci
pitur in apate materia multa fluxa in fine au-
gmenti vel in p̄n° ſtatus eius: ꝛ ideo per ſtatuꝫ
nō intelligo ſtatū digōnis: qꝛ tūc moleſcit apa:
ꝛ ita pꝫ illo modo duritiē intelligēdo ꙗ empla
ſtrum cōpoſitū ex repcuſſiuis aliq̄bus ꝛ aliqui-
bus reſolutiuis ꝛ mollificatiuis aliq̄bꝰ eſt in ca
ſu ꝯueniēs: ꝛ tale eſt emplm̃ poſitū in lr̃a: vt ptꝫ
legēdo. Cōuenit igit̃ hoc emplm̃ qñ modica eſt
fluxa mā ꝛ iā ꝓ pte reſoluta bñficio medici: ſicut
ſepe cōtingit debite occurrēte medico a p̄n°: et
ita ptꝫ lr̃a: ſi cū ſapore intelligas: ꝛ bñ nota iſtū
modū introducēdi qm̄ aliter male pōt text⁹ in-
telligi: lege ergo ſic literā. Cū ergo egritudinis
dies elōgati fuerint. ſ. a p̄n° fluxus: ꝛ ſup. ꝓhibi
to fluxu ꝛ minorata ꝓ pte mā calor oīno q̄eue-
rit: vel ſup. quaſi q̄euerit ex hoc emplo epithi-
metur: de quo infra ſi remanſerit ēt ſup. apa cū

duritie.i.deuenerit ad duritiez.s.ad resistentiã
imprimentis propter multitudinem fluxe mãe
et ad finem augmenti vel ad principiũ status re
solutiõis:sup.ẽt ex hoc emplo epithimetur:qm̃
eedem intentiones in vtroq; casu conueniunt
vt fuit declaratum.s.de aliquibus resolutiuis
et mollificatiuis:q̃daz cuz repercussiuis mixtis
et talia intrant in compositione empl'i:vt infra.
℞.violarum siccarum.ʒ.x.in eis cum mollifica/
tioue est aliqualis resolutio.ro.ru.ʒ.v.ad reper
cussionem facientium:spice odorifere masticis:
amborum añ.ʒ.iij.cyperi squinanti calami aro/
matici:talia sunt resolutiua cũ ꝯfortatione:oĩz
ante.ʒ.ij.farine fenugreci ad mollificationez et
leuem resolutionem.ʒ.xx.florũ camomille leue
resoluẽs:se.maluauisci siue altee:farine orđ.oĩz
añ.ʒ.x.ad remissionem caliditatis consperga/
tur oĩa cuz mucilagine se.lini.i.reductis his in
pulueribus:postea cum mucilagine se. lini fiat
incorporatio in forma emplastri in qua mucila/
gine est virtus mollificatiua et resolutiua:et
est notabile empl'm in hac intentione:et posset
medic⁹ formare empl'm sub alia forma decoquẽ
do violas ros.flores camomille cum squinanto
cum se.lini:et postea in aqua decoctionis dicto
rum possunt addi farine ord.et farine fenugreci
et in processu cum dictis iam ad formã empl'i re
ductis addãtur spẽs spice masticis cyperi et ca
lami aromatici:et fiat empl'm addẽdo modicũ
olei de spica.Et nota q̧ hoc empl'm si bene consi
derabis possz exhiberi in apostemate frigido in
principio maxime si fenugrecũ et altea amoneã
tur:qm̃ humectantia tunc non conueniunt:tũc
dicit textus q̧ anteq̃ ponatur empl'm sit locus
inunctus cum oleo de neriden tepefacto ad con
fortationem caliditatis stomachi et resolutio/
nem iuuãdaz:vt patebit ex compositione eius.

Nota hũc canonem.

¶Sz hic Ras annectit vnum casũ. obseruandũ
circa applicationem emplastroruz circa stoma/
chum:dicit q̧ empl'etur ex predictis per.iiij.ho/
ras anteq̃ comedat:et postq̃ cibus fuerit dige/
stus et stomachus fuerit euãatus:et ita vult non
reperiri cibum in stomacho qñ hmõi empl'a sto/
macho superponuntur:neq; etiam succedat ci/
bus ad empl'm nisi steterit p.iiij.horas quo tpe
posset perficere suam oponem non occupata na
tura a cibo:etiaz qꝛ stomachus pur grauatur ex
emplastro:et cum hoc in virtute empl'i posset ci
bus commoueri in stomacho et non conuenien
ter q̇escere:et ita preparetur ad corruptionem:
et istum casũ.bene habetote menti. ¶Et conti/
nuando descriptionez olei nardini:dixit.℞.olei
de been et est oleum de q̃busdam granis calidis
et siccis multum resolutiuis.lib.j.spice.℥.ʒ.ma
sticis costi cyperi squinanti calami aromatici:
oĩm añ.octauã ptem.℥.vni⁹:ꝛ est.ʒ.j.omnia hec
puluerizata in oleo predicto posita ad solẽ sup.
in estate in iunio vel iulio per hebdomadã vnã
vasis ore cooperto vel clauso dimittatur ne fiat
euaporatio specieruz.dixit:deinde coletur et ex
primantur feces:et scose.i.dicte feces q̃ in mani
bus remanserunt emplo sup.superius posito ad
misceantur sup.si placuerit:qꝛ non est de essen/
tia emplastri:sed dicit:optime erunt sup.ad re/
solutionem coadiuuãdã si erit ĩtentio ad maio
rem resolutionem.

Descr. olei nardini.

¶Cõsequenter ponit curã qñ apostema est pro
magna pte resolutũ et in declinatiõe et stat in/
tentio magis ad resolutionem ita q̧ in casu reso
lutiua debẽt eẽ simpl'r dñantia.Et duo facit ſm
duo ingenia q̃ ponit.Pmo descriptiõem quorũ/
dã trociscorũ offerẽdorum p interi⁹ et vocantur
trocisci de spica.2° ponit descriptionẽ empl'i in
casu conueniens:ꝛ qm̃ in declinatione materie
sunt magis inspissate et terrestres facte:stat in/
tentio nõ pure resolutiõis propter terrestreita/
tem:sed ẽt mollificationis.qꝛ tñ stomachus est
mẽbrum cui⁹ opõ cõtinua est p toto necessaria
et in talib⁹ vt est snĩa auctorũ:vt infra magis vi
debitur nunq̃ debẽt absolui resolutiua et mol
lificatiua ab aliq̃bus stipticis confortantibus:
quẽ casũ.specialiter posuit Aui.in cura apatum
cal'orum dicens.Et recti⁹ tibi est qñ ad summũ
peruenit curam hora mollificationis et resolu/
tionis:vt non audeas super vtrasq; audacia nu
da cuiuslibet earum.i.vt ponas eas solas medi
cinas humectatiuas et resolutiuas.Jõ addit:i/
mo pmisce medicias mollificatiuas cũ stipticis
Et ponit rõnem.nam in hoc si sis contẽtus mol
lificatis est error magnus.Et quandoq; perdu/
cunt patientẽ ad mortẽ.s.pter dissolutionem
virtutis siue sint medicine q̃ bibuntur aut posi
te sup ipsum extrinsecus.Et dicit q̧ stomac⁹ q̃/
dem dignior est in hoc q̃ epar:ꝛ q̧ stiptica cõue
nientia ad hanc rem sunt illa in q̃bus est aro/
maticitas sicut mastix ꝛ rose ꝛc. ¶Et istũ cano.
seruauit Ras.in textu nostro.Nam cũ medicis
resolutiuis ꝛ cũ mollificatiuis posuit aliquas
stipticas ꝯfortatiuas ꝛ in trociscis interi⁹ offe/
rendis ꝛ in emplo exterius apponẽdo.nã troci/
sci de spica describuntur vt infra.℞.floꝝ sq̃nãti
cassieli.rauedseni.i.reubarbari:calamenti aro/
matici:spice:oĩz añ.ʒ.iij.Jsta oĩa aromatica sũt
cõfortatiua ꝛ ad stipticũ declinãtia:croci:myr/
rhe:anisi:costi:piperis oĩm añ.ʒ.j.talia oĩa sũt
resolutiua exsiccatiua bdellij varij.ʒ.iij.his cuz
resol'one est mollificatio masticis.ʒ.ij.aromati/
ci.ʒ.j.trocisci sunt fortes satis in calefaciendo:
vt ptz:iõ nõ debẽtur nisi in declinatiõe remissa
malitia cõpl'onis cal'e ꝛ ppri⁹ cõuenirẽt in cau
sa frida essential'r ꝛ in mel'ica.Et dixit:informẽt
ex his trocisci quoꝝ vnusq̃sq; põderet auř.j.ꝛex
hibeant cũ modico vini al.si plz vel cũ aq̃ eupa
torij vel camomille. ¶Empl'm q̃z istud fiat:ad/
dit ponẽdo empl'm ad istã intẽtionẽ ꝯueniens
exterius applicãdũ ẽt mollificatiuũ resolutiuũ
ꝛ paꝝ ꝯfortatiuũ:cui⁹ descriptio.℞.bdellij mol/
lis.ʒ.x.armoniaci.ʒ.v.se.beẽ.se.apij amboꝝ.ʒ.x.
spice macis.añ.ʒ.v.ptz q̧ bdelliũ ꝛ armoniacuz
mollificãt ꝛ humectãt:se.apij ꝛ se.beẽ resoluũt
ꝛ exsiccãt:ꝛ mastix ꝛ spica aromatica cõfortãt:ꝛ
ptz ẽt intelligẽti debita pportio eoꝝ ſm inten/
tionẽ nostrã si cõsiderabit:postea addit cere et
est mater emplastri.ʒ.iij.etiam leuiter resoluit
cum humectatione olei de neridẽ.ʒ.xv.ad maio
rem resolutionẽ gumme in vino dissoluant:de/
inde oĩa cõiungantur ꝛ fiat ex eis empl'm.

Des. troc. de spica.

Des. emp

¶(Ad dolorẽ ꝛc.) ¶In hac vltia pte capl'i et ẽ
scđa ps pncipalis hui⁹ ptis de dolore apoſo: et
cõis ad totũ ca[m]:ꝛ ẽt ad sequẽtia ponit necessi/
tatẽ medici erudití in curatiõe passionũ stõi et
epatis faciẽdo excusationẽ a lõga determĩatio
ne de his passionib⁹ in hoc libro dixit:Ad dolo/
rẽ tñ stõi epatis:ꝛ sup.ad alias malas dispões

eorūdē medic⁹ valde erudit⁹ est necessari⁹: qui ipsoꝝ diligēter attēdat dispōnes. Et rō sumitur ex hoc: qm̄ cū sit error in debita curatiōe haruꝫ dispōnū stōi vel epatis: ita vt diuturnent pas- siones in eis: cōicat̄ ꝯn̄r nocumētū in totū cum operent̄ cōes opatiōes toti necessarias. Jō si fit defect⁹ in opationib⁹ stōi vel epatis ꝯn̄r fit cōi- catio nocumēti ad oīa mēbra vt pꝫ: ꝛ hoc ē qđ dixit. Addit faciēdo excusationē: nos aūt aggre gationes ꝛ summas ad hoc ꝯferētes iā diximus lꝫ inq̄tū potuimus in hoc alleuiauerimus siue abbreuiauerim⁹ sermonē. Et sic est finis capl'i.

Expedito sic caº textual'r ꝛ facta recta ꝯti- nuatione huius capl'i de dolore stōi ꝛ apatib⁹ cū p̄cedēti restat ex ordine vt ex more q̄nqꝫ p̄ncipal'r videant̄. Qm̄ pº determina tur de q̄d nois ꝛ q̄d rei hui⁹ nocumēti doloꝛuꝫ. scđo de spēb⁹ doloꝝ stōi prius: tertio de cāis ipo rū: quarto de signis: pº p̄nosticis futuri euētus hoꝝ doloꝝ: deinde p̄nosticis ad bonū ꝛ ad ma- lū: ꝯn̄r de signis demōstratiuis. q̄nto videbitur de cura. Postea istis declaratis ex ordine venie- mus ad diuisiōes apatū stōi: postea ad cās eoꝝ: deinde ad signa: vltimo x̄o ad curā: ꝛ hoc sepa- tim fiet p̄ clariori intelligentia doctrine: sicut etiā Rab. hunc ordinem seruauit in capl'o.

...e q̄ddita ...ꝛ nois.

Quid nois doloris stōi. Pro pº ergo expe- diēdo dolor stōi lꝫ sit accn̄s p̄ se satis manifestū p̄ q̄to dolēt ptes sub pectore immediate cōprehēse in directū furcule: tn̄ ab Alex. dr̄ cardiaca lꝫ īproprie. Nā cardiaca vt. s. dictū est: est cordis passio seu dispō: veꝝ quia os stōi sua ꝯtinuitate ad ip̄m cor sibi vehementia nocumēta cōicat: iō hāc dispōnē cardiacam ap pellauit. Sed magis ꝯtracte ꝛ p̄pri⁹ dꝫ dici sto- matica q̄ cardiaca. Ga. aūt 5º interioꝝ. caº 6º di xit. Antiq̄ vsi sunt appellare os stōi p̄cordiū: iō r̄ Haly. dicit hūc dolorē esse p̄cordioꝝ: qꝛ antiqui os stōi p̄cordia appellabāt. Et qꝛ de ptib⁹ stōi os ei⁹ est maxīe sensitiuū: idcirco dolor stōi p̄prius dr̄ dolor oris stōi tāq̄ ptis magis sensitiue eius Ab alijs aūt talis dolor dr̄ tortura oris stomaci Pro quo nota q̄ tortura in tal'r ledēdo apđ do- ctores p̄pri⁹ dr̄ maior lesio q̄ tortio: qꝛ tortura ē tortio multum ledens: ꝛ ita ad declarandum ve hementiam doloris stomaci appellauerūt ip̄m torturam oris stomati.

...e quiddi ...ate rei.

Quid rei. De q̄d rei aūt doloris stōi pōt di- ci q̄ dolor stōi est mala sensatio tactiua stōi ex cā ip̄m ledēte: ꝛ lꝫ dolor gn̄al'r di catur sensus nociu⁹ sicut delitia est hilaritas sē sus sicut placuit Ga. tn̄ dolor spāl'r vt supra de- claraui in caº de soda: p̄prie refert̄ ad tristitiaꝫ sensus tactus ꝛ non cuiuslibet sensus absolute: qm̄ videndo mulierem turpem non proprie dr̄ quis dolere sed tristari. qꝛ talis apprehensio est tristitia visus ꝛc.

Distinctiones. Jā veniendo ad scđm de spēb⁹ doloris licet dolor stōi ex pte essentie doloris tot possit hr̄e spēs q̄t sunt spēs doloris alterius cuiuslibet mēbri: ꝛ sic essent. xv. spēs: vt voluit. A. scđa primi. tn̄ tales spēs doloris cōiter a medicis ꝯtrahunt̄ ad. 4. spēs: qꝛ tales sunt q̄ cōiter in stō reperiunt̄ vt ad dolorē grauatiuū extensiuū pungitiuū ꝛ corro siuū siue mordicatiuum: ꝛ sic pōt formari prima diuisio de dolore q̄ q̄dā est grauatiuus: quidaꝫ extensiu⁹ ꝛc. ¶ Alia diuisio doloris stōi: q̄dam sumūtur ex parte partiū stōi lesaꝝ: quidā ex pte intēsionis ꝛ remissionis ipsi⁹ doloris ꝛ sic possūt formari due diuisiones q̄ q̄dā est dolor oris sto maci magis: quidā fundi stōi magis: quidā cōis quasi equal'r toti stō. ¶ Alia diuisio q̄ q̄dam est intēsus ꝛ clamosus ꝛ quidā remissus: ꝛ quidam mediocris. ¶ Alia diuisio: quidā est ꝯtinuus: q̄ dam interpolatus. ¶ Et de interpolato pōt ēt fieri diuisio ex mō euentus ipsius doloris. nā do lor stomaci: quidam euenit cum educitur et re- mouetur cibus vel chilus extra stomacum post digestionem: ꝛ quidam euenit tp̄e vacuitatis ꝛ cessat post comestionē: ꝛ q̄dā euenit in fine spa tij cōprehēsionis cibi in stō ꝛ apud horam deci- mā: ꝛ q̄ sequunt̄ eā: vt vult. A. s. an̄ vel post horā x. ꝛ cōiter intelligit̄ p̄ hūc terminū totū tp̄s di- gōnis cibi cōplete: quasi dicat cū cibus digest⁹ est: tūc accidit eis dolor: nā cum cōpleta est di- gestio: tunc est finis spatij cōp̄hensionis cibi. et dicit apud horā. x. vt manifestaret maius tp̄s vt p̄l'm cōprehēsionis cibi ꝛ digōnis ei⁹ qđ est tp̄s x. horaꝝ. ¶ Pōt ēt fieri diuisio de dolore inter- polato: cū cessat dolor q̄ q̄dā est qui non cessat nisi cū vomitu ꝛ sepe mā̄e acute q̄ ebullit cū ca- dit supra terrā: ꝛ in q̄busdā cessat post descēsio- nem cibi ad intestina: ꝛ quidā p̄ aliū modū ces- sat vt p̄ eductionē vētositatis manifeste sursum p̄ eructuationē in q̄busdā deorsum: ꝛ quidā ces- sat ex sensibili expulsione aquose humiditatis p̄ sputū: ꝛ hoc ꝯtigebat dn̄o genitori meo. ¶ Alia diuisio: de doloribus stōi: quidā sunt breues: q̄- dam chronici. ¶ Alia diuisio: quidā succedunt ad alios morbos: quidā fiunt incipiēdo: ꝛ q̄daꝫ simul concomitantur cum alijs vt cum fluxu vē- tris vel spasmo siue singultu stomaci. ¶ Ultia diuisio: quidam contingunt in virtute forti. Et quidam in debili.

De causis gn̄alibus.

Cause. Ueniendo iam ad causas doloꝝ stōi ꝛ primo gn̄ales magis: deinde specia les. Cause igitur gn̄ales doloꝝ stōi sunt sicut ge nera causaꝝ doloꝝ absolute q̄ b̄m sn̄iam auctoꝝ sunt tria. Nam aut sumuntur ex parte malitie complexionis: ita q̄ mala complexio est cā gn̄a lis doloris: aut ex parte solute continuitatis vn̄ solutio continuitatis est cā generalis doloris: aut ex parte cause aggregantis malitiam com- plexionis ꝛ solutionem continui: ꝛ ita tres sunt cause generales: scilicet solutio continui mala complexio ꝛ aggregatum ex eis: vt alibi tertio tegni est declaratum latius: ꝛ secunda primi. ¶ Sed de mala complexione siue de malitia ei⁹ dicebat Auicen. 13ª tertij tractatu secundo ī p̄n cipio. Dolor stomaci accidit: aut propter mali- tiam complexionis sine materia ꝛ proprie acu- ta ꝛ mordicatiua: aut supple a malitia cōplexio nis cum materia sup. acuta dicit Gentilis dubi tando quare dicit Auicen. quod fit a malitia cō plexionis siue materia ꝛ proprie acuta: hoc fecit ad innuendum ꝛ declarandum quod si dolor pendet a malitia complexionis si dicta malitia complexionis inducitur in membrum a mate- ria acuta: tunc proprie dicitur pendere a mali- tia complexionis cum materia. Sed si in mem- bro esset malitia complexionis ledens causans dolorem: ꝛ tamen in membro coniungeret̄ mā̄ nō male qualitatis: immo exēpli gr̄a tēperata

in qualitate ꝛ lenis nõ multe quantitatis neqꝫ membrum extendens: tunc lꝫ ille dolor pẽdeat a malitia cõplexionis: ꝛ ibi cõiungeretur materia: qꝛ tñ illa malitia cõplexionis in membro ledens nõ esset dependens ab illa mã vt supponitur: nõ deberet dici talis dolor pendens a malitia cõplexionis cum materia: ex quo ille dolor a materia nõ dependet vt supponit̄: cũ ipsa non sit acuta: ꝛ ꝑinde declarando dolorẽ pendere: a malitia cõplexionis cũ mã dixit ꝛ proprie acuta ꝛ ex opposito qñ pẽdet dolor ꝑpter malitiã cõplexionis absqꝫ materia absolute vt est de dolore ab aere frigido vel excessiue calido aut etiam absqꝫ mã ꝑprie acuta: tunc debet dici dolor a malitia cõplexionis sine mã. Sed si causa doloris fuerit mã acuta ledens ꝑ malitiã cõplõnis materie: tunc dꝫ dici ꝙ pẽdet a malitia cõplexionis cũ mã. ¶ Et ita oĩs cã que imprimere potest malitiã cõplõnis ꝛ maxime subito ꝛ mãliter imprimens siue illa sit cã corporalis intrinseca siue nõ: oĩs talis cã que dicit̄ facere dolorẽ est malitia complõnis: ꝛ ita etiã oĩs cã potens facere solutionẽ cõtinuitatis põt esse cã doloris si inducat solutionẽ in membro sensitiuo: sꝫ vtrum cũ solutione cõtinui sit necessaria mala complõ ad hoc vt fiat dolor nõ curo hic disputare. nam de hoc dictũ est supra in pº tractatu de soda. Et ita quãtitas mãe extendens membruꝫ preter naturã vt est de mã cõtenta inter tunicã et tunicã stõi talr̃ extẽdens ꝙ soluat cõtinuum est de causis doloris stõi. Omnis etiã cã q̃ ledere põt vtroqꝫ modo. s. malã cõplõnẽ inducendo ꝛ solutionẽ cõtinui in stõ est de causis doloris stomaci: vt est apã vel vlcus: maxime de apatibus calidis intelligẽdo: in q̃bus aggregat̄ ꝛ malã cõplõ ꝛ solutio cõtinui: qδ declarat̄ ex extensione ꝛ mordicatione in eis cõtingẽtibꝰ. Et ita generaliter oẽs materie in stõ vel qualitate vel quãtitate ledentes possunt facere dolorẽ stõi: ꝛ ita vẽtositas extẽdendo ꝑter naturã est de causis maxime dolorꝫ stõi. Oẽs etiã cause extrinsece potentes adducere ad cõplõnẽ vel cõpõnẽ sufficientes ad dolorẽ possunt facere dolorẽ in stõ: vt casus vel ꝑcussio. Sed q̃libet talis cã aliqñ facit dolorẽ grauatiuũ vt si peccat multitudine et fuerit hũoralis. aliqñ facit dolorẽ extẽsiuuꝫ: vt qñ mã sua quãtitate ꝛ nõ sua multitudine neqꝫ põderositate neqꝫ acuta qualitate impmẽs: sed taliter est membrũ extẽdens vt soluat cõtinuum: ꝛ aliqñ mã eiusdẽ rõnis facit etiã dolorem acutũ simul cũ alijs modis doloris. Secundo mõ materia flegmatica nõ intense frigiditatis sed multitudine ledens põt facere dolorem grauatiuũ: ꝛ qñqꝫ inclusa inter tunicas stõi potest facere dolorẽ extensiuum. sed si fuerit plurimum frigida: vt est de flegmate vitreo põt facere dolorem acutũ qualitatem frigidã imprimẽdo in membrũ: non tñ tante intensionis ꝙ mortificet: qꝛ tunc non causaretur dolor. Et istã sententiam expressit Rasis quinto continentis. dixit ꝙ generatur aliquando in spatiositate oris stomaci flegma vitreum ex quo excitatur in stomaco dolor ita fortis vel ita vehemens ꝙ irritat in homine omnes operationes suas. i. facit ipsum quasi furiosum. Et eandem sentẽtiam innuebat Aui. de ventositate in caplõ proprio de dolore stomaci. cum dixit. Et quandoqꝫ fit dolor stomaci ex ventositate: aut dolor fortis sup. extensiuus: aut dolor pungitiuus sup. a ventositate cum est subtilis acuta in ꝑfundũ membri penetratiua ꝛ maxime si cũ ea cõiungatur aliqua mala qualitas nociua stomaco: ꝛ maxime quod dictum est de materia eiusdem speciei que aliquando facit diuersos modos dolorum ꝫm diuersitatem diuersarum naturarum in ea: maxime verificatur in hominibus habentibus stomacum vehementis sensus. Nam vehementia sensus stomaci est maxima causa dispositiua vt a causa quasi qualibet dolorosa ledatur: aut dolore grauatiuo: aut extensiuo: aut acuto vel pũgitiuo: aut corrosiuo ꝛ mordicatiuo ꝫm ꝙ materia diuerso modo per diuersa ꝑ̃ncipia impmit. ¶ Et ita patet ex dictis quomodo quecũqꝫ causa imprimens malam complexionem sine materia siue fuerit de extrinsecis ꝛ primitiuis. Et q̃cunqꝫ causa etiam materialis imprimens malã complexionem calidã vel frigidaꝫ siue alterius nature nocentem ꝛ non reducibilem in manifestam qualitatem primã de actiuis sunt de causis dolorum. Et hoc modo quedã genera venenorum adducunt ad dolorẽ: non per hoc ꝙ sint calida vel frigida sed per aliũ modum: lꝫ quedam eorum adducant per caliditatem adustiuaꝫ: vt arsenicum: ꝛ quedã alie medicinaꝝ solutiuarũ ledendo stomacuꝫ per diuersos modos positos a Mesue supradictos in capitulo superiore.

¶ Mala autem complexio sicca raro adducit ad dolorem: quoniã non fit subito imprimens: qꝛ tarde est impressionis: ꝛ ita quasi paulatine inducitur ꝙ dolorẽ non causat. Si ergo aliquãdo dolorẽ efficit: hoc non facit per malitiã complexionis diuerse: sed qꝛ ad eã sequitur quarũdam partiũ stomaci aggregatio ꝛ ab alijs separatio: ꝛ ita per solutionẽ continuitatis magis facit dolorem. ¶ Cõplexio aũt humida sine materia vt sepe dictũ est dolorem non facit. ꝛ quando Aui. ponit exemplũ de aqua frigida ꝙ exꝰ potu eius qñqꝫ ꝑuenit dolor stõaco estuosus clamosus: ꝛ quandoqꝫ moritur subito propter aduentum dolorũ ad cor. i. cõicato nocumento ad ipsum cor propter stomachũ dolenteꝫ: vnde sup. fit syncopis ꝛ tandem mors: ꝛ ꝙ aliquando cõmunicatur dolor. i. descẽdit dolor in intestinis et facit venire colicã: hoc totũ non efficit aqua per humiditatem sed principaliter per frigiditatẽ: ꝛ maxime hoc contingit in habentibus stomacum excarnatũ ꝛ tunicam intrinsecã discoopertam. Nam frigidum vt fuit sententia Hip. et Gal. nocet neruosis membris illo affo. Frigidum vlceribus mordax ꝛc. ¶ Sed hic bene notate quod vbi aqua frigida tantum per excessiuam frigiditatem infrigidaret stomacum: quod in eo fieret spirituum ꝛ caloris naturalis extinctio: tunc non causaretur dolor stomaci in quo prosterneretur sensus eius: sed quando cum frigiditate ꝑcepta subito occurrente ꝑ illũ modũ fit dolor additur etiã ad dolorem: quia diminuta aliqualiter caliditate ex occursu aque frigide: stante tamen debita stomaci sensatione fit ꝛ generatio ventositatis a debili calido naturali vnde ab eadem ventositate inclusa inter tunicas stomaci fit dolor vel extensiuus vel acutus pungitiuus secundũ quod ventositas vel extendens est vel soluens continuitatem vel ꝫm qδ

Vẽtositas extendendo est de causis.

Dolor fortis interdũ causat̄ in stõ a flegmate vitreo.

Qualit̄ q̃dã gña venenorũ adducunt ad dolorẽ stomaci.

Silr̃ cõplõ hũida sine mã dolorẽ nõ facit.

subtilis penetratiua in membrū ledit vt supra
Et ita cōplicatis diuersis modis doloris a po-
tu aque frigide fit dolor estuosus τ clamosus in
stomaco: τ maxime hoc cōtingit qñ bibitur aq̄
multe quātitatis ieiuno stōaco existēte multū
auido ad sumendū potū: τ in vehemēter sitiēti
bus estate vt colericis accidit p̄cipue exercita-
tis: qm̄ tunc maxime subintrat in p̄fundū mem
brorum. ¶ Et sicut dictum est de aqua frigida
faciendo ad generationē ventositatis: qd̄ fit cā
doloris estuosi: ita similiter ex malitia regimi-
nis τ ex corrupta dieta τ in cibis in se ex ordine
cibatiōis s̄m diuersos modos positos supra in
ca° p̄cedenti: vnde fit debilitas stōi p̄ducit ad
generationē ventositatis τ fit cā doloris estuo-
si. Et istā cām expressit Aui. in ca° p̄prio cum di
xit: τ ex hominibus est cui accidit p̄pter multi-
tudinem comestionis τ iterationis eius sup. ad
cibum nō s̄m veritatem famis τ p̄pter repletio
nem corporis eius ex satietate nauseatiua adu
stio in stomaco ipsius intolerabilis. ¶ Et sicut
dicitur de istis causis talr̄ imprimētibus ita q̄-
cunq̄ soluunt cōtinuū stōi: per aliū modū p̄nt
esse de causis doloris stōi. ¶ Et ita vermes ī sto
maco aliquotiens mordicādo τ aliquotiēs ro-
dendo substantiā stōi τ ex ea se depascēdo sunt
aliqñ cā vehementissimi doloris. ¶ Uomitus
etiā laboriosus est de causis taliter ledentib⁹ τ
frequēs vsus medicinaꝝ acutaꝝ. ¶ Sed de cau
sis materialibus τ corporeis magis p̄nt omnes
humores causare dolorē extensiuū τ grauatiuū
et grauitate τ multitudine ledentes: tñ vt mul
tum causant dolores acutos τ mordicatiuos vt
colera sua acuitate τ caliditate: τ flegma aceto
sum vel salsum sua acetositate vel salsedine: et
melēcolia etiā quadā acetositate mordicatiua:
et aliquotiens quadā qualitate agente per oc-
cultum modū τ venenositatē vt cōtingit in me
lencolia adusta facta ex colera p̄fluēte tali mā
ad stomacū vt his primis diebus vidi in qua-
dam spectabili dn̄a Magdalena de Bossis: ad
cui⁹ stōm fluebat mel'ia adusta venenosa a qua
musce fugiebant: τ tantā doloris vehemētiam
imprimebat in stōm vt frequenter cōpassione
cordis caderet in syncopim: τ per illū modū nō
tantū effusio humoris acuti ad stōm: sed etiam
cum ibidē in stō generat vt est de colera prassi-
na: fiunt aliquotiens dolores stōchales clamo-
si. Et istud p̄cipue accidit ex malitia regiminis
in sumptione quorūdam cibarioꝝ in quib⁹ est
parata symboleitas ad generationē colere pras
sine: vt est de comedētibus cepe allia τ porros τ
precipue folia eoꝝ. ¶ Ut plurimū tñ fiūt tales
dolores ex humoribus mordicatiuis fluētibus
ad stōm ex epate vel splene: p̄pter quē fluxū tā-
q̄ ex maxima cā doloris stōi pōt assignari ratio
quarūdā cōtingentiaꝝ: de q̄bus dictū est supra
in diuisionibus que fuerūt p̄tingētie posite ab
Auic. in textu: vt p° quare est q̄ tp̄e vacuitatis
accidit dolor: τ sumpto cibo minuit: sumitur ex
hoc cā qm̄ tp̄e famis profluit mel'ia ad os stōi
et cōsequenter imprimit in substantiā eius sua
mala qualitate: τ etiam colera forte etiā fluens
ad stomacum malam qualitatē imprimit: τ ita
fit dolor τ tñ sumpto cibo minuitur: dolor: tum
q̄ cibus deponit materiā ledentē ab ore stoma
ci ad fundum eius: τ ita cū fundus stōi sit pars
minus sensitiua q̄ os eius: minuit dolor p̄ con-
uersionem humorū ab ore stōi multum sensitiui
ad fundum eius nō sic sensitiuū per cibū. secun
do potest minui dolor post cibum: q̄ cibus sua
corpulentia cōmiscetur cū humore: τ sic remit-
tit malitiā eius ad eius imprimendū: etiaꝫ ali-
quotiens sua qualitate remittit acuitatem hu
moris: vt stante cibo frigido actualiter τ poten
tialiter per eius comestiones cū humore coleri-
co minuetur impressio acuitatis colere: τ sic mi
nuetur dolor. ¶ Et ex eadem cā de fluxibilitate
humorum ad stōm sumitur ratio alterius p̄tin-
gentie. s. q̄ quibusdā accidit dolor sumpto cibo
immediate vel quasi immediate. Nam fluxa ma
teria ad fundū stomaci vt mā colerica per porū
naturaliter deferentē coleram ad fundū stōi cū
abundat super eā que requirit ad debitaꝫ dige
stionem fundi stomaci: ita vt recipiatur notabi
lis eius portio in cōcauitate eius fundi stoma-
ci: sicut frequenter accidit infelicibus: in q̄bus
porus deferens coleram ad fundū stomaci est la
tior eo qui defert ad ieiunū: siue etiā fluxit ma-
teria mel'ica que profluit ad os stōi hora famis
ad fundum ipsius stōi. Nā in talibus cū sumit
cibus: tunc descendens ad fundū stōi sua graui
tate cōprimit illā materiā versus os stōi: vnde
perueniens ad ip̄m p̄pter eius sensibilitatē cau
sat dolorem: τ ita post cibū sumptū fit dolor q̄
nō remouetur aliquotiens nisi aut p̄ vomitum
illius materie: aut post digestionē cibi cū cib⁹
expellitur: q̄ tunc simul cū eo dictus humor ex-
pellitur: τ de his dicebat Aui. q̄ plurimi eorum
sunt mel'ici: q̄ in melēcolicis abūdat mel'ia τc.
Fluxus ergo τ colere τ mel'ie ad fundū stōi cum
effunduntur nō ledunt: qm̄ dicebat Auic. ambe
cadunt in profundū. i. in fundū vbi non est ma-
gnus sensus. Cūq̄ cib⁹ p̄miscet eas vt ait remo
uentur cū cibo. i. a cibo cōprimunt τ ascēdūt ad
os stōi. ¶ Sed est hic breuis dubitatio: q̄ Aui.
dicit q̄ citius ledit mel'ia q̄ colera causando do
lorē: qd̄ nō videt rōnabile cū colera sit calidior
et magis mobilis: idcirco videt citi⁹ posse lede
re colera q̄ mel'ia. Aliqui dicūt q̄ hoc est q̄ nāle
est q̄ mel'ia petat os stōi τ colera fundū ipsi⁹: et
q̄ iste materie nō causant magnū dolorē nisi p̄
uenerint ad os stomaci: idcirco citius ledit me
lencolia q̄ colera p̄ istū modum. Uel aliter pōt
dici q̄ q̄ mel'ia tardius remittitur in malitia a
cibo q̄ colera: ideo q̄uis materia colerica eleua
retur per cōpressionem factā a cibo sicut etiam
melencolia: q̄ tñ colera esset remissa magis a ci
bo q̄ melencolia: idcirco nō ita cito ledit os sto
maci sicut melencolia. sed postea colera in pro-
cessu cū reducitur ad suā naturalem malitiam:
fortiorem postea efficit impressionē τ magis do
lorosam q̄ melencolia. remissio ergo malitie ac
quisita in colera a cibo facit vt colera tardi⁹ ma
gnum nocumentum imprimat vt patet. Et qd̄
cibus sumptus minuat malitiā humoris decla
rat experimentum: quoniam aliquibus fame-
scentibus et dolentibus cum sumunt cibum mi
nuitur dolor: et hoc non propter aliud nisi pro-
pter commixtionem cibi mixti cum humoribus
attractis ad os stomaci hora famis. Licet etiaꝫ
dici posset vt supra dicebatur: quia cum cibo
trahuntur humores in ore stomachi existen-
tes ad fundum eius; et sic dolor minuitur et sic

Uermes ī terdū causant vehemētissimū dolorē stomaci.

Quare aliquib⁹ accidit dolor stōi tp̄e vacuitatis τ sumpto cibo minuitur.

Quare aliquib⁹ sumpto cibo accidit dolor stōi.

declarat ꝙ fluxus hu. ad stōm est de causis doloris stomaci ꝑ verificationē harū cōtingentiarum. ¶ Similiter ⁊ ꝑ verificationē alteri' contingētie posite ab Aui. declarat ꝙ gñatio vētositatis vel flegmatis acetosi vel qualitatis alterius mordicatiue acquisite in cibo cuz cibus digerit est de causis doloris stomaci: ⁊ h̄ est contingētia quā ponebat Aui. de hominibus q̄b' accidit dolor in fine spatij cōphensionis cibi in stomaco ⁊ apud horā decimā: ⁊ q̄ sequuntur eam vt. s. exponebat: ⁊ postea remouet dolor facta digōne cibi in expulsione eius ad intestina nā cum stomacus amplectit ꝑfecte cibū in fine cōphēsionis stomaco debili exñte certo dato agēte debili calore in cibum ⁊ debiliter cibo digesto acq̄rit acetositas in cibo vl' gñatur vētositas q̄ facit ad dolorē ⁊ postea ꝑfecta digōne acq̄sita remouet acetositas cibi ꝑ quā ledebat: vl' insensibilr vētositas resoluit vel cū cibo expellit: ⁊ ita post digestionem remouet dolor.

De causis vētositatis gñatiuis.

¶ Postea adueniēte augmento cōuenit minuere aliquid de repercussiuis ⁊ apponi aliq̄d parū resoluēs. Nam in virtute talis aliqualꝛ resoluētis q₂ quasi adducitur ad cōplexionē membri naturalis minuit̄ dolor: q₂ ⁊ etiā euaporat aliquid qꝺ cōtinetur. Nam dicebat Gal. loco alleg. 13° terapētice. Similiter aūt ⁊ calefaciētia moderate ꝫm vtrosq₃ modos iuuant cū dolorē cessare faciunt ⁊ euaporant qꝺ cōtinet̄ in patientibus ꝑticulis. Nā in cessare faciendo dolorē augmentationē prohibent sup. apātis: ⁊ in euaporando vero sanāt qꝺ iam genitū est flegmonis: ⁊ qm̄ in ꝓcessu augmenti ⁊ versus statū cōtinuo crescit intentio minorationis doloris: ⁊ etiā maioris resolutionis materie: ⁊ tū semp est fluēs mā: idcirco versus statū accedendo: l₃ repcussiua debeāt dn̄ari tū apponendum est plus ⁊ plus de resolutiuis repcussiua paulatine minorādo vsq₃ ad statum veniamus ⁊ declinationē qn̄ dn̄antia debēt eē resolutiua: cū hoc tū ꝙ ex ꝑte mēbri debent apponi semp aliqua stiptica cōfortatiua: vt alias dictū est ⁊ declaratū. Ideo in p̄n° exteriusvalet epithima ex succo solatri cū aqua endiuie ⁊ acetose ⁊ stāte maiori flāma op₃ addi de succo semperuiue ⁊ portulace: ⁊ cū sandalis ⁊ cū modico camphore. Et si placet pōt poni de mucilagine iusquiami: ⁊ tandē possunt fieri empl̄a cū faria or. ⁊ lenticula aque cū decoctione ro. ⁊ plātagis ⁊ cum modico oleo ro. siue myrtino: ⁊ in ꝓcessu op₃ minorare extremalꝛ repcussiua frida ⁊ addere aliqꝺ resoluens cōfortans vt camomilla. Nā dicebat Auen₃. est aūt camomilla ꝓprietatem habens vt iuuent̄ mēbra ab ea vt supra allegatū est: ⁊ recipiāt ꝑ eā maximū iuuamentū. Pōt etiā in ꝓcessu addi aliq̄d absinthij qꝺ singulariter valet cū resolutione sua ⁊ cōfortatione. Et de eo dicit Aui. in ca° ꝓprio de cura apātū stōi. Et absinthiū cū ex eo fiat empl̄m sup. cū repcussiuis cōfert apāti. s. in p̄n° ⁊ augmēto prohibēs ne imbibat̄ in oībus ꝑtibus stōi. Et in hoc vide etiam que dicta sunt supra in ca° circa textū: et multi faciunt empl̄m in p̄n° maxime in colerico vt fuit Serap̄. ⁊ qui sequunt̄ eū ex rasura cucurbite cū farina or. ⁊ decoctione solatri ⁊ arnoglosse. i. plātaginis ⁊ folioꝝ salicū ⁊ violaꝝ siccarum. Postea dixit: ⁊ ꝑmisce cū eis post septimū cunas. i. flores camomille ⁊ mellilotū ⁊ absinthium ⁊ spicā ⁊c. ⁊ postea magis in ꝓcessu cū est intentio maxime ad resolutionē addidit Serap̄. empl̄m Gal. dicit sic. Et de cōsuetudine quidem Gal. fuit vt vteret̄ in apātibus stōi sup. in dicto tp̄e semp ceroto facto ex aloe ⁊ mastice et cera ⁊ oleo balsami. Et ponit cōpōnē ⁊ ordinem Gal. dicens. Et ipse q̄dē accipiebat ex cera aur. viij. ⁊ liquefaciebat eā in estare cū oleo ro. ⁊ hyeme cū oleo balsami: ⁊ sit oleū. ℥. j. Cū ergo ifrigidatur ꝑmiscet cū eo aloem ⁊ masticē ꝯtritā accipiendo ex eis aur. j. ⁊c. Sed Nicolus florentinus fecit artificiale empl̄m ⁊ singulare i hac materia. Et est tale. ℞. farine or. ℥. ij. sandaloꝝ alb. et ru. roſ. ru. boli ar. an̄. ʒ. j. spodij. ʒ. ß. cāphore. ʒ. ß. incorporent̄ cū succo plātaginis aut iusquiami vel cū mulsione seminis eoꝝ. Addit ad maiorē infrigidationē tp̄e maxīe flāme: ⁊ qn̄q₃ ponitur de corticibus mādragore sup. in decoc. et opij parū. s. gra. ij. vel. iij. Et quidā addūt predictis acetū vini vt faciat penetrare: ⁊ ob hāc cā₃ ⁊ ad cōfortationē caloris nālis stōi q̄dā miscēt cum p̄dictis modicū spice ⁊ calami aromatici ⁊ similiū: ⁊ istud ego laudo ne extinguat̄ calor naturalis stōi qui debilis est.

Quid i stomaco.

Optimum empl̄m in p̄n° apātis.

¶ Et nota ꝙ talia q̄ applicant̄ exterius in p̄n° ⁊ augmēto ad hāc intentionē debēt apalicari actu frida ⁊ cum calefiunt reuocari: sed cū est status debēt apponi tēperata actualꝛ. s. cum q̄rimus resolutionē ⁊ mollificationem: ⁊ etiā multo magis in declinatione: ⁊ semp cum his apponas aliqua ꝯfortātia ⁊ nō audeas sup sola resolutiua ⁊ mollificatiua: et hunc cañ. notauit Aui. vt supra allegatū est cum dixit in isto ca°. Et recti⁹ tibi est qn̄ ad summum ꝑuenit cura hora mollificationis ⁊ resolutionis puta hora stat⁹ vel declinatiōis vt non audeas sup vtrasq₃ audacia nuda cuiusl₃ eoꝝ: immo ꝑmisce medicinas mollificatiuas cu₃ stipticis. nam in hoc. s. in apātibus hui⁹ mēbri si sis contentus mollificatiuis est error magn⁹: et qn̄q₃ perducit patientem ad mortē: ⁊ ita etiam in resolutiuis solis vt supra declaratum est.

Nota hos canones.

¶ Et sicut dictū est de extrinsecus applicādis: qm̄ idem intelligit̄ de intrinsecus exhibendis: qm̄ in p̄n° magis frida ⁊ stiptica offerri debēt et in processu minus: ⁊ ita Serap̄. in prin° exhibuit cum iulep ⁊ aquam endiuie ⁊ aquā solatri sup. cum syrupo ro. vel de cydonijs: postea in processu addidit: vt post septimu₃ ad magis abstersiua ⁊ ad aquā feniculi ⁊ apij et absinthij ⁊ trocisci de roſ. et syrupis stipticis infrigidantibus vt cū syrupo Auicen. modificans hoc dictum voluit tantum exhiberi illa frigida vsq₃ ad septimum: sed pro omni tempore quo durat inflammatio ⁊ caliditas permanet: et dicens. Et quamdiu caliditas permanet aquam endiuie si sit post septimum nō abscindas

nie ꝛ aquā solatri ꝛ aquā alchechēgi ꝛ tharase-
cō. postea dicit. Et ꝑmisce cū illis aquā fenicu-
li ꝛ apij: vt etiā fecit Sera. ¶ Et ita ad statū ve-
niēdo cū est intētio resoloñis exterius pōt ad-
di in sacculis vel fomētationibus de camomil-
la spica sq̄nāto cyperis fenugreco paritaria et
hmōi: ꝛ in vnguētis pōt addi de aloe spica cel-
tica ꝛ cinnamomo: ꝛ ita ꝑ interius post exhibi-
tionē syrupi ro. ꝛ syrupi cydonioꝝ: ad augm ve-
niēdo pōt addi de melle ro. ꝛ in ꝓcessu magꝫ de
syrupo de duabus radicibus sine acero minuē-
do stiptica ꝛ addēdo resolutiua vt cū aqua en-
diuie ꝛ cicoree dimissa aq̄ plātaginis pōt addi
de aq̄ camomille ꝛ absꝫ. Et tādē bethonice.
¶ Et q̄ dicta sunt cōuenire quasi in augmento
apatis calidi essent cōuenientia in pn° apatis
fridi: ꝛ ita ꝑ ordinē q̄ debētur in statu calidoruꝫ
quasi cōueniūt in augmēto fridorum ꝛ interi⁹ ꝛ
exterius de vnguētis ꝛ emplis. Nā facta fomen
tatione cū aliq̄bus vel repcussiuis vel resoluti
uis cū fece eoꝝ q̄ decocta sunt possunt fieri em-
pla ad casum cōueniētia cum oleis appropria-
tis ſm diuersas intētiōes vt a pn° cū cydonijs
ꝛ cum oleo cydonioꝝ: ꝛ in ꝓcessu cum absin. spi
ca ꝛ cum oleis eorum: ꝛ in declinatione cū olis
de been vel laurino exhibēdo etiā confectiōes
gradatim diuersas ſm diuersitatē materie ſm
qđ dcm̄ est. s. in materia frigida vel calida: di-
uersas etiā ſm diuersitatem temporum aposte
matū de illis q̄ sepe sunt annumerata.
¶ Et hoc totū intelligatꝛ cū apa est in via reso-
lutionis vel speratꝛ de resoloñe: q2 si mā apatis
sit in via nō resoloñis: sed suppuratiōis: qđ de-
claratꝛ q2 accñtia nō minuūtur ꝛ ꝑ alia q̄ dicta
sunt supra in signis tūc aliter est intēdendum.
Nam tūc opꝫ accelerare maturationem apatis
q̄citius fieri possit: ꝛ ita expedit minuere stipti
ca ꝛ addere mollificatiua: vñ aliq̄bus stipticis
minoratis pñt addi ad mollificationē fenugre-
cū se. lini in decoctionibus ꝛ ficus pingues pas
sule cū radice althee ꝛ folijs eius: ꝛ ex his pñt
fieri empla addēdo de farinis se. lini ꝛ fenugre-
ci ꝛ ponēdo de ysopo humida ꝛ de oleo de lilio
Et qñ materia pur esset inobediēs opꝫ addere
de generibus gummi maxime de armoniaco dis
soluto in oleo de lilio: postea supaddēdū est ali
qđ cōfortās: vt est supra dcm̄ vt est lignū al. vel
calamus aromaticus.
¶ Sed qñ materia est saniata q̄ ex signis supra
habitis clare declaratꝛ: tūc surgit intētio de eru
ptione apatis cōuertēdo si possibile est vt rum
pātur exterius cū oībus ingenijs de q̄b⁹ est di-
ctū supra in pleuresi: ꝛ sic opꝫ vt apponātur in
emplis ꝛ fomētatiōib⁹ ea q̄ cū hoc qđ mollificāt
etiā attrahūt ad exterius: ꝛ ita gña gummi sūt
ꝯueniētia: nō tñ dꝫ obliuisci quin ponatꝛ aliq̄d
cōfortās vt est spica: ꝛ ꝑ interius etiā offerātur
q̄ mollificāt: et tūc lac est cōueniēs: ꝛ etiā cassia
fi. ¶ Et si forte ꝑ nām nō rumperetꝛ stante sania
tione ꝛ cōuersa materia exterius ꝓ ꝑte tūc lau
dabilis est ne ꝓpter corrosionē saniei rumpatꝛ
pellicula interior stomaci: vt cū flebotomo exte
rius apiatur: sed hoc dꝫ fieri cū maxa diligetia
vt supra dcm̄ est in pleuresi: ne multa q̄titas sa
niei subito educatꝛ: immo paulatine ꝛ per vices
ꝓpter resoloñē q̄ sit in ꝟtute: ꝛ in hoc vidi bis
ꝑiculū q2 fcā ꝑforatiōe exteri⁹ ꝛ eductiōe nota-
bilis ꝑtis saniei deducti sunt. j. x. vel. xij. horas
infirmi ad mortē. ¶ Et vtplm siue rūpantꝛ inte
ri⁹ siue exterius casus tales sunt mortales: tñ i-
tēdēdū est cū abstergētib⁹ ꝛ mūdificātib⁹ siue
ꝑ exteri⁹ siue ꝑ interi⁹ valet aq̄ orđ. ꝛ in ꝓcessu
cum succa° ꝛ tādē cū melle cocto ꝛ co. ꝛ in mate
ria magis grossa vbi est idigētia maiorꝫ abster-
sionis oꝫ addi in decoctiōe de passꝫ. vl duas sic⁹
siccas veniēdo vsq3 ad aristol. ita q̄ ꝓ toto tpe
quo apparet sanies semꝑ apponātur mundifi-
catiua ꝛ abstersiua anteq̄ cōsolidatiua applicētꝛ:
postea stāte intētione abstersiōis ꝛ cōsolidatio
nis simul dꝫ exhiberi hiera simplex in modica
q̄titate nō vt soluat: s3. ʒ. j. ꝓ vice: qm̄ in virtu-
te spēꝝ est abstersiua: ꝛ in virtute aloes est gña-
tiua carnis. ¶ Deinde facta ꝑfecta mūdificatio
ne est occurrēdū cū incarnātibus ꝛ cōsolidanti
bus vt exhibitiōe lactis ꝛ cum thure ꝛ boloar.
ꝛ reliq̄s dictis supra in ca° de pleuresi ad quem
locum recurres ꝓ ista mā q2 nō intēdo ꝓlonga
re sermonē qñ nō expedit s3 abbreuiare.
¶ Et ita similiter si apostema terminetꝛ ꝑ viam
indurationis vl ꝑmutetꝛ recurre similiter ad ea
q̄ scripta sunt in loco ꝑallegato. Sed vnū spāle
cōmemoretꝛ cū apa induratꝛ qđ est Sera. in cap°
ꝓprio: qm̄ opꝫ in medicinis faciētibus ad reso
lutionē ꝛ mollificationē semꝑ in eis eligi medi
cinas q̄ sunt aromatice: siue sint mollificatiue si
ue resolutiue: eligēdo etiā de appropriatis di-
uersis spālr cōferētibus ad spālia membra in q̄
bus cōtingit apostema indurari cum antiquatꝛ
Nam eadem humectantia resoluētia nō semꝑ
cōueniūt in omnibus apostematibus duris in
diuersis membris nutritiuis eueniētibus: et h
snīa colligitꝛ expresse in ꝟbis Sera. quoꝝ series
talis est ꝛ notabilis. Cuꝫ ergo apostema antiq̄tꝛ
ꝛ induratꝛ: tūc vtere ex omnibus colorib⁹ medi
cinarū. i. ex omnibus medicinis cuiuscunq̄ vir
virtutis sint in eo in quo sit aliq̄d aromaticita
tis. Et declarat addēdo. Et ex medicinis lenien
tib⁹ ꝛ ex medicis resoluētibus ſm silitudinem
cōpōnis empli facti cū mellilotto. Addit. nam ꝑ
mixtiones hui⁹ empli sunt multe: qm̄ cōueniēs
est sup. hoc emplꝫ apatib⁹ visceꝝ q̄ sunt sub my
rach oīm sup. cū est intētio resoloñis ꝛ mollifi-
catiōis addit qñ alteratꝛ parumꝑ donec fiat vt
vna cōmixtionū ei⁹ cōferat apati epis: ꝛ altera
ꝯferat apati stōi aut splenis aut lacertoꝝ q̄ sūt
supra vētrē: ꝛ ita voluit q̄ nō ſm vnā descriptio
nē empli de mellilotto debem⁹ vti in apatibus
diuersoꝝ mēbroꝝ: s3 oꝫ diuersificare ſm diuersi-
tatē mēbroꝝ q̄b⁹ occurritꝛ eligēdo medicias il-
lis membris appropatas: vt epaticas in apate
epis ꝛ stōaticas in apatib⁹ stōi ꝛc. Et istū cano.
nō intellexerūt oēs ꝑctici. ¶ Preterea Ra. 5° cō
ti. faciēdo emplm appropatū apati frido in stō
ꝛ exñti in via indurationis fecit notabilē cōpō
nē in q̄ ponūtꝛ multa cōia resolutiua ꝛ mollifica
tiua: postea determiatꝛ ad apata stōi sic q̄ non
alioꝝ ꝑ multas particulares medicias stomati
cas magis: cui⁹ descriptio talis est. ℞. masticis
ʒ. v. corone regie. i. mellilotti. ʒ. x. radicuꝫ malua-
uisci. i. altee fenugre. camomille: anheti. se. lini.
añ. ʒ. x. violaꝝ siccaꝝ. ʒ. x. amomi. ʒ. v. laudani. ʒ.
x. myrre. ʒ. viij. aloes. ʒ. xij. safrani. i. croci. ʒ x. ca
momille maiorꝫ. ʒ. x. debet esse camomilla cui⁹
flos est purpureus: q2 camomille tres sunt spēs

Quid agēdū i statu.

Quid agēdū i fridis apatibus.

Quid agēdū qñ apa tēdit ad saniem.

Quid agēdō qñ apa termiatꝛ ꝑ viā idurationis.

sut vult Sera. de mēte Diasco. bdellij. ʒ. xx. gūmi ʒup. arabici. ʒ. x. dragagāti thuris masculi. añ. ʒ. v. absinthij aromatici oppoponaci adipis gal line ⁊ cerui ⁊ medulle tibiarū eius. añ. ℥. ʃ. ϟ. cere. ℥. iij. terātur q̄ terēda sunt ⁊ gummi infundātur in vino ⁊ cōficiātur cum oleo liliorum oīa.

Nota bñ. Addit. ⁊ ɫafranus infundaƭ ⁊ mirabile erit ad dissoluēdū. ecce quomō intrāt multa stomatica de aloe mastice myrrha thure absinthio ⁊c. vbi si deberet fieri pro epate oporteret apponi de spica ⁊ sq̄nāto ⁊ cyperis ⁊ calamo aromatico ⁊ vbi p splene de scolopēdria de corticibꝰ radicū capparorū: ⁊ ita opȝ diuersificari emplm̄ de melliloto ẜm diuersitatem membrorū in q̄bus sunt apostemata: vt fuit snīa Serap̄. supra. Et ita fit finis huius singularis capli de doloribꝰ stomaci ⁊ apostematibus eius: finiti Cremone vbi vocatus eram ad curam vnius magnifice domine die nona septembris: anno dñi. 1467. cum gloria dei.

¶ De singultu. Capitulum iiij.

CUm singultus post grossi cibi comestionem aut vini valde tē perati bibitionem supuenerit: aqua calida in qua cyminuȝ ⁊ mētha ⁊ mentastrum ⁊ parū thuris bullierit multotiēs in potu est sumenda.

¶ Et egro vt dormiat est precipiendum ⁊ venter vaporandus ⁊ ieiunanduȝ est ei.

¶ Cum autem p multos dies a comestione abstinuerit: iubendum est balneum sepe ingredi. Deinde paucis cibis desiccantibus tñ est alendus sicut sunt galagie et mutagenat cum seminibus ⁊ vini parum puri in potu tribuendū. ¶ Et si hec non suffecerint: trocisci isti dādi sunt q̄ dicūtur de thure. ℞. thuris. ʒ. v. enule. ʒ. iij. mentastri: foliorum ruthe sicce: amborū ana. ʒ. ij. seminis sisimbrij. ʒ. iij. ϟ. informētur trocisci ex eis pōdere aur. vnius: ex q̄bus vnus in die cū apozimate cinnamomi tribuaƭ.

¶ Qd̄ si singultus post fe. acciderit fuerit q̄ cū eo tribulatio aut nausea aut sitis aut in ore siccitas: aqua calida egro multotiēs tribuēda erit: nō tñ repente sed paulatim.

¶ Et si sedatus nō fuerit. aqua or. cū oleo de amig. dul. detur. ¶ Spondiles quoq̄ colli ⁊ dorsi ex oleo tepido inungantur et fricētur. ¶ Et mucilago psilij cū iulep et succo granati in potu tribuantur. ¶ Singultui preterea sternutatio confert ⁊ retinere anhelitum.

POst istud est capituluȝ de de singultu qd̄ sic ordine cōtinuaƭ ad pcedēs. Nā postq̄ Ra. in pcedēti cap. determīauit de cura doloris stōi: ⁊ sine apāte et cum apāte: ⁊ prius de his q̄ sine apāte postea de dolore apōso ordiāte vt sup̄ visum est: ⁊ qm̄ ad ad apāta stōi ēt post curā apātū vi accñtiū apātū ipsoꝝ seq̄tur in ꝟtute stōi debilitas ⁊ plerūq̄ remāet mala q̄litas p tp̄s notabile i mēbro: ēt addēs ad debilitatē i oī opatiōe maxīe in digestiua ⁊ resolutīa nāli mēbri. Inde fit q̄ sepe cū exhibeƭ cibꝰ nō pportionatꝰ ꝟtuti talr̄ debili multiplicaƭ vētositas p modū supra notatuȝ q̄ vētositas ẜm partē inclusa in intrīsecis porositatibꝰ stōi cū nō possit a virtute debili resolui neq̄ sensibilr̄ p viā eructuatiōis emitti nocendo excitat sensitiuā: cui subseruire dȝ expulsiua in expellēdo rem nocētē: q̄ cū nō obediat expulsioni: lȝ ꝟtus expulsiua nitaƭ expellere: tñ ipsa talr̄ pmanēs nocēs p pte facit fugam in ꝟtute sensibili vt elōgeƭ a re nocēte: ⁊ ita mēbruȝ aliq̄mō cōtrahiƭ pcepto nocumento: postea expulsiua mēbri nitiƭ expellere: ⁊ ita fit motus ꝯtractiuus a ꝟtute ⁊ motus dilatatiōis cū expansiōe ad expellēdū: ⁊ pinde fit singultus q̄ vt. j. videbiƭ loco suo vƭ esse q̄dā motus innālis cōpositꝰ ex actu ꝟtutis expulsiue excitate p ꝯctionē virtutis sensibilis siue mēbri pcepto nocumento: ideo ꝯñr post capm de apātibus stōi siue dolore apōso seq̄tur cam de singultu: lȝ etiā p aliū modū ꝯtinuari possit nō tm̄ ex gñatiōe vētositatꝫ ex ꝟtute talr̄ debili vt dcm̄ ē: sȝ ēt q2 ad apāta stōi q̄ vtplm̄ sūt calida: vt. s̄. fuit declatū essentialr̄ cōcomitaƭ singultus vt accñs ꝯñs ex percepto nocumēto cū conatu expellēdi virtutis expulsiue: vñ fit ille motꝰ compositꝰ vt dcm̄ est parū ante: ⁊ ita quomōlȝ cōueniēter seq̄tur capm de singultu ad cam de apātibus stomaci tanq̄ de accñte difficili ad dcā apāta ꝯñte ¶ Et lȝ singultꝰ multe pñt eē cāe vt. j. videbiƭ loco suo: q2 tñ vt sepe dcm̄ est Ra. in hoc libello fuit breuiloquus. Idcirco pncipalr̄ in hoc cao determīat de cura singultꝰ ab altera duaꝝ cāꝝ contētis. s. aut a vētositate p modū sup̄ dcm̄: aut a siccitate ⁊ inanitione a causa calida: a q̄ causa siccitatis q̄ño fiat singultꝰ videbiƭ loco suo: q2 nō est omnibꝰ notꝰ modus singultꝰ a siccitate vt loco suo videbiƭ. Et de cura harū duaꝝ causaꝝ determinat. q2 iste sūt cāe vtplm̄ ꝯtingētes ⁊ pcipue cū singultꝰ aduenit post apāta ⁊ post suppurationē eoꝝ: vt pȝ discurrēti ea q̄ dcā sunt. s̄. nā de cā vētosa satis expssum est. De cā ēt inanitiōis satis est notū: eo q̄ ad apāta stōi plerūq̄ calā vt dcm̄ est cōcomitaƭ fe. inseparabilis simul cum abominatiōe cibi ⁊ sepe vomitu: vñ ⁊ positiue pter feb. ⁊ pnatiue pter nō sustinere cibū de bite q̄titatis ⁊ q̄litatꝫ ad restaurādū: ⁊ reliq̄ accidētia ꝯcomitātia de dolore ⁊ vigilijs seq̄ƭ siccitas ⁊ arefactio: nō tm̄ in stomaco: sed quasi i toto: ⁊ ita ad siccitatē stōi fiet singultus per modū infra vidēdū. ¶ De his ergo causis vt multū euenētibus determinat Ra. in hoc cao ⁊ de cura eorum. Et ẜm hoc istō istud cam diuidiƭ in duas ptes pncipales: qm̄ po manifestādo ex accidētibꝰ singultū a vētositate pōit curā illiꝰ. 2o pōit curā singultꝰ a siccitate: pus tñ ipȝ manifestādo p signa. Et posset addi 3a ps in q̄ pōit duo familiaria remedia ⁊ leuia valētia in singultu repletionali: siue etiā a ventositate. 2a ibi. (Qd̄ si singultus post febrem acciderit.) tertia pars

Notat hic autor cōtinuationē pñtis capituli ad pcedentia.

in fine capli. (Singultui preterea sternutatio ₇c.) 2ª pars etiā in duas diuidit. Nam pº positis signis singultus a ventositate ponit curam illius ꝑ q̄dam medicinalia remedia ₇ ꝑ dietā. 2º ponit curā qñ ista nō suffecerint ꝑ exhibitionē trociscoꝝ de thure ₇ ponit descriptionē eoꝝ. 2ª ibi. (Et si h̃ nō suffecerint ₇c.) Pria adhuc posset diuidi ī duas. Prio eñ facit qd̄ dcm̄ est qñ vētositas nō hꝫ causam fouētē eam ₇ in modico tpe pōt curari. 2º ponit curam qñ nō sic facil'r curatur ꝓpter presentiā alicuius cause ꝯseruātis et fouētis vētositatē. 2ª ibi. (Cū aūt post multos dies ₇c.) ¶ De pª pte dixit. Cū singultus post cibi grossi comestionē aut post vini valde tempati. i. multū mixti cū aqua bibitionē supuenerit ita. s. quod altera istarum fuerit sola causa singultus: tūc sup. declarat ꝙ talis singult⁹ est pēdēs ex vētositate. Nā nulla alia p̄cedēte causa: qm̄ grossus cibus difficulter transmutat precipue a virtute iam debilitata vt dcm̄ est ꝓpter apata vel dolores stomaci ex impotētia digestiue fit vētositatis gñatio: ita simil'r ex potu vini mixti. Nā minuit caliditas naturalis stōi ꝑ potū talis vini multū mixti: ₇ tardat penetratio illi⁹ extra stōm: ₇ ita inducit inflationē ₇ in stomaco ₇ in hypocūdrijs ꝓpter vētositatē gñari a diminuta cal'itate in resoluēdo. Satis ḡ euidēter declarat ꝙ in illo casu illius singult⁹ causa est aggregatio vētositatis in stomaco. Et ex hoc pꝫ ꝙ ad curā cōuenit vt applicētur ꝑ interius ₇ exterius ea q̄ caliditatē naturalē confortāt ₇ vētositatē dissoluūt: ₇ ita intelligatur de dieta ex parte eoꝝ q̄ ordinantur preter medicinas: ₇ ꝓinde ponens curam dixit ꝙ aqua cal'a. i. potential'r facta calida: ₇ etiā actu aliqual'r calida in qua cyminū ₇ mētha ₇ mētastrū: que oīa declināt ad caliditatē quasi tertij gradus cum stomaticitate: et paꝝ thuris bullierint multotiens in potu erit sumēda: ponit paꝝ thuris ne fiat tediosa illap otio: ₇ est cōfortans stōm ₇ ꝓhibens vomitū: ita ₇ ēt quasi singultum. Et ita ex hac descriptōe potes discurrere ad alias eiusdē intētiones vt est ameos ₇ galāga q̄ simplicia multum laudauit Aui. in oī malitia cōplexiōis frigide. De ameos dixit in caº de signis malitie cōpl'onis frigide: ₇ ex melioribus curis eius est ameos: ₇ galāgā laudauit in caº inflatiōis stōi p̄cipue ₇ decoctionē eius: ₇ ad idē valēt ꝯfectiones vt dianison ₇ aromaticū ro. descriptiōe Ga. ₇ aliq̄ exhibēt paꝝ aque vite: sed ego nō laudarem in stō excarnato. ¶ Etiā vnā cōpōnēꝫ fecit Serar. quā dicit esse expertā in hoc casu vt. ℞. diptami subtil'r puluerizati. ʒ. ß. tyriace electe. ʒ. j misceātur ₇ administrent in vino: ₇ dicit ꝙ valet in oī dolore fortissimo stōi ꝓueniēte a māvenosa: qd̄ est rōnabile ex ꝓprietate mirabili diptami ꝯtra venena: ₇ sil'r tyriace: ₇ sil'r fiāt fomētationes exterius ₇ inūctiones: de q̄bus dictuꝫ est supra in caº de debilitate stōi a ventositate. ¶ Et addit: ₇ egro vt dormiat, est p̄cipiendū. nā in somno fortificato calore circa nālia membra paratur ad resolutionē ventositatis. ¶ Addit: ₇ vēter est euaporandus: ₇ alia l'ra hꝫ ligandus ₇ vtraq₃ est bona l'ra. nā si ponatur cossinus par uus de pluma: ₇ p̄cipue anatis ₇ supligetur stō multum faciet ad vigorandum digestiuā ₇ resolutionem ventositatis. ¶ Addit: ₇ ieiunandum est ei vel sup. parce sumendum de cibo. totū ptꝫ nam per ista nisi sit aliqua mā in stō fouens ventositatem curabitur singultus. Sed si coniūgatur aliqua mā flātica simul cum comestione cibi grossi ₇ potu vini mixti qd̄ declaratur: qñ. s. ꝑ ieiuniuꝫ ꝑ multos dies factum non remouetur singultus cum alijs dictis supra: tunc sup. recurrendum est ad cañ. in ista mā cōes de eūone materie cū appropriatis si fuerit in cōcauitate stōi exūs: ₇ si fuerit viscosa ₇ adherens prius digerēdo mām: deinde eūando: ₇ postea intret balneū effectiue calidum ₇ potentiale factum cum reb⁹ dissolutiuis saltem tangendo f̄m partē ventris aquam cal'am f̄m ingeniū ponendum infra in caº de cura hydropisis. ₇ istam sñiam innuebat Ras. dixit in parte sequenti. Cum aūt post multos dies a comestione abstinuerit iubenduꝫ est balneum sepe ingredi sup. qñ reliqua dicta nō suffecerint: ₇ hic ꝑ balneū possum⁹ etiā intelligere stuffam ₇ balneū siccum. Nā faciet ad resolutionē ventositatis ₇ reliquiaꝝ q̄ fouebāt ventositatem. ¶ Addit. deinde paucis cibis desiccantibus tunc est alendus sicut galāgie ₇ mutagenat: sunt quedam pulmentaria facta cū speciebus vnde fiunt desiccatiua vt cum gariofi. galanga: cinnamomo: zinzibere: pipere albo et similibus: ₇ cum seminibus vt aniso feniculo. ¶ Addit. ₇ vini puri parum in potu tribuendū est: patet totum. ¶ Cōsequenter in scd̄a parte huius partis ordinat trociscos ad casum valentes qñ reliqua nō cōtulerint. ₇ dicit. ₇ si hoc nō suffecerit trocisci isti dandi sunt: ₇ ponit descriptionem. ℞. thuris. ʒ. v. enule. ʒ. iij. enula est mirabilis in dissoluendo ventositates in stō: mentastri: folioꝝ ruthe sicce. declinant ad caliditatē tertij gradus cum siccitate: amboꝝ añ. ʒ. ij. senemen. i. serpilli. ʒ. iij. ß. est etiam notabiliter calefaciens ₇ exiccans informentur trocisci ponderis auř. j. pro quolibet ex quibus vnus in die cum apozimate. i. decoctiōe cymini tribuatur. ¶ Quod si singultus.) In hac scd̄a parte principali huius capli ponit curā singultus pendentis a siccitate coniuncta caliditati ₇ humori calido mordicatiuo: ₇ duo facit: quoniam primo ponit signa quibus declaratur singultum dependere a tali causa. secundo ponit curam. secūda ibi (Aqua calida multotiens est danda.) ¶ De prima parte dixit: ꝙ si singultus post feb. acciderit fueritq₃ cū eo tribulatio aut nausea: et sic declaratur ꝙ singultus causa pēdet a caliditate cum humore acuto mordicante ₇ imbibito. Addit. aut sitis aut in ore siccitas: sup. et si non fuerit mordicatio neq₃ nausea: et tunc sup. declaratur quod causa est siccitas: vt patet cōsideranti: ₇ tunc ponens curā dixit. Aqua calida multotiens est danda: non tñ repente sed paulatim: ₇ ista cura maxime conuenit qñ in causa est caliditas vel modica materia ledēs sua acuitate. nā per aquā calidā remittit acuitas mãe: ₇ si nō sufficeret ₇ esset imbibita esset indigētia eūonis cum alijs sepe dictis: valeret etiā stāte siccitate ad humectādū maxime si paulatim offerretur. nā tūc melius subintrat subam stōi irrorando vbi si repente et in multa quantitate subito exhiberetur vel cito laberetur extra stomacum vel promoueret ad singultum propter quantitatē suam aggrauata virtute: que nō in-

Declaratio pᵉ ptis pn cipalis.

Des. cuiusdā ꝯfectionis expte ī hoc casu.

Descri. trociscoꝝ de thure.

tēdimus in ꝓposito: q2 etiā vbi est p̄ntia mate/
rie nocētis illa nō est in cōcauitate stomaci ef/
fusa. est igit̄ exhibēda paulatim vt diuturnior
fiat mora ⁊ penetratio in substātia. stomaci.
¶ Addit hn̄do maiorē intētionem humectādi
substātifice: q2 eiꝰ causa est siccitas: ⁊ quasi ethi
ca stōi. Et si sedatꝰ nō fuerit sup. singultꝰ: aq̄ or.
cū oleo de amig. dul. detur ad maiorē humecta
tionē substātificā: ⁊ ita ītelligit̄ de alijs substā/
tifice humectātibus vt sunt brodia cōsumpta
gallinaꝝ ⁊ lac acetosū factū cōiūcta calītate ⁊
filia dicta supra ⁊ dicēda. j. ¶ Spondiles q̄ꝫ col
li ⁊ dorsi ex oleo tepido scꝫ viol. ⁊ amig. dul. inū
gātur ⁊ fricētur ad maiorem penetrationem in
ꝓfundū fiat fricatio ⁊ sit oleū tepidū. Et nota ꝙ
fecit inūctionem magis circa spōdiles q̄ꝫ circa
collum anterius: qm̄ mery ⁊ os stomaci magis
alligātur posterius q̄ꝫ an̄rius: vt pꝫ ꝯsyderanti.
ideo melior fit humectatio stomaci inūgēdo po
sterius. Et hoc bn̄ notate pro nota singulari: q2
in humectatiōe nō inūgit ꝑtes anteriꝰ sicut po
steriores maxime in singultu q̄ est ꝓpriꝰ passio
oris stōi: vt infra videbit̄: ⁊ ita ꝑ humectationē
dorsi humectato mery humectat̄ stomacꝰ: ꝓpt̄
tn̄ duritiem spōdilium voluit fieri fricationes
⁊ oleū esse tepidū p̄parādo ad maiorē penetra/
tionē. ¶ Addit ordinādo ea q̄ ꝑ interius sumū/
tur dicēs: ⁊ mucilago psilij cū iulep scꝫ vio. ⁊ de
succo granati in potu tribuat̄. nā ꝑ ista remoue
tur siccitas cū calītate in virtute mucilaginis
psilij cum iulep vio. qm̄ tn̄ vt dictuꝫ est supra in
casu: nunq̄ꝫ sunt exhibēde medicine humectan/
tes audacia nuda in stomaco: sed semꝑ apponē
dū aliq̄d stipticitatē hn̄s. ideo simul cum hume
ctantibꝰ miscuit succū granatoꝝ: intelligit̄ tn̄
de dulcibus vel saltē medijs ⁊ non acetosis.
¶ Singultu p̄terea. Nūc postremo in vltīa ꝑte
ponit quedā domestica ingenia eūatiua valen
tia in singultu māli: ⁊ sunt retinere anhelitū et
sternutatio dicēs. Singultui p̄terea sup. māli
sternutatio cōfert ⁊ retinere anhelitum. Dico si
gnāter in singultu māli: qm̄ in singultu a sicci/
tate nullū hoꝝ ingenioꝝ est cōueniēs: sed bn̄ in
māli ⁊ vētoso: qm̄ ꝑ sternutationē fit vehemēs
cōmotio partiū stōi ⁊ excussio eoꝝ maxime ꝑ cō
pressionē factam a diaphragmate circa stōm vn̄
fit excussio humoꝝ si humor fuerit ꝯtētus in ore
stōi vel q̄cūq̄ꝫ sit mā cōtenta ēt vētositas in po
rositatibus strictis ab eisdē excutit̄ ꝑ retētionē
etiā anhelitus ꝓhibita euētatione supinflam/
matur cor: ⁊ sic ꝯn̄r calefacit mēbra vicina ⁊ sto
macū: ⁊ ita parat ad resolᷓonē māe vel vētosita/
tis. Etiā alium modū posuit Aui. qm̄ cū nō at/
trahitur aer a pulmone ꝓ refrigerio nititur nā
vt attrahat ꝑ poros cutis: ⁊ sic applicat spiritꝰ
ad conuertendum ad mēbra extrema: ⁊ ita cum
eis conuertit mās ad extrema: sed primꝰ modꝰ
est clarior. Et sic sit finis huius capl'i cū laude
dei omnipotentis.

lo. ꝙ ma
... at hūe
tatio stōi
inūgendo
osteriꝰ q̄ꝫ
nterius.

Medicie
humectan
tes stōm n̄
ōnt esse a
stipticita/
te aliqua.

Expedito sentential'r capl'i textu de singul
tu: iā ex ordine circa istā māꝫ de
singultu videnda sunt: primo de quid nois ⁊ q̄d
quid rei singultus: scd̄o ponende sunt distictio/
nes ⁊ spēs eius: tertio videbitur de causis ipsiꝰ
quarto de signis ⁊ ꝓnosticis euentus ⁊ ad bo/
num ⁊ ad malum: deinde demōstratiuis spēꝝ ⁊
causaꝝ: quinto veniemus ad curam.

Quid nois. De primo dicatur ꝙ quid no/
minis singultꝰ est sonꝰ violēte
cōmotiōis oris stōi factꝰ ꝑ hūc modū: q2 aer in
stō inclusus dū fundus stōi eleuatur: tūc dictꝰ
aer expulsus ꝑ angustū causat sonum.
¶ Quid rei aūt dicebat Gerar. sup textu n̄ro: ꝙ
singultꝰ est motus virtutis expulsiue n̄alis exci
tate a v̄tute sensibili ꝑ nocumentū expellēduꝫ.
Et istā sn̄iam exp̄ssit Sera. 3° breuiarij. ca° ꝓpo
de singultu. in p̄n° cū dixit. Singultus est motꝰ
quē facit nā in reliq̄s ꝑtibus stōi sup. ēt ab ore
stōi qn̄ valde ad expellendos humores conat̄ q̄
nocēt ei sup. vel sint alie cāe nocētes vel ꝓprius
ledētes vt infra videbit̄ ⁊ nō obediūt ei ille res
ad expellendū: ⁊ ita vt pauloante dicebatur sic
fit violenta cōmotio in partibꝰ stōi: ita vt etiā
fundus ꝓ parte sursum eleuetur ⁊ coangustato
ore stōi aer qui intrinsecus in stō cōtinebat̄ ex/
pulsus ꝑ angustum causat sonum. ¶ Auic. au/
tem 13ª. tertij versus finē multum artificialem
posuit de singultu descriptionē dicēs ꝙ singul/
tus est motus diuersus cōpositus sicut spasmꝰ
cōstrictiuus cū tensione dilatatiua existens in
ore stōi aut toto corpore eius aut mery ex quo
aggregatur ad seip̄m cū spasmo fugiēs ex nocē
te si fuerit nocens aut p̄paratus ad motum for
tis expulsionis sicut accidit ei q̄ vult sup. aliq̄d
voluntarie expellere. Addit. ⁊ assimilat̄ alicui
modorum motus tussis que est in pulmone ⁊ ve
lamine ad expellendū humorē aut nō fit nocēs:
immo fit secundum semitam superfluitatis sic/
citatis mouentis ad similitudinem aliquam si
cut spasmus ⁊ natura moueat ad dilatationem
et non obediat ei ⁊ succurrat ei. ¶ Que descri/
ptio cōtinet multa ad intelligendū. Et ꝓ recta
intelligētia totiꝰ diffinitionis opꝫ recurrere ad
dicta supra ꝑtim circa textū ēt ad ea q̄ scribunt̄
a Gal. 5° de accidē. spāliter. ca° 3° ⁊ 4° ⁊ 6°. Nā
ibidē multa dicunt̄ q̄ vtil'r seruiēt ad intelligē/
tiam dictoꝝ in diffōne. ⁊ ego q̄ꝫ clarius potero
istā diffōnē norā faciā. Dicit ergo p° ꝙ singultꝰ
est motus diuersus: motꝰ. s. stōi ⁊ ꝑtiū eiꝰ vt sta
tim dicet̄. diuersus a motibꝰ n̄alibꝰ eiꝰ. Naꝫ est
motus ipsi stō p̄ter nām. i. factus a cā incitante
preter nām: qm̄ n̄ales motꝰ stōi vel partiū eius
sunt attractio cibi ⁊ expulsio eiꝰ vel sup̄fluita/
tis eiꝰ corrugatio vel cōprehēsio eiꝰ supra cibū:
⁊ nullus talis est singultꝰ: imo fit a cā p̄ter nām
vt. īfra statim videbit̄. Lꝫ Gordo. ponēs d̄riam
inter singultum ⁊ spasmum. ca° proprio dixerit
ꝙ spasmus est semper preter naturā. Sꝫ singul
tus vt vult potest esse motus s̄m naturam: sed
non declarat: qd̄ non credo esse verum sicut etiā
sternutatio ⁊ tussis vt declarauit Gal. loco alle.
addit. Compositus sicut spasmus. Sed ista di/
ctio cōpositus vt rectius intelligat̄ descriptio
ponatur post dictionē sequentē illā. s. sicut spas
mus: vt sic iaceat litera singultꝰ est motꝰ diuer
sus sicut spasmꝰ. dicit signāter sicut ⁊ nō est spas
mus verus: sꝫ sicut: q2 p̄ter naturā sicut spasmꝰ.
Nam sicut in spasmo nerui cōtrahunt̄: ita et in
singultu vt statim dicet̄. Fit ēt in stō motꝰ ꝯcti/
uus etiā ꝑ eosdē modos: vt īfra videbit̄ gn̄ales
ꝑ quos fit spasmus etiam fit singultus vt vide/
bitur. Est ergo diuersus sicut spasmus quo ad
esse motum preter naturā ⁊ quo ad cās gn̄ales
vtriusq̄ꝫ. Nō est tn̄ singultus vere spasmus: qm̄

De q̄ditate nois.

De quidditate rei.

Descri. singultus s̄m Aui.

Declaratio diffinitionis singultus Aui.

in spasmo vel membra sunt ɔtracta vt in termi
no eius vel cōtrahūtur vt cū est in fieri:sed sem
ꝑ stat inhabilitas vt fit ī dilatatiōe ⁊ expāsiōe
vbi in singultu stat habilitas in dilatatione fa
cta cōtractione prius:immo singultus est mot⁹
compositus vt addit textus cōstrictiuus cū tē-
sione dilatatiua.i. post factam cōtractionē fit
dilatatio exn̄s in ore stomaci aut in toto corpo-
re eius aut mery:ita locutus est Aui. ꝓpter di-
uersitatē auctorū loquētiū de singultu:qm̄ ali-
qui dixerunt ꝙ singultus est ꝓpri⁹ passio fun-
di stomaci.aliq̄ voluerūt ꝙ est passio mery.ali
q̄ ꝙ oris stomaci:⁊ Aui.nō se determinauit ad
aliquā istarū positionū.Idcirco dixit tal'r disiū
ctim:tū paulopost descriptionē dixit innuēdo
ꝙ sit ꝓprius oris stomaci.Et p'm q̄dez accidit
ori stōi ꝓpter id qđ ledit sicut accidit ori stoma
ci tremor ꝓpter id qđ nocet.Et ibi posuit occul
tā dr̄iam inter cām ledētem ⁊ nocētē:q2 causa
ledēs ponit᷑ minoris malitie ad imprimēdū q̄
causa nocēs:sicut etiā singult⁹ est dispō minus
mala q̄ tremor stomaci.Nam cum singultu stat
maior virtutis fortitudo in expellēdo q̄ in tre-
more:sicut ꝓprie dcm̄ est supra in ca° de tremo
re cordis:q2 maiorē virtutis cōstātiaȝ requirit
pulsus cordis q̄ tremor cordis:⁊ ita cōtingit in
singultu ⁊ tremore stomaci ꝙ maior virtutis for
titudo reqrit᷑ ad singultū ꝙ ad tremorē stoma-
ci:⁊ ꝓinde expientia pȝ ꝙ in patiētibus singul
tū cū ad mortē veniūt diminuta multuȝ v̄tute
diminuit᷑ multū singultus ⁊ aliquotiēs aufert᷑
⁊ fit q̄dam motus tremulus stomaci.postea de-
clarādo quomō est mot⁹ compositus addidit.
ex quo aggregat᷑ ad seip̄m sup.stomac⁹ cū spas-
mo sicut fit in spasmo fugiēs supp.stomacus ex
nocēte sup.causa si fuerit sup.causa nocēs:⁊ ita
corrugat᷑ ꝓpter fugā ⁊ fit motus contractionis
aut paratus ad motū fortis expulsionis.i.aut
tū siēdū ꝑ expulsione rei nocentis sicut accidit
illi q̄ vult expellere sup.aliq̄d volūtarie.Nā p°
siciēdā:vt etiā cōtingit in saltare volētib⁹ q̄ se
cōtrahūt in posterius vt melius se applicēt ad
extēdēdū in anterius.Et ita fit duplex mot⁹ cō
tractiuus stomaci qn̄ causa occurrēs fuerit no-
cēs.Unus fit pro fuga a re nocenti.alius v̄o fit
vt se p̄paret ad meli⁹ expellēdū rem nocētē:⁊ ꝑ
rem nocētē intellexit rem positiue nocu^m imp-
mētem vt manifestā qualitatē in membruȝ qđ
dico ꝓpter id qđ sequitur in textu post duas li
neas cum dixit.Aut nō sit nocens:immo fit ꝓm
semitā sup̄fluitatis siccitatis ad sil'itudinē ali-
quā sicut spasmus supp.factus de siccitate:⁊.i.
vt natura mouerit ad dilatationē.s.in singultu
a siccitate ⁊ nō obediat id.s.dilatatiōi absolute
ꝓpter siccitatē ⁊ sucurrat ei.i.ideo natura niti-
tur in dilatādo:⁊ ita fit motus aliqualis com-
positus ex cōtractione a siccitate ex vna parte a
virtute ꝑcepta lesione vt fugiat ⁊ se p̄paret ad
expulsionē illius cause q̄ appellat᷑ nō nocēs ad
modum Auic.hic.Q2 nullā qualitatē positiue
imprimit in membrū:sed sola siccitas sequitur
priuatiua ꝑ depditionē partiū humidaꝝ q̄ tū
vt nō est couenīēs membro incitat᷑ natura mē-
bri ad eam remouēdā cū dilatatione membri:⁊
q2 mēbrū ꝑ eam siccitatē resistit dilatationi:iō
natura nitit᷑ tal'r dilatare:⁊ sic fit motus mixt⁹
⁊ similiter ꝑ causam nō nocētē intellexit nocu-
mētū aliūde cōicatū etiā cōicate absoluta:vt
cum fit singultus ꝓpter nocumētū cerebri com
passiōe oris stomaci nulla manifesta qualitate
neq3 materia ipsi stomaco cōicata:sed ꝑ moduȝ
supra dcm̄ de soda cōitatis cōitate absoluta:et
pro tāto signāter dixit includēdo etiaȝ istā cau
sam q̄ nō est neq3 mā positiue ledēs neq3 quali-
tas manifesta nec inanitio sed compassio.Dixit
de ista causa nō nocēte qđ est talis ꝓm semitam
sup̄fluitatis siccitatis:q2 non sola sup̄flua sicci-
tas facit ad singultū neq3 sola materia replens
neq3 positiua sola qualitas manifesta:immo ēt
nocumētum tale cōicatū absolute stomaco qđ
agit ꝓm similitudinē siccitatis sup̄flue inducte
ꝑ viam subtractionis humidi vbi nō videt᷑ ali-
qđ nocumētū manifestū positiuū induci.Et ita
Aui.innuebat ꝙ aliq̄s est singultus q̄ nō est ꝓ-
prie de inanitione neq3 de repletione.Nam ali
quis est factus nō ex siccitate sup̄flua:sed fit ꝓm
semitā sup̄fluitatis siccitatis mouētis ꝓm simi
litudinē aliquā sicut spasmus vt dcm̄ est:⁊ natu
ra mouet ad dilatationē ꝑcepto illo nocumēto
s.vt expellat᷑ dcm̄ nocumētū ⁊ nō obediat id.s.
nocumētū vt expellat᷑ nō dico ꝓpter siccitateȝ
tm̄:vt aliqn̄ fit in singultu siccitatis:sed ꝓpter
causam nō nocētem ad modū expositū.i. ꝓpter
compassionē ad nocumētuȝ mēbri cōicātis sto
maco cōitate absoluta.⁊ ideo addit:⁊ succurrat
ei.Et istū modū exponēdi bn̄ cōsydera:q2 aliter
tex.nō possumus vere intelligere:lȝ expositio sit
difficilis:neq3 omne ingeniū est paratū istū mo
dū accipere:⁊ tūc adiūgat᷑ litera superior ꝙ sin
gultus absolute assimilat᷑ alicui modorū mot⁹
tussis:q̄ est in pl'one ⁊ velamine.i.q̄ fit ex pl'one
completiue ⁊ ad expellēdū humorē nocētē ⁊ ve
lamine initiatiue faciēte motū pl'onis ad mo-
dū supra decl'atū in cap° tussis.Nam velamē vl'
diaphragma ꝑ q̄pto facit ad attractionē aeris
in pulmone:lȝ etiā cōcurrāt alij motus vt mo-
tus musculoꝝ pectoris ad ipsum aereȝ attrahē
dū fit cōsequēter vt cōstricto pl'one attracto il-
lo aere p̄us ad intra cānulas pulmonis ip̄o me
diāte cum expellit᷑ ꝑ cōstrictionē simul expellū
tur humores quibus obuiat aer in expulsione:
⁊ ita sicut in expulsione rei nocentis ꝑ tussiȝ cō
currit dilatatio ⁊ cōstrictio:ita sil'r ad expulsio-
nem rei nocētis in singultu cōcurrit dilatatio
⁊ constrictio.sunt igit᷑ duo motus in pulmone.
Primus est motus dilatatiuus eius quo attra-
hit aerē vt expellat humorē in cānulis eius cō-
tētum:⁊ iste est motus ordinarius.Ali⁹ est mo-
tus cōstrictiuus siue expressiuus in quo pulmo
extēdit᷑ cum vult expellere:⁊ in isto motu pul-
mo etiā dilatat᷑ ⁊ cōstringit᷑.¶Et differunt illi
duo motus dilatationis pulmonis:q2 p̄m⁹ mo
tus est viaꝝ vt receptaculoꝝ ⁊ pēnularum pul-
monis vt ingrediat᷑ aer ⁊ ꝓm istū motū pulmo
decuruatur.⁊ secundus mot⁹ est mot⁹ dilatatio
nis pulmōis in q̄ accidit vias ⁊ receptacula cō
stringi:ad quorū cōstrictionem seq̄tur expulsio
humoris in eis cōtenti.dico igit᷑ ꝙ singult⁹ assi
milatur vni dictorum motuum.s.p° ꝙ sicut in
illo pulmo decuruatur ⁊ cōstringitur sic ⁊ in sin
gultu stomacus constringitur:q2 decuruat᷑ cuȝ
fundus stomaci sursum eleuatur ad expellēduȝ

Singult⁹ est ꝓpria passio oris stōi.

Nota bn̄.

Duo sunt mot⁹ i pulmone.

ri⁊a sit declarata ista descriptio q̄ legat̃ trans/
ponēdo partes eius ꝓm modū istū. ¶ Singul/
tus est motus diuersus sicut spasmus composi
tus cōstrictiuus cum tensione dilatatiua exn̄s
in ore stomaci aut toto corꝑe eius aut mery ex
quo aggregat̃.s.stomacus cū ꝑtibus eius ad se/
ipsum cū spasmo.i.vt fit in spasmo fugiēs ex no
cēte sup. causa si fuerit nocēs ad moduz exposi/
tuz aut ꝓparatus.i.aggregat̃ ⁊ constringit̃ vt ꝓ
parētur ad motum fortis expulsionis sequētis
ipm̄.s.motū cōstrictiōis sicut accidit ei q̄ vult
sup.expellere aliq̄d volūtarie cōtinua: aut non
est nocēs sup.causa ita ꝙ fugit ⁊ corrugat̃ stōa/
cus ēt si causa nō sit nocēs ad modū expositum:
imo sit ꝓm semitā sup̄fluitatꝫ siccitatꝫ mouētis
ad silitudinē ali ꝙ̄ sic spasm⁹: ⁊. i.vt nā moueat
i.ꝯstrigit̃ vt moueat ad dilatationē.i.expulsio
nē illi⁹ cāe nō nocētꝫ ad modū expositū ⁊ nō obe
diat id.i.talis causa nō nocēs nō obediat expul
sioni ⁊ succurrat ei sup.nā ad dilatādū ⁊ expel/
lēdū.postea adde aliā particulā ⁊ assimilat̃ su.
singultus alicui modoꝝ mot⁹ tussi q̄ est in pul/
mone ⁊ velamīe ad expellēdū humorē ad modū
expositū: ⁊ nō tedeat te videre bis aut ter istum
passum difficilem ad intelligēdū vt recte intel/
ligas: ⁊ habeas me excusatum si fui longior in
hac expositione etiam ꝙ̄ sperarē: quia hoc feci
propter vtilitatem iuuenum.

Distinctiones.

Jam expedito hoc ꝑnci/
pali de q̄d nois ⁊ q̄d rei
ponēde sunt ꝯn̄r distictiones ⁊ spēs singultus.
¶ Prima distinctio est.q̄dā singult⁹ est princi/
palis morbus ipsi⁹ stomaci: ita ꝙ nō antecedit
alius: ⁊ q̄dā est seq̄ns alios morbos. ¶ Et de se
quētib⁹ alios morbos: q̄dā seq̄tur morbos sto/
macales ⁊ talis vocat̃ etiā singultus ꝑ ꝓprieta
tē: ⁊ q̄dā seq̄tur morbos alioꝝ mēbroruz ⁊ talis
dr̃ ꝑ cōitatē: lꝫ etiā aliq̄s singultus ꝑ cōitatem
aliquotiēs accidat corꝑe apparēter sano: vt cū
fit ꝑ cōitatē a toto natura intēdēte facere crisiz
ꝑ vomitum vel ꝑ secessum. ¶ Alia distinctio de
singultu ꝑ cōitatē q̄dā est talis ꝑ cōitatē abso/
lutā: q̄dā ē talis nō ꝑ cōitatē absolutā: ⁊ q̄dā a
toto ⁊ q̄dā a ꝑticularib⁹ mēbrꝫ. ¶ De singultu ēt
ꝑ ꝓprietatē ⁊ cōitatē fiat distinctio ꝙ q̄daz est
cōtinuus q̄dam interpolatus: ⁊ de interpolato
q̄dā est seruās ordinem ⁊ periodū: ⁊ q̄dam non.
¶ Alia distinctio cōis: q̄dā est singultus de re/
pl̃one: q̄dam de inanitione: quidam ad materiā
non ꝓportionatus. Et ꝓm Aui. ponat̃ distictio:
q̄dā est sequēs causam nocētē: ⁊ q̄dam est seq̄ns
causam non nocētem ad modū expositum.

Cause.

De causis ⁊ ꝑ° de primitiuis.

Et ex his veniēdo ad causas dicat̃ ꝙ
causarum singultus: q̄dam est extrin
seca ⁊ primitiua immediate causans nocumen/
tū in stomaco: ⁊ quedam causat nocumentum
in membro ei communicante.
¶ Exemplum de causa primitiua immediate in
stomacū imprimēte est vt aer excessiue calidus
sua caliditate ledēs cū stomaco occurrit: ⁊ aer
etiā frigidus sua frigiditate multū ledēs sicut
accidit dicebat Aui. in rigore febriū ⁊ habitāti
bus in aere multū frigido ⁊ maxime manifesta/
tur in pueris. ¶ Sed dicebat Aui de frigidita/
te ꝙ friditas facit singultū tribus modis. Un⁹
modus est ex parte inseparabilitatis materiei
i. ex parte qua frigus est causa ꝙ mā nō separet̃
.i. resoluat̃ ꝑ hoc.s. qꝺ ingrossatur materia ⁊ elō
gat̃ a resol̃one. Et secūdus est ex parte frigoris
eius ⁊ cōtrarietate sua cum qualitate sua sup.
ledēte ꝑ hoc qꝺ transit equalitatē naturalis cō
pl̃onis. Et tertius modus est ex parte cōstrictio
nis ⁊ inspissationis substātie stomaci: ꝓpter qꝺ
retinetur materia in poris taliter inspissatis: ⁊
ita ꝓhibet̃ a resol̃one non tm̄ qr mā sit facta in
disposita in se. ad resol̃onē: sed etiā ex parte mē/
bri tal̃r inspissati claudētis mām intra ne resol
ua t̃: ⁊ ita materia dicta sua qualitate vel q̄tita
te nocēs retēta pōt causare singultū. Sed verū
est ꝙ ꝑ istos duos modos inseparabilitatis ma
terie ⁊ cōstrictionis membri ꝓprius dr̃ singul/
tus factus a re corporali ꝙ̄ a re primitiua: lꝫ me
diate pendeat a causa primitiua vt ab aere fri/
gido vt dcm̄ est: sed ꝓp̄e frigiditas aeris nocēs
vt occurrit stomaco sua qualitate ꝑ q̄to mordi
cat ⁊ est cōtraria compl̃oni mēbri: vt sic est cau
sa ledēs vt primitiua. ¶ Et sic dcm̄ est de calidi
tate ⁊ frigiditate excessiuis q̄ sua qualitate le/
dūt ⁊ faciūt singultū: ita intelligat̃ de omni cau
sa occurrēte stomaco immediate intrinsec⁹ mor
dicante stōm: vt est sumptio vini acuti vel aceti
vel synapis. Et de hac causa dicebat Gal̃. 6° af.
cōmē. 4°. Si q̄s em̄ piꝑ solū post aūt vinū cuz
aq̄ calida mixtū bibat statim cadit in singultū. *Nota.*
Et adducit rōnem: qr vinū in substātia stomaci
piꝑ inuiscat. i. intrinsecus penetrare facit: cu⁹
acumē dū sibi noceat stomacus mouet̃ vt ꝑ sin
gultum eĳciat dicit Ga. Et dicebat idem Ga. 8°
meimir. Et multi q̄dem cū pharmacamus ꝙdia
triō pipereon transglutiunt si mox sup. biberit
vinū penitus singultāt quorum sum vnus ego.
Et posuit etiā vnam causam spālem Ra. 5° con
tinē. dicit sic. Dico ꝙ vidi singultum stomaci ex
extensione mery qn̄ cib⁹ deglutit̃ magnus vio/
lēter ⁊c. ¶ Et de causis primitiuis ledētib⁹ per
cōmunitatē est percussio vel casus supra caput
nam communitate sua cum stomaco lesione in
ipso percepta fit singultus.

De causis ãñcedentibus.

¶ De causis autem corporalibus q̄dam sūt cau
sa ꝑ communitatem ⁊ a toto ⁊ a particulari mē
bro vt supra dicebatur in distinctionibus a to/
to: vt cum transmittit̃ materia ad stomacuz vt
fit futura crisis ꝑ vomitum: tūc fit singultus et
est sig^m talis crisis ⁊ aliquotiēs fit cōitate ꝑti/
cularis membri vt cōtingit in apostemate epa
tis. Nam de signis ꝓprĳs est singultus maxime
cum apostema est in concauo eius: ⁊ aliq̄n facit
singultum ꝑ fluxam materiā q̄ resoluit̃ ex apo/
stemate ad stomacū: ⁊ aliq̄n nō ꝑ istū modū: sed
ꝑ solam vicinitatem ⁊ colligātiam epatis cum
stomaco: ⁊ ita cū passione fit singult⁹. Et istum
modū nō intellexerūt omnes: sed solū existima/
bāt aliq̄ ꝙ solum tūc in apostemate epatis sin/
gultus fit ꝑ cōicatam mām ad stōm. Et de hoc
dicit Aui. Et dixerūt q̄dā sup. de singultu cōtin
gēti ex apostemate epis qꝺ est. i. fit qn̄ effundit̃
ex eo. i. ex epate col̃a ad duodenū: deīde ad stōm
postea ad os eius. Et ipse addit aliā causam di/
cēs. Et dr̃ ꝙ causa in ipso est cōitas epatis ⁊ sto
maci in neruo minuto cōtinuāte inter ea. Et si/
cut exēplificatū est de aꝑate epatis similiter in
telligēdum videtur de apostemate cerebri ⁊ in
testinorum ⁊ matricis et splenis aliorum cum
stomaco cōmunitatez habētiū. ¶ De causis vo

corꝑalibus ꝑ ꝓprietatē sunt malitie compl'o-nales ⁊ immāles vt compl'o cal'a vel frida sicca. De humida dicit Auē. ⁊ Aui. ꝙ nō habet introi-tū in hoc ca°. Et de malitia compl'onis frigide dicebat Sera. ꝙ fit aut ꝓpter gulositatē sic ad-uenit pueris: aut ꝓpter subam stomaci ipsius si cut aduenit decrepitis ⁊ illis ꝗ infirmantur ex egritudinibus chronicis. Et Auē. volēs declara re quomō fiat singultus ex frigore forti ⁊ ex ti-more dixit. Et possibile est id fieri ex aliquo fri-gore forti ⁊ timore: ex quo declinant oēs sui hu mores ad ptes cordis ⁊ remanebit stōac⁹ ⁊ cete ra mēbra calida vacua a suba cal'a ⁊ accidit in-de singultus: qm̄ cōuertet̄ sup stōm friditas: et maxime si stomacus fuerit fridus ꝑ nām aut in frigidatus ab alia causa infridāte: vt sup. ꝓpt etatē vel egritudines lōgas. Et declarās de ti-more dixit. Et qn̄ accidit alicui timor et terror: statim accidit singultus: ⁊ adducit causam: qm̄ cū accidit alicui timor ⁊ dubium fiet in cerebro cōtractio ad seipm̄ ⁊ seq̄tur illum singultus per cōitatē stomaci cū cerebro. Sed de caliditate et siccitate nō est dubiū. ¶ Et de mālibus quedaʒ sunt cause ꝗ nocēt sua q̄ritate sicut cōtingit in spasmo repletionali: ⁊ q̄dā nocēt sua qualitate vt acuitate ⁊ mordicatione. Et ita flegma sua frigiditate: ⁊ col'a sua caliditate ⁊ acuitate: et mel'ia sua mordicatiōe: ⁊ humores corrupti sua mordicatione faciūt ad singultuʒ. Et iste singul tus reducit̄ ad spasmum ꝗ dr̄ ad mām nō ꝓpor-tionatus: ⁊ ita humores oēs mordicantes siue sint salsi amari vel acetosi: vel quomodolibet aliter mordicatiui sunt de causis singultus.

Et timore ⁊ terrore sepe accit singultus.

Nota.

¶ A vētositate ēt extendente ⁊ penetrante pōt fieri singultus: immo ēt a vermib⁹ ⁊ ab apātib⁹ ⁊ vlceribus stōi: ⁊ quasi oēs cāe ꝗ pn̄t esse cause doloris stōi: de q̄bus dictū est: oēs tales pn̄t eē cāe singultus maxime cū fortiter imprimētes ⁊ ledētes nō obediunt expulsioni. Etiam p̄ter cās imp̄ssiuas est q̄dā cā p̄paratiua ad singultuʒ vt debilitas: ⁊ etiam maxima sensibilitas ori stōi.

De causis antecedentibus.

Signa. Ad signa iā veniendo primo ponen tur signa ꝓnostica euentus: deinde ad bonum ⁊ ad malum.

De signis ꝓnosticis ⁊ primo de euentu.

¶ Primū ꝓnosticū euētus hn̄s stōm debilem ⁊ multū sensitiuū facile incurrit singultū: ⁊ ita di cat̄ de infelicib⁹ in q̄bus fluit multū de col'a ad stōm. ¶ Aliud ꝓnosticū euentus in paratis ad singultū: singultus magis accidit surgentib⁹ q̄ꝫ sedētibus: vt fuit snīa Arist. 6ª ꝓblematum. ꝓ blemate. 4°. adducit rōnem: q̄ꝛ q̄escētib⁹ humi dū coadunatū ad vnā partē declinat: ⁊ sic nō le dit sup. sed surgentib⁹ mouet̄ mā ⁊ fit singultus ꝓpter nocumētū eius. ¶ Aliud ꝓnosticū in spē bus singultus: pluries fit singult⁹ ex mā repl'o-nali q̄ꝫ ex siccitate: ptʒ qm̄ siccitas ducēs ad sin-gultū est multū intēsa ad quā difficile labit̄ sto macus. sed ad repl'onē facile labit̄ stomac⁹ ꝓpt facilē indigōnē eius. ¶ Aliud ꝓnosticū in imā-lious de cāis ꝑ cōitatē paratus est magis sin-gultus euenire a cā cal'a q̄ꝫ a frigida vbi ecōtra de mālibus ꝑ ꝓprietatē ledētibus magis pat⁹ est fieri singultus a mā frigida q̄ꝫ cal'a: ptʒ totū: q̄ꝛ mā calida parator est fluere: ⁊ mā frida magꝭ parata est in stō gn̄ari q̄ꝫ calida: vt. s. fuit decla ratum. ¶ Aliud ꝓnosticū in multū crapulosis ⁊ patiētib⁹ nauseatiuā satietatē facile euenit sin gultus: ptʒ: qm̄ in talibus aggregātur māe fa-cientes ad singultum.

¶ De ꝓnosticis aūt ad bonū sit hoc primū ꝓno sticū Aui. ois singult⁹ pēdēs a mā si in seipso su perueniat sitis soluit̄ singultus. i. est signū sol'o nis singult⁹: q̄ꝛ significatur cōsumptio ⁊ exsicca tio māe: sed hoc ꝓprius veꝝ est cū pendet a mā flātica in stō nō corrupta ⁊ nō apante. Jō signā-ter dicit si supuenit quasi denotet̄ ꝙ a prin° nō esset sitis vbi in cā calida fuisset: ⁊ sic denotat̄ cām fuisse frigidā. ¶ Scōm ꝓnosticū ēt ad bo-nū si cū singultu māli sequatur vomit⁹ est signi ficatio bona. nā dicit Aui. in cura. ꝙ vomit⁹ est melior res qua curat̄ singultus lʒ mālis: ptʒ cū ꝑ vomitū euēt̄ mā faciens singultū. ¶ Aliud ꝓ nosticū ēt ad bonū singultus ꝗ remouet̄ ex sola retētione anhelitus est singultus ad bonum: q̄ꝛ significat cām esse materiā vaporalē vel vētosi tatem que facile dissoluatur. ¶ Aliud singult⁹ interpolatus minus malus est q̄ꝫ continuus: ⁊ qui rarius contingit etiam minus malus.

De signis ꝓnosticis ad bonuꝫ.

¶ De pronosticis vero ad malū sit hoc primum pronosticū. Si singultus fuerit seq̄ēs eūones fortes vel febres adurentes est significatio ma la: q̄ꝛ significatur ꝙ singultus est de inanitione qui difficillime remouetur. ¶ Scōm pronosti-cum. si aliquotiēs post vomitū succedat singul-tus: ⁊ postea post singultum succedat vomitus ⁊ non remouetur singultus: sed magis additur est significatio mala: qm̄ etiam significat singul tum de inanitione. Nam aliquotiens ad vomi tum sequit̄ singultus per hoc ꝙ cōuertitur ali-qua materia ad os stōi: ⁊ ibidē retinetur ⁊ non euacuatur: ⁊ sic causat singultuʒ. Ideo si postea succedat vomitus cū per eū debeat eūari mate ria que erat in ore stōi: nisi tunc remoueat̄ sin-gultus: significatur ꝙ talis singultus nō est pē dens nisi ex inanitione: ⁊ ꝯn̄r mala significatio. Aliud pronosticum ad malum. singultus acci-dens ad apostemata epatis ⁊ cerebri est signifi-catio mala. patet: quia significat maximuʒ esse nocumentum in cerebro vel epate. nam tanta lesio est quod ⁊ stomaco communicatur grande nocumentum vnde fit singultus.

¶ Aliud pronosticum. si in singultu apparet ru bedo in oculo et non remouetur per vomitum singultus est significatio mala. Nam cum rube do oculi sit signū cōmune ⁊ apostematis stōi ⁊ cerebri: vt voluit Gal'. 6ª affor. si non remoueat̄ vomitu materia faciens apā vel sup. secessu si-gnificat apā cerebri: ⁊ sic est mala significatio. ¶ Ultimū signū ad malū ⁊ ad mortē ꝓximā qn̄ cū singultu ꝯiungit̄ spasmus toti⁹ ⁊ ꝯ̄ctio mem brorum vel guidet̄ ⁊ fit permutatio rōnis virtu te iam notabiliter debilitata: tūc eger ꝓximus morti. ptʒ q̄ꝛ significat causam multū imprimē tem ⁊ virtutem debilem impotentem superare.

¶ Jam veniēdū est ad signa demr̄atiua: sʒ signa demr̄atiua gn̄is sunt ex se māifesta. nā decl'at̄ ꝙ singultus est in fcō cū videmus singultuantem. ¶ Sed de signis spēꝝ singult⁹ p°ponent̄ sigª q̄-bus distinguit̄ singult⁹ mālis ab immāli: ponē do etiā signa q̄bus distiguit̄ singult⁹ de inani-tione vt pēdens a siccitate si fuerit⁹a siccitate pēdens ꝯfirmata vel nō confirmata. nā si fuerit singult⁹ mālis in hoc declarat̄ ab immāli: q̄ꝛ si post singultū sequat̄ vomit⁹ ⁊ minuat̄ singultus

De signis demōstratiuis si a replexiōe vel inanitione fiat singultus.

est in cā:qꝛ melia fecalis non sic facile sursū edu
citur:⁊ qñ multiplicat opꝫ vt abscindat:ita vt
attrahat in primis ad inferius cū clisteri i quo
sit acuitas parua. Et stante replōne potest fieri
euō cum decoctione mirabo. indoꝝ ⁊ floribꝰ bu
glosse ⁊ plantaginis cum modico spice. Et si fue
rit patiens ipsum repletus sanguine dicit Aui.
flōmetur basilica ⁊ ponantur vēte se cū scarifi/
catione deorsum allenietur repletio supior san
guinis ⁊ melie:postea cōfortetur splen ⁊ stoma/
cus cū emplo facto sm hanc formā. ℞. mellilo/
ti vsnee myrti laudani. añ. ʒ. ij. puluerizent ⁊ cū
vino pontico misceantur ⁊ supponantur supra
stomachum ⁊ splenem.

Emplm ꝓ splene ⁊ stō.

¶ Et si fuerit materia melencolica adusta ex co
lera citrina. dicit Sera. curamus cū rebus que
sunt dicte in cura vomitus colerici: addēdo tū
aliqua humectantia ⁊ calefacientia paruꝫ:⁊ in
hoc vꝫ eluarium factum vt. infra. ℞. floꝝ buglos.
mellisse masticis rosa. ru. gūmi ara. añ. ʒ. j. croci
cardamomi. añ. ℈. j. sirici incisi. ℈. ſ. zuccari qȝ/
tum sufficit fiat eluarium. ¶ Sed in melēcolia
magis radicali vel ex ſtāte adusto vꝫ eluarium
egregium Nicoli factum vt infra. ℞. florum an/
thos mellisse zedoa. ⁊ doronici. añ. ʒ. j. ſ. floruꝫ
buglosse masticis rosarum ru. gum. ara. añ. ʒ. ſ.
croci gario. cardamomi spice nardi. añ. ℈. j. siri/
ci incisi. ℈. ſ. musci dissoluti in aqua buglo. gra.
vij. zuccari qȝtum suffi. ⁊ dosis est. ʒ. iij. cuꝫ vino
odorifero lymphato. ¶ Et si vomitus fuerit ab
humiditate peccante quantitate magis qȝ ma/
la qualitate:tunc prima intentio stat in exsicca
tione dicte mãe:⁊ in hoc valent tortelle de seni
puluerizate in suis ferculis:⁊ aliquotiens infu
se in vino aromatico modico susperasperso pul
uere exsiccante ⁊ confortatiuo:facto. s. vt infra.
℞. coriandri sicci thuris masticis gariofi. cala/
mi aromatici. añ. ʒ. j. musci gra. ij. misce fiat pul/
uis cum medietate zuccari:facit etiam Bordo/
nius vnum puluerem valentem vt dicit in omi
vomitu si superaspergatur cibis intelligens de
vomitibus supradictis:cuius descriptio talis
est. ℞. corticum citri ligni aloes masticis coriā/
dri preparati semē portulace sandaloꝝ citrino
rum. añ. ʒ. ij. fiat puluis ⁊ ponatur in cibis.

De cura vomitꝰ a sanguine.

¶ Et si causa vomitus fuerit exuberantia san/
guinis vñ fieret vomitus sanguineus vel a toto
vel a particulari membro mandante ad stoma
cum:tūc primo fiat flōmia de cōi si a toto : si ab
epate de basilica dextri lateris:⁊ si a capite de ce
phalica:⁊ si a splene de basilica sinistri lateris:
ita tū qȝ si fuerit ex exuberantia eius fiat primū
copiosa:postea infra duos dies vel tres fiat di/
uersiua minuta qꝛ semꝑ in diuersione ꝑ flōiam
plus facit multiplicatio numeri multiplicatio
ne quantitatis:⁊ ista diuersio est fienda per eā
partem que fuerit in causa multiplicatiōis san
guinis. verbi gratia. si retentio menstruorū fue
rit causa fiat prouocatio eoꝝ cum flōmia saphe
narum:⁊ si fuerit retentio hemorroidarum fiat
prouocatio earuꝫ vel extractio sanguinis ex eis
cum sanguisugis ⁊ alijs ingenijs vt als dictum
est:ita dico de reliquis. Et hāc sniam innuebat
Aui. in cura vomitus sanguinei cū dixit: ⁊ si sen
seris replexionem expelles eam sup. cum flōmia
copiosa:⁊ hoc declarans dixit addēdo. Et qñqꝫ
indigebis post euōnem duarum libraꝝ sangui/
nis flōmia minuta. s. post diem vel duos ad di/
uersionem fiendam.

¶ Et quando per hanc diuersionem non remo
uetur talis vomitus : oportet postea deuenire
ad alia genera diuersorum vt ligando extrema
vehementer in ponendo pedes in aqua calida
et ponendo ventosas in cruribus et aliquando
rubificatiua supra musculos coxarum de qui/
bus alias dictum est : ⁊ tandem oportet venire
ad omnia ea que dicta sunt supra in sputo san/
guinis cum infrigidantibus et inspissantibus
et glutinationem facientibus ⁊ stipticantibꝰ.
Et ista etiā conuenirēt in vomitu facto ex aper
tione vel venarum dilatatione pororum vena/
rum stomachi. Et in hoc casu valet singulariter
et est medicamen domesticum trocisci de cha/
rabe ⁊ terra sigillata cum aqua plantaginis et
portulace et virge pastoris et burse pastoris:
immo succus virge pastoris colatus sepe sum/
ptus plurimum valet precipue si sumatur cum
ʒ. ij. pulueris caude equine vt aliq̄ dicūt. ¶ In
hoc casu facit etiā Bor. cōpōnē electuarij multū

Nota bñ.

vtilis in casu q̄ etiā valet si fuerit vomitus san-
guis ex acuitate medicine remissa acuitate me-
dicine p̄us cū lacte: descriptio cui⁹ talis est. ℞.
diacodiō diapap̄. triasandalorū zucchari rosa-
ti facti cum rosis siccis diacydonitē sine spēb⁹
añ. ℥. ß. misceātur ꝛ sumat coclear. i. pro vice et
post bibat aq̄ ferrata. Et dicebat Ser. Et id qđ
abscindit sanguinē sup. p vomitū eductū vehe-
mēter est aqua arnoglosse aut virge pastoris cū
bolo ar. ꝛ terra sigillata: ꝛ iterū aqua pluuialis
qñ infundit bolus armenus ꝛ spodiuz. Possem
multiplicare descriptiones: sed iste sufficiāt q̄
tum ad sumēda p interius semp commemoran-
do qñ ista nō sufficerēt opꝫ venire ad oppiata:
ꝛ in hoc valet athanasia: ꝛ philoniū p̄sicum est
in hoc excellētis iuuamēti vt al's dictum est.

Nota bñ.

¶ Per exterius autem fiat empl'm cum succo cy
doniorꝫ ꝛ granatorꝫ, dissolutis sandalis rob. et
charabe ꝛ his similibus: vel fiat inunctio vl' epi
thima: vel fomentatio cū al's dictis in de sputo
sanguinis. Sed ista ponātur super os stomaci ꝛ
posterius in directo eius. Et aliq̄ laudāt q̄ si ēt
ponat in fontanella colli in p̄n° thoracis medi
camē appropriatum dispositioni stomaci mul-
tū facit ꝛ maxime in vomitu: ꝛ est rōnale ppter
mery habēs ad illas partes colligātiā. ¶ Sed
si vomit⁹ sanguinis fuerit ab vlcere vel ab apa
te rupto ante maturationem eius curetur cura
eorꝫ vt al's dcm̄ est. Et ita si vomit⁹ fuerit sanio-
sus curet vt dcm̄ est de ptisi. Sed vbi p saniosū
intelligimus humorē corruptū singulariter pꝫ
ī casu isto vt dixit Aui. adhibere narcotica odo
rifera sup. facta mundificatiōe resistētia corru-
ptioni saniei ꝛ fetori stiptica exiccātia q̄ sint tñ
aromatica. Et in hoc trocisci stelle sunt commu
niter laudati.

De cura vomit⁹ sāguīs ab vlcere facto.

¶ Et si cā vomitus fuerit ventositas vel dolor
stōī occurrendū est corrigendo primo cām dolo
ris ꝛ vētositatis: deinde cū dissoluentib⁹ vētosi
tatem ꝛ dolorem minuentib⁹ sicut dictū est su-
pra in cura doloris stōī ꝛ inflationis semp īmi-
scēdo aliqua aromatica stiptica ꝛ stomacalia.

¶ Sed nō est hic omittendū qđ ēt ibidē sup. di
ctuꝫ est vt sit apponēda vētosa magna stō absq̄
scarificatione: ꝛ tunc detur ad comedendū infir
mo stante ventosa appensa stomaco.

¶ Et si cā fuerint vermes intendēdū est pri⁹ vt
videbitur etiā in cura p̄pria cū mortificātibus
vermes ꝛ eos educentibus tñ stomaticis vt est
aloes: qui ponitur medicina stomatica ſm Ga.
ꝛ est interficiens vermes ꝛ educēs: intēdēdo ēt
cū abstergentib⁹ putridos hu. qui sunt mater
ipsorꝫ: ꝛ p̄hibētib⁹ a putrefactione vt est myrrha
singul'r que ēt dicitur stomatica: ideo pillule di
cte cōes facte ex aloe myrrha ꝛ croco sunt in ca-
su singularis iuuamenti: ꝛ sirupus de absinthio
est in casu multum conueniens: q2 cum sua sto-
maticitate interficit vermes: etiam sirupus de
mentha si exhibeatur cum aquis graminis vel
cicoree: ꝛ confortetur stomacus ab extra cum vn
guento facto vt infra. ℞. succi menthe. ℥. ß. olei
absinthij. ℥. ß. aloes cornu cerui vsti seminis cau
lium ꝛ nasturtij. añ. ʒ. ij. cere qđ sufficit: fiat vn-
guentum cum modico aceti acuti. Sed in vomi
tu specialiter pro pueris sumantur cortices phi
sticorum ꝛ gariofi. ꝛ frangantur ꝛ infundantur
in aqua dulci per diem naturalem: postea facta

Pill'e cōes sunt mul- tū laudate in hoc cāu

colatura dissoluatur in ea parum masticis pul
uerizati ꝛ exhibeatur: ꝛ supra stomacos eorꝫ fiat
emplastrum cum pane vsto infuso in vino mal-
natico ꝛ aceto: postea superaspergatur puluis
gariofi. ꝛ masticis et stomaco superponatur. Et
ista sufficiant quantum ad scōm principale.

¶ Jam ad tertium veniendo puta ad correctio
nem accidentium. Primo si cum vomitu coniū-
gatur fluxus ventris: dicit Rasis q̄nto contin.
Si intensus fuerit vomitus ꝛ solutio insisten-
dum est cum aqua fructuum ꝛ emplastris con-
fortantibus stomacuz: ꝛ vniuersaliter ponatur
cura eius que dicta est in colirica passione.

¶ Et si fuerit vehemens sitis dicit Ras. da ei in
potu de se. cydoniorum. Et si fuerit sine fe. cum
vino stiptico. Et si fuerit cum feb. cum rob de ag
gresta: ꝛ ita recurre ad alia dicta al's. ¶ Extēsio
ni vero ꝛ dolori qui sepe fit in vomitu sub hypo
cundrijs. dicebat Aui. 4ª primi cap° 15°. confe-
runt panni in aqua calida. s. camomille infusi ꝛ
suprapositi: ꝛ inunctio cum oleis lenificātibus
vt amig. dul. ꝛ similium. ¶ Mordicationē autē
aliquotiens remanentem in stomaco remouet
aliquotiens bibere lac vel iura vnctuosa: semp
tñ apponendo aliquid aromaticum vt parum
masticis vel calami aromatici vel coriandrorū
ſm diuersas intentiones. ¶ Et singultū aliq̄n
succedentem ad vomitum remouet sternutatio
vt dicit Aui. ꝛ recurre ad dicta in ca° superiore.

¶ Et alchuzez ꝛ spasmum aliquotiens succe-
dentes ad vomitum iuuat aliquotiēs ligare ex
trema ꝛ stringere ea si causa fuerit frigida ꝛ sup
ponere stōaco pannū infusum in oleo in quo co
cta fuerit rutha. Sed si fuerit a siccitate recurre
ad ea que sunt dicta supra in singultu inanitio-
nis. Et sic sit finis huius gloriosi capl'i finiti die
5° Octobris. 1467. qđ p̄feci sic instante discipu
lo meo magro Jacobo Crabbe de Brabantia q2
non volebam variare ab ordine Rasis qui non
posuit hoc capl'm: ita q̄ si aliquid boni dictum
est sibi gratia habeatur.

¶ De appetitu canino. Cap. vj.

Cum aliquis famē assidue pa-
titur ꝛ cibus post comestionē
adeo grauat: aut vomere aut
per inferiorem regionem ip̄m
eijcere cogat: rizi dandū est ei quod cū co-
quitur ex liquore qui fluit ab agno qui in
furno assatur impinguatur ꝛ cauda ꝛ ei si
milia: nec non ex omni cibo qui vnctuosus
est. Et vinum vetus purum dandum est
de quo quantum poterit bibat. Deinde p̄-
cipiendum est ei vt euomat: ꝛ hoc regimē
ei conseruandum est donec sanetur.

¶ Quod si nec cibus eum grauat nec ip̄m
euomit nec per secessum expellit: carnes
vaccine sunt dande ꝛ frumentum coctum
vt plus ꝛ rizi cum lacte: et aquam frigidā
in potu sumat et in aere frigido moretur.

¶ Hac aūt egritudine laborans nihil acetosum ⁊ stipticum nec acutū comedat: sed dulcibus ⁊ vnctuosis solum vtatur.

Continuatio huius capituli ad precedētes.

Istud est capitulū de canino appetitu: in quo Rasis ponit curam appetit⁹ canini: ⁊ continuari potest pn̄s capl'm ad p̄cedens in hunc modū. Nam postq̄ in p̄cedenti capl'o determinauit de singultu qui est motus non nālis stomaci: et maxime oris eius cōtractiuus cū extensione dilatatiua vt fuit supra declaratū: cū ergo ī oī singultu fiat cōtractio partiū oris stōi ⁊ corrugatio quedam partium eius q̄ corrugatio facit vt partes q̄dā ad se inuicē contangant: q̄ diuerso modo qualificate diuersam cōplexionem inducūt altere in alteras: vnde fit in eis diuersa q̄dā sensatio mala ⁊ tediosa q̄ est cā famis. Nam ad eaꝫ insurgit aiatum desiderium ad aliquid corpulentum ab extra sumendum non fluxibile: vt ipsum interponatur inter partes oris stōi ne taliter ad contactuꝫ veniant: ⁊ ita vt remoueatur illa mala tediosa sensatio: qđ quidē aīatum desideriū idem est qđ appetitus ad cibum seu fames. Et qm̄ cā faciēs in singultu ad corrugationē vel ꝯtractionem partiū oris stōi est cā p̄ter nām: tū l'r ip̄e singultus est motus simpl'r cōtra nām: cū nulli indiuiduo nāliter se hn̄ti cōueniat. Cōsequenter dicta corrugatio faciens ad appetitum cum sit absolute p̄ter nām acuit appetitum p̄ter nām.

Quatuor sunt appetitus p̄ter naturam.

¶ Et q̄m appetitus p̄ter nām sunt quatuor: quidam est appetitus q̄ fames sincopalis d̄: qm̄ ad talē famē sequitur sincopis. Quidam est appetitus corruptus gratia obiectoꝝ, vt qn̄ appetunt obiecta nulli indiuiduo in specie humana conuenienter disposito ꝓportionata ⁊ cōueniētia: vt cū appetuntur carbones vel terra vel aliq̄d hmōi vt ꝯtingit in p̄gnantibus. Et quidā est appetitus aliter corruptus merito intensionis et non merito obiectoꝝ vt merito sue assiduitatis ⁊ sue intentionis fit transcēdens ꝓportionabilitatem que debetur cōuenienter in specie humana: ita ꝙ nulli indiuiduo nāl'r se hn̄ti conuenit tanta appetitus intensio: ⁊ talis vocatur appetitus caninus siue fames canina: q2 sicut ī canibus stat voracitas quedam ⁊ appetitus assiduitas in appetendo: ita ⁊ taliter intēsus ex hac similitudine vocatur caninus. Alius est appetitus etiam corruptus opposito modo se habens ad appetitum caninum: q2 sicut appetitus caninus propter eius intensioneꝫ vocatur corrupt⁹ ita aliquis propter eius defectum in appetēdo puta tarditatem ⁊ remissionem vocatur corruptus: ⁊ talis dictus est appetitus vaccinus siue bolismus: quia vno bolo satiatur vbi cum intēsione appetitus membrorum stat debilitas ⁊ defectus appetitus oris stomachi. Nam tal'r tarde ⁊ remisse appetere nulli indiuiduo in specie humana naturaliter disposito conuenit: immo cum eo raro prolongatur vita. ¶ Et de his dicit Gerardus expositor ꝙ Rasis in hoc capitulo nō loquitur nisi de appetitu canino: quoniam de appetitu sincopali quantum ad curam dictū est supra in capitulo de sincopi. Et de appetitu corrupto est facilis cura in euacuatione talis cause materialis in via corruptionis que facit talem appetitum corruptum merito obiecti: nec q̄ de appetitu vaccino siue bolismo fecit mētionē vt vult quia est facile curabilis: de alijs duab⁹ causis forte dici posset ꝙ essent tolerabiles: sed tertia causa non est sustentabilis. Nam difficilioris curationis est bolismus vt plurimum q̄ appetitus caninus: immo cā certe intensionis faciens ad appetitum caninum vt certa frigiditas stomaco occurrens si vlterius intendatur: ita. s. vt ducat ad debilitatem sensitiue oris stomaci vel mortificationem tunc taliter intēsa facit bolismum ⁊ defectum in appetitu Propterea dicit Aui. 1ª tertij in capitulo de appetitu canino in fine. Et scias ꝙ appetitus caninus multotiens perducit ad bolismum ⁊ ad subeth et ad mortem: lꝫ etiam posset perducere ad bolismuꝫ per aliam causam multiplicando humiditates in ore stomaci que obtundunt appetitiuā. Possumus ergo dicere ⁊ rectius ꝙ Rasis hic vt breuiloquus ponit curam appetitus preter naturam vt plurimum contingentis: ⁊ talis est appetitus caninus qui ex multis ⁊ diuersis causis sepe occurrentibus prouenire possunt vt infra loco suo videbitur. Fames autem sincopalis raro contingit q2 maxime sequitur excessiuam stomaci sensibilitatem pro vna cā preparatiua et raro reperitur. Appetitus etiam corruptus merito obiectoꝝ raro reperitur vt patet ⁊ a paucis causis contingit Bolismus etiam rarius q̄ appetitus caninus contingit cum sequatur ad eū per modum supradictum: ideo non irrationabiliter vt breuiloquus determinauit de appetitu canino non sic de reliquis. Possemus etiam speculantes magis dicere ꝙ ex parte continuationis cum capitulo de singultu vt dictuꝫ est de appetitu preter nām determinandum est propter corrugationem que accidit ori stomaci sicut ēt ⁊ in singultu quedam fit corrugatio vt dictū est ⁊ qm̄ talis corrugatio prius facit ad appetitum caninum vt supra declaratum est q̄ ad alias species appetitus preter naturam vt pꝫ considiranti subtiliter: ideo ex ordine capituloꝝ sic determinauit de appetitu canino ꝙ non de alijs. Circa tn̄ istum modum possent fieri alique difficultates: ideo tutior est alia responsio. ¶ Determinando igitur de appetitu canino duo facit principaliter: qm̄ primo ponit curam appetitus canini a cā frigida cōtingentis in ore stomaci: secundo ponit curaꝫ talis appetitus a caliditate vel in toto vel in stomaco dn̄ante. secūda ibi. (Qđ si necꝫ cibus ⁊c.) Prima pars etiam in duas diuiditur. Primo manifestat appetitū caninum pendere a cā frigida per quedaꝫ signa secundo ponit curam illius. secunda ibi. (Rizi dandum est ei.) ¶ Dicit ergo primo. Cum aliq̄s famem assidue patitur ⁊ cibus post comestionē adeo grauat eum sup. si etiam fuerit temperate quantitatis ⁊ qualitatis ⁊ ita sup. grauat vt aut vomere aut per inferiorem regionem reijcere cogatur ipsum. s. infirmus: tunc sup. declaratur ꝙ talis appetitus canini causa est complexio frigida immaterialis vel cum materia. Rō huius dicti sumitur ex hoc: qm̄ per malam complexionem frigidam cum fuerit talis ⁊ tanta qđ facit appetitum caninum per eius excessum: ita debilitatur stomacus in cōtentiua ⁊ digestiua vt nō concurrente attractiua membrorum posterioꝝ

Declaratio p̄e partis.

qm̄ frigiditas debilitat attractionem: cōsequē ter ille cibus in stō exn̄s ita grauat virtutē sto machi vt virtute nitente se exonerare cogat᷑ pa tiens velle emittere cibū p̄ superius p̄ vomituꝫ vel inferius p̄ secessum: ꝛ ita qn̄ fiunt hec accn̄ tia est signum ꝙ cā talis appetitus fuit cōple xio frigida: qm̄ ꝛ si etiam esset aliqualis attra ctio a mēbris posterioribus: in appetitu tamen canino a cā frigida appetitus nō debite ꝓpor tionatur attractioni mēbroꝝ posterioꝝ: immo multo maior est appetitus ꝛ plus sumitur de ci bo ꝙ̄ p̄ attractiuā epatis ꝛ mēbroꝝ attrahi pos sit stante lapsu simili, in mēbris posteriorib⁹ vt est rōnale: secus esset si appetitus canini cā eēt cōplexio calida in toto resoluens: tum qꝛ calidi tas non sic adducit ad debilitatē virtutum sto maci sicut frigiditas: tum qꝛ attractiua mēbro rum posterioꝝ multū suggeret attrahēdo de ci bo sumpto in stomaco: ꝛ ita nō tm̄ grauaret᷑ sto macus vt cogatur ad expellendū cibū p̄ sursum vel deorsum vt dicebatur in frigido: lꝫ ēt in eo stomacus aliqualiter grauetur: vt vult Rasᷓ. in parte seqnenti de tali appetitu a cā calida. Et hoc ēt innuebat Auic. in signis causaꝝ ꝛ canini appetitus. Nā ponens signa resolutionis post egritudines dissoluētes dixit vt nō sit nā resolu ta. i. vēter non sit mollis ꝫm p̄lm qm̄ corpus at trahit humectationē cibi ad seip̄m: ꝛ infra etiā de signis ex multitudine resołonis dicit: signuꝫ sup. est vt nō sit in digestione. s. stomaci nocumē tum: vn̄ sup. tunc nō sit multa grauitas stoma ci neqꝫ cogn̄tur emittere cibū p̄ sursum vel deor sum sicut in frigida. ¶ Stante ergo mala com plexione frigida cā talis appetitus ponit curā dicēs: rizi dandū est ei qd̾ cū coquitur ex liquo re q̄ fluit ab agno q̄ in furno assatur sup. sił cum aqua mixto dicto liquore: impinguat᷑ sup. aqua Addit: ꝛ cauda ꝛ istꝫ siłia ex oī cibo q̄ vnctuosus est sup. est cōueniens. Addit: p̄ñr ꝙ vinū vetus puꝝ dandum est de quo q̄tum pōt bibat: dein de p̄cipiendū est vt euomat. Et hoc regimine cō seruādus est donec sanetur. ¶ Pro intelligentia haꝝ partium est notandū ꝙ cū appetitus talis caninus a cā frigida sequatur principał̄r corru gationē supfluā partiū oris stōi: idcirco in cura talis appetitus cōueniunt ea que cū caliditate remouent cām: ꝛ cū vnctuositate ꝛ pinguedine relaxent partes oris stomaci ita vt inducāt abo minationem. Nam talia vnctuosa non effluunt vltra os stomaci: immo natant sua vnctuosita te ꝛ aerea caliditate in ore stomaci: vt fuit sentē tia Gale. 2° affo. commen. 21. ideo taliter replen tia inter partes oris stomaci: quaꝝ corrugatiōe ꝛ contractu fiebat appetitus: fit ipsius deiectio ꝛ abhominatio: ꝛ huius nature sunt vnctuosa: de quibus in litera ꝛ maxime mixta cum rizo: quod cum caliditate sua est etiam tarde descen dens a stomaco ꝛ grossitie substantie eius cum quadam viscositate. Et ita patet ratio p̄mi di cti. ¶ Ratio secundi, vt exhibeatur vinum puꝝ de quo bibat quantum poterit. i. notabilis q̄ti tatis: sumitur primo quia vinum purum remo uet causam maxime materialem subtiliando, et resoluendo: ꝛ aliquotiens in totum resoluit si fuerit pauce quantitatis: ꝛ tunc non debet su mi multe quantitatis neqꝫ subito sed paulatim vt virtus ipsuꝫ regulare possit: sed si fuerit mul ta quantitas materie ita vt virtute vini tanta quantitas non sufficit resolui: tunc debet sumi vinum in multa quantitate: ꝛ subito vt grauita te sua incitet ad vomitum: ꝛ tunc post ipsum de bet prouocari vomitus cum digito vt educatur materia que est nocens: sed vtrum vinū debeat exhiberi ante vnctuosa vel post: de hoc erit pre cipua dubitatio infra loco suo ꝓpter apparen tes contrarias sententias auctorum.

Declaratio 2e partis principalis

¶ De secunda parte principali ponens signa et curam appetitus canini a calida causa dixit ꝙ si neqꝫ cibus eum grauet sup. tantum sicut in ca su priori: neqꝫ ipsum euomit neqꝫ per secessum expellit sup. tunc declaratur quod causa est ca lida. Et ratio est collecta supra quoniam vt plu rimum non tantum debilitatur stomacus a cau sa calida: ꝛ cum hoc stante caliditate ꝓportiona tus appetitus magis attractioni membrorum que attractiua est multum fortis: immo potissi mē propter potentiam eius fit talis appetitus ideo non tantum moratur cibus in stomaco vt grauet ꝛ nitat᷑ natura ad expulsionem eius: im mo dicebat textus Auicen. superius quoniā cor pus attrahit humectationem cibi ad seipsuꝫ in tali casu: ideo non fit natura resoluta. i. non fit venter lubricus. Et proinde in casu conueniunt que tarde digeruntur. i. difficulter a virtute mē brorum trahuntur ꝛ que ad frigidum declināt ad remissionem cause magis mediate vt calidi tatis membrorum dissoluentes. Et proinde Ra sis laudat carnes vaccinas ꝛ aquam frigidaꝫ di cens: carnes vaccine sunt dande ꝛ frumentuꝫ vt puls. i. maxime coctum reductum quasi ad nām ptisane colate grosse cum lacte. Et aquam frigi dam in potu sumat ꝛ in aere frigido moretur: to tum est clarum ex dictis pauloante.

Declaratio vltime partis

¶ De vltima parte ponens vnum cano. commu nem in dietando in appetitu canino dicit. Hac egritudine laborans nil acetosum ꝛ stipticum atqꝫ acutum comedat: nam talia faciunt ad ag gregationem partium oris stomaci ꝛ sic ad ap petitum. Addit: sed dulcibus ꝛ vnctuosis soluꝫ nutriantur propter causam oppositam: de ace tosis tamen ꝛ acutis erit specialis dubitatio in fra loco suo. Et sic sit finis capituli textualiter lecti.

Quo declarato capitulo literaliter: re stat nunc ex ordine pro maiori intelligentia expedire intentiōes in sin gulis capitulis solitas expediri. s. primo de q̄d nominis ꝛ quid rei appetitus canini: ꝛ ibi etiā ad maiorem declarationem aliquid dicetur de appetitu bolisimo: quomodo conueniat ꝛ diffe rat ab appetitu canino: secundo ponentur di stinctiones ꝛ species appetitus canini. tertio ponentur cause eius: quarto veniemus ad signa primo pronostica euentus: deinde ad bonum et ad malum: consequenter demonstratiua gene ris: et consequenter specierum. Et vltimo po netur cura.

De q̄ditate nois.

Quid nominis. Circa primum recurre ad ea que dicta sunt su pra in principio capituli, circa textum vbi decla ratum est satis ꝛ sufficienter quid sit appetitus caninus: tamen hic summatim dicatur quod appetitus caninus dicitur immoderantia ap petitus que assimilatur appetitui canis. Unde

dicebat Serap̄.3° breuiarij ca° proprio in p̄n°. nominaṫ hec egritudo appetit⁹ caninus ex nomine canis qui desiderat ꝙ comediṫ multū diuersum cū fame absq̧ satietate: talis aūt appetitus immoderantia est duplex. Nā quedā est taḷ ex p̄te obiecti qđ appetiṫ: q̄ appetitur obiectum in quātitate amplius q̄ꝑ debeaṫ naturaliter. ℭAlia est immoderātia respectu modi appetendi: q̄ quasi cōtinue appetunt ⁊ cū voracitate: ⁊ hec vtraq̧ immoderantia reperiṫ in appetitu canino: q̄ appetunt vltra q̄ꝑ cōuenit ⁊ in quanto ⁊ frequentius ⁊ quasi cōtinuo ⁊ voraciter sicut faciunt canes: ideo talis appetitus a medicis vocaṫ corruptus: q̄ trāscendit ꝓportionem ⁊ cōuenientiā naturalē in appetēdo q̄ debeṫ corpori hūano nāliter disposito: ⁊ in q̄to et in modo: qui appetitus nulli aīali conuenit per naturā nisi cani. Ideo Alex. hanc dispōnem appellauit cinodosiā a cinos qđ est canis: ⁊ dosios qđ est gloria. Nam gloriaṅt canes cum sumunt cibū in magna quātitate: ⁊ ita voraciter sumunt. Hip. aūt appellauit eum 2ª affo. indigentiam: in affo. Potus indigentiā soluit: quia maxime sequiṫ indigentiā vt infra diceṫ in causis: lȝ in alia translatione burgodonis appellatur limos. Et ex aduerso bolismus diciṫ quasi boli vnius limos. i. fames vel appetitus: lȝ aliqui dicant ꝙ vocaṫ bolismus: q̄ bolism⁹. i. appetitus qui debeṫ bobus: ⁊ ꝑinde ab aliquib⁹ vocatur appetitus vaccinus ꝯm similitudinem famis vaccaꝝ in quibus appetitus est multum hebes. ℭEt ex his p̄ȝ quedā cōuenientia ⁊ differentia inter bolismū ⁊ appetitū caninum: q̄ vterq̧ est appetitus corruptus saltē ex p̄te modi: q̄ in canino est intēsior q̄ꝑ cōueniat et voracior ⁊ in bolismo remissior ⁊ magis hebes: lȝ aliqui dicant vt dicit Aggregator brixiēsis ꝙ vterq̧ talis appetitus est magnus comedēdi sed differunt: q̄ in fame canina multū appetiṫ ⁊ multum comeditur ⁊ nūq̄ꝑ satiatur: sed in fame vaccina vt dicunt multum appetitur sed paruȝ comeditur: quam sententiam non credo veraȝ de appetitu animali qui debetur ori stomaci: licet de appetitu naturali membrorum forte verificetur: q̄ in bolismo vt dictū est appetitus stōi est multum hebes vt infra declarabitur magis lȝ membra multum appetant: sicut etiā ⁊ in canino semper contingit propter inanitionē magnam in membris. Ideo dicebat Sera. loquēs de bolismo. Hec autem egritudo ⁊ appetit⁹ caninus cōicant. quoniam paupertas ⁊ diminutio cibi sunt inuente in vtrisq̧ simul supp. aliquotiens: ⁊ diuerse sunt in hoc ꝙ virtus appetitus. s. animalis stomaci est sana in illa. s. fame canina: improprie tamen sumendo sanitatem: sed vocatur sana quia non obtusa neq̧ hebes ⁊ membra sunt repleta: non intelligendo ꝙ semper sint repleta: immo aliq̄ñ sunt inanita de facto: sed dicitur ꝙ membra sunt repleta in appetitu canino q̄ sunt parata repleri ex parte eius quod sumitur in appetitu canino: q̄ multū sumiṫ de cibo: ⁊ virt⁹ in hac. s. in bolismo est idisposita vel īfirmior facta ⁊ in casu q̄ cadit. s. in appetēdo ⁊ ꝯtinuaṫ ēt cū ea diminutio ⁊ siccitas ⁊ frigiditas ⁊ debilitas: q̄ sup. ex quo ꝑ vaccinuȝ appetitum nihil sumiṫ vel modicū: ꝓñr fit inanitio de necessitate in membris ⁊ siccitas ⁊c.

Uñ dicit bolism⁹.

Distinctiones.

Jam veniendum est ad spēs ⁊ diuisiones de quibus fit hec prima. Quidā caninus appetit⁹ est sequens ad alios morbos ⁊ quidam nō: sed accidit corpori sibi apparenter sano. ℭScđa diuisio: appetitus caninus sequens ad alios morbos vel cum his cōiunctus: quidā cōiungiṫ cū alia mala dispōne stōi: ⁊ quidam nō. ℭAlia distinctio: quidā appetitus caninus est multi tēporis ⁊ diuturnus: ⁊ quidā modici. ℭAlia distinctio: cū appetitu canino aliq̄ñ cōiungiṫ syncopis ita ꝙ simul est appetitus caninus ⁊ syncopalis: ⁊ quidam permanet talis sine syncopi. ℭAlia distinctio: quidā est qui reperiṫ in pueris: quidam in iuuenibus: quidā in decrepitis. ℭItem quidam in carnosis: quidā in macris: et quidam cum signis caliditatis: quidam cum signis frigiditatis. vt videbitur infra.

Cause.

Istis stantibus distinctionibus veniēdo ad causas dicaṫ p̄mo gn̄aliter ꝙ cause ipsius aut sumunṫ ex p̄te necessitatis ad famem inducendam vel ex parte coadiuuantium ad eam vel ex parte virtutis vel ex parte organi vel instrumenti vel ex parte ipsorum obiectorum. s. ciborum.

De causis Inanitio.

ℭEt parte necessitatis ad famem dicit Gal. 4° de accidenti: ⁊ Aui. 13ª tertij in ca° destructiōis appetitus: necessitas appetendi sumiṫ ex dissolutiōe facta in mēbris ⁊ membroꝝ inanitio: per membra intelligēdo mēbra extrema ⁊ extra stomacum ⁊ ip̄m stōm est de maximis causis ad famem: q̄m in appetitu naturali inanitio totius est cā famis ⁊ ad eā necessitans: vn̄ dicebat ip̄e loco allegato: ⁊ ad vltimū necessitas cibi est vt suppleat locū eius: qđ resolniṫ vel sup. est resolutuȝ. Uñ addit: cū ergo nō est resolutio aut est resolutio parua nō est necessarius cibus extrinsecus: ⁊ idē p̄ª quarti. de regie febrium in gn̄ali. Sicut igiṫ resolutio ⁊ inanitio facta in mēbris est cā necessitans ad famē naturalē: ita vehemētia inanitionis ⁊ resolutionis est cā ex se deducens ad vehementiā famis ⁊ appetitū caninū: et ꝑinde dicebat Aui. ꝙ talis appetitus sequiṫ febres ꝓlixas resoluētes corpus. i. lōgas dissolutiuas: ⁊ gn̄aliter ēt oēs cause dissoluentes: et hoc mō ieiuniū ⁊ coitus ⁊ exercitiū sup̄fluū ⁊ vigilie ⁊ solutio vētris superflua: de qua dicebat Aui. in ca° ꝓstrationis appetitus est de causis appetitus canini. Nā dixit: et q̄ñ sup̄fluit soḷo ventris vehemens fit appetitus cū sup̄fluitate ⁊ aer calidus ⁊ cōplexio calida mēbroꝝ ⁊ naturalis ⁊ accidētalis ⁊ alie similes cause dissoluētes: oēs tales sunt cause vehemētie appetitus ceteris paribus. Nam facta membroꝝ inanitione insurgit attractiua membroꝝ ad attrahēdū et ita fit attractio ⁊ suctio mediantibus venis ab epate: ⁊ cōsequenter epar attrahit mediantibus meseraicis a stomaco: ⁊ cōsequenter resoluto humido in ore stomaci fit corrugatio p̄tium illius: ⁊ inde tediosa quedam fit sensatio vt dixi supra circa textum: ⁊ ita insurgit appetitiua stomaci ad appetendā rem ab extra: ⁊ talis appetitus est fames: qui si sit immoderatus appellatur appetitus caninus vt dictū est supra. Caliditas ergo resolutiua membris cōmunicata ⁊ cū materia ⁊ sine materia potest esse causa positiue cōcurrens ad ipsum appetitū caninū.

Inanitio totius corporis ē cā famis.

¶ Debilitas etiã retentiue membrorũ est causa passiua saltẽ preparatiue faciens ad appetitum caninum: q2 stante retentiua debili ex caliditate forti dissolutiua maior fit resolutio humidi membrorum: et sic pñr ceteris paribus intẽsior fiet appetitus: vel etiã debilitas cõtentiue est causa huius: pro quãto ex debilitate cõtentiue fit sudor in corpore maior: et pñr maior resolutio et sic appetitus intẽsior et istũ sensum intelligebat Aui. cũ dixit in ca° pprio. Et qñ accidit ex debilitate virtutis cõtentiue in corpore quare assidue fit resolutio supflua et assidue fit appetitus vehementis restaurationis: et ita supple appetitus caninus. Debilitas etiã cõtentiue proprie stõi potest esse causa huius: q2 cũ nõ põt cibus in stõaco retineri neq3 pñr digeri. nõ etiam cõsequenter põt transmitti nutrimentũ ad mẽbra: et ita membra inaniuntur: et sic inanita isurgunt ad attrahẽdum: et fit appetitus caninus.

Ex debilitate retẽtiue causatur appetitus caninus.

Questio.

¶ Dicit etiã Aui. q nõ solũ caliditas in toto: s3 etiam caliditas in ore stomaci est cã ad hoc resoluendo et requirendo restauratione: quare est os stõi semp quasi sit famelicum. Sed Sera. videtur cõtrarius huic sniẽ in ca° pprio de appetitu canino: quã etiã sniam notauit Gerar. Cremonensis in litera extrinseca dicit. Et hec caliditas nõ est in ore stõi sup. que facit ad appetendum: immo in reliquo corpore: et posset etiã declarari per hoc qd dixerat Aui. in ca° destructionis appetitus in pn° declarãdo q caliditas pura aut cum materia deijcit appetitũ. loquẽs de tali cõplone in ore stõi: et frigiditas facit ad appetendum dixit. Et cã in hoc est q caliditas est mollificatiua faciẽs currere materias et replẽs locum eis. i. os stomaci et frigiditas est econtrario: quia sup. est constringens et corrugans.

Ad obiectũ dicit.

¶ Dicatur pro solutione difficultatis: et videt quasi colligi rñsio ex verbis Aui. q vt plurimũ si caliditas sit appropriata tm̃ ori stõi et nõ alijs membris facit abominationẽ cibi: et aliqñ sitim sed si caliditas nõ solũ sit in stõaco: sed etiã in toto faciens ad eius fortẽ dissolutionem: tũc illa caliditas oris stõi poterit causare famẽ: ptingit tñ q l3 caliditas solũ esset in ore stõi et non in toto: sed existente temperãtia in toto in actiuis: vbi tñ in toto esset minoratio humorũ respectu mẽsure que sibi debet vt cõtingit in corporibus macris ppter aliquale ieiuniũ: tũc caliditas oris stomaci solius cũ ista minoratione humorum potest esse causa vehementie famis: vbi. s. caliditas oris stomaci sufficeret resoluere vehementer humiditatem substantificã illius: vnde quereret restaurationem: quare est os stomaci semper quasi sit famelicum: vt dicit Auic. sed hoc est raro cõtingens: ppterea Sera. vt in pluribus loquens dixit. Et hec caliditas nõ est in ore stõi sup. tm̃: immo in reliquo corpe: ideo Aui. in fine huius tertus loquens de caliditate tm̃ oris stõi addit. Et hoc ꝯm plurimum facit sitim et in quibusdã dispositionibus facit famem cum superfluit eius resolutio. ¶ Et hoc qd dictum est supra dictum est debere intelligi ceteris paribus. nam aliqñ caliditas superflua in toto et in stomaco facit ad destructionem virtutum et appetitiue et attractiue et sensitiue: et tũc non causabit appetitum: immo fiet deiectio appetitus. proinde in eũone sanguinis supflua ex debilitate epatis fit aliquotiens in totũ appetitus prostratio: vnde dicebat Auic. de destructione appetitus. Et qñq3 fit cã eius debilitas epatis quare debilitat virtus appetitiua. Addit: immo qñq3 fit cã eius mors virtutis appetitiue et attractiue totius corporis sicut fit post egestionem sanguinis plurimam. Et dicit q hoc est malum difficilis cure: et perducit id ad hoc vt cognoscat cibos et appetat ex eis aliquid: et cum ponunt ante ipm refugit ab eis: ita similiter cum est dictum q fluxus ventris est de causis appetitus canini per quẽdam modũ potest etiam ẽsse cã destructionis. Nam dicit Genti. in fluxu ventris si materia solum deducat ad intestina et nõ fluat ad stõm prius isto casu sequitur vehemens appetitus: sed si flueret materia ad os stõi: licet membra inaniantur: tñ tunc psentia materie in stomaco vetaret appetitiuam ad appetendum. ¶ Et ita simul de causis appetitus canini dicebat Aui. q aliquotiens fit ppter vermes et serpentes magnos cũ subito incipiũt venire ad comesta et appropinquãt eis et dimittũt corpus et stõm famelica sup. deuorãdo cibũ qui esset membris necessarius. Et dicit Alex. de hoc q vidit quandã mulierem multũ et absq3 mẽsura cibos appetentẽ et digerentẽ omnia et nunq̃ bene secessum fecisse: sed dicebat se mordicationem pati in ventre et capitis dolorẽ se habere q̃ relabat: et cum accepit catarticũ de hiera facta purgatione proiecit vermẽ grandẽ vt haberet in spatio lõgitudinis cubitos duos et amplius et postea fuit curata ab illo irrationabili appetitu. Narrat etiã Nicolus florentinus q nouit Florentie mulierẽ que propter vermes plures quos habebat cõgregatos in ventre non stabat vna hora inter comestionẽ et comestionẽ: que si aliqñ propter aliquã causam dimittebat cibum vehementer cruciabat. Idcirco pluribus vicibus surgebat ad sumendũ: et finaliter sumptis pillulis de colloquintida multa flegmata emisit et vermes vltra centũ longos satis in pluribus diebus: et cessauit ab ea appetitus ille. Ecce qño sunt cause intensionis appetitus: et tñ in caplo destructionis appetitus dicebat Aui. et qñq3 causa eius est vermis qui nocet intestinis et cõicat eis stomacus: vñ l3 vermes et p viã suctionis cibi etiã aliquotiens stimulãdo sensitiuam stomaci vnde expellatur cibus a stomaco sint cause vehemẽtie appetitus: aliquando tñ vermes corrumpunt appetitiuam stõi et aliqñ prosternunt: vt qñ corrumpuntur vermes in stomaco et euaporant ad os stomaci etiã: q2 cum eis cõiunguntur materie male qualitatis parate conuerti in vermes vnde fit fetida expiratio vt cõtingit in pueris in quibus multiplicãtur vermes et materia corrũ et tunc deijcitur appetitus. ideo signanter supra dixi ceteris paribus q cause dissolutionis et resolutionis humidi sunt de causis vehementie famis intelligitur ceteris paribus. i. deductis modis alijs per quos ille cause ducere possunt ad destructionem vel diminutionem appetitus.

Vermes et serpẽtes esse causã appetitũ caninum.

De verme hñte duos cubitos.

De quadã muliere q̃ fecit centum vermes et plus.

¶ De causis autem iuuãtibus ad appetitus intentionem est superabundans fluxus melencolie ad os stomaci et reliqua acetosa. Nã sua acetositate constringentes et corrugantes partes oris stomaci exprimunt humidum et exiccant

ex ore stōi: ⁊ in hoc nō tm̄ melēcolia sua acetosi-
tate: sed etiā flegma acetosum ⁊ crudū in stō ge
neratū vel aliunde transmissum vt 4° de accñti
⁊ 5° ꝯtineñ. per istū modū pōt esse cā appetitus
canini. Ideo dicit Aui. ꝙ aliqñ catarr⁹ est cā hu
ius: per catarrū intelligimus catarrū pēdentẽ
a flegmate acetoso. Et sicut dico de istis aceto-
sis ita intelligitur de cibis acetosis: vñ acetum
ca° ꝓprio disrūpit appetitum. Nā taliter cōmo
uendo os stomaci. s. cōstringendo dicit Auic. qđ
tale acetosum facit in ipso id qđ facit suctio ve
naꝝ capientium cibū: etiam aliquotiens aceto
sum sua incisione ⁊ expulsione remouet humo-
res si fuerint in ore stōi qui sunt contrarij appe
titui: hoc totū intelligit etiam ceteris parib⁹
s. deductis modis alijs q̄bus ledere possunt ta
lia acetosa appetitū: qm̄ melencolia nimis sup-
fluens ad os stomaci aliquotiens destruit appe
titum: qr mortificat sua frigiditate os stomaci ⁊
sensitiuam eius: ⁊ ꝯñr ꝓsternit appetitū. Et idē
dicit Aui. de destructione appetitus ꝙ q̄ñꝫ est
cā eius melencolia multa ledens stomacum mo
uens eum ad vomendum ⁊ expellendum nō ad
comedēdū ⁊ attrahendū: ita dico de catarro. nā
vbi imbiberetur in partibus stomaci pōt eē cā
ꝓstrationis appetitus: ⁊ ita res acetose frigide
lꝫ iuuent ad appetēduꝫ maxime stānte cōplōne
calida in ore stomaci ꝓpter cōtrarietatem ⁊ re-
motionem illius male complexionis deijciētis
appetitum: tñ si occurrerent stomaco frigido ad
dendo in frigiditate fortassis deijcerent appe-
titum: intelligatur ergo ceteris paribus ad mo
dum dictum.

De causis appetitus ex defectu virtutis.

¶ De causis etiam appetitus canini ex ꝑte vir-
tutis est vehemēs sensibilitas oris stomaci. Nā
tunc omnis modica suctio ad quam sequit cor-
rugatio partium stomaci est multum ledens: et
cōsequenter multum incitatur sensitiua ad ap-
petendum: ⁊ ita fit appetitus caninus. ¶ Fit
etiam appetitus caninus propter defectum in
virtute: per virtutem intelligendo virtutē mo-
ralem. Nam sunt aliqui bestiales qui appetitu
voluptuoso apparet eis bonum continue cōede
re: ⁊ hoc aliqñ contingit in senibus: lꝫ in eis fit
resolutio modica: qr sibi apparet ꝙ continuo de
beant cadere propter debilitatem nisi sumāt ci
bum continuo: ⁊ inde fiunt maxime appetētes
⁊ quasi continuo sperantes ꝙ cum cibo conti-
nue euadent periculum debilitatis ⁊ casus.

De causis ex ꝑte organi.

¶ Aliqñ etiam contingit appetitus canin⁹ ex
parte organi ⁊ stomaci taliter vel taliter dispo
siti vt vbi in stomacho fit lesio vel excoriatio ad
quam proueniens cibus percepto nocumēto in
surgit expulsiua ad expellendum cibum sepe ꝑ
deorsum: vnde non transmittetur nutrimentuꝫ
ad membra sufficiens: ⁊ ita facta inanitione in
membris fiet cōsequenter appetitus caninus ꝑ
modos dictos supra. ¶ Si etiaꝫ in stomaco eēt
mala mā calida vel per mixtionem cibi cum ea
fieret cibi corruptio quo non possent debite mē
bra nutriri fieret inanitio mēbroꝝ ⁊ ꝯsequēter
appetitus caninus ex modis vt supra. Et ad hūc
modum possunt reduci omnes cause corruptio-
nis cibi in stomaco.
¶ Ultima cā sumitur ex parte obiectoꝝ vt con-
tingit in gulosis. Nam in eis qñ cibi sunt delica
ti ex memoria consuete delectationis gustus ex
similibus cibis mouetur appetitus sensitiuus
non directus a ratione ⁊ ad multum sumenduꝫ
de illo cibo ⁊ ad voraciter sumenduꝫ: ⁊ talis dis
positio magis debet dici egritudo anime vel vi
tium q̄ꝫ egritudo corporis: nec est proprie appe-
titus caninus de quo medici loquuntur. Et hec
de causis sufficiant.

De signis ⁊ primo ꝓnosticis euentus.

Signa. Jam veniendum est ad signa conse-
quenter: ⁊ primo ꝓnostica euentus
deinde ad bonum ⁊ ad malum: deinde demon-
stratiua: primo generis: deinde specierum.
¶ De ꝓnosticis euentus primū est ꝙ in regioni
bus ⁊ in tēporibus frigidis vt flante vento fri-
gido gñatur appetitus caninus. Ratio est qr ta
lis appetitus sequitur minorationem que q̄ñꝫ
sequitur expressionem humidi oris stomaci. Cū
ergo ex tali frigiditate temporis ⁊c. sequatur ex
pressio humidi oris stomaci: hinc est ꝙ fit appeti
tus caninus. ¶ Scđm ꝓnosticum in pueris ma
gis gñatur appetitus caninus q̄ꝫ in viris ⁊ seni
bus: qr resolutiua eoꝝ est multum fortis et sepe
in eis fit ꝓpter gñationem supfluitatum flāti-
carum in stomacis eoꝝ ꝓpter nimiam ⁊ inordi-
natam comestionem eoꝝ. Unde dicit Auic. ꝑma
primi de complexionibus etatum qđ ad deside-
rium. i. famem sequens frigiditatem non fiunt
istimbre. i. bone digestiones. ¶ Tertium ꝓnosti
cum: post longas febres ⁊ longos morbos disso
lutiuos ⁊ longa exercitia vel vigilias ⁊ vlr post
omnes causas dissoluentes in corporibus in q̄
bus est sensitiua notabilis fit appetitus canin⁹
ꝓpter tediosam illam sensationem post resolutio
nem longam.

De signis ꝓnosticis ad bonuꝫ.

¶ Pronosticū ad bonū: in appetitu canino vt in
affo. potus indigentiā soluit si post appetitum
caninū sumatur vinū ⁊ remoueat sitis si que ꝓ-
fuit: tūc declarat ꝙ cito remouebitur talis ap-
petitus caninus: ⁊ hoc ꝓcipue veꝝ est ꝙ in ap-
petitu canino ꝓueniente a mā flegmatica: qr si
gnificat ꝙ vinū penetrauit intra poros stoma-
ci: ⁊ sic sufficienter potuit resoluere mām que fa
ciebat caninū appetitū. ¶ Aliud ꝓnosticuꝫ ad
bonū: in appetitu canino māli cū est fluxus ven
tris eructuatio supueniēs signū bonū: ⁊ de hoc
dicebat Haly. 7° practice. ca° primo. in fine. Et
si passionis huius dño ructus acciderit: intelli-
gēdo vt dictū est de appetitu canino māli a mā
flātica cū debilitate cōtentiue vel flux⁹ ventris.
illud est signū laudabile: qr vt vult significat ci-
bū in stō moratum: ⁊ est ſꝛis snia affo. ꝑmi sexte
particule. In diuturnis lienterijs oxyremia ⁊c.
¶ Aliud ꝓnosticum ad bonū: in appetitu quā-
do stante fluxu ventris succedit retētio nature
⁊ non multiplicatur vomitus est significatio bo
na: qr significat virtutem fortificari circa cibuꝫ
ad eum debite continendum ⁊ transmutādum.

De signis ꝓnosticis ad maluꝫ.

¶ Signum vero ꝓnosticum ad malum: in ap-
petitu canino est vt accidat conualescentibus.
Nam significat recidiuam ⁊ fluxum opilatiuuꝫ
pro quanto in conualescētibus virtus stomaci
est debilis: ⁊ ita multo cibo assumpto fit multi-
plicatio superfluitatum: ⁊ ex cōsequenti sequit
aptitudo ad recidiuam: ⁊ etiam ad eam sequit
subeth. vt dixit Aui. ꝓpter aggregationem sup
fluitatum in ore stomaci vnde fit multa euapo-
ratio ad caput ⁊ inde subeth. ¶ Aliud ꝓnosticū
⁊ est Aui. appetitus caninus cum perseuerat ꝑ-

ducit ad bolismum: ⁊ etiam aliquotiẽs ad mor-
tem. Naȝ cãe appetitus canini cũ intenduntur
ducunt vel ad resolonem virtutis vel ad morti
ficationem calidi naturalis: vñ in totum ꝓster-
nitur appetitus stomaci: vñ fit bolismum: ⁊ ali
quotiens fames sincopalis ⁊ ad sincopim sequi
tur mors: ꝓinde dicit Gordonius. Si appetit⁹
caninus ꝯtinuetur ducit in bolismũ: ⁊ bolism⁹
in famẽ sincopalẽ ⁊ fames sincopalis in morteȝ
vigilate ergo ⁊ orate vt dixit. ¶ Jam veniendũ
est ad signa demonstratiua ⁊ primo generis q̃
ex se sit nota ex infirmo ⁊ astãtibus de inquisi
tione sollicita ciboꝝ ⁊ voraci comestiõe de mul
ta q̃titate cibi ⁊ multo numero respectu illius
q̃ cõuenit nãliter corpori humano. Dicebat tñ
Raſ. in textu nostro vt est dictum supra. Cuȝ q̃s
famẽ assidue patitur ⁊ cibus post comestionem
adeo grauat eũ vt aut vomere aut p inferiorem
regionẽ eijcere cogatur ip̃m: tunc sup. talis pa-
titur appetitum caninum siue cynodosiam ſm
Alex. istud tñ dictum vt etiam dixi circa literaȝ
nõ est signũ gñis sed magis speciale: puta cani-
ni appetitus a cã frigida: nã in facto a cã calʼa ⁊
ꝓpter multitudinẽ resolutionis nõ necessario
seq̃tur vomitus vel secessus cũ in eis nõ sequat̃
necessario indigestio ⁊ hoc sentiebat Aui. in ca°
ꝓprio de signis appetitus canini cũ dixit. Et si
gna eius q̃ ex multitudine resolutiõis sunt cãe
resolutionis supradicte in libro vniuersali q̃rũ
rememoratio p̃terijt. Et addit: ⁊ vt nõ fit in di-
gestione nocumentũ ita ꝙ voluit ꝙ in tali ap-
petitu a cã resolutiua nõ fit indigestio: ⁊ conse
quenter neq̧ vomitus de necessitate neq̧ flux⁹
sed q̃ñ vt plerunq̧ cã, appetitus canini est cã
frigida vt alʼs fuit dictũ: ⁊ ad eã sequitur talis
digestio: ideo vt sepe coniungitur vomitus vel
ventris fluxibilitas: ⁊ inde declaratur talis ap
petitus ⁊ per hec accidentia: vnde dicebat etiã
Raſ. 5°. cõtinẽ. patientes quoq̧ appetituȝ ca
ninum multa cibaria sumunt deinde aggrauã-
tur eis: sed cuȝ sensata fuerit ponderositas per
vomitum emitentur post modicã moram: addit
dico aut per fluxum ventris. ¶ Signa aũt spe-
cierum primo si fit voluptuosus ex vitio virtu-
tis moralis manifestatur ex eo: q2 non nisi ciba
ria delicata ⁊ voluptuosa appetunt. ¶ Et si sit
ex nimia virtute sensitiua declaratur: vt alʼs di-
ctum est in de singultu: q2 oĩs cibus acutus sal-
sus vel amarus vel acetosus leditur ab eo ⁊ sepe
ducit ad fluxum vel vomitum vel ad singultum
in eis. ¶ Et si fuerit vitio stomaci. s. ꝓpter lesio
nem in continuitate stomaci vt exñtia ꝓpter vl
cera vel aliam solutionem in stomaco declara-
tur ex signis vlcerum ⁊ ex dolore indetermina-
to loco stomaci: ⁊ quod egreditur aliquid de san
guine vel sanie i egestiõe vel vomitu: ⁊ stat leni
tas ventris ⁊ paruitas more cibi in stomaco: et
mordicatio eius in stomaco: de eo quod habet
qualitatem acetosam aut acutam aut amaraȝ.
¶ Et ex parte iuuantium si fuerit ex re acetosa
flegmatica vel melencolica declaratur ex perce
ptione rei acetose in ore ⁊ sepe eructuatiõe ace-
tosa ⁊ congelatione dentium cum paucitate ap
petitus aque id est sitis: ⁊ ex comprehensiõe ei⁹
quod euomit̃ vel per deorsum educitur: si fuerit
flegmaticum vel melencolicum.
¶ Et distinguitur materia flegmatica a melen

Not. bene de signis demõstratiuis ⁊ p° generum.

De signis demostratiuis spẽx

colica vltra colorem ex maiori vel minori visco
sitate vel grossitie materie: quoniam in flegma
tica est maior viscositas q̃ꝙ in melʼica ⁊ i flegma
tica maior liquiditas ⁊ maior spissitudo quam
in melencolica. Et item si fuerit pendens a ma-
teria melencolica non ita facile tolerant fa-
mem ⁊ nocumenta illius sicut si fuerit pendens
a materia flegmatica: vnde incidit in maiora
nocumenta ⁊ citius: ⁊ cum maiori nocumẽto to
lerant famem vel ieiunium ceteris paribus ex
materia melencolica quam ex materia flegma-
tica: etiã differt acetositas melencolie ab aceto
sitate flegmatis: quia acetositas melencolie cõ
iungitur cum quadam ponticitate ⁊ nõ sic fleg
matis. ¶ Sed de materia flegmatica si fuerit
ex catarro pendens: tunc appetitus canin⁹ erit
magis paroxismalis: ⁊ erunt aliqua signa catar
ri superius habita.
¶ Et si causa fuerit malitia complexionis sine
materia declaratur ex sepe dictis vt ex paucita
te sitis in causa frigida ⁊ multitudine fecis pro
pter indigestionem ⁊ inflatione propter multi
plicationem ventositatis cum alijs sepe dictis.
Ex opposito si sit ex caliditate stat fortitudo si-
tis dicit Auicenna. Sed hoc non est intelligen-
dum absolute sed in respectu ad eam que ali-
quotiens fit a materiali aliquotiens flegmati-
ca: quia ista sitis est illa remissior: quod dico ꝑ
tanto: quia non est rationale cum sitis ⁊ fames
sint appetitus ad contraria quod possit vterq̧
eorum intendi supra gradum medium: sed non
curo de his difficultatib⁹ ali q̃d dicere: lȝ mlʼta
occurrant dicẽda ⁊ nõ stat fluxibilitas ventris.
¶ Signa vero ex parte eorum que sunt ad ne-
cessitatem famis facientia: primo si fuerit ex
multitudine resolutionis propter causas primi
tiuas de caliditate aeris aut exercitio laborio-
so vel vigilijs vel coitu: vel si fuerit etiam ex cor
poralibus precedentibus vt ex febribus longis
⁊ dissolutiuis vel fluxu ventris: ista omnia de-
clarantur ex precessione harum causarum.
¶ Sed si fuerit subtilitas humorum in toto cũ
caliditate acuta vt contingit in colericis ⁊ iuue
nibus sunt signa complexionum colligenda ter
tia primi in capitulo singulari accidentia et si-
gnificationes: ⁊ in his maxime stante comple-
xione sana stant reliquie operationes membro-
rum incolumes neq̧ ventris fluxibilitas.
¶ Et si fuerit causa debilitas contentiue virtu
tis in toto corpore ⁊ in stomaco dicebat Auicẽ.
sunt multitudo exitus egestiõis crude: ⁊ hoc ve
rum erit ex dispositione habita ex debilitate sto
maci vt patet. Sed si esset debilitas contenti-
ue aliorum membrorum extremorum. vnde fie-
ret resolutio facilis a dictis membris ⁊ sepe su-
dor: tunc non esset fluxibilitas ventris: immo
magis stipticitas: quoniam corpus attraheret
humiditatem cibi ad seipsum: quare exsiccare
tur fex. Si etiam esset causa illius debilitas con
tentiue epatis: vnde non posset sanguis debite
generari neq̧ consequenter ad membra perue-
nire nutrientia: tunc staret fluxibilitas ventris
⁊ forte etiã ta-
lis apparebit vrina.
¶ De causis tñ istius debilitatis ꝯtẽtiue epatis
stomaci vel alioꝝ membrorũ opȝ discurrere: q2
talis cã põt esse multiplex cum sequi posset om

nem malitiam complexionalē opꝫ recurrere ad signa sepe alias dicta. ¶ Sed si causa fuerit vermes stant signa vermium nota ⁊ etiam infra dicenda de mordicatione ⁊ turbatione cum paucitate in casu egestionis ꝑpter minorationem cibi sumpti: q꞉ ex eo depascuntur vt supponit. Et hec de signis sufficiant.

Cura. Circa curam sunt tres principales intentiones. prima circa dietam. 2ª circa medicinalia ad hanc dispositionē. 3ª erit circa accidentia consequentia.

fra loco suo videbiť. ¶De vlti^a pte hui^9 ptis oꝛ
dinat troc.de lacca q̄ sunt fortissimi in casu:⁊ q̄
nō debēt offerri nisi qū reliqua nō contulerint.
Nam tunc super eos presumendum est propter
vehemētē vim in subtiliatiōe abstersione mun
dificatiōe ⁊ ꝓuocatione.dicit sic.Si aūt h̄ non
suffecerint sup.q̄ dicta sunt:troci.de lacca cum
apozimate.i.decoctione de radicibus sunt dan
di:⁊ ponēs descriptionē dicit.℞.lacce rauedse
ni.i.reubarbari:amboꝝ ana.ʒ.iij.spice:se.apij
ameos:masticis:squinanti.De istis oīb^9 dictū
est supꝛa.saluo ꝙ lacca q̄ est basis in cōpōne q̄
est silis myrre boni saporis calida ⁊ sicca in 2°:
lz.A.alicubi ponat eā tempatā:ad innuēdū ꝙ
plus apit ⁊ dilatat p̄cipue ōppilatiōes epatis
p ꝓpetatē q̄ p māifestā qualitatē fieri debeat
ſm aliquos.Poniť gummi ſm aliq̄s est ros ca-
dēs de celo supꝛa spinas in terris arabū mira-
bilr extenuat exiccado ⁊ ꝓuocādo:ita vt dicāt
ꝙ macrefacit pingues.qđ credo dz intelligi ali
qualr pingues:vt hydropicos a causa frida ſm
veritatē si nō est gūmi est ei silis:⁊ maxie silis
myrre:⁊ ipsa coq̄tur in aqua ⁊ tinguntur in ea
pāni rubei:⁊ vocať de cremesi:⁊ qđ remanet ab
ea supfluū ab eo qđ tinctū est vocatur lacca:vt
vult Sera.cōiter lauať ⁊ mūdificať ad vigoran
dum virtutē eius maxime in ꝓuocatione ⁊ non
ad abijciendū feculentiā vt aliqui credūt.nā te
ritur ⁊ ꝓijcitur sup eā aqua calida in qua stete-
rint aristologia ⁊ sq̄nantū:⁊ multū cōmiscetur
cū pistello:postea pmittitur residere abluta aq̄:
⁊ ita vtunť ea auctores:postea addit in cōpōne
grana iuniperi q̄ fortissima sūt in ꝓuocādo ita
vt ꝓuocēt vsq3 ad sanguinē.vt vult Auer.5° col
liget.Addit sauinā ⁊ ami.amaras ⁊ costū amaꝝ
ista oīa fortissima sunt ēt in calefaciēdo ⁊ ꝓuo-
cando:apponit ꝯñr rubeā tintoꝝ ⁊ est arbustus
ex se nascēs ⁊ ꝙ de ipsa administratur sunt vene
i.radices ipsius ⁊ ipse sunt subtiles ⁊ lōge: q̄ ēt
vtunť tinctores:est ēt caľa ⁊ abstergit absterſio
na tēperata ⁊ mūdificat p tertiā virtutem epar
splenē ⁊ ꝓuocat fortiter ita ꝙ fortassis facit mi
gere sanguinē:⁊ dicit Sera.ꝙ opz adhibere cau
telā.s.patiēti ipsam peccāti in die sue potiōis
Postea addit succū eupatoꝛij qđ mirabili ꝓpꝛie
tate cōfortat epar ip̄m calefaciēdo nō superflue
ponit postea assaꝝ:qđ ēt est forte ꝓuocās.⁊ de-
clinare facit mās ad vias vꝛine:vt vult Auic.in
ca° de singultu.postea addit arist.ro.⁊ gētianā
que ēt ponunť inter apientia maxime ⁊ absterſi-
ris auf.vnius.sup.dissolutis sp̄ēb^9 in pulueres
⁊ resoluta lacca ⁊ succo eupatoꝛij in vino ad for
mandā debitā cōpōnē:ptz igitur qūo hi troci-
sci sunt fortissimi in hac intētione:⁊ de his raro
vtendū est:neq3 nisi qū reliqua nō ꝯtulerint vt
supꝛa dicit textus.Et exhibeanť cū.℥.ij.vel.iij.
apozimatis siue decoctiōis de radicib^9:cui^9 de-
scriptio talis est.℞.corticū radicū apij ⁊ fenicu
li:amboꝝ añ.ʒ.x.se.apij se.fenicu.floꝝ sq̄nanti:

Declaratio 2e particule 2e ptis pncipalis.

Decl. trociscorum de lacca.

Nota bñ.

ameos:oīum añ.ʒ.v.roſ.rub.spice odoꝛifere.i.
nardi.amboꝝ añ.ʒ.iij.coquanť in lib.s.aq̄ vsq3
dū redeāt ad tertiā:⁊ deť in potu cū p̄dictis tro
ciscis.¶Ex quo mō descriptiōis pōt colligi ali
quis modus vtilis in practica.Primū cū sumūť
radices p decoctiōe sumātur cortices.scđo qđ
doseť ad.ʒ.vel.℥.⁊ nō ad.M.vt aliq̄ faciunt.
tertio habeať debita ꝓpoꝛtio aq̄ que dz sumi vt
fiat decoctio.q̄rto colligiť vt fiat decoctio vsq3
ad cōsumptionē tertie partis.i.redeat ad ter-
tiam cōsumptis duabus partib^9:aľs nō bñ edu
ciť ꝟtus medicine dure ⁊ terrestris:vt sunt cor-
tices radicū:⁊ ita ptz ꝙ summa decoctionis dz
esse.℥.iiij.que exhibētur in potu:qꝛ.℥.iiij.est ter
tia pars libꝛe:vt ptz ⁊ ptz ꝙ hec descriptio est
conueniens ad intentionem nostram:vt ptz ex
virtute simplicium.

Not. istuc documētū

¶De tertia ⁊ vltima pte huius capľi excusat se
a determinatione ap̄atū ep̄is:qm̄ quasi eadem
est cura sicut de ap̄atibus stōi vt dictū est supꝛa
tñ ego ad cōplementū doctrine infra loco suo fa
ciā determinationē spālem: etiā de ap̄atibus
epatis quātum ad causas signa ⁊ curam: vt pa-
tebit locis suis:litera est clara.Et sic sit finis hu
ius capituli textualiter lecti.

Expedita expōne textuali de doloꝛib^9 ep̄is
ex oꝛdine p̄° videbiť q̄d noīs do
loꝛis ep̄atis:qꝛ tñ in hac 2ª pte p̄ncipalı est de-
terminatio de disp̄ōnibus ep̄atis pri^9 ad maio
rē intelligentiā alti^9 repetēdo.Pꝛio videbiť de
q̄d noīs ep̄is summatim ⁊ q̄si in epilogo : deīde
videbiť ꝓpꝛius ad ca^m nostrū de q̄d nois ⁊ q̄d
rei doloꝛis ep̄is.2° p̄ncipaľr videbiť ex oꝛdīe cō
sueto de distōnibus ⁊ sp̄ēb^9 doloꝛis ep̄is.3° po
nentur cause eoꝝ:p̄° gñales:deinde magis spe-
ciales.4° veniem^9 ad signa ipsoꝝ:⁊ p̄° ꝓnostica
euentus dehinc ad bonū ⁊ ad malū: deinde de-
monstratiua gñis:p̄° deinde specieꝝ ⁊ distincti
na inter species eoꝝ.5° veniemus ad curam.

De q̄ddita te nomīs ep̄is ⁊ anathomia ipsius.

Quid nominis ⁊ quid rei ⁊ anathomia
epatis.Circa p̄mū expe
diendū de q̄d noīs ep̄is ⁊ anathomia ei^9 est sciē
dū ꝙ epar diciť ab epi.qđ est supꝛa : ⁊ par.i. su-
pꝛa par vel pia qđ idē sonat:eo ꝙ epar est mem
brū supꝛa.i.digni^9 q̄ reliq̄ mēbꝛa nālia paria si
bi:vt est splen:stōcus:renes:⁊ silia nālia.Nā est
pꝛincipale inter nālia mēbꝛa.diciť ēt epar iecur
ex cōi vocabulo.Sed q̄dā dicūt ꝙ est coꝛruptū:
qꝛ dz dici iepir.i.iacēs ignis: qꝛ cōiter diciť qđ
iecur amare facit:⁊ dicit Rabi. in 24^a pti^a suo
rum affoꝛi. ꝙ veteres.s.tpe Hip.⁊ Pľonis sole-
bant punire membꝛa que pꝛopꝛius fuissent cau
sa excessuū:vnde si fures ascendebant domū sca
rificabantur pedes eoꝝ ⁊ fusticabantur.Et si q̄-
dam adeo voꝛaciter comedebāt: ⁊ inde caderēt
in moꝛbos scarificabať stomac^9 quasi fuisset il-
lius excessus causa.Et si aliqui quid illiciti di-
cebant puniebať lingua.Et addit.⁊ doctoꝛ q̄dā
qui amasiā suā manifestauit ex qua accepit ini
quum commercium miluus comedit epar eius
qꝛ epar est initium desiderij. ¶Magis aūt q̄d
rei dicebat Aui.14^a tertij.ꝙ epar est mēbꝛū qđ
generat sanguinē:⁊ qđ est caro rubea quasi ip̄a
sit sanguis cōgelatus:⁊ nō intelligitur ꝙ sit san
guis vere congelatus.s.a frigido ita congelāte:
sed ideo vocať cōgelatus: qꝛ inspissat^9 a caloꝛe
remissioꝛe quā fuerit caloꝛ inspissans reliq̄ mē-

Nota pulchrum dictū Rabi moyses.

bra solida. nā nō est inspissatus a frio sicut pinguedo vel adeps ꝯm cōem doctrinā: cui tñ nō cōsentio vt alibi declaraui in q̄ne spāli: sed est epar sāguis inspissat⁹ a calido agēte inspissando humidū resoluēdo. ¶ Cōciliator autē dfia 30ª in meo magis declarās q̄d rei ipsius epis: dicit ꝙ epar est sanguis inspissatus ⁊ ipsi⁹ pn^m gñationis instrumētal'r organū: dicit signāter instrumētal'r organū ꝓpter cor ꝙ illi⁹ est organū ꝯm ꝑfectius cōcurrēs ad eius gñationē maxime ꝯm doctrinā Arist. ¶ Et qm̄ sāguis est mā in colore rube⁹: fuit cōueniēs mēbrum vel organū ipsius gñatiuū ⁊ primum esse rubeum: ⁊ ita caro ipsius est rubea in qua due vene p^m gñant q̄ sunt aliarū venarū veluti radices: q̄ tñ vene dicuntur partes extrinsece ab epate. Sed circa epar oriūtur sicut etiam kistis fellis vt infra videbit. Et vna earū orit i cōcauo eius q̄ dr vena porta ⁊ altera circa gibbū vel cōuexū eius q̄ dr vena cōcaua al's vena chilis: ⁊ ab vtraqꝫ istaruꝫ oriūtur venule tāq̄ rami q̄ ꝑ sbam epatis sparguntur: ita ꝙ a vena chili ramificantur deorsum v̄sus cōcauū: ⁊ a vena porta sursum v̄sus gibuꝫ ⁊ ita ꝑ ip̄am substātiā carneā disseminantur vt ascēdēdo ⁊ descēdēdo quasi sibiipsis immedientur. A vena etiā porta spargunt extra epar alie venule v̄sus stomacū ⁊ intestina: ⁊ dicūtur meseraice ꝑ misinteriū: disseminate: ⁊ a vena chili alie ramificātur extra v̄sus dorsum: ⁊ tādem in al's diuidūt vsqꝫ dū ad singl'as ꝑtes corpis ꝯueniūt illas venas intra epar disseminatas nā ordinauit minutissimas ⁊ quasi sibi immediatas vt totā substātiā chili ip̄m totū epar cōtangeret vt virtute sua facta immediatiori ad subm trāsmutādū cōueniēter in sangninē trāsmutaret. Uenas aūt versus stōm ⁊ intestina disseminatas quasdā ad deferendū colerā ad fundū stomaci: ⁊ intestina ad vigorandū digōnem fundi stōi: ⁊ excitandaꝫ expulsiuā intestinoꝝ ad expulsionē fecū: etiaꝫ ad aliqualē cōuersionē chili ad nām sanguinis. Nam dicebat Aui. 14ª. tertij. in prin°. ꝙ epar est mēbrū qd̄ gñat sanguinem: q̄uis meseraice ꝯuertant aliq̄n chilū in sanguinē cōuersionē aliqua ꝓpter id qd̄ est in eis de virtute epatis. Et idē dicit versus finē capl'i de his loquens dixit ipse nāqꝫ nō sunt vacue a virtute sup. ꝯuersiua in sanguinē: q̄uis sit eaꝝ pricipiū epar. Alias aūt extra epar versus dorsum expāsas ordinauit principal'r ad deferendū sanguinem ad membra.

Circa epar oriūt due magne vene vna in concauo ei⁹ q̄ dr vena porta altera circa gibbum et vocat chilis.

¶ Est ēt alia vena in epate repta q̄ ē pulsatilis de qua dicebat Aui. ⁊ euenit ad ipsum vena pulsatilis parua sup. a corde dispartita in ipso ⁊ affert ei spm̄ sup. vitalē ⁊ cōseruat caliditatē eius innatā ⁊ tēperat ipsum sup. ne inflāmetur cum pulsu. s. diastolando ⁊ sistolādo. Et addit: qd̄ factum est vt penetret hec vena ad cōcauitatē ei⁹ s. epatis. s. ꝑ maiori sup. parte: ⁊ ꝑ minori parte ꝑuenit ad gibbositatem: q: gibbositas epis supple nō indiget tanta euentatione quāta idiget concauitas eius: qm̄ ipsa gibbositas euentatur motu diaphragmatis: ⁊ ex his tribus substātijs s. carnositate epatis ⁊ ramis dispersis ꝑ ip̄m ramificatis ⁊ a vena chilis ⁊ a vēa porta: ⁊ ab hac vena pulsatili stat principalis cōpositio epatꝫ.

Est alia vena circa epar q̄ dr pulsatilis

¶ Ultra aūt has partes integrantes sunt quedam magis extrinsece ⁊ adiacentes de q̄bus est panniculus qui cōprehendit epar: ⁊ ligat ipsuꝫ cum syphac tegente stōm ⁊ intestina ligat: ligat ēt ip̄m cum diaphragmate ligatione forti mediāte panniculo dicto suspensorio: ⁊ etiam cum costis dorsi de quo dicebat Aui. ⁊ ip̄m. s. epar tegit panniculus neruosus gñatus ex neruo paruo adueniente ad ipsum vt faciat ipsum supple epar acquirere sensum aliquem. s. debil ē vel forte aliqualem. i. ꝯm aliquas partes. Et hic bñ notate ꝙ lꝫ cōiter scribentes velint ꝙ epar nō sentit vllo modo: ⁊ si sentit sentit ꝑ panniculū cooperientem vnde fit in eo dolor grauatiuus: tamen ꝯm Aui. videtur colligi qd̄ etiam quedam ꝑtes eius sentiūt cōicato sibi sensu ꝓprio ꝑ panniculum non tm̄ cooperienteꝫ: sed ꝑ id qd̄ aduenit ꝑtib⁹ dictis de ꝑtib⁹ pāniculis intrinsecatis infra subām ipsius epatis ad bonum intellectū Naꝫ de hoc sensu epatis loquens dicebat infra Aui. ⁊ caro quidē epatis sensum nō hꝫ sup. notabilem sup. ꝯm oēs partes. Addit: sed id qd̄ de ea sequitur panniculū sentit. s. sensu notabili propterea ꝙ aduenit ei. i. dictis ꝑtibus paruꝑ de partibus pāniculi neruosi: ⁊ ita videt innuere: ꝙ etiā quedā partes epatis appropriato sensu per panniculū sentiant per sparsionē ipsius panniculi quo ad aliquas ꝑtes eius. s. ad aliq̄s partes intrinsecas epatis: dicit tñ Aui. ꝙ diuersificatur hec cōitas. s. pāniculi ad ꝑtes epatis ⁊ iudiciū eius in hoībus: qm̄ nō est in oīb⁹ equalis: sed in quibusdā est maior. i. magis ꝓfunda: ⁊ in quibusdā minor ꝓpter qd̄ sensus epis non est equalis in oībus hoībus. Nā in quibusdam extendit ad plures ꝑtes: ⁊ in q̄busdā ad pauciores: ⁊ hoc bene notate. Et hāc veritatē declarat etiā experiētia: q: ab eadē cā vel simi ledēte in diuersis corporib⁹ inequales fiūt dolores ꝓpter inequalitatē sensus eoꝝ in ꝑtibus epatis: et rō etiā hoc idē declarat: vt infra videbit magis de spēbus doloꝝ epatis: qm̄ in epe nō solum fit dolor extēsiuus ⁊ grauatiuus: imo ēt ⁊ mordicatiuus qd̄ nō esset nisi in ꝑtibus epis esset sensus appropriatus: ⁊ nō tm̄ ꝑ pāniculū cooperientē. Est tñ cōcedendū ꝙ sensus q̄ debet epati dat ei ꝑ panniculū. s. vel cooperientē vel ꝑtes eius immersas in suba epatis. ¶ De ꝑtibus ēt extrinsecis est kistis fellis qd̄ tñ ipsi epati vel ꝑti eius alligat de quo infra dicet in ca° ictericie. Nā cū diuidat epar in duas ꝑtes p̄mas. s. in partē cōcauā ⁊ gibbosam: ⁊ ꝯñr diuidat in additamēta siue in pēnulas vt aliq̄ dicūt: q̄ additamēta sūt epati tanq̄ digiti manus ad cōprehendēdū ip̄m stōm ꝯm cocauū ipsoꝝ. Nā dicit Aui. Et epar q̄dē hꝫ additamēta cōprehēdentia stōm ⁊ adherentia ei sicut est cōprehēsio ei⁹ qd̄ cōprehendit digitis: ⁊ sunt quatuor aut quinqꝫ: ⁊ hoꝝ vnum est alijs maius in quo situat fel ex ꝑte ei⁹ ꝯcaua et est magis ad inferiora decliue: cui vt vult ꝓprie cōpetit nomē additamenti: ⁊ ꝓinde he pēnule siue additamēta in quibusdā reperiuntur vere separationem habentia ꝯm extrema ⁊ in q̄busdam non: sed ꝯm apparentiam tantū: et est etiam ipsum epar figure ad rotunditatem declinantis: vnde dicitur figure lunaris: nō ꝙ sit simile lune qn̄ est in plenilunio: sed cum iam ꝯm tertiam partem illuminatur vel forte tres partes ꝯm aliquos. Et propter hanc causam apostema epatis in gibbo eueniens ponitur figure lu

Dicūt cōiter medici ꝙ epar nō sentit ꝯm tñ Aui. videt aliq̄ sentire.

De figura epatis.

De q̄titate epatis hois.

naris:vt infra videbitur. ¶Dicit etiā Auic.de epate hoīs.Et epar q̄dē hoīs maius est epate al terius aīalis appropinquātis ei in q̄titate. Et rō huius ⁊ iuuamētū fuit q² cū hō p rōnē sit oc cupatus ad multas occupatiōes nobiles:et in eo sit necessaria magna restauratio:q² ē aīal ca lidū sanguificū:oportebit in eo esse mēbrū ꝙ ex multo cibo in vnica vice possit magnā q̄titatē sanguinis gn̄are:vt p eū possit fieri restauratio sufficiēs:neq̄ʒ sit necesse frequēter sumere cibū ad restaurationē necessariā: qm̄ diuerteret ab opib⁹ nobilibus vt dictū est.Et ista sufficiāt q̄ tum ad anathomiam ⁊ iuuamenta epatis.

Quid nominis

doloris epatis.De quid nōis aūt ⁊ rei doloꝛ epa tis dicat̄ ꝙ dolor epat⁹s est mala ⁊ tristis sensa tio in epate vel circa epar facta vt cōprehēdat̄ nō tm̄ dolor q̄ fit in ptib⁹ integrantib⁹ ip̄ʒ epar sed ēt in ptib⁹ sibi immediate adiacētibus de q̄ bus dcm̄ est.Et ita sit expeditū p̄m principale.

Distinctiones.

Ueniēdo ad scōm de di stinctionib⁹ ⁊ spēb⁹ dolo ris epatis sit hec p̄a distō:q̄dā est dolor grauati uus:q̄dā extēsiuus:q̄dā mordicatiu⁹. ¶Scōa distō:q̄libet talis q̄dā est paruus q̄dā magn⁹. ¶Itē quidā est modici tpis ⁊ quidā diuturn⁹. ¶Item quidā fit incipiendo nō sequens alios morbos:⁊ quidam fit post alios morbos. ¶Itē quidam coniungitur in corpore satis forti per nām:⁊ quidam in corpore debili.

De causis doloris epatis.

Cause.

Ueniēdo ad tertiū de causis.Cāe do loris epatis p̄o gn̄ales sunt c ēs cāe q̄ pn̄t esse cāe alioꝝ doloꝝ vt malitie cōplōnales solute ꝯtinuitates ⁊ apāta. ¶Cāe aūt malitie cōplōnis pn̄t esse cāe ⁊ malitie cōplōnis simpli cis ⁊ cōposite. ¶De cāis ēt doloris epatis pn̄t eē cāe cōpōnales mediate p q̄to faciūt ad solō nem ꝯtinui vel ad malā cōplōnē. Naʒ opilatio in epate pōt eē cā extēdēdi ⁊ soluēdi ꝯtinuum: ⁊ sic cā doloris. ¶Et ēt oē gen⁹ apātis humora lis pōt esse cā doloris in eo. Sed apā frm̄ raro facit dolere:⁊ si facit nō facit nisi dolorē aggra uatiuū nisi fieret in pte epatis ꝓxima pāniculo ꝙ ā tūc posset facere extēsiuū:sed hoc esset raris sime ꝯtingēs. ¶Fit ēt dolor ab apāte ventoso cū vētositas inclusa in ptib⁹ epatis nō potens exire soluit ꝯtinuū. ¶Et p eundē modū aquosi tas disticta ꝯ flā facit dolorem. ¶Et debilitas epatis est cā doloris p q̄to nō recipit chilū sibi cōueniētē:imo abhorret eū:sicut correspōdēter dictū est supra in de dolore stōi:⁊ sic oīa genera causaꝝ doloꝝ q̄ aduenire pn̄t reliquis mēbris sensitiuis:pn̄t ēt aduenire epati. ¶Et lʒ .R. hic in textu dixerit nō velle determiare de apātib⁹ epatis remittēs se ad supius dicta de apātibus stōi:ēt q² de oplōnib⁹ epatis nō fit spāle caplm̄ hic a .R. ⁊ tn̄ epar facillime cadit in opilōnes q̄ vt plm̄ sunt cāe oīm egritudinū epatis vt hydro pisis ⁊ silium vt videbit̄ infra:⁊ fuit snīa Aui.in cā° opilationū epatis cū dixit.Et opilationes quidē sunt ex matrib⁹ egritudinū epatis ⁊ pau lo ante dixerat ponēs necessitatē determinatio nis ⁊ curatiōis opilationū loquēs de opilatio ne.Et qn̄ multiplicat̄ ⁊ plōgat̄ tp̄s ei⁹ in epate ꝓuenit sup.epar vel mā̄ faciēs opilationem ad putrefactiones faciētes accidere se: ⁊ ad apāta ꝓducētia ad hydropisim:⁊ ad gn̄onē vētositatis

Nota

De figura epatis.

facientis accidere dolores prauos. Quia etiam apāta epatis diuersificantur ⁊ in signis ⁊ in cu ra ab apātibus stōi:ideo ad necessitatem doctri ne cōueniens videtur aliquid dicere de opila tionibus epatis ⁊ eius apātibus ponendo ali quas distinctiones ⁊ causas maxime de opila lationibus:que cause opilationum quasi sunt vel esse possunt cause apostematum.

Distinctiones

⁊ cāe opilationū epatis. De opilationib⁹ ergo p intelligētia q̄ sunt morbi officiales in via vel viꝭs epatis ꝓcedetur vt in reliq̄s ponēdo prius distinctiones:ꝯn̄r cās ⁊ signa p ordinē:⁊ ita fiet ꝯn̄r de apātibus:primo ponendo distinctiones eoꝝ:postea cās:deinde signa postea vltimate po nemus curam omnium horum.

De opilōnib⁹ epis.

¶Sit igit̄ hec p̄ma diuisio.Opilationū epatis quedā est attenuatoria:q̄dam coartatoria:et q̄ dam carnosa.Attenuatoria autēʒ raro aduenit epati ex tpe nisi fiat ꝓpter apāta ⁊ cōpressionēʒ cōtingentē ab opilatione coartatoria:lʒ dicen dū sit ꝙ aliquotiēs euenire pōt a gn̄atione aut in stricturā meatuū aut venaꝝ dispersaꝝ p epar in se aut ꝓpter eaꝝ inuolutionē in creatiōe sua qm̄ sese impediūt in penetratione:nō est tn̄ ne gandū q̄n ēt fieri posset p se talis opilatio atte nuatoria ex tpe.Ubi ergo esset aliq̄d dicēdū de opilatione attenuatoria q̄ fieret ex tpe tunc in causis eius essent oēs cāe infrigidātes vel exsic cātes:⁊ ita frigiditas aeris vel siccitas eius vel etiā quidā fructus stiptici:vt pira ⁊ nespilla vl' balnea aluminosa essent de causis eius. Raro tn̄ euenit ꝙ cāe exsiccātes deducāt ad opilatio nem talē maxime que p interius sumunt̄:qm̄ lʒ sua siccitate sint parate corrugare ⁊ cōstringere tn̄ exsiccādo extenuando ⁊ minorādo mām ꝯten tā in poro faciūt ad pori dilatationē:⁊ ita lima tura ferri laudat̄ in de opilando.Carnosa ēt ra rius euenit q̄ attenuatoria:cū carnosa ꝓprius accidat vbi accidere pōt in orificiꝭs venaꝝ disp saꝝ p epar:⁊ qm̄ orificia venaꝝ sunt neruosa su per quoꝝ filia non oritur caro vel porus:ꝓinde dicit Aui.in ca° eodē de opilationib⁹: ꝙ aut dr de ortu carnis aut poroꝝ aut pmanētia alicui⁹ rei absq̄ʒ humore grosso sup.in venis epatis aut in poris eoꝝ est longinquū ⁊ paꝝ ⁊ raꝝ valde:et si pur fieret vt possibile est nō esset multū ad no cendū:qm̄ cū ille venule sint plurime separate ⁊ distincte in epate si oriretur porus in aliq̄ earū nō cōicat oīb⁹ ꝭm cōparationē vnā vt vult .A. Est ergo principal'r loquendū de opilatione co artatoria q̄ fit p impletionē ex re vt plm̄ hūora li vacuitatū ⁊ poroꝝ venaꝝ p epar dispersaruʒ. ¶Conuertendo ergo sermonem nostrū ad opi lationē coartatoriam in quā sepe incidit epar ꝓ pter mām implentē poros vel vias ei⁹. ¶Pōt poni alia diuisio ꝙ talis opilatio qn̄q̄ʒ accidit in carne epatis.i.in poris eius:⁊ qn̄q̄ʒ accidit in venis que sunt in ipso disperse.Alia:quelibʒ ta lis opilatio qn̄q̄ʒ fit ꝭm concauum:qn̄q̄ʒ fit ꝭm gibbosum.i.quedam fit cum fit in venis princi paliter in ramis porte:quedam in ramis vene concaue. ¶Et potest etiam fieri alia diuisio:q̄ quedam simul accidit in poris carneis versus gibbum ⁊ non in venis eius:sed in venis conca ui ⁊ quedam in poris carneis partis concaue et non in venis eius:sed in venis etiaʒ gibbi:⁊ q̄

Limatura ferri laudat̄ i ō opilādo epar.

dã simul accidit: ⁊ in parte cõcaua etiam ⁊ in cõ
uexa ⁊ in poris carnis: ⁊ ẽt in venis dispersis et
in cõcauo ⁊ in cõuexo. Tñ de his opilationib⁹
dicebat Aui. ꝙ plurimuꝫ opilationũ nõ fit nisi
in latere cõcauo. Nam dixit ⁊ plˀm qõ est huius
gñis est in ramis vene porte: ⁊ rõ sumitur ex hoc
qm̃ mã opilationis puta grossa ꝑuenit ad ipsos
prius ꝑ id qõ colatur ex ipsa sup. mã ascendens
sursum remanente grosso vel fece deorsum: vel
sup. est colatũ ad orificia venaꝝ ramificataꝝ ex
vena ascẽdente. i. vena chilis. Nã subtile de chi
lo facta cõuersione in sanguinẽ ⁊ aquositatẽ vri
nalẽ ꝓ maxima parte mouetur sursum ꝑ venam
chilis ꝑ venas ramificatas ab ea ⁊ remanet fex
⁊ grossum de ea circa cõcauũ ⁊ ramos vene por-
te: lꝫ qñq; nõ tm̃ fiat opilatio in cõcauo: immo
cõicãt ẽt aliqñ opilationes in gibboso. ¶ Põt
etiam formari alia diuisio de huiusmodi opila-
tionibus ꝙ quandoq; sunt diuturne ⁊ quãdoq;
sunt modici temporis: ⁊ qñq; cum his coniũgi
tur fe. ⁊ qñq; non coniungitur fe.

De cãis generalibus opilˀonum epatis.

¶ Jam veniendo ad causas ⁊ primo magis gñã
les dicatur primo cũ inest opilatio in poris vel
in carnositate epatis dicit ibi Aui. ꝙ tales acci
dunt ꝓpter grossitiem sanguinis q̃ nutrit ipm̃
vñ grossum qõ sup̃fluit in poris remanẽs facit
in poris opilationẽ: ⁊ hec cã sumiᷓ ex pte mãe.
¶ Ex parte aũt cãe effectiue dicit idẽ Aui. ꝙ ẽt
cõtingit ꝓpter debilitatẽ expulsiue aut vehemẽ
tiam attractiue: q: cũ expulsiua est debilis non
expellit cõuenienter sup̃fluitatẽ nutrimẽti ad
uenientis: immo ibi remanẽs sup̃fluitas est cã
huius: ⁊ idẽ op̃atur ẽt nimia fortitudo retenti-
ue: fortitudo ẽt attractiue cũ attrahit qõ nõ dꝫ:
q: attrahit nõ tm̃ ꝓportionatum sed grossuꝫ vel
cũ plus attrahit q̃ cõueniat debite expulsiue ẽ
cã aggregationis mãeꝝ in poris ⁊ sic opilatio-
num. Et has cãs effectiuas efficiũt malitie com
plexionales: qm̃ excessiua caliditas facit ad vi-
gorationẽ attractiue: ⁊ intensa frigiditas ⁊ sicci
tas ad fortitudinem nimiam retentiue ⁊ impo
tentiam expulsiue. ¶ Si vero opilatio fiat ĩ ve

De causis opilˀonum epatisque fiunt in ve nis.

nis epatis vel poris eaꝝ etiã due possunt eẽ cãe
gñales: vna se tenens ex parte mãe ⁊ alia ex par
te cãe effectiue: ⁊ mã que gñat opilationem talẽ
dicebat Aui. aut est humor opilãs ꝓpter suam
grossitieꝫ: ⁊ hoc mõ meˀlia põt esse cã: aut ꝓpter
viscositatem suã: ⁊ hoc mõ flã viscosum: aut pro
pter multitudinẽ suã: ⁊ hoc mõ colera aliq̃tiẽs
multitudine opilat ex repletione facta ex ea: et
aliquotiẽs fit opilˀo ex a͞pate: ⁊ aliquotiẽs ex vẽ
tositate sup. grossa maxime vt dicebat Gor. cum
cõiungitur humiditati fouenti eã. ¶ Et hic no
tat Aui. ꝙ lꝫ qualitas cõstrictiua vt frigiditas
si coniungatur cum mã grossa: addat etiam ad
opilationem: tñ plus ledit grossities mãe quaꝫ
ipsius cõplˀo. Nã dicit ipe: qñq; em̃ sunt fria sub
tilia tenuia. i. penetratiua ⁊ nõ opilatiua vt sup
ple lactuca endiuia se. maiora frigida. Nam ta-
lia sunt aperitiua: ⁊ ita frigiditas nõ multũ fa-
cit: qm̃ etiam quedã sunt calida: ⁊ tñ q: grossa ꝓ
pter grossitiem suam faciunt incurrere opila-
tiones vt sunt carnes anserine ⁊ anatum et ca-
seus antiquus salitus. Nam talia per modũ sbe
⁊ grossitiei opilant lꝫ sint calida: ⁊ ita pl⁹ ope-
ratur grossities q̃ frigiditas. vnde dicebat Aui.
ꝙ radix in opilationib⁹ est grossities. Si tamẽ
coniungatur frigiditas cũ grossa suba vel visco
sa: tunc illa mã redditur ẽt magis opilatiua: et
hoc modo pisces recẽtes grossi nõ modicarum
squãmaꝝ: ⁊ anguille ⁊ tenche ⁊ cibaria de pasta
vt tri. ⁊ lagane ⁊ pastilia ⁊ frumentũ glutinosuꝫ
qõ ponitur grossum cõparatiue ad epar: lꝫ forte
non sit grossum cõparatiue ad ea que sunt post
epar cũ digeritur in epate: sicut etiam est de vi-
no dulci grosso: qõ opilat epar ⁊ deopilat pul-
monem ⁊ partes neruose aĩalium ⁊ pingues et
interiora eoꝝ ⁊ caseus recẽs ⁊ hmõi ex viscosita
te cõiuncta frigiditati multũ opilant. Si etiaꝫ
coniũgatur frigiditas cũ grossitie multuꝫ facit
ad opilationẽ: ⁊ hoc mõ legumina ⁊ carnes boũ
antiquoꝝ ⁊ hmõi dicũtur opilatiua: maxime ãt
viscosa vel grossa nocent si fuerint dulcia nã vel
ꝑmixtione: q: ꝓpter dulcedinẽ citius trahũtur
ad epar ĩdigesta: ideo mixta cũ melle si sint gros
sa vel viscosa vt est de frixellis cum melle factis
sine fermento multum opilant. ¶ Et qm̃ Aui. in
talibus causis posuit multitudinem mãe aut
repletionem factam ex ea potest quis legitime
dubitare quomodo ista diuerso modo faciunt
opilationem cum ad eundem modum videntur
reduci multitudo ⁊ repletio. Ad hanc difficulta
tem respondet Gentilis ꝙ per multitudinem in
tellexit multitudinem que est in toto ⁊ in epate
simul. nã talis multitudo facit ad opilationem
cũ nõ possit mã in epate exñs ad totũ trãsmitti
⁊ sic ibi retenta facit opilationem: ꝑ repletionẽ
aũt intelligit repletionẽ particularem vt ipsi⁹
epatis: vt qñ nã in certo corpore consueuit ag-
gregare certam portionem mãe in epate de mã
sanguinea exñtia ⁊ postea expellere ꝑ emorroy-
das vel per vomitum vel fluxum sanguinis cuꝫ
postea nõ euacuaᷓ aggregata in epate facit opi
lationẽ per repletionẽ: ⁊ hoc est notabile dictũ.

Nota

Et ita ex causis opilationis epatis est minora-
tio resolutionis in toto ex parte dimissi exerci-
tij ꝓpter adhesionem ad quietẽ incõsuetã ⁊ re-
tentio consuetaꝝ eñonum vt fluxuuꝫ emorroy-
daꝝ vel fluxuũ intestinaliũ vel matricaliũ vel ꝑ
alias regiones vel abscisio notabilis particula
ris membri ⁊c. vt declarauit Viaticus ⁊c. ¶ Ex
parte vero causaꝝ effectiue concurrentium di-

De causis effectiuis.

cebat Aui. est debilitas digõnis ⁊ separationis
⁊ debilitas expulsionis ꝓpter malitiã cõplˀonis
calˀe ⁊ frigide sup. ipsius epatis in nõ expellẽdo
illud indigestũ qõ expelli dꝫ ab eo: ĩmo ibi reti-
neᷓ ⁊ causat opilationẽ: ⁊ nõ tm̃ debilitas digõ
nis epatis: sed ẽt debilitas digõnis stõi vlˀ in se
vel ex parte ciboꝝ vel obiectoꝝ sumptoꝝ vel ex
parte malitie ordinis: oĩs talis adducit ad opi
lationem epatis: q: cum talia cibaria sumũtur
q̃ non sunt digestibilia ex grossitie vel viscosita
te: vt dictum est non possunt corrigi in epate: et
ꝯñr sunt de causis opilationis. Et hoc non dice
bat Aui. Comesta grossa ex carnibus ⁊ auibus. s.
aquaticis ꝓprie ⁊ ex appetitis corruptis. i. ob-
iectis taliter appetitis per appetituꝫ corruptũ
sicut carbonibus ⁊ gipso ⁊ fungis ⁊ que sunt his
silˀia sunt de causis opilationum. Vinum etiam
dulce grossũ ꝑ hoc ꝙ attrahiᷓ indigestũ causat
opilationẽ in ꝯcauo epis: q: qõ colaᷓ de eo ĩ epe
est subtile ⁊ trãsit ad gibbũ nõ opilãs ptẽ supio
rẽ remanẽte grosso. s. pte fecali ĩ ꝯcauo opilãte.
¶ Et ita etiam malitia regiminis cũ facit ad pe-

Vinũ dulce grossum opilat epar ⁊ deopilat pulmonem

netrationem cibi digesti ad epar vt est motus laboriosus post cibū vel accubitus sup partez dextram postꝙ descēdit cibus ad fundum stōi nō adhuc facta cōpleta digōne: ista faciunt penetrare cibū indigestū ad epar. Uel sumere confectiones calidas vel potū calidum post cibum non digestū. nā illud est de vehementiorib⁹ causis oppilationū. De hoc dicebat Gor. aliqñ accidit ꝙ aliquis hʒ stōm frigidū aut epar et post comestionem credēs digestiuā fortificari sumēdo electuariū calidū aut cōfectionē multū calidam aut sumendo vinū purum aut nectar aut vinum grecum aut vinū de cypro cū ita facit sicut faciunt diuites immediate post cibum cuz intrant cameras suas: tunc dicit ꝛ sumptio talium nō est nisi venenū: qm̄ faciunt cibum crudum penetrare ad epar ꝛ ad membra: ꝛ sic sup. faciunt ad oppillationē ꝛ inducunt ebullitionem ꝛ putredinē.

No. errorē sepe ꝯmissum a multis.

De causis ex pte virtutum.

¶ De causis etiā ex parte virtutum nō tm̄ est debilitas epis: sed etiā debilitas membroꝝ seruientiū epati maxime in attrahendo cū debiliter attrahunt: ꝛ hoc modo cum fel nō debite suggit colerā ex massa sanguinea: cum etiā splen nō debite suggit humorē melencolicum ex epate vel cū renes nō debite attrahunt qđ attrahere debent ex sanguine aquoso: tunc remanentia harū materieꝝ nō debite attractarum est cā oppilationis. ¶ Sed hic notetur ꝙ aliqui pori venaꝝ epis fiunt oppilati nisi in maiori parte ipsorum ꝛ in venis fit oppilatio coartatoria vel attenuatoria non dʒ ꝓprie dici epar oppilatum necꝫ absolute patiens oppilationem. Et hoc est: qꝛ cū oppilatione quarūdam venarum sed paucaꝝ stat possibilitas penetrationis ꝑ alias vias materie chilose sufficienter cōuertende in sanguinē debitū pro restauratione membroꝝ: vt ꝑʒ cōsideranti: opʒ igiꝉ ad hoc vt epar debeat dici absolute oppilatū ꝙ in maiori parte venaꝝ ipsius vel poroꝝ fit oppilatio vel saltem in notabili multum parte eaꝝ.

Nota

De apatibus epis.

Distinctiones apatū epatis. Et qm̄ materie oppilātes cū ī epe retinenꝉ sepe penetrāt ad intra subām membri penetratione nō nāli cū nō pñt penetrare in venis nutrimenti vñ fiūt apata in epate. Idcirco cōuenienter qꝛ eedē fere sunt cause remote oppilationū ꝛ apatū maxime cause añtes: ꝛ ēt primitiue est hic cōueniens vnico cōtextu ꝓpter abbreuiare ponere distinctiones ꝛ spēs apatū que sunt quasi eedem vt dictū est. s. de stō ꝛ ponētur de apatibus epis cause summarie: qm̄ vt dictum est sunt quasi eedem cum causis oppilationum de quibus dictum est pauloante.

¶ De apatibus igiꝉ epis sit hec pᵃ distinctio ꝙ eoꝝ quedā fiūt ꝑ viā paulatine ꝯgestionis: qdā per viā defluxus declaraꝉ vt supra in de apatibus stōi. ¶ Alia diuisio cōis in illa mā ꝛ ē Aui. in pᵒ capli: ꝙ apatū in ꝑtibus epis accñtiū qdā sunt q̄ accidūt in ipso epe. i. in ꝑtib⁹ integrātibus ipm: ꝛ sup. in ꝑtib⁹ eidē imediate adiacētibus vt dicebaꝉ de vena porta ꝛ vena ꝯcaua et pāniculo coopiente ipm epar ꝛ suspēdēte: ꝛ alia sunt q̄ accidūt ꝑtib⁹ positis supra ipm vt sunt musculi lōgitudinales latitudinales ꝛ trāsuersales: ꝛ alia sunt q̄ accidūt in meseraicis. i. ī mesenterio. ¶ Alia diuisio ēt Aui. eoꝝ q̄ fiūt in ipo epate alia sunt q̄ accidūt in ꝑtibus supioribus ꝛ ad latus gibbosuz: ꝛ alia sunt q̄ accidūt in īferiorib⁹ ꝑtib⁹ ei⁹ ꝛ ad lat⁹ cōcauū. ¶ Et ēt de his q̄ fiūt in epe sumēdo large epar: qdā fiūt ī carnositate ipsius epis ꝛ quedā in venis eius: quedā in pāniculo extrinseco coopientevel suspēdēte. ¶ Ponit ꝯñr aliā diuisionē Aui. ꝙ apa epis aut est flegmonides dubellati aut nō dubellati aut colericum cācerosum aut nō cācerosum aut īflatinum vētosuz. Et hec est diuisio data ꝑm mām apatum que cōiter datur ꝑ hāc ꝙ apatū epatis aliqđ est sanguineū: aliqđ est colericū: et aliqđ ventosum: ꝛ qđ ex flāte vel melīa dicūt nō accidit apa in epate adducētes rōnes ꝑ hoc de flāte qm̄ materia flātica in epe est parata cōuerti in sanguinem ꝛ est virtuti conueniens: sicut etiaz est chilus: ꝛ ideo sicut ex chilo nō fiūt apata: ita nec ex flāte: ꝛ de melīa arguunt qm̄ ipsa est grossa ꝛ nō apta penetrare ꝛc. Et ꝑm hoc dicūt Aui. in diuisione sua nō cōprehendere apa flāticū. Nā sic exponunt textū Aui. ꝑ hoc ꝙ dixit flegmōes dubellati intellexit apa sanguineū qđ vocatur flegmon: ꝛ dicit ipm dubellati. i. cōgregās materiam in sinu nō qꝛ semꝑ fiat dubellati: sed qꝛ flegmon in epe est paratū fieri dubellati magis omni alio apate ei⁹: vt pʒ ꝯsiderāti. Et ꝑ hoc qđ dicit aut nō dubellati itellexit apa etiā sanguineum qđ nō est dubellati. i. qđ nō aggregaꝉ in sinum ex quo nō qđlibet tale aggregatur. Addit aut colericū cācerosum. i. colericū corrosiuum a colera corrosiua sicut cācer etiā est corrosiuus. Et addit: aut nō cancerosum. i. nō corrosiuū colericum aut inflatiuū vētosum: ꝛ ita volunt isti sic exponētes ꝙ in epe nō fit nisi apa sanguineū aut herisipila aut apa ventosum: ita ꝙ in eo necꝫ flāticum necꝫ melīcū. Et aliqui dicūt ꝙ expssit etiā de melīco ꝑ hoc qđ dixit nō cācerosum: qꝛ aliquotiens colera nigra nō corrosiua appellatur melīa: sed dicūt ꝙ nō fecit mentionem de flātico qꝛ nō exprimiꝉ.

Questio.

¶ Sed nota ꝙ isti sunt in manifesto errore: qm̄ Aui. in ꝓcessu ponit curam apatū flāticoꝝ ꝛ curā apatū melīcoꝝ ipsi⁹ epatis ꝛ signa ipoꝝ. Ideo dicit Gēti. in hac difficultate ꝙ ex oī mā hūorali pōt fieri apa in epe: ꝛ ꝙ in diuisione expssit de omni materia. Nam expssit melēcolicum per hoc quod dicit nō cancerosum vt dictum est: intelligendo de melēcolico ꝑ viam prime intentionis: ꝛ ꝑ hoc quod dicit cancerosum intellexit melencolicum ꝑ viam adustionis: ꝛ ꝑ colericū intellexit pure colericū et ꝑ inflatiuum intellexit flegmaticū: qꝛ apata flegmatica videntur facere inflationem ꝑ hoc ꝙ materia flegmatica est apta in fumū ꝛ ventū cōuerti: ideo addit postea ventosum. Et aliq̄ dicunt ꝙ inclusit apa flegmaticū sub illo termio aut nō dubellati: ꝑ hoc ꝙ apa flegmaticū nūꝙ vel raro valde in epate congregat materiā in sinu. Sed verum est ꝙ raro fit apa flegmaticū in epate: ꝛ saltem nō fit de flegmate naturali: vt videbiꝉ deducere motiuū de chilo: pōt tñ fieri de flāte innaturali dulci vel salso vel etiā acetoso cuz hmōi humores possunt penetrare ꝑter nām intra subaz epis: sed hoc raro est ꝯtingēs ꝓinde Ras. in diuisionib⁹ in pᵒ de egritudinib⁹ epis numerādo egritudines epis dixit. Egritudines epis sunt vt apa calidū. s. sanguineum aut colericum vel durum. s. melencolicū. Addit: ꝛ nō forsitā fit apa flegmaticuz aut oppilᵒ ꝛc. Et aliqui

No. errorē antiquoꝝ.

concedunt ꝙ etiā ex flegmate naturali pōt fie-
ri: ⁊ ego credo nō repugnare. ¶ Et tunc ad diffi
cultatē de chilo pōt dici ꝙ nō repugnat ex chi
lo fieri apā in epate: vt etiā consensit Gordo. et
hoc cū attractiua epatis esset fortis: et stōi eēt
digestiua fortis ad multū chilificādū: si postea
cōiungeretur debilitas expulsiue ipsius epatis
cum debilitate attractiue posterioꝝ membroꝝ
et cum debilitate cōuersiue epis in sanguinem
tunc chilus supfluus attractus ad epar posset
penetrare naturali penetratione in substantiā
epatis ⁊ causare apā: vt ptꝫ. ¶ Ponit alia diui
sio que sumit ex parte quātitatis: ꝙ apatū epa
tis quoddā est magnū quoddā paruū: quoddā
mediocre: potest etiā fieri diuisio vltima ex pte
terminationis vt supra dictū est de apatibus
stōi: ꝙ quoddā resoluit: quoddā suppuratur:
quoddam indurat: quoddam permutatur.

Cause apostematum epatis. Jam restat po
nere aliquas causas breuiter apatū
epatis: qm̄ cause oppilationū vt fuit supra di-
ctum: quasi oēs possunt esse cause apatum: qꝛ q̄
faciunt ad aggregationem materierum in epa
te: faciunt cōsequenter vt dicta mā pternatura
liter intret substātiā epatis: ⁊ sic causat apata.
¶ De causis tn̄ magis spālibus ⁊ appropriatis
apatum epatis ⁊ circūstantium sunt de extrin-
secis casus ⁊ pcussio supra epar ⁊ applicatio vē-
tose magne supra epar vel circūstantes partes
corpore existente pleno: vt aliqn̄ cōtingit in do
loribus circa regionem epis factis. Nam stante
plenitudine in toto apposita ventosa attrahū-
tur materie ad epar: ⁊ fiunt cause apatis: et ita
etiam cōtingit aliquotiens in crisibus factis
per fluxū sanguinis nariū in fe. synocha ⁊ simi-
libus: ⁊ imperitus medicus nō existente neces
sitate restrictionis facit apponi ventosam su-
pra epar: ⁊ ita ibi restricto sanguine qui fluxe-
rat ad epar vel a ptibus alijs attracto fiunt op
pilationes ⁊ forte apata in epe: ⁊ idē contingit
in applicatione emplastroꝝ calidoꝝ sup: et epi
thimatum in corpore pleno: lꝫ etiā aliquotiēs
applicatio frigidoꝝ multum vt epithimatum ⁊
vnguentorum sit de causis apatum epis: ꝓpter
cōstrictionem pter naturam materie: vnde im-
pingitur vt penetret intra membra penetratio
ne innaturali. ¶ Et de causis intrinsecis sunt
oppilationes eius: vn̄ fit supinflāmatio in mā
prohibita euentatione: ⁊ ebullitio ꝯn̄r ⁊ pene-
tratio intra membra: sicut etiā apata sunt cau
se oppilationum. Nam dicebat Aui. in ca° apa-
tum: ⁊ omne apa accidens in epate calidum vel
frigidum facit oppilationē ⁊ nō relinquit cor-
pori nisi sanguinē aquosū ⁊c. ¶ De causis etiā
est dolor circa epar ⁊ in ptibus eius: qm̄ est at-
trahens materiā ad ipm̄ ⁊c. Et ex pte cōpositio-
nis est paruitas eius. nam cū nō sit capax pmve
nas recipere chilū debite quātitatis: tunc pter
naturam extendunt vene ⁊ subintrat mā chilo
sa vel humoralis pter naturā in membrū. ¶ Et
de causis sunt oēs cause que dicte sunt de mali-
tia regiminis de sumptione ⁊ potu calidoꝝ in cor
pore pleno: ⁊ potu multe aque frigide maxie in
ieiuno ⁊ in magna siti: ⁊ supfluū exercitiū post
cibum ⁊ coitus supfluus ⁊ hmōi: ⁊ retētio vel ꝓ
hibio cōsuetaꝝ esionum mēstruoꝝ in mulierib⁹
vel hemorroidaꝝ vel aliarum est de causis pci-
puis. ¶ Cause vero apatum calidoꝝ vel frigido
rum magis speciales sunt occursus ipsaꝝ cau-
sarum dictarum calefacientium vel infrigidan
tium positiue vel priuatiue. ¶ Et cause ventosi
tatum sunt supradicte de dolore stōi ample vt
cōicant epati: ad illum locū recurre. Et ita etiā
de causis debilitatis eius.

Apposítio vētose circa epar aliqn̄ causat apā.

Nota errorē sepe factum a medicis.

Signa Oppilationum apostematum ⁊ do
lorum epatis. Jam veniendo ad si-
gna: primo pronostica euentus: deinde ad bonū
et ad malum: consequenter demonstratiua.
¶ Sit igitur hoc primū signū ꝓnosticū malitie
cōplexionis oppilationū epatis ⁊ apatuū eius
⁊ ꝯn̄r dolorum. omnia corpora habentia venas
strictas vt sunt corpora pinguia maxime pigue
dine accidētali: oīa talia sunt parata incurrere
oppilatiōes ⁊ malitias cōplexionales ⁊ apata
epatis: ⁊ ꝯn̄ter dolores eius: ⁊ ita grassities est
signum pronosticum ad hoc. considera tu.
¶ Aliud ꝓnosticum: oīa corpora in quibus est
paruum epar ⁊ declaratur paruū ex puitate di-
gitorū ⁊ ex tenuitate venaꝝ ⁊ ex grauitate epis
cum transit cibus ad epar etiā mediocris quāti
tatis: tunc oīa talia corpora sunt parata cadere
in oppilationes apata malitias cōplexionales
et dolores epis: ⁊ ꝯn̄r signa declarantia paruū
epar a gn̄atione: que dicta sunt signa ꝓnosticū:
horum: ptꝫ supra. ¶ Aliud signum pronosticū ⁊ po
corpora vtentia cibarijs grossis ⁊ viscosis
tu vini potentis ⁊ supra ea inordinato motu:
talia oīa sunt parata incurrere ⁊ oppilatiōes ⁊
apata ⁊ dolores epatis: vt ptꝫ cōsiderāti: ⁊ vni-
uersaliter in q̄bus accidunt cause oppilationū
et apatum de primitiuis vel corporalib⁹ accidē
tibus de quibus dictum est ex occursu talium
possumus ꝓnosticari supra oppilationes apo-
stemata ⁊ dolores epatis. ¶ Et spāliter oppila
tiones sunt signa ꝓnostica apatum ⁊ doloris ꝑ
quendam modū: vt pꝫ: ⁊ ita etiā ecōuerso dolo-
res sunt signa ꝓnostica oppilationū ⁊ apatum
cōuertendo materias ⁊c. Nā oppilatiōes añce-
dūt ad apata ⁊ ad alios morbos epaticos vt su
pra declarauit de mēte Aui. cū dicit. Et oppila
tiones quidē sunt ex matribus egritudinū epa
tis: ⁊ quando ꝓlongatur tempus oppilationū
in epate puenit ad putrefactiones facientes ac
cidere fe. ⁊ apata pducentia ad hydropisim ⁊ ad
generationem ventositatis facientis accidere
dolores prauos: ⁊ ita oppilationes antecedunt
ad apostemata ⁊ dolores: ista sunt signa pro-
nostica eorum.

De signis.

¶ Signa vero ꝓnostica ad bonum in dolorib⁹
sunt ꝙ dolores epis ex manifesta certa cā facti
vt sequentes malitiā regimis vna vice tantum
vt sumptionem rerū ventosabiliū ⁊ aggrauan-
tium: vt exempli gratia leguminū vel potū mul
te aque frigide in ieiuno vel aliq̄d hmōi: et nō
fuerit malitia regiminis cōtinuata: tales dolo
res facile curabunt. ptꝫ. ¶ Aliud ꝓnosticū ad
bonū etiā in dolore magno: in dolore epis ma
gno vel circa epar facto si supueniat fe. est signū
salutis vt fuit snīa Hipp. 7ª afforis. ibi. Quicunq̄
epar eius dolet feb. supueniens soluit dolorem
sen egritudinem. Et ibidē Cōciliator dicit. per
hoc ꝙ dicit fe. supueniens innuebat Hip. ꝙ cū
dolore non cōiungebatur feb. vnde supuenit: et
sic erat signum quod illius doloris magni iam

De signis ꝓnosticis ad bonum quo ad dolores.

Quã dolor epatis ẽ vehemens et nõ est feb. sit a ventositate.

erat ventositas ideo fe. superueniens est cã cu/ratiua. Et hoc etiam dicebat Aui. in ca° doloris epatis cũ dixit: ⁊ dolor vehemens valde supple in epate vel versus epar non fit nisi sit cũ apãte calido vel ventositate. Addit quapropter cũ nõ est fe. ⁊ est dolor vehemens tũc cã eius est vẽtosi tas: ⁊ est textus notabilis eandẽ sniam eiusdez ꝓnostici posuit Hyp. 6ª affo. ibi. Quibuscunqȝ dolor fit circa hypocundriũ sine flegmone fe. su perueniens. ¶ Aliud signum ꝓnosticum ad bo num non simplr̃ sed ſm quid: quanto dolores sint minus vehementes circa epar minus diu/turni: ⁊ quanto sequũtur accidentia minora: qꝛ non sunt acuti: sed pure grauatiui: neqȝ coniun gitur fe. neqȝ singultus: neqȝ vehementer tract⁹ furcule ad inferiora: tunc de his est spes salutis ⁊ maxime in corpore forti. ¶ Et istud ꝓnosticũ verificatur ꝓcipue in opilationibus: sed contra hendo ad apostemata ponitur aliud ꝓnosticuz de quo dicebat Aui. in cap° apostematum in fi/ne. Et qñ permutatur apostema calidum ex epa te ad splenem est bonum.

De signis ad maluz.

¶ Et de signis ad malum dicit Aui. ibidem. Et qñ permutatur ex splene ad epar est malum: ra/tio est clara ꝓpter nobilitatez membri. ¶ Aliđ signum ad malum in dolore epatis. Cum in do/lore epatis coniunguntur accidentia mala de singultu de fe. ⁊ aliquotiens sincopi ⁊ de tractu furcule ad inferiora: ⁊ de difficultate anhelitus est significatio mala. Et si cõiungatur paucitas vrine ⁊ subtilitas eius simul cum lubricitate vẽ tris est deterior significatio: quia significatur ꝙ est apostema magnum in epate faciẽs simul opi lationem: ⁊ in concauo ⁊ in gibbo epatis: et sic est mala significatio.

Questio.

¶ Aliud signum pronosticum. Dolor ꝯtingens ab apãte concaui epatis est minus mal⁹ ꝙ con tingens ab apãte gibbi: ⁊ econtra gibbi est dete rior vt videtur insinuare Aui. qꝛ apã in gibbosi tate ducit ad seuiora accidentia: puta ad dif/ficultatem anhelitus ⁊ ad tussim ꝙ apã ꝯcaui. Et idem consentit Ras. 7° continentis ꝓcedens ꝙ apãta gibbi sunt deteriora: ⁊ sic dolores eorũ sunt signa deteriora: tñ vt allegatur Gal. 5° in/teriorum. ca° 7°. videtur sentire oppositũ: dicit sic. Porro flegmones in cõcauo epatis existẽtes deteriores ⁊ ꝑiculosiores sunt ꝙ si essent in gib bo.

Responsio Gentilis.

Gentilis respondet ad hanc difficultatez ꝙ ꝙtum ad actionem lesam difficiliora sunt apã ta gibbi ꝙ cõcaui: qꝛ in gibbo fit vltimata ope ratio in sanguinis gñatione: ⁊ etiam ꝙtum ad quedã accidentia: vt est tussis ⁊ difficultas ãhe litus vt infra videbitur spãlius de signis distin ctiuis inter apã gibbi ⁊ concaui. Si tñ conside/rentur apãta ex parte multitudinis mãe eoruz: sic apãta concaui sunt peiora: qꝛ ibi coniungiť maior multitudo mãe vt supra fuit declaratum ꝓpter id qđ colatur de humoribus ad cõcauuz etiam ꝙtum ad quedã accidentia q̃ cõiunguntˀ vt de singultu ⁊ vomitu: etiã qꝛ dolor fortior est in parte concaua ceteris paribus: qꝛ est magis sentiens vt dicit Aui. ſm hec peiora ducuntur apãta concaui: tñ absolute apãta gibbi sunt de teriora: qꝛ ledunt partem nobiliorem epatis vt constat. Sed re vera ista est quasi responsio Ga. loco allegato 5° interioꝝ. ca°. 7°. qꝛ ipse non de/terminate sensit ꝙ difficiliora sunt apãta cõca/ui ꝙ gibbi vt allegatur: sed qđ quo ad aliqua ac cidentia apãta concaui sunt deteriora ⁊ quo ad quedam apãta gibbi: ⁊ qui ita allegat Gal. non vidit nisi primã partẽ textus eius ⁊ non partem sequentem: qꝛ series textus ita iacet. Porro fleg mones in cõcauo epatis exñtes deteriores ⁊ ꝑi culosiores sunt ꝙ si essent in gibbo in generãda desiderij ablatione obominatione vomitu cole rico ⁊ siti: itẽ in difficultate anhelitus tussi ⁊ do lore vsqȝ ad furculas saliente deteriores sũt hi qui sunt in gibbo: putat enĩ eger furculas infe/rius trahi. Postea post aliquas lineas addit: si tñ apã sit in solo gibbo epatis: aut in sola sui cõ cauitate non põt esse quin vtrũqȝ latus compa tiatur: qꝛ substantia epatis continua est: et ita nullam partem huius difficultatis determina/te asseruit vt cõiter allegatur. ¶ Aliud ꝓnosti/cum ad malum: apãta meleucolica diuturna et maxime indurata quasi sunt ad desperationem cure: ꝓcipue cũ sunt aliqualiter cõfirmata. Vn/de de his loquens Aui. dixit in prin° cure eius. Non euadit aliquis ex apãte duro quiescẽte cõ firmato: ⁊ illi qui sanãtur ex eo sunt q̃ curanť in initio sui. Et de hoc ẽt dixit Gordoñ. nisi veloci/ter a prin° apã durũ mediceť pessimũ est: qꝛ in/fra duo septenaria causat hydropẽ ⁊ non appa/ret postea apã p ventrem. i. tumorem eius: ⁊ ita remanet incurabile sup. qꝛ extrinsecus applica ri non pñt vtiliter cõuenientia ad curationem eius. Addit: cum ergo đr ꝙ apã epatis duꝝ non curatur vex est nisi a prin°: ⁊ addit aliam sniaz multum cõem ⁊ vtilẽ de oĩ apãte epatis inducẽ do ad necessitatez cure subito dicens. Omẽ apã epatis gñat opilationẽ ⁊ opilatio indigestionẽ ⁊ indigestio aquositatẽ ⁊ aquositas hydropem. sup. cõiuncta debilitate expulsiue epatis q̃ seq̃/tur ad apãta: vnde ꝯcludit quare omne apã epa tis cã est hydropisis: intelligitur qñ nõ curatur in prin°: ⁊ qñ diuturnatur ꝓpter debilitatem q̃ tunc sequitur in virtute epatis. Et de apãte du ro etiam dicebat Gal. in practica ad Glauconez in prin° capituli de tumore epatis: epatis vero archosim incipientem quidẽ sanamus pluries. Extensuz vero in plures dies neqȝ ipse potui sa/nare neqȝ aliquem alium vidi sanare potentez.

Not. bene

¶ Aliud ꝓnosticum ad malum: non tm̃ in apã/tibus duris sed in oĩbus apãtibus epatis cũ ad saniem ducuntur est Auen. dicit sic. Si apã fue/rit generatum in substantia epatis ⁊ in pus re/ductum non speres eius salutem ⁊ adducit rõ/nem: qm̃ cum epar sit fons sup. virtutum nãliuz ⁊ ad eius passionem sequatur perditio virtutuz ad quarum perditionem sequitur mors: postea in malitia ad dura ⁊ ad saniata sequuntur apo stemata colerica propter seuitatem accidentiuz eorum: postea flegmatica: postea sanguinea. Et lz flegmatica videantur remissiorum accidẽtiũ ꝙ sanguinea: quia tamen non sunt ita facile cu rabilia: idcirco dicuntur deteriora. ¶ Alia con/clusio etiam pronostica ponitur ab Aui. in fine capituli de signis vniuersalibus apostematum epatis dicit. Et scias ꝙ cum apostemati epatis associatur ventris solutio est mortale: quod in/telligitur quando cum a principio fit apostema vel manifestatur cum dolore eius si associať flu xus ventris est signum mortale: qꝛ significat ꝙ sinthomatice nã stimulata euacuat mãm: ⁊ ꝯñr

declaratur ꝙ mã est praua: ⁊ ꝙ virtus nõ est suf
ficiens eam debite regulare: ⁊ sic est signũ mor-
tis. ¶ Aliud pnosticum: ponit. R. 7° cõtinẽtis
de mente Ga. dixit singultus ab apãte epatis si
acciderit est malum: ⁊ illum verificauit Gal. in
5ª affo. in cõmento affo. In anno flegmonẽ pa
tiente ⁊c. qm̃ ibi dicit Gale. ꝙ significat aposte-
ma magnum esse in epate ex cã cõicationis ner
ui ad stomacum magis: ⁊ declarans Aui. istud p
nosticum dicit in ca° cõi de signis vniuersalib⁹
Et ad summum singultus apud oẽs non appa-
ret nisi cum est apã magnum: qm̃ spacium lon-
ginquum est inter epar ⁊ os stomaci: ⁊ est illic
neruus in quo ista duo cõicant ⁊ continuat in
ter ea est subtilis valde. Addit: ⁊ ad vltimũ duz
non est apostema magnum non fit inter stoma-
cum ⁊ epar cõicans ſm plurimum sup. ⁊ ita le-
datur vt fiat singultus. ¶ Aliud etiam ad mor
tem ponitur ab Auic. de mente Hyp. in capitu-
lo de dolore epatis qd̃ est tale: ꝙ qñ accidit do-
lor epatis cum pruritu vehementi circa collum
⁊ in posteriori parte capitis ⁊ pollice pedis: et
apparet in collo bothor ad modum fabe: morit
eger in quinto ante ortum solis: ⁊ dicit ꝙ huic
etiam accidit difficultas vrine cum distillatio-
ne: ⁊ hoc idem signum posuit Rasis 7° cõtineñ.
de mente Hypo. Nam declaratur primo vt vult
Gentilis ꝙ ille dolor in epate factus pendet a
mã acuta corrosiua propter pruritum: ⁊ ita qd̃
existens in membro principali inducit mortem
potest etiam magis declarari: qr ex hoc ꝙ p pru
ritum illum declaratur ꝙ materia est nitrosa:
declaratur etiam huius multitudo materie: qr
portio eius transmittitur ad vias vrine ⁊ ibi fa
cit opilationem ⁊ difficultatem exitus eius: per
hoc etiam qd̃ aliquid modicum de mã illa ꝟsus
collum transmittitur: vnde ibi apparet vt faba
declaratur virtutis debilitas: ⁊ ita cõcurrente
mã nitrosa cum multitudine eius ⁊ virtutis de
bilitate potest euidẽter declarari supra morbũ
mortalem ⁊ maxime post primam diem creticaz
⁊ ita in principio quinte diei. ¶ Aliud signuz ⁊
vltimum est Aui. cum est dubitatio vtruz dolor
epatis fit ex opilatione vel apãte cũ videris mi
rach tensum tendens ad fuscedinem: tunc decla
ratur ꝙ est apostema ⁊ sic est mala significatio.
Et hoc est quia ad apostema sequitur maior le-
sio in operationibus epatis: ⁊ ad maiorez lesio-
nem hec accidentia consequuntur. Et hec de pro
nosticis sufficiant.

De signis generum doloris opilationis et apatis epatis.

¶ Iam sunt ponenda signa demonstratiua pri
mo gñis: deinde spẽꝝ ⁊ doloꝝ ⁊ opilationum et
apostematum: ⁊ ponendo signa specieꝝ ponen-
tur quedam signa distinctiua ipsaꝝ specierum ⁊
opilationum ⁊ apostematũ. Signa ergo demõ
stratiua generis doloris epatis sunt declarata
supra in textu ex malo colore ⁊ ex mala forma. i.
inflatione membroꝝ vel extenuatione. s. extre-
moruz ⁊ situ doloꝝ: vt qr fit in dextro latere apd̃
costas posteriores: malitia aũt coloris multipli
citer diuersificatur ſm diuersitatem causaꝝ. Et
de hoc dicit Rasis 7° ꝯtinentis. ꝙ cum passiõe
epatis accidit ꝙ cutis quandoqꝫ est alba qñqꝫ
citrina: qñqꝫ viridis qñqꝫ liuida: ⁊ sic de alijs q̃
non sunt explicandi: sed erit leuis retentio ipso
rum penes medicum qui vsualiter consueuit in
comprehendendis morbis. Et inde addit. Ego
solo viso colore cutis patientis iudico qd̃ epar
infirmatur aut splen. Et similem sñiam posuit
Aui. in prin° capituli de signis debilitatis epa-
tis. 14ª terij tractatu tertio dixit. Color est ex
rebus que significant ſm pl̃m dispositionẽ epa-
tis. Et addit. Epaticus eniz ſm pl̃m est decliuis
ad citrinitatem. ⁊. i. vel albedinem: qr sup. scdz
plurimum declinat epar ad calidum vel ad fri-
gidum: ⁊ ita si declinat ad calidum generans co
leram superfluam: fit inde color citrinus: ⁊ ad
frigidum generans flegma vel sanguinem fleg-
maticum redditur color in cuti ad album decli
nans. Et addit: ⁊ qñqꝫ declinat ad viriditatẽ vel
fuscedinem sup. superfluente calido adurẽte vel
per mortificationem virtutis dñante superflua
frigiditate. Et ideo ponit vnam sñiam multum
egregiam declarando ꝙ ſm varietatem dispositionum epatis variatur color in cuti dicens. Et
illius quidem epar cuius colorem vides ſm finẽ
sanitatis egritudinem non habebit: postea ad-
dit: ⁊ medicus quidez expertus cognoscit epati
cum ⁊ stomaticum hoiem per colorem suum nõ
egens cum eo significatione alia. Nota signan-
ter dicit expertus: qm̃ vt recte ibidem dicit Gen
tilis ꝙ isti sunt medici in quib⁹ multa affirmã-
tur: iudicia experientia rationi coniuncta: ⁊ hoc

Nota bñ.

qd̃ dictum est exponendo disiunctiue ꝙ epatic⁹
est ſm plurimum decliuis ad citrinitatem. i. ei⁹
color: ⁊ albedinem exponendo vel albedinẽ fuit
ſm sententiam Gentilis ad modum expositum
sed tenendo ly: ⁊ de copulato extremo vt litera
iacet: oportet aliter dicere notando ꝙ per epati
cum intellexit illum in operationibus cui⁹ epa
tis est debilitas maxime in virtute digestiua vt
communiter euenit: ⁊ quia talis vt plurimum
pendet a causa frigida: de hoc loquens dixit ꝙ
eius color est decliuis ad citrinitatem ad albe-
dinem. i. mixtus ex albo ⁊ citrino dominante ci
trino. Nam in talibus multiplicantur opilatio
nes vt constat in epate: ideo licet propter debi-
litatem digestiue a causa frigida multiplicetur
materia flegmatica respectu eius quod multi-
ca epar ꝛ cū nō dubitatur de exitu sanguinis a
venis epatis:tunc opꝫ vt potētur ea q̄ sunt in-
frigidātia ꝛ apocrustica sola vt est puluis fact⁹
ex bolo ar.ꝛ myrtis ꝛ se.plantaginis ꝛ exhibeat
cū aqua plātaginis.Sed si sanguis egrediatur
tunc apponātur cū his stiptica cū aliq̄bus ꝓhi
bitiuis coagulatiōis sanguinis:ꝛ tūc mag' vꝫ si
fiat puluis:vt infra.℞.balaustiaꝝ boli ar.myr-
ti.viol'.añ.ʒ.iij.myrrhe.ʒ.j.ß.mellilotí.ʒ.ß.mi-
sce:ꝛ fiat puluis ꝛ exhibeatur.ʒ.j.ß.cū aqua plā
taginis vel solatri ꝛ modico aq̄ absinthij:ꝛ tūc
oportebit ēt exterius epithimare cū succo plan
taginis ꝛ coriandri humidi cū oleo cydonioruꝫ
ꝛ ro.ꝛ modico oleo camomille.❡Et si nō fuerit
vehemens caliditas neq̄ꝫ cursus sanguinis aut
fuerit iam sedatū id qđ inde erat sup.de timore
fluxus dicebat Aui.ꝙ tūc tua intētio nō erit ni
si vt resoluas sanguinē mortuū.i.fluxum extra
venas.s.ne fiat apa.❡Ubi tñ sit dubitatio de
fluente ēt mã:ꝛ nō tñ sit multa liuiditas:tūc vꝫ
si fiat cōpō ex balaustijs ꝛ sanguine draconis et
reubar.equaliter vt añ.ʒ.j.cū modico lacce lote
ꝛ exhibeatur.ʒ.j.ß.ꝑ vice aque cydonioꝝ ꝛ absin
thij.Nam in virtute reubarbari mã ex epate ad
intestina euabitur si fuerit in concauo lapsa et
epar cōfortabitur:ꝛ ex lacca euabitur mã q̄ erit
in gibbo.❡Et qñ sumus tuti a casu in apa.i.vt
nō sit futuꝝ vel non sit factū:tūc insurgit alia in
tētio de magis resoluēdo:ꝛ tunc vꝫ puluis vt in
fra.℞.mellilotí.ʒ.v.lacce ablute.ʒ.iij.reubarba
ri.ʒ.ij.croci.ʒ.j.asse.℈.ij.myrrhe.ʒ.ß.misce fiant
trocisci cū vino in quo posita sit mūmia:ꝛ suma
tur in potu vnus pulueriꝫatus.ʒ.j.ß.Exteri⁹ at
fiat empl'm cū tēperate resoluētib⁹ verbi gr̄a.cū
mellíloto abß.spica ꝛ roß.cū modico oleo de ab-
sin.vel camomille incorporatis.❡Et si remane
ret sanguis mortuus in exteriorib⁹ fiat linimē-
tum vt infra.℞.masticis terbentine calami aro
matici.añ.ʒ.ij.ligni al'.croci añ.ʒ.j.mummie.ʒ.
iij.lacce.ʒ.ß.incorporentur cum oleo camomille
ꝛ fiat maran ad liniendum.

Des. cuius-dā puluerꝭ in casu va-lentis.

Desc. lini-mēti ad sā guinē mor tuū in exte rioribus.

❡Et si ꝓhiberi nō potuit augmētū apatis:tūc
est operandū vt in seq̄nti intētione dicet de cu-
ra doloris ab apatibus.❡Pro curatione quoꝝ
sunt memorāda q̄ supra dicta sunt circa dietā ꝛ
ꝙ oēs fere auctores in p̄n° cure apatū maxie ca
lidoꝝ iubent fieri flōmiā.Nam preter supra al-
legata circa tex.de flōia ꝛ circa dietam ex parte
cibi ꝛ potus dicit Alex.Ante omnia totius cor-
poris facienda est prouidentia ꝙ si sanguis abū
dat.i.sit peccans sanguis fm apa prius opera-
re ꝛ sanguineꝫ extrahe sine dilatatione aliq̄ de
brachio dextro de vena que est inferior:ꝛ ita Ga
le.vt supra allegabatur 13° terapentice loquens
de flobothomia in apostemate sanguineo dicit
Supponatur epar incipere flegmonare tūc re-
cta cura est incidere venam inferiorem.s.basili-
cam dextrum cubitum:ꝛ postea voluit simul cū
Alex.qđ si non possumus eam flobothomare ac-
cipiamus mediam:ꝛ si non illam accipiamus ce
phalicam vt videantur insinuare maximam ne
cessitatem extractionis sanguinis in prin° apo
stematis calidi ꝛ maxime sanguinei.Ita vt etiā
Rasis in diuisionibus ad excludendum erroreꝫ

quorūdā q̄ non cōsentiebant ad flōiam cephali
ce dixit ꝙ cura ei⁹. s. apatis calidi cū est icipiēs ⁊
vsq̄ ad hebdomadaz vnā est cū flōia cephalice
ex later̄ dextro: nō q2 ista flōia cephalice sit p̄ṅm
intenta a medico: immo q2 de ea minus videbat̄
illā explicuit: ⁊ de alijs tacuit: q2 de eis nō est du
bitatio. Nā cū epar sit p̄ṅm sanguinis in toto: ⁊
vt voluit Gal. 2° regiminis acutoꝝ cōmēto. 10°.
eūo ꝑ flōiam ex quocūq̄ loco facta fuerit extra-
hit a toto corpore aīalis. ¶ Ideo in apate epatꝫ

Questio.

oīs flōia ex quacūq̄ vena fiat corporis est cōue
niens: tñ vt dicit Cōciliator in differētia spāli.
ccxv. oēs fere simpl'r in hoc cōsentiūt ꝙ vena ma
nus dextri brachij fit flobothomāda: ⁊ maxime
inferior vt basilica cū epar apatū trahat ad se sā
guinem velut sitia: ⁊ maxime cuz d̄natur: sintq̄
istius. s. vene basilice vie latiores ⁊ directiores
ad ip̄m epar q̄ vene alie: ⁊ maxime pedis eiusdē
lateris de qua est dubitatio apud aliquos q̄. vi
dent̄ innuere ꝙ flōia pedis est cōuenieter ī p̄ṅ°
qm̄ vt dixit ꝓpter lōgitudinē ⁊ viaꝝ angustiam
nō posset flōia sanguinē ex epate sufficiēter edu
cere: ⁊ hoc intelligat̄ iam facto apate in p̄ṅ° ei⁹:
q2 forte vbi esset timor de futuro ⁊ adhuc nō cō
staret de facto: flōia vene pedis eiusdez lateris
esset magis diuersiua ⁊ magis cōueniens. exem
pli grā. vbi timeremus de apate epatis ex casu
vel ꝑcussione supra epar ⁊ corpus nō esset san-
guificū neq̄ plenū ⁊ nō eēt intētio eūonis: sꝫ so
lius diuersionis: vt ēt voluit Cōciliator ibidez
tūc flōia ex vena saphena pedis eiusdez lateris
esset cōuenientior vel vbi timor apatis vel etiā
prinm̄ eius esset pendēs ex retētione mēstruorū
vel emorroydaꝝ q̄ al's fuerūt consuete fieri a nā
⁊ essent restricte: sicut ēt si in ꝯsuetis flux⁹ sāgui
nis nariū ex multo tp̄e esset facta restrictio illi⁹
fluxus ⁊ dubitaremus de apate futuro epatis vl'
essemus in prin° eius forte ꝙ regularius eēt fa
cere flōiam de cephalica q̄ de basilica. Sed qm̄
he circūstātie raro reperiūtur: idcirco ꝯsentiūt
oēs cōiter auctores in apate cal'o in prin° eē fiē
dā flōiam ex basilica eiusdem lateris: q2 si fit ex

Ex basilica fiēda ē flō mia in apa te cal'o in prin° ex la tere eodez.

alijs venis nō fit cōueniēs eūo ab ipso ep̄e neq̄
diuersio sufficiens: q2 nō tm̄ trahit diuersio fctā
per aliam venā vt partis opposite in sinistro vl'
ex saphenis q̄tum attrahit epar cū apate ad se-
ip̄m. Ideo vt recte cōcessit Cōciliator argumen-
tum non vꝫ in pleuresi in p̄ṅ° apatis est fienda
flōia ex ꝑte opposita. ergo sil'r in apate ep̄is cuz
nō fiat tāta attractio sanguinis ad se ab aposte
mate pleuresis sicut ex apate epatis: ēt q2 minor
est distātia stāte pleuresi in pāniculo. verbi grā
partis sinistre si fiat flobothomia ex parte dex-
tra sicut est de apostemate epatis facta flōia in
parte sinistra: q2 vena a qua fit flōia non transit
per diaphragma ⁊ alligat̄ pleure. vt ex anatho-
mia constat. vbi ab epate transit illa vena a de-
orsum in sursum: ⁊ postea in sinistrum: etiā ma-
ior est distantia ab apate epatis ad venam op-
positam sinistri brachij: q2 per duas quasi diuer
sas diametros vbi in flōia etiam in pleuresi ex
parte opposita non est tāta: ⁊ ita regulariter in
omni contingentia in principio apostematis
calidi ⁊ sanguinei ⁊ colerici est primum fienda
flobothomia de vena basilica eiusdem lateris:
que si haberi nō possit sumatur alia que est ma-
gna ⁊ vena media: ⁊ si non sumat̄ cephalica eius

dem lateris: ⁊ hoc intelligatur consentientibus
his que sunt necessaria ad flōiam fiendaz. ¶ Et
bene nota super dicto Ras. qd̄ dixit vsq̄ ad heb
domadaz esse fiendam flōiam vt pro tāto innue
ret ꝙ tanta est necessitas in flōia ꝙ si forte non
esset facta in prin° incipiente apate ꝓpter ab-
sentiam medici vel inobedien tiam infirmi. qd̄
etiam vsq̄ ad hebdomadam dum est fluens mā
vel timetur de fluxu est etiam flōmandum: qm̄
non possumus tute applicare aliqua intrinsec⁹
vel extrinsecus medicinalia conuenientia circa
apa nisi prius facta flōia: qm̄ vt dicebat Aui. in
ca° ꝓprio de cura apatis sanguinei. Et scias qd̄
qn̄ tu non flobothomas ⁊ dimittis mās in epa-
te ⁊ administras stiptica ⁊ apocrustica ꝑculdu-
bio induratur apa: ⁊ si tu administras resoluti-
ua non est dubium quin commoueatur dolor: et
apa sup. augeatur. Addit: flōma ergo in p̄mis: ⁊
non desistas in hoc qd̄ cū non est ꝓhibitio fortꝫ
⁊ extrahe sanguinem abundantem. exēpli grā.
ꝓhibitio fortis esset. Si esset virtus debilis vel
si non esset etas cōsentiens vt in pueris vl' i his
qui incidunt sincopim ex quacunq̄ modica flō-
mia: ⁊ istis casibus vel sil'ibus oporteret īgenia-
ri ⁊ extrahere sanguinem ꝑ aliam regionem cuz
his q̄ tenerent locuz flōie vt ꝓuocando sangui
nem ꝑ nares cū intromissione digiti minoris in
tra narē dextram ad superiora nasi vel itromit-
tendo instr̄m factū de setis porcoꝝ reuoluendo
ꝑ narē vt al's dictū est: vel fiant vētosationes cū
scarificatione in spatulis maxime peccante mā
circa superiora: ⁊ si peccat circa inferiora magis
valebit scarificatio facta circa nates. ¶ Et hoc
nō tm̄ veꝝ est in apate sanguineo: immo etiaꝫ ⁊
in colerico ⁊ in flegmatico. Sed verum est quod
in colerico ⁊ in flātico opꝫ vt sit intentio etiam
ad solutionē vētris maior q̄ in sanguineo ⁊ mi-
nor ad flōiam. Et hoc est qd̄ insinuauit Aui. i cu
ra herisipile cum dixit ꝙ est proxima cure fleg-
monis: verum oportet vt sint ventris solutio et
vrine prouocatio sublimiores. i. qd̄ maior est in
tentio ad materiam que est eūanda per solutio
nem vel vrinam q̄ per flobothomiam: lꝫ flōmia
etiam cum hoc sit necessaria: ⁊ de apate flātico
pōt fieri argumentum suasiuum: qd̄ dictū est su
pra in cura opilationum ꝙ in opilatione chro-
nica a mā frigida conuenit flōia vt deductū est.
Ergo multo magis in apostemate: ⁊ forte vt qui
dam accipiunt ad istum sensum consentit Ras.
ad flobothomiam: incipiendo etiam in aposte-
mate vsq̄ ad hebdomadam incipiendo. s. q̄tuꝫ
est ad apostema sanguineum: ⁊ vsq̄ ad hebdōam
q̄tum est ad apa colericū ⁊ flāticum: q2 forte in
dictis apatibus aliquotiens ad prohibitionez
inflammationis ⁊ ebullitionis in colerico vl' in
crudationis in flātico prius oportebit fieri par
tialem solutionez colere in colerico ⁊ flegmatis
in flegmatico anteq̄ fiat flōia: ⁊ hoc si talia apo
stemata essent multum elongata a natura san-
guinis per mām predominantem maxime cole-
ra vel flāte sanguini: qm̄ illo casu opꝫ facere mi
noratiuā solutionē de colera vel flāte et postea
flōiam: ⁊ ita vsq̄ ad hebdomadā. ¶ Sed vbi nō
abūdarent multū isti humores p̄ter sanguinem
pur oporteret incipe a flōia basilice vt coiter d̄r.
¶ Facta ergo flōia partim eūatiua ꝑtim diuer
siua supest ꝯs'r attendendū in p̄ṅ° p̄ncipal'r ad

Not. optimum documentum.

Que prohibēt flōiaꝫ.

Not. bene hunc canonē spālez.

fluentē mām ⁊ in ꝓcessu magis ad euacuandum materiam cōiunctam vt fiat qđ restat modicum aptū resolutioni per virtutē: qui est melior modus terminationis apatum. opꝫ igit̄ vt vtat̄ diuertentibus cōibus sepe dictis de fricationib⁹ extremoꝝ ⁊ ligaturis ⁊ deponēdo pedes in aqua calida: sint tñ ligature ⁊ fricationes suaues ⁊ nō multum laboriose inflāmātes pñr sunt applicāda repercussiua stiptica ⁊ intrinsecus ⁊ extrinsecus; ⁊ ad hunc locū opꝫ vt reducant̄ cañ. positi supra in cura oppilationum: vt ꝙ opꝫ cauere a multum stipticis ꝓpterea que ibidē dicta sunt que necessaria sunt magis in apatibus calidis propter id qđ supra dicebat̄ de eo qđ resudat de viru malo ab eis quasi cōtinuo: vñ opꝫ semꝑ cōmisceri aliqua abstersiua habita intentione ad materiam fluxā. ¶ Expedit etiā cōmemorare ꝙ in ꝓcessu nō absoluantur resolutiua a stipticis ne incidamus in errorē illius medici de quo dictum est supra de mente Gal. qm̄ resolutio ⁊ apertio qñqꝫ mollificant virtutē qua approximant ad mortem: ⁊ maxime ista discōueniunt in hora repercussionis vt in pn°: qm̄ habilitant ad fluxum materie vt supra al's declaraui in cura pleuresis. Et istū canonē etiā cōmemorauit Aui. in cura apatis calidi sanguinei cū dicit nō esse necessarium vt cū hac resolutione singulari. i. resolutiuis puris incipiat̄ in hora rñsionis repercussionis. i. in pn° que est hora cui debite rñdēt repercussiua: ⁊ nō solum hoc est veruꝫ in pn°: imo neqꝫ in statu neqꝫ in declinatione debent ea sola offerri: immo debēt cū his aliqua stiptica cōmisceri. Unde cōtinuando addit Aui. Et opꝫ vt nō euacuetur a stipticitate ⁊ apertiōe in dispositione rñsionis resolutionis pure. i. in declinatione pura: multo ergo minus in statu: vt ptꝫ. Et ideo hoc est rectissime graduandū: qꝛ error in his adducit ad periculū ex natura membri: qꝛ faciliter resoluitur ⁊ liquescit per calefaciētia aperientia ⁊ mollificantia faciliter ēt indurat̄ ꝑ nimis apocrustica ⁊ stiptica. Ideo cōtinuando dicit Aui. Et cōsideratio oīm istoꝝ est ex subtilib⁹ rebus. Et reddens cām dixit. Et scias ꝙ hoc mēbrum sicut velociter cōuertit̄ in lapideitatē. s. per frigida ⁊ stiptica: sil'r velociter suscipit resolutionem. s. ꝑ calefacientia ⁊ mollificātia talia etiam resoluētia ⁊ aperiētia sunt in apate ante maturationem suspecta ⁊ maxime cū sunt mordicatiua. Nam qñqꝫ resolutio ⁊ aꝑtio sunt cause ad eruptionem apostematis: sup. ante maturationem vt dicit Aui.

Modus procedendi in practica ⁊ est pª intētio curatiua.

¶ Ad practicā igitur reducendo: in pn° apatis factis flōmijs ⁊ diuersionibus extrīsecis dictis fiant clysteria a pn° lenia cū est natura constrictiua. Et dicebat Aui. ꝙ ex eis sunt sicut succus foliorum sicle cum melle ⁊ sale aut cū zuccha. ru. Sed posset formari clystere cōueniens sub hac forma. ℞. or. nō excorticati. M. j. maluaꝝ. M. j. ʒ. viol. ʒ. iij. sicle. M. ʒ. bulliant in aqua debite quātitatis: ⁊ fcā colatura de ea sumant̄. ℥. xviij. et addat̄ mellis viol. pulue. zuc. añ. ℥. j. cassie noniter extracte. ℥. ʒ. vel. ʒ. vj. vsqꝫ ad. ℥. j. olei vio. ℥. iij. salis paꝝ: fiat clystere. ¶ Per interi⁹ aūt ⁊ supius ꝑ digestiuo ēt alteratiuo qđ p̄cedere dꝫ regul'r curationē: valet syrup. acetosus simplex de zuccha. ⁊ syrupus viol. vel ro. fm̄ diuersas intētiones cū aqua endi. ⁊ si fuerit magna flāma cum aqua solatri. Aqua etiā or. ⁊ aqua virge pastoris habent etiā in hoc bonā intentione: ⁊ similiter syrupus de succo endiuie: ⁊ in augmēto magis circa statū singulariter valet syrupus de cicorea posit⁹ supra cū aquis endiuie ⁊ cicoree. Et in declinatione cū est intētio mūdificatiōis per vias vrine pōt dico poni in dictis syrupis decoctio seminū cōium frigidoꝝ cū modico succi liquir. Et si materia fuerit multū feruida ⁊ colerica: in pricipijs pōt poni cum dictis syrupis decoctio prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ cū violis ⁊ berberis sil'r positis in decoctione ⁊ erit magis extinguens.

Scda intētio curatiua.

¶ Exterius aūt valēt q̄ dicta sunt supra in oppilatione a cā calida. Nā in pn° pōt fieri epithima extrinsecus cū aqua or. ⁊ virge pastoris ⁊ plātaginis. Et stante maiori flāma pōt addi de aqua cucumeris ⁊ portulace vel cucurbite. Et qñ nō sufficiūt: aqua solatri est mirabil'. Et si semꝑ ponat̄ aliq̄d aque cuscute vel abs. ꝓpter cās dictas fellicitabit̄ magis opatio. Ita possunt formari vnguenta ⁊ empl'a cū carnibus cydonioꝝ a pn° cū oleo rof. vel vio. apponendo rof. sandalos spodiū viol. ⁊ silia fm̄ [illegible]gentiā: tu ipse ordinabis ꝓpter abbreuiare fm̄ ꝙ dictū est supra in oppilationibus a cā cal'a semꝑ commemorando ꝙ magis nocent extreme frida in hoc casu q̄ in oppilationibus: semꝑ ēt cōmemorando ꝙ frequentius debent remoueri extrinsecus applicata in apatibus q̄ in oppilationib⁹ propter vapores qui ab apatib⁹ calidis soluūt̄. ¶ In solutione aūt opꝫ semꝑ in apatibus calidis esse magnā aduertentiā vt soluentia sint lenia nō agitatiua neqꝫ ad inflāmationē ducentia: ⁊ in sanguineo opꝫ vt apponant̄ ea que proprie sanguinē mundificaut: ⁊ in colerico q̄ materiā colericā leuiter educūt. In sanguineo. verbi gratia. ℞. medulle cassie fi. ʒ. x. siue māne. ℥. ij. addat̄ syrupi vio. ℥. ʒ. ⁊ cū decoctione iuiubarū florum boragis ⁊ vio. ⁊ or. nō excorticati fiat potio. ⁊ si placet dissoluant̄ cū aq̄s sublimationis fumiterre lupuloꝝ ⁊ endiuie: ⁊ si nō fuerit sufficiens possum⁹ addere in infusione dictaꝝ aquarum reubarba. ʒ. j. ʒ. vsqꝫ ad. ij. maxime cū arbitramur ꝙ apa est in cōcauitate: ⁊ in mā colerica fiat solutiuū magis cōueniens si sumat̄ manne vel cassie vt supra: ⁊ dissoluat̄ cū aqua decoctionis prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ sebestē ⁊ viol. ⁊ si nō sufficiat pōt addi de reubarbaro: vt dictū est: et si cū his cōiungeret̄ tussis vt sepe cōtingit tunc dicit Aui. ponāt̄ in ipsis. s. syrupis vel decoctionibus eoꝝ vel decoctionib⁹ solutiuoꝝ succus liquir. vel aliquid de diadraganto: de succo liquiritie dicit expresse Gal. 8° meimir. quod soluit.

Dicit Gal. ꝙ succ⁹ liqr. soluit.

¶ Pro cōfectionibus aūt conuenientib⁹ recurre ad ea que dicta sunt supra de oppilatione a causa calida: ⁊ qñ apa est in via resolutiōis opꝫ minuere frigida ⁊ stiptica ⁊ addere magis calefactiua: ⁊ nullo mō admīstrent̄ actu frida: imo tepida: ⁊ tunc dicit Aui. Cū volūtas est vt eleuetur sup. medicamē extrinsec⁹ applicatū ad gradum resolutionis. verbi gratia. in fine ponant̄ in ipso. s. epithimate vnguēto vel empl'o mastix ⁊ camomil. ⁊ mellilotū ⁊ farina or. ⁊ fenugrecū cum rebus in quibus est stipticitas ⁊ oleū phisticinum ⁊ oleum camomille: ⁊ in hac intētiōe valet emplastrum factum de mellilotoꝛ: postq̄ iam feb. ⁊ accidentia vehementia sunt remota.

De intētionib⁹ curatiuis habendis in apate flātico.

¶ In apate vō flātico in pn° oportebit aliqualiter remisse infrigidare ⁊ aliqualiter remisse cōstipare maxime cū modica est fluxa mā: ne alia materia ad epar defluat ⁊ colligat: ⁊ in hoc valet aqua endiuie ⁊ cicoree a dn̄o cū modico aq̄ abs. ⁊ interius ⁊ exterius: ⁊ si apponat aliquid aceti nō nocebit: ⁊ ita valet oxymel simplex ⁊ syrupus acetosus de zucch. cū aquis: vt. s. Sed cū iam cōstat ꝙ mā ꝑ magna pte est fluxa opz dimittere frigida ⁊ stiptica: q2 nimis infrigidarēt ⁊ ingrossarent mām. Sed loco horū debēt apponi stiptica ad calidū declinantia cū absterfinis aperitiuis aromaticis. Sed illa calida nō sint vehementis caliditatis. Nā dicit Aui. ꝙ opz vt administrentur in eis abstersiua ⁊ apitiua: ⁊ appropinquet cura eoꝝ cure oppilationū sup. materialium a mā frigida: ⁊ ita v3 ꝑ digestiuo melro. syrupus de duabus radicibus cū aqua cicoree abs. ⁊ buglosse: postea in ꝓcessu possum⁹ magis calefacere cū decoctione spice ⁊ cypi: ⁊ se. feniculi ⁊ apij. ¶ Et fecit Nicolus florētinus syrupū magistralē in pn° apatis frigidi sub hac forma.

Syrupus mgr̄alis i apate frigido.

℞. cicoree endi. syluestris menthe. an̄. M. j. ro. ru. calami aromatici squināti cuscute lacce an̄. ℥. ß. decoquant in lib. ij. aque vsq3 ad lib. j. et cum. ℥. vj. zuc. fiat syrupus ⁊ acetoset ⁊ aromatizetur cū cortice phisticoꝝ ⁊ spica. nā phistici in hoc casu magnā habēt ꝓprietatē: vt dicit Aui. in ca° ꝓprio in cura apatū frigidoꝝ: ⁊ in hoc valet etiā syrupus de bizantijs cū aq̄s feniculi absinthij ⁊ marubij: ⁊ syrupus de eupatorio in processu cū syrupo de abs. cū eisdē aquis vel decoctionibus camomille mellilori marubij et abs. ¶ Pro solutiuo aūt in casu cōueniente valet si fiat vt infra. ℞. agarici. ʒ. j. ß. infundat in aqua decoctionis feniculi cap. ve. ⁊ bas. ⁊ postq̄ steterint in infusione ꝑ. xiiij. horas vel. xv. addat colature cassie extracte. ʒ. vj. diacatho. ℥. ß. misce fiat potio. ¶ Et ita exterius valet in pn° oleū abs. oleū camomille cū modico olei ro. ⁊ in processu fortificentur cum oleo de spica calamo aromatico lacca squināto ⁊ silibus. Et de cōfectionib⁹ valēt q̄ dicta sunt supra in oppilōne a cā frida.

De intentionib⁹ habēdis i cura apatis melici.

¶ In mā vero melica a pn° cessat intētio maxime repcussionis: ꝓpterea q2 mā est grossa non apta ad fluxū: immo pncipalius opz intendere ad mām fluxā cū resolutiuis ⁊ mollificatiuis simul cū subtiliatione. Ideo in casu valent oxymel simplex cum syrupo de duabus radicibus cum aqua decoctionis radicum feniculi pass. ⁊ abs. ⁊ in ꝓcessu ad maiorē subtiliationē pōt exhiberi syrupus acetosus cōpositus cum melle ro. ⁊ aqua decoctionis squināti spice ⁊ cyperi ⁊ pass. ⁊ liq̄ri. nā opz vt semp cum calefactiuis ⁊ subtiliatiuis apponant aliqua humectātia: et de hoc posuit can̄. Ras. 7° cōtin̄. vn̄ dicit loq̄ns in casu. Vn̄ ego laudo ꝙ res lenitiue misceātur cū eis cū ipsa faciūt membra parata fieri ad dissoluendū humores sup. duros mediātib⁹ medicinis sup. talibus. Addit: qm̄ nisi p̄cedēs fuerit res aliqua ad leniendū mēbra in q̄bus fuerit illa durities nō se iungēt mēbra sup. ad resoluendum. Et addit: vn̄ videt vtendū esse eo qd̄ attenuat ⁊ lenificat vt in ipso appareat diminutio duritiei ipsi⁹: postea sup. calefiat caute ⁊c. Et in hac intētione maxime ꝯuenit lenitio ventris si natura fuerit stiptica cū clysterib⁹ lenitiuis factis cum decoctionibus maluaꝝ altee fenugreci se. lini ⁊ colature decoctionis addat cassie extracte mellis viol. pulueris zucch. an̄. ℥. j. postea cum oleo cōi ⁊ oleo amig. dul. ⁊ camomille eq̄lr fiat clystere cum modico sale. ¶ Postea ꝯuenit fieri eūonem cū potione vt ifra. ℞. agarici. ʒ. ij. polypodij epithimi. an̄. ʒ. j. pass. liquir. an̄. ʒ. j. ß. infundāt oīa in aquis feniculi ⁊ cicoree qd̄ sufficit ꝑ. xij. horas ad min⁹: deinde colature addat diacathol. ℥. j. diasene. ʒ. j. vel. ʒ. j. ß. ⁊ fiat potio: et ita paulatine ꝓcedendo ꝑ interius aliquotiens opz digerere aliq̄n eūare: regulādo tn̄ eūones sm̄ can̄. supius dictos ꝑ secessum vel ꝑ vrinam sm̄ ꝙ mā fuerit in diuersis locis situata. In materia tn̄ grossa vt in casu magis cōuenit solo ꝑ ventrē q̄ ꝓuocatio ꝑ vrinā. ¶ Et si nō plz solutiuū in forma potionis pn̄t fieri pille quas ordinauit Gordo. vtiles ꝓposito vt ifra. ℞. agarici turbith aloes. an̄. ʒ. j. spice nardi squinanti lacce: se. endiuie folioꝝ absinthij. an̄. sīr. ʒ. ß. conficiantur cū oxymelle squillitico ⁊ fiāt pillule.

Pille Gordonij ī hoc casu vtiles.

Nam iste pille valent eūando ꝑ secessum etiam eūando ꝑ vrinā: qm̄ e̾pis apata plerūq3 cōicant in cōcauo ⁊ gibbo vt supra fuit dictū. Si tn̄ crederemus mām magis peccare circa gibbum possent apponi cū eisdē aliqua magis diuretica vt radicem rubee tinctoꝝ ⁊ assaꝝ ⁊ squinātū: ⁊ tūc debet diminui de virtute solutiuoꝝ ꝑ intestina vt subtrahendo turbith de dictis pillis. ¶ Exterius aūt fiant fomētationes circa epar cū decoctione camomil. fenugreci mellilori vuarum passaꝝ ⁊ caricaꝝ cū spongia infusa in dicta decoctione fiat fomētatio postea fiat inunctio cum oleo amig. olo de spica addēdo modicū oxymel. ⁊ in ꝓcessu pōt addi in decoctione de corticib⁹ phisticoꝝ ⁊ caulibus ⁊ rutha ⁊ fenug. ⁊ tandem potest fieri emplm̄ cōueniens in casu: vt. ℞. fenugre. se. lini: vuarum passaꝝ mundataꝝ ab arillis: caricarum iniubaꝝ sebesten se. malue. an̄. ℥. j. pinearum mundataꝝ phisticoꝝ mundatorum storac. calamite bdellij masticis thu. an̄. ℥. ß. axungie anseris ⁊ galline. an̄. ʒ. iij. dissoluant gummi in modico vini al. ⁊ fiat emplm̄. Et posses multiplicare empla ad hanc intentionem sm̄ diuersa simplicia mollificatiua resolutiua ⁊ subtiliatiua.

Emplz cōueniēs in hoc casu.

¶ Et interius in cōfectionibus valent cōfec. vt infra. ℞. trocis. de ro. ʒ. ij. trociscoꝝ de lacca. ʒ. ß. corticum phisticoꝝ liqui. an̄. ʒ. j. cū melle ꝑ vice. fiat elūm: sumat ad quantitatem. ʒ. j. ß. ꝑ vice.

Medicamen Ras. expertū.

¶ Rasis aūt 7° cōtinē. laudauit medicamē cōfectum cum felle vrsino ad hanc intentionē: qm̄ experiendo perfecte vidit vtilitatē ipsius: ⁊ consentiebat ratio super eum cum ipsu3 vt dicit sit compo[m] de aromatibus habentibus possibilitatem ad attenuandū abstergendū ⁊ dissoluendum ⁊ in se habeat cū hoc etiam alias medicinas acutas ad incidendū ⁊ dissoluendū ⁊ alias medicinas ad mitigandū dolorem: ⁊ alias medicinas q̄ ꝓuocant vrinā ⁊ extrahūt id qd̄ dissoluit ex humiditatibus de epate: cui⁹ descriptio hec est. ℞. camepitheos prassij se. apij montani genciane semi. agnicasti fellis vrsi synapis se. cucumeris longi radicum scolopen. oppoponaciter re sigil. bohere forte quod est trifolium: q2 Gal. octauo meimir. post trifolium posuit fel vrsinū in scriptis ab Archigine ad epaticos: rubee tinctoꝝ se. caul. aristo. piperis spice inde costi se.

apij se. eruce blictionis polij maioris apij poli/carie baccarū lauri. an̄. partē eq̄lem: terātur et distemperētur cum melle: dosis fiat ad modum anellane cum vino mollificato in q̄ntitate. ℥. j. ʒ. Et addit Ras. Dico inseparabil'r vtēdū est eo intrinsecus ⁊ extrinsecus. Nam vt infra dicit. Fel vrsinū cōfert hn̄tibus epar patiēs cū ꝓpe/tāte eius. Et de eodē Ga. 8° meimir. ponit mo/dū p̄parationis dixit. Fella vrsina lente lixans in aceto sicca in sole ⁊ da epaticis coclear. j. su. si fuerit sine fe. cum vino: ⁊ si cum fe. cum aq̄ oz. vl' endiuie. Et hoc totū: q̄d dcm̄ est marie habet veritatem in apostemate melencolico facto p viā p° intētiōis. s. facto a melēcolia nō adusta. ¶ Sed qm̄ vt sepe fuit dcm̄ ex passibilitate mē/bri ⁊ mala dieta ⁊ malo occursu cum medicinis ex ignorātia medicorum vel modica attētione ipsoꝝ apostemata colerica p adustionē fiūt me/lēcolica de q̄bus ꝓprie erat sermo supra cuz di/cebat̄ de mēte auctorū impossibilitas cure eoꝝ nisi fiat in initio: vn̄ maxime occurrēdum est in principijs eoꝝ. Que si cōtingat q̄ deus auertat posuit Aui. can̄. in ca° ꝓprio de cura apostema/tū durorū: qm̄ in his opz magis cauere a calefa/ciētibus: ⁊ magis necessaria est humectatio tē/perata q̄ caliditas: qm̄ caliditas cōiūcta sicci/tati facit adustionē dicit sic. Et can̄. q̄dem cura/tionis eorū est post purgationē corporū ex hūo/ribus grossis cum medicinis compositis ex spe/ciebus in q̄bus sunt lenificatio equalis ⁊ reso/lutio ⁊ subtiliatio ⁊ calefactio tēpata ⁊ aper/tio oppilōnū dominātior q̄ lenificatio ⁊ cōfor/tatio ⁊ stipticitas ⁊ aromaticitas cū q̄ntitate q̄ indiget infirmus q̄ adiuuant intētiones duas alias. Et addit Et in pluribus harū medicinaꝝ q̄ adiuuāt duas intētiones dominant̄ amaritu/do ⁊ stipticitas parua. Addit: ⁊ iste medicine ad/ministrātur in potu ⁊ administrātur in empl'is ⁊ embrocationib⁹. ¶ Et ita in hoc can̄. insinua/uit totā intētionē curatiuā q̄ debet̄ in talibus a̅patibus. Primū dixit has intētiones seq̄ pur/gationē corporū ex humorib⁹ grossis: qm̄ talia a̅pata sequūtur plerūq̧ ad a̅pata diuturna in q̄/bus p̄cessit purgatio totius corporis ab humori/bus grossis: ⁊ tūc in ꝟbis suis insinuauit q̄tuor intētiones habēdas in medicinis: vna est reso/lutio quā p̄cedere dz lenificatio ⁊ mollificatio eq̄lis vt fiat eq̄tio cum resolōne subtilis ⁊ gros/si. 3ª est oppilōnis aptio. ⁊ 4ª est ꝯfortatio mē/bri: ⁊ cū oībus his stat caliditas temperata ⁊ sti/pticitas ⁊ aromaticitas. Et dicebat Auic. q̄ ap/tio oppilōnū dz esse dn̄antior q̄ lenificatio ⁊ cō/fortatio ⁊ stipticitas. ¶ Et qm̄ p̄ncipalior intē/tio est vt eūet̄ mā faciēs duritiē: q̄ lz compleat̄ cū mollificātib⁹ madefactiuis habilitādo mā̄z vt educat̄: q: tn̄ p̄t educi nisi dilatatis vijs. Id/circo talis aptio oppilōnū ē dn̄antior: ⁊ in hoc q̄d dixit q̄ caliditas dz esse tēpata excludit cali/da mītū acuta q̄ faciūt adustionē: ⁊ p hoc q̄d dic̄ q̄ ꝯfortatio stipticitas ⁊ arōaticitas dn̄t esse cū q̄ntitate q̄ indigēt innuebat q̄ nō dn̄t supare in/tētionē mollificatiōis resolōnis ⁊ aptionis: im/mo sit tāta sola stipticitas ⁊ ꝯfortatio vt robur mēbri cōseruet̄ ad pficiēdū illas opationes q̄si innuat q̄ in dictis medicis debent esse modice medicīe stiptice ꝯfortatiue: sed dominātes dn̄t esse remisse caliditatis resolutiue ⁊ mollifi/catiue cum dilatatione. ¶ Et ita in casu in dige/stiuis valet syrupus de bizantijs ⁊ oxymel sim/plex in p̄n° cum aquis cicoree endiuie ⁊ lupulo/rum ⁊ apij: ⁊ in ꝓcessu valet syrupus de duabus radicibus cū modico syrupi de eupatorio ⁊ mo/dico syrupi de liq̄ritia cum aquis lupuloꝝ fu/miterre cuscute ⁊ buglosse: ⁊ q̄n non sufficerent posset poni syrup⁹ de bizātijs p duabus parti/tibus: ⁊ p vna parte syrupi de epithimo: ⁊ pro alia pte syrupi vio. cum aq̄s cuscute buglosse ⁊ melisse. ¶ Postea in solutiuis dimittere acuta ⁊ fortia sil'r: sz exhibere diacatholiconē cassiā ⁊ mānā cū modico diasene. cū decoctiōe capil. ve. lupuloꝝ pass. liq̄. floꝝ boragis ⁊ buglosse: dimit/tēdo in hoc casu cōfectionē hamech ꝓpter mltī/tudinē mirabolanoꝝ in ea ꝯfectione intrātiū ⁊ ꝓpter timorē stipticitatis ⁊ oppilationis.

De intentiōib⁹ habēdis i cu/ratiōe hoꝝ a̅patū.

¶ Et ita in cōfectionibus potes discurrere ad particulares appropatas ꝯfectiones de quib⁹ dcm̄ est supra in capitulo de cardiaca passione ⁊ latius habebis in tractatu meo quem feci de varicibus ⁊ elephantia.

¶ Sz si mā nō terminet̄ aliquo dictorū modoꝝ nec p resolōnē nec p indurationē: sed a̅pa p̄ue/niat ad saniē: q̄d cōphendet̄ p signa al's dicta: tūc oportebit ingeniari q̄citius poterit fieri vt mā ad saniē deducat̄ ⁊ p interi⁹ ⁊ p exterius de q̄bus ample dcm̄ est in ca° de pleuresi ⁊ de apo/stematib⁹ stōi. ¶ Et ad maturationē faciendaz dicebat Aui. adiuuant medicine incisiue, subti/liatiue ꝓpter humores grossos q̄ imbibiti sunt in poris epatis vt cadat in his lenificatio scz grossitiei ⁊ p̄paratio. i. maturatio: ⁊ in hoc casu p interius vz decoctio mellilotī: ⁊ valēt brodia gallinarū ⁊ lac asininū cum zuccharo: ⁊ exteri⁹ fiāt fomētationes cum aq̄ decoctiōis fenug. se. lini ⁊ altee: postea fiāt empl'a maturatiua cum ficub⁹ pass. bdelio armoniaco ⁊ pinguedie anse/ris ⁊ porci ⁊ silibus: nō tn̄ obmittendo q̄n semp in societate cadat aliq̄d cōfortās vt est spica et mastix: sz sint modica vt dcm̄ ē ī casu. ¶ Postea cū est deducta mā ad saniē: q̄d cognoscet̄ p acci/dētia supradicta. tūc oz ingeniari vt rūpat̄ a̅pa cū his q̄ dicta sūt sup̄ in sil'i in pleuresi: sz debe/mus maxime niti vt rūpat̄ ad intestina facien/do clystere aliq̄l'r attractiuū ⁊ fricationes ꝟsus ptē an̄riorē: lz dicat Sera. q̄ mā saniosa meli⁹ ⁊ plus ducit̄ p vias vrine: sz credo q̄ tutior est via vt ducat̄ p intestina: qm̄ mēbra illa non sic sūt suspecta ad rasurā sicut mēbra vrine. Sz bre/uiter dicere possumus q̄ stāte mā in cōcauo est ꝓuocāda sanies p secessum: ⁊ si in gibbo p vias vrie. Et tūc ad ꝓuocādum p vias vrine dicebat Ser. p̄cipiat̄ infirmo vt comedat mel coctum: ⁊ ēt fic⁹ siccas cū ysopo aut calamento ⁊ sorbeat aquā oz. aut aquā farine oz. decoctā cū melle ac/cipiēdo etiā decoctionē halhasce ⁊ calamenti: decoctio ēt prassij sublimis est ad hoc. ¶ Rupto āt a̅pate oz vt sis sollicitus de mūdificatiōe sa/niei. Nā si educat̄ sanies p vias vrine caue ꝯn̄r ab applicatione fortiū. Nam ꝓuocātia fortia si/mul cū acuitate saniei sepe ducūt ad excoriatio/nem illarum viarum: ideo in isto casu dimissis acutis valet aqua decoctionis oz. nō excortica/ti ⁊ se. cucurbite ⁊ citrulli cum se. maluarum et altee cum modico zucchari. valet aqua lactis caprini cuz modico zuccha. ⁊ si educatur per in

De intentionib⁹ habendis q̄n talia a̅pata t'minat̄ p saniem.

testina valet aq̄ or. cum melle ro. ⁊ in ꝓcessu aq̄ furfuris cū zuccharo. ¶ Tandem facta mūdifi- catiōe insurgit intētio cōsolidationis q̄ cōplet vt al's dictū est exhibēdo trociscos de bolo ar. de terra sigil. cum mastice ⁊ thure incorporādo cū melle. Si intēdimus vt trāseant ad intesti- na faciēdo etiā clysteria appropriata ⁊ abstersi ua ⁊ cōsolidatiua ꝑm indigētiā. Et si voluerim⁹ ꝙ medicine cōsolidātes trāseant ad vias vrine exhibeamus in forma pulueris cuꝫ aliquo deri- uāte ad vias vrine: vt cū aqua decoctionis liq. ⁊ se. altee ⁊ melonū. Sed si mā funderet in loca media inter siphac ⁊ intestina tūc est necessaria opa chirurgica vt ꝑforare iguinē in fundo ꝟsus coxā dextrā ⁊ mām paulatim educere: ⁊ postea cōsolidare: vt etiā magis infra dicetur de cura asclitis. Et ita fit ꝯpleta intentio de apātibus. ¶ Et si vltimo causa doloris fuerit mot⁹ māe- rū in crisi oportebit expectare crisim factā a na- tura q̄ si complete ꝑficiat sufficiet: ⁊ si non opor tebit iuuare nām cū ingenijs medicis notis. Et sic fit finis cum dei laude huius capituli de doloribus epatis in quo est doctrina satis com munis ad omnia q̄si nocumēta epis preterq̄ de icteritia ⁊ hydrope d̄ q̄b⁹ erūt duo seq̄ntia caᵃ.

¶ De icteritia. Cap. viij.

Si cū icteritia fuerit febris: suc cus ēdiuie ⁊ solatri ⁊ aqua or. egro in potu tribuat. ¶ Ipse quoqꝫ ex cucurbita ⁊ grisolo- cana ⁊ citrullis ⁊ his silibus herbis frigi- ditati attinētibus nutriēdus est. Et syru- pum acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. ¶ Epati ꝑterea emplm ex duob⁹ sandalis est supponēdum. ¶ Et vēter ex succo prunorū ⁊ zuccharo soluēd⁹. ¶ Qđ si nō suffecerint: trocisci de camphora cum succo granatorū dādi sunt. Trocisci de cā phora. ℞. zucchari spodij rosarū rubearꝫ: oīum añ. ʒ. iij. seis endiuie seis citrulloꝝ cu curbite lactuce portulace seminū ex oībus sandali ru. oīum añ. ʒ. j. informētur ex his trocisci pōdere. ʒ. ij. ex q̄bus quotidie vn⁹ cum sexta ʒ. j. de cāphora det. ¶ Si autē eger venas habuerit plenas fueritqꝫ diu ex quo minut⁹ nō fuerit: flobotometur.

Des. pillu- larum.

¶ Qđ si icteritia fuerit sine feb. venter ex his pillis soluat: que. ℞. aloes. ʒ. j. scamo- ne quartā. ʒ. vnius agarici partes duas. ʒ. j. succi eupatorij tertiā. ʒ. j. ex his cuꝫ succo endiuie cōfectis fiāt pillule ⁊ sufficient ad dosim. i. deīde det trocisci de lacca cū apo- zimate de radicibus. ¶ Si autem icteri- tia in oculis remāserit: eger fortissimū ace tum paulatim olfaciat ⁊ balneum ingre- diatur: eius quoqꝫ oculis q̄ icteritiam cuꝫ fe. patitur aqua ro. immittenda est.

¶ Icteritie preterea valde cōfert vt eger per. iij. hebdomadas serum bibat.

Istud est capᵐ de icteritia qđ sic ꝯtinuat ad ꝑcedēs. Nā p⁹ q̄ in ꝑcedēti caᵒ determinatum est de dolore epatis a diuersis causis cum q̄ bus vt sepe cōiūgit oppilō. Et qm̄ ad oppilatio nē cōtingentē circa epar maxime in poris in q̄- bus vel recipi debet cola in cisti fellis: vel i eos ꝑ quos expelli dꝫ ad diuersa mēbra ꝑ diuersis finibus deputatis a natura fit icteritia q̄ est al teratio coloris corporis feda: vt infra videbitur de mente Aui. ⁊ horrenda ad visum: ⁊ sepe addu cēs ad malas terminatiōes idigēs ꝑ cura recto medici ingenio curatiuo. Idcirco fuit cōueniēs post caᵐ de dolore epatis facere capitulum de icteritia. ¶ Diuiditur autem presens capitulū in quatuor partes principales. Nam pᵒ ponit curā icteritie cum qua fe. coniungitur. 2ᵒ ponit curā icteritie cū qua nō cōiūgit fe. maxie pēden tis ab oppilōne a causa frida: ⁊ pti ēt a cā cala. 3ᵒ ponit curā vni⁹ ꝑticularis alteratiōis colorꝭ q̄ etiā est remanēs sepe ꝑ tp̄s post remotionem icteritie alioꝝ membroꝝ puta icteritie oculorū ponēdo curā ꝑ ea q̄ resoluūt eam in declinatiōe ⁊ etiā curam cum ꝓseruatiuis in ꝑnᵒ aptionis icteritie cū fe. De 4ᵃ pte in fine ponit vnā medi cinam conuenientem declinatiōi icteritie qua vtēdū est cōtinue ꝑ tres hebdomadas. 2ᵃ ps in cipit ibi. (Qđ si icteritia fuerit sine febre.) 3ᵃ ps incipit ibi. (Si autem icteritia in oculis remā- serit.) 4ᵃ pars incipit ibi. (Icteritie ꝑterea val de cōfert.) ⁊ sunt vltima ꝟba capituli. Prima ad huc in tres. Primo ponit curā icteritie calide ex parte potus ⁊ diete. 2ᵒ ponit curam magis per medicinas. 3ᵒ ponit curam per flobotomiā. 2ᵃ ibi. (Et syrupum acetosum ex fortissimo aceto.) 3ᵃ ibi. (Si autē eger venas habuerit plenas.)

¶ De pᵃ parte dixit: si cum icteritia fuerit feb. succus endiuie ⁊ solatri ⁊ aqua or. egro in potu tribuatur: ipē q̄ꝫ ex cucurbita ⁊ grisolocanna. i. attriplice ⁊ citrullis ⁊ his similibus herbis fri giditati attinentibus nutriendus est.

¶ Pro intelligētia huius partis est aduertēdū pᵒ gn̄al'r ꝙ Ra. in hoc caᵒ nō ponit signa ad de- clarādū dispōnem sicut fecit in prioribus capi- tulis: qm̄ icteritia est ꝑ se manifesta: ex q̄ est co- loris nālis alteratio ⁊ feda: sꝫ tm̄mō diuersifi- cat curā ex pte ei⁹ qđ cōiūgit febri vl' nō ꝯiūgit q̄ ꝑm hāc diuersitatē potissime dꝫ diuersificari cura isti⁹. Nā qn̄ ꝯiūgit fe. in ꝑnᵒ icteritie: ita. s. ꝙ q̄si sil' incipiūt: neqꝫ icteritia seq̄tur ad fe. per viā cretice expulsiōis neqꝫ añcedit icteritia añ fe. ꝑ viam putrefactionis intēre māe colice ma- xime ex oppilatiōe circa epar: sed qn̄ simul qua si incipiūt. Nam de hac est sermo cum Ra. dixit si cū icteritia fuerit fe. tūc em̄ significat vt infra magis declarabit ꝙ causa talis icteritie ē mul tiplicatio colere vel sanguinis colerici in toto a calitate epatis ⁊ mēbroꝝ aliq̄tiens ꝯñr extre- moꝝ: ⁊ ita multiplicata mā colerica in toto vel sanguie colerico reddit habitudo totius male colorata ad citrinū ⁊ sic fit icteritia: ⁊ de hac po nēs curā in hac parte ponit curaꝫ per ea que ex

tinguūt feruorem ⁊ inflammationē in epate et in mēbris: ⁊ ita faciūt minorationē gñationis colere:ponit etiā curam cū dilatātibus poros cu tis ad resolonis facilitatē materie colerice iclu se colorē citrināntis: ⁊ sic pʒ ꝙ regimē hic positū est in casu cōueniēs ex pte cibi ⁊ potus. Nā suc cus ēdiuie ⁊ solatri ⁊ aq̄ or. sunt pot⁹ infridati ui extinctiui cū aptione: ⁊ p succū endiuie ⁊ so latri possum⁹ intelligē succū de endiuia factuʒ cū succo endiuie ⁊ ex eo mixto cū aq̄ orð. pt fieri pot⁹ ꝯueniēs: q̄ō aūt cucurbita ⁊ citrulli ⁊ at triplices valeāt in casu ptʒ. ¶ Cōseqnter de 2ª pte circa medicialia magis duo facit. Nā pº po nit curā p medicias interius sumēdas ⁊ exteri⁹ p alteratiōe epatis. 2º ponit curā p medicinaʒ lenitiuā ⁊ extinctiuā inflāmatiōis: q̄ si tandem nō sufficiat pdit curā p trociscos de camphora. 2ª ibi. (Et vēter ex succo pomoꝝ.) ¶ Dicit ḡ pº in approximatione medicinaꝝ alteratiuaꝝ ⁊ sy rupum acetosum ex fortissimo aceto in potu su mat. ¶ Et adddit epati p̄terea emplastrum ex duob⁹ sandalꝫ est supponēdū: qð sup. emplm po situ est. s. in caº de dolore epis: qð est multū extī ctiuū vt vidistis. Hic nota ꝙ laudat syr. aceto sum ex fortissimo aceto: nō ꝙ ī eo intrat magna q̄ntitas aceti fortis: q: forte adduceret ad inflā mationē: sʒ voluit paꝝ aceti fortissimi esse in eo vt ꝟtus syrupi possit ad mēbra ex̄ma puenire. Et in hoc valebit syrupus de endiuia cum aceto ad istā intētionē cū aq̄s appropātis vt portula ce endiᵉ cucumeris lactuce vel melonū ⁊ filiuʒ. ¶ Nota 2º ꝙ p hoc ꝙ cōsentit ad exhibitionem emplꝫ de duob⁹ saudalꝫ. in casu illo vꝫ satis ex plicite innuere ꝙ ī. ista icteritia nō cōiungiꝫ op pilatio circa epar: sed tm̄ supincēsio ⁊ supinflā matio: qm̄ vbi ꝯiūgereꝫ opplo: applicatio talis emplꝫ circa epar esset multū suspecta: vt ptʒ ex descriptione emplꝫ de sandalis supius posita. ¶ Consequēter addit ponēdo medicinā cū qua vēter soluēdus est dicēs. Et vēter ex succo pru noꝝ ⁊ zuccaro est solnēdus: ⁊ p hanc debēt intel ligi fikes vt de cassia vel māna vꝫ succo tamarin doꝝ vel decoctione eoꝝ vel alijs extinctiuis nō ponēdo alias medicinas calꝫas inflāmantes. ¶ Addit: q̄ si nō suffecerint sup. ad extinctioneʒ tūc in potu sumēdi sunt trocisci de cāphora: et ponēs descriptionē dicit. ℞. zuccari spodij rosa rū ru. oīm aā. ʒ. iij. se. endiuie se. citrulloꝝ cucur bite lactuce portulace seminū ex oīb⁹ sandaloꝝ ru. aā. ʒ. j. informētur ex his trocisci ponderis. ij. ʒ. ex q̄bus vnus quotidie cū. vj. parte. ʒ. j. cam phore. s. ℈. ss. detur. isti trocisci vt manifeste cō stat sunt infrigidatiui multū ⁊ extinctiui ⁊ non exhibet eos nisi facta vētris lenitione: saltez de maebus cōib⁹ in vijs cōibus ꝑpter timorem in spissationis māeꝝ aliqualꝫr cōium: revera quāti tas est magna: nā esset tediosuʒ sumere. ʒ. ij. Itē exhibere. ℈. ss. cāphore p qualibet dosi oī die eēt suspectū. nā dicebat Sera. qñ fit caputpurgiuʒ ex q̄titate duoꝝ granoꝝ in pondere: de aqua la ctuce dicit ꝙ reprimit caliditatē cerebri ⁊ facit dormire ⁊ aufert sodā ⁊ abscindit fluxū sangui nis nariū. Si igitur duo grana tm̄ imprimunt ad infrigidationē cū sit frigida ⁊ sicca in tertio. nō auderē ad exhibēdū. x. grana p singula dosi ⁊ marie ꝯtinuādo singulis dieb⁹. Magis vterer trociscis de cāphora. Mesꝫ in q̄b⁹ est rectificatio

Nota bū.

Nō coniū gitꝫ oppi latio ī hac icteritia.

Des. tro. de camphora

Nota bū

cū spica croco ⁊ lignoalꝫ: ⁊ q̄busdā alijs medicis cōgelationē ꝓhibētib⁹: ⁊ tm̄ multomin⁹ ponitur cāphora in cōpōne. ¶ Cōsequēter ponit in terª pte p̄ncipali hui⁹ ptꝫ qñ stat necessitas ponit cu ram p̄ flōiam dicēs. Si aūt egervenas habuerit plenas fueritq̄ʒ diu ex quo minut⁹ non fuerit. i. steterit multo tpe ꝙ nō fuerit flōmatus tūc flo metur. Nota ex his ꝟbis ꝙ reddit medicos cau tos a fiēda flōia in icteritia cui⁹ cā est multitu do colere: intelligendo de flōia eūatiua: qm̄ ad illā forte seq̄reꝫ maior inflāmatio sanguinis et eūo: ⁊ seq̄reꝫ ebullitio colere ⁊ maior ipsius gña tio vt est cañ. cōis in mā de flōia. Sed qñ ꝯiūge reꝫ cū icteritia ēt sanguis plenitudo in toto: qð pōt cognosci ex plenitudine venaꝝ ⁊ ex p̄cedēti regimine multiplicatiuo sanguis: ⁊ ꝙ alꝫs cōsue uit flōmari. Et iā est multū tps ꝙ nō est flōma tus tūc ī isto casu est fienda flōmia satis copio sa ⁊ nō aliter. Ideo signāter posuit has cōditio nes in textu forte: tm̄ flōmia eūatiua fieri posset et conuenienter: vt alias declaraui.

Not. bene

¶ Sequitur illa pars. (Qð si icteritia fuerit si ne febre.) Hec est 2ª pars p̄ncipalis hui⁹ capꝫi in qua ponit. R. curā icteritie ab oppilatione a materia mixta pēdente p pillulas in casu valē tes qñ nō cōiungiꝫ fe. Dicit ergo sic: ꝙ si icteri tia fuerit sine fe. venter ex his pillulis soluatur que. ℞. aloes. ʒ. j. scamonee quartam. ʒ. j. et sunt gra. xv. agarici ptes duas. ʒ. vnius. i. ℈. ij. succi eupatorij tertiā. ʒ. vnius: ex his cuʒ succo endi. cōfectis fiant pillule: ⁊ dicit ꝙ sufficiant ad do sim vnā: credo quasi ꝙ in bone. Nota ꝙ nō fuit mens. R. ꝙ immediate etiā in icteritia ab oppi latione cū qua nō cōiungitur fe. debeamus im mediate ꝓcedere ad solutiua fortia laboriosa: immo prius expedit eūare mās cōes cum leniti uis ⁊ clysteri: postea digerere mām ⁊ tandē pau latine minorare eūando p secessum si mā fuerit in cōcauo oppilans: ⁊ si in gibbo magis p vrinā et in eūando cū medicinis solutiuis opʒ eūare etiā p gradus a mitioribus incipiendo: ⁊ postq̄ mitiores nō cōtulerint opʒ ad fortiores deue nire. Et ita. R. hic posuit eā q̄ est vltima in hac intentione in eūando: ⁊ in virtute simplicium eūat mās diuersas cū apertione etiā aliquali ⁊ etiam aliquali cōfortatione epis: vt ptʒ ex sim plicibus cōponētibus: sed re vera dosis est ni mis fortis. Nam quasi singulū de solutiuis esset de se sufficiens: immo magis q̄ sufficiens maxi me de scamonea: q: dosis scamonee ēt correcte sm̄ Mesꝫ. est a granis. v. vsq̄ʒ ad. xij. ad maximuʒ lʒ Aui. in cāticis nō posuerit dosim ei⁹ nisi vsq̄ʒ ad chirat ⁊ sūt octo gra. or. sm̄ Simonē: ⁊ tm̄ ipe exhiber. xv. cū alijs solutiuis: ita dico de agari co. Nā exhibet. ℈. ij. agarici q̄ est q̄si dosꝫ vna ita ꝙ pilꝫe iste sunt nimis fortes: sufficeret dare me diā ptē p vna dosi. Cōsequēter post exhibitiōeʒ harū pilꝫaꝝ iā facta quasi eradicatōe māe p ma gna pte: laudat postea trociscos de lacca cū apo zimate de radicibus de q̄bus dictū est in caº su piore. Et ī hoc ēt singulꝫr laudaꝫ aq̄ apij q: apit oppilꝫones vtrinsq̄ʒ colere vt dicit Aui. Et aqua raffani stillata in hoc casu multū cōuenit. Et di cit Gerar. ꝙ comestio eupatorij ieiuno stōaco cū aceto: tunc est multū conueniens sumēdo duos bolos vel tres in mane ⁊ est rationale: q: pronos cando mirabiliter epar confortat ⁊ incidit.

No. dictū derisiuum pñtis au toris.

Not. verā dosim sca monee.

¶ Seqtur 3ª pars principalis. (Si aūt icteri-
tia in oculis ꝛc.) In 3ª parte huius capl'i. R. po
nit curā vni⁹ accn̄tis cōtingentis in icteritia. s.
citrinitatis oculoꝝ qđ est accn̄s sepe remanens
etiā remota causa q̄ faciebat icteritiam ꝛ dicit.
Si aūt icteritia in oculis remā̄serit: eger fortis
simū acetū olfaciat ꝛ balneū ingrediat. Addit:
euiusq; oculis q̄ icteritiā habet cum se. aqua. ro.
immittēda est. ¶ Pro intellectu huius particu
le est notādū ꝙ Ras. in hoc textu duo intendit.
Unū est ponere curā icteritie iaꝫ remota causa
ꝛ sic in declinatione ꝛ maxime apparēte in ocu-
lis. Et hoc insinuauit cum dixit. Si autem icte-
ritia in oculis remā̄serit. i. illa fedatio remanse-
rit remota causa. Scđm est vt ponat regimē p̄-
seruatiuū in icteritia in p̄n° ne communicetur
oculis. Et hoc intendit in 2ª parte cū dixit. Cu
iusq; oculis q̄ icteritiam cum se. habet. s. in p̄n°
aqua ro. immittenda est. Et rō p̄ᵉ partis p hoc
qđ remā̄serit sumit ex hoc: qm̄ materia cum est
intrīsecata ī tunicis oculoꝝ, difficul' dissoluit
ppter spissitudinē tunicarū ꝛ frigiditatē earū.
Est etiā magis indicās de remotione: qꝛ est ma
gis feda ꝛ apparēs ꝛ maxime cum maioꝛ ps ocu
li sit cōiunctiua q̄ debet esse alba vbi cum citri-
nat sit apparēs magis feda: ꝛ tūc pꝫ ꝙ olfacere
acetū fortissimū ꝛ ingredi balneum facit ad re-
motionē huius accn̄tis. Nam olfaciēdo acetuꝫ
fortissimū sua acuitate fit stimulus in sensitiua
cerebri: vñ p̄ñr incitat virtus ad expulsionē vio
lentam: ꝛ fit sternutatio: ꝛ ita fortis excussio de
mā cōtēta intra tunicas. Fit etiā in virtute ace
ti incisio materie grosse q̄ plurimū est remanēs
ꝛ ita acetū tale cōueniēs magis debet esse albū
ex vino potenti factum: ꝛ ita nō solū ex odoramē
to eius aceti: sed etiam euaporatio cū eodē ace-
to facta incidendo subtiliando mām cū formali
caliditate dilatādo poros ad resol'onē illi⁹ mäe
retente p̄parat insensibil'r. Modus aūt fiende
euaporationis ei⁹ vt sumātur duo lapides gros
siuini ꝛ superigneantur: ꝛ postea ipsis positis in
bacili supinfundat acetū dictū: ꝛ ita inclinato
capite sup vaporem fiet cōueniens euaporatio
Balneū ēt vel casa balneiꝫ dilatando meatus
ꝛ rarefaciendo poros: non tm̄ balneū siccū sꝫ ēt
humidū factū cū decoctionibus reꝝ aperitiuaꝝ
vt camomille feniculi apij anheti ꝛ hmōi: et si
ponatur aliquid eupatorij cū aceto: de quo fien
da est stuffa erit cōueniens. ¶ Rō scđe partis ē
ēt clara: qm̄ in icteritia cū se. in prin° in qua cō
iungitur ebullitio mäe colerice est maxie occur
rendū ne talis mā recipiat in oculis ppter cām
supradictā q̄ maxime est parata ad oculos flue-
re: qm̄ ꝛ ex ebullitione ꝛ ex p̄n° eius intrīseco in
clinat vt moueatur ad supioꝛa 4° affo. Estate q̄
dem ꝛc. ꝛ iō occurrēdū est in p̄n° cū cōfortātib⁹
oculos ne recipiant: ꝛ hoc intēdendo cū īpōne
aque ros. Et si in ea decoquantur grana myrtil-
loꝝ vel sumach vel coriandroꝝ p̄paratoruꝫ erit
efficacioꝛ ad hanc intentionē: ꝛ hoc bene no. ꝙ
textus tm̄ intelligatur in prin° sicut dcm̄ est: qꝛ
aliter in pcessu nō eēt cōueniēs apponere aquā
ro. ꝛ ita textus sic iacēs per hoc qđ dicit ꝯtinuā
do eiusq; oculis fecit multos errare q̄ in pcessu
applicant aquam ro. existimātes ꝙ confortato
oculo per aquā ro. melius resoluetur mā in ocu
lo cōtēta: sed est erroꝛ vt pꝫ consideranti.

...modū / ...iciēdi eua- / ...oratione

¶ Seqtur quarta pars. ¶ De vltima pte ponit
vnum obseruandū p tres hebdomadas etiaꝫ in
declinatione icteritie dicēs: icteritie p̄terea cō-
fert valde vt eger p tres hebdomadas seꝝ bibat
Rō dicti est clara: qm̄ vt voluit Mes. de aq̄ la-
ctis in ipso est virt⁹ subtiliatiua lauatiua ꝛ ab-
stersiua ꝛ educit colerā ꝛ humores adustos cum
facilitate ꝛ cōfert oib⁹ morbis opilationū sicut
hydropisis ꝛ icteritia ꝛ grossities splenis: et est
medicina bona infectionū cutis quaꝝ mā est co
lera ꝛ humoꝛ adustus: vt in casu nostro: nā pōt
sumi de ea singulo mane ad q̄titatē. viij. vel. x.
ʒ. ꝛ si in ea infundat p noctē paꝝ eupatorij ꝛ ca-
pilloꝝ ve. credo magis valebit. nā eupatoriū est
subtiliatiuū incisiuū ꝛ abstersiuū mūdificatiuū
p̄seruatiuum a putredine: ꝛ resolutiuū ꝯueniēs
ꝛ cū hoc cōfortatiuū: ꝛ cū hoc cōfortatur virtus
eius cum aqua casei: vt dicebat Mes. Et nota
ꝙ nō fuit cōtentus ꝙ vtatur bis aut ter tantū
sed p tres hebdomadas ad insinuandū ꝙ nō tm̄
in hoc morbo: sed etiā in alijs chronicis: in qui-
bus lōga facta est impressio: in mēbris etiaꝫ in
declinatione ꝛ post in cōualescentia cōueniens
est diuturna applicatio medicinaꝝ leuiter mū-
dificatiuarum aperitiuaꝝ ꝛ ꝯfortatiuaꝝ mem-
brorum ꝛ cum tali diuturna applicatione fit tu
tela a recidiua. Et vt medici nostri tēporis pra-
cticarent hunc can̄. ꝛ infirmi iudicio medicoꝝ
obedirent: quoniam fiunt sepe recidiue que nō
fierent isto obseruato can̄. Et sic sit finis capitu
li textualiter.

Nota hūc canonem.

Expedito cap° textualiter vt visum est ad maiorē intelligentiā isti⁹ mate-
rie declarata prius summatim anathomia fel-
lis necessaria ad cognitionē de icteritia ex ordi
ne p̄ñr quinq; videbuntur vt moris est nostri.
Primo de quid nominis ꝛ quid rei icteritie. se-
cundo ponentur quedā distinctiones ꝛ species
eius. tertio videbit de causis. quarto de signis:
et primo pronosticis euentus: cōsequenter pro-
nosticis ad bonum ꝛ ad malum: cōsequenter de
demonstratiuis ꝛ generis ꝛ specieꝝ vel causarū
ipsius: ꝛ vltimo veniemus ad curam.

Anathomia fellis.

De anathomia igit fellis est dicendum primo presupposito ꝙ hoc nomen fel aliquādo
apud autores sumitur pro colera vt in affo. Qui
bus fellei secessus ꝛc. aliqn̄ sumit pro vasiculo
ordinato a natura pro receptaculo proprio cole
re: ꝛ sic est vna de ptibus epatis extremis: vt su
pra dictum est in anathomia epatis: ꝛ isto mo-
do describitur: vt de ea dicit Aui. 15ª tertij. ꝙ fel
est chistis pēdens ab epate: ꝛ ad partem stōi. i.
versus ipm̄ stōm ex tunica neruosa sup. facta. nā
est sicut vas paruū receptiuū ipsi⁹ colere: ꝛ san-
guinis subtilis acuti: quo nutrit ꝛ pendet. s. ex
epate ad partē stomaci. i. ad cōtāgendum stōm:
qm̄ pendet a media penula ipsius epatis maio
re. s. in cōcauitate eius existens: qꝛ sub epe pen-
dens: ꝛ hꝫ orificium: ꝛ introrsum ipsius in epar
versus gibbum magis vt eo mediāte suggat id
qđ sequestratum est de colera ex sanguine. Et di
cit Auicen. quod illi orificio alligantur multi
ramuli neruei vt illis mediantibus a diuersis
venis epatis tandem per illum porum facta se-
paratione colere trahatur illa materia colerica
ad illud vas paruū vel chistim vel modicū san-

Fel duobus modis sumitur.

guinem colericũ vt inde nutriat. Postea eidem
poro cõiũguntur duo alij rami manifesti: quorum
minor terminat ad fundũ stomaci cõiter et vt
in pluribus: et maior ad duodenũ vel ieiunum.
Ad fundũ quidem stomaci ad vigorãdũ digõnem
ipsius mãdata colera ad ipm ad calefaciendum
ipm fundũ vbi pncipalr pficitur digestio stoma
ci: et maior portio colere q defert p maiorẽ porũ
terminatũ ad duodenum vel ieiunũ trãsmittit
ad mundificãdũ supfluitates intestinorũ et ad
stimulandũ expulsiuã vt expellãtur materie su-
perflue fecales vel alie: immo etiam ad stimula
tionẽ lacerti cõtentiui terminatũ ad extremum
intestini recti. Nam vsq ad id trãsmittit de co-
lera ad purgationem supfluitatũ ita q magna
qtitas colere defert a chisti fellis per illum po-
rũ magnũ terminatũ ad intestina ad has super
fluitates expellẽdũ abstergẽdo et stimulando: et
ideo trãsmittit ad intra intestina vt fortius in
citet et abstergat: lz etiã sm partẽ p contactũ in-
testini colon: qm chistis fellis in dextro contan
git colon p resudationem de colera iuuat colõ
vt calefiat: et etiã aliqualiter stimulet ab extrin
seco. Modica aũt portio ducit ad fundũ stoma
ci tm ad cõtactũ extrinsecus ad vigorãdũ dige-
stiuũ illius: et nõ fuit cõueniẽs vt colera trans-
mitteret ad intra stomacũ et lauarẽtur humi-
ditates ab eo sicut ab itestinis: tũ qz nõ tot sup
fluitates in eo multiplicantur: tum qz colera si
ad intra veniret amara et horrida extra nature:
multum lederet stomacus: sicut fit in qbusdam
male dispositis et infelicibus: in qbus quasi cõ-
tinue stant nausee et vomitus et alia nocumẽta:
q cõicãtur et cerebro et cordi: vt supra visum est
de dispositionibus stomaci. Et hoc accidit in q-
busdam: maxime qz maior porus terminat ad
fundum stomaci et minor ad intestina opposito
mõ debito ordini nature: ita q amplior qtitas
colere ad fundũ stomaci trãsmittit q cõueniat
et intra pro parte recipit. Stante igit ex ordie na-
ture dispõne cõueniẽti in attractione colere ad
chistim fellis sepata colera vel materia colerica
a massa sanguinea et in chisti debite recepta et
tandem expulsa pro parte ad intestina et ad sto-
macũ sm modũ dcm reddũtur clara iuuamẽta
ipsius fellis. Nam pm ipsorum est mũdificatio san
guinis ab illa materia colerica q sanguis si nõ
mũdificat nõ est cõueniẽs nutrimẽtum mem-
bris ppter amaritudinem colere secum mixte.
Scdm iuuamẽtũ est q p pñtiã istius sub conca
uitate epatis calefit epar et fit potẽtius in dige
rẽdo ab ipsa colera recepta in chisti: sicut etiam
ignis sub lebete habet calefacere lebetem. Alia
iuuamẽta sunt supra declarata de vigorãdo di
gestiuã stomaci et de iuuãdo expulsionem super
fluitatũ ab intestinis: et qñ non attraheret illa
materia colerica ad chistim fellis vel non suffi-
ciẽter sed remaneret cum sanguine abundans
si retinet in epate supra fel dicit Auicẽ. q facit
possidere apostema epatis. Et si trãsmittatur a
virtute epatis ad alia membra vt ad mẽbra vri-
ne vel ad intestina p alias vias q p dictos po-
ros aliquando vlceraret vesicam et aliquãdo fa
ceret incurrere solutionem ventris colericam et
rasuram: et aliquotiens si transmittitur ad totũ
ita q spargatur in corpore toto nõ putrefacta
facit icteritiam vt infra dicebitur. Et hec suffi-
ciant de anathomia et chisti fellis.

Ipsa iuuamẽta accidũt ex chisti.

Quid nominis et quid rei icteritie.

Iaz veniendum est ad quid nominis et quid rei icteritie. Quid nominis di-
cit Uiaticus in pn° capituli: nomen icteritie
passionis sumptum est a volucre simili aurei vel
crocei coloris que in estate media solet incolere
deserta: et sic eius expositio est citrinitas vel cro
ceitas coloris: et ita proprie loquitur de icteri-
tia citrina: licet aliqua sit viridis et aliqua ni-
gra vt dicetur in distinctionibus: sz qz vt pluri-
mum fit citri. et non sic nigra vel viridis: idcir-
co de ea ponitur communiter quid nominis. vñ
ad similitudinem coloris citrini reperti in tali
aue dicitur icteritia: et dicit communiter q di-
cta auis pprie vocatur icterus siue papagalus
comedens ficus: et quidam dixerunt q si icteric9
respicit auem illam fixe q ipse sanatur et auis
moritur. Ab alijs vero dicitur morbus aureus
a colore auri vel morbus arcuat9 ab arcu iri p
pter colorum varietatem apparentem in tali ar-
cu in aere ex reflexione radiorum solis multo-
tiens: color tamen magis apparens in iride est
color croceus.

De quiditate nois.

¶ Quid autẽ rei magis dicit Aui. 15a tertij dif-
finiendo icteritiam p causaz formalem exprimẽ
do etiã efficientẽ dicit q icteritia est alteratio
coloris corporis feda ad citrinitatem tẽdẽs aut
nigredinem propter cursuz humoris citrini aut
nigri ad cutim: et q sequuntur eam absq putre-
factione q si ei associaretur faceret accidere ter
tianam in citrina et quartanam in nigra.

De quidditate rei.

¶ In qua diffinitione declarat p° q hec dispo-
sitio est accidens et nõ pprie egritudo: qz est al-
teratio coloris cutis feda: et sic est qualitas mu-
tata: puta a naturali colore ad innaturalem: et
dicit signãter feda: qz nõ omnis alteratio cutis
a naturali dicitur icteritia: etiam si parũ citri-
na fuerit vel nigra sicut conuenit in cacesia: sed
opz q sit feda. i. horrenda: addit ppter cursum
humoris citrini aut nigri ad cutim: et q sequun-
tur ipsam vt innuat q non tm cutis est infecta
s. cutis hymen exterior. Sed etiam partes intri
sece sunt a dicta materia infecte vt partes mu-
sculose sub cuti: et ideo per tempus notabile est
apta conseruari. Et hoc declarat causam esse sa
tis grossam et precipue cum paulatine fit et nõ
p viam crisis: qz cum paulatine fit maxime con-
tingit ex mixtione colere cum sanguine trans-
misso sanguine ad membra: et ita nõ tm cutis sz
etiam membra infra cutim remanẽt infecta qd
forte secus esset si colera separata a sanguine ex
pelleret p crisim ad cutĩ si cõsyderabis: et p hoc
qd dixit ad cutĩ intellexit cutim toti communẽ.
Proinde dicit Gord. declarando icteritiam qd
est vniuersalis cutis defedatio sicut morphea
est defedatio cutis maculosa. i. particularis de-
fedatio. Addit Aui. consequenter sine putrefa-
ctione et sup. multa ebullitiõe: qz si fieret putre-
factio in colera vel melencolia fierent inde fe-
bres a putrefactis illis humoribus pendentes:
cum tamen ad esse icteritie non requiratur de
necessitate feb. licet cum ea posset complicari
vt dictum est circa tex. etiam dicta materia pu-
trida existens et acuta sua inflammatione sol-
ueret continuum: et fieret forte herisipilla in ma
xima parte corporis vel scabies vel alij morbi

cutanei vt forte lepra si fieret a materia adusta: qđ non requiritur ad icteritiam. ɀ ita tunc illa dispositio non permaneret sub proprio nomine icteritie: sed sortiretur aliud nomen vt communiter. igitur icteritia fit sine feb. nisi sit cretica.

Distinctiones. Jam veniendo ad 2m de distinctionibus sit hec pa distinctio ꝙ quedam est icteritia citrina: quedam nigra: quedam viridis. Auctores tñ ponūt communiter duas. s. citrinā ɀ nigrā ɀ nō sic viridem qꝛ raro reꝑitur viridis: lꝫ aliqñ possit reperiri: quia ad putrefactionē in sanguine aliqñ acquiritur quedam viriditas in humore vt dicet in causis. ¶ Secunda distinctio: quedaꝫ est icteritia cum feb. qꝛ simul cum feb. fit: quedam seq̄tur feb. ɀ alia est ad quā sequitur febris: ɀ q̄dam est sine feb. ¶ Alia distinctio: quedam est chronica: quedam modici temporis. Item q̄dā fit subito ɀ quedam paulatine: vt qñ illud qđ generatur de humore vel transmittitur ad cutim paulatim aggregatur ɀ non resoluitur propter spissitudinem cutis vel grossitiem materiei vel prohibitionem resolutionis ab aere frigido.

[margin: ...e causis p° gene-...libus.]

Cause. Ueniendo ad 3m de causis vt ex mente Auic. colligitur capo ꝓprio: cause sunt due generales. Una est multitudo gñationis colere vel melencolie. Alia est ꝓhibitio vel priuatio expulsionis horū humorum ad debita receptacula vel expulsionis ɀ resolutionis corꝫ insensibilis. ¶ Et contrahēdo ad icteritiam citri. multitudo generationis colere sꝰl' hūoris citri. habet tres causas: qm̄ aut multiplicaꝫ ex parte generātis vel ex parte materie vel ex causis ꝑmitiuis. Ex parte generātis de causis corporalibus intelligendo vel ex parte generātis naturaliter talis vt ꝓpter epar generās: aut ex parte gñantis nō naturaliter talis sicut est corpus totum vt dicit Aui. ¶ Ex parte igitur epatis fit multiplicatio colere cum epar suꝑcalefit: vel ꝓpter causas calefaciētes ab intrinseco vt ꝓpter apostemata in epate ɀ in meatu colere aut propter incēsionē complōnis ipsius calide ex ꝓuatione occursus infrigidātiū vt priuatione cibi vñ calefit complo eius valde ex caliditate intrinseca carnositatis eius ɀ spūum in eo ꝑ modum als dcm̄: ɀ tūc vt habitū est in summa de humoribus caliditas temꝑata generat sanguinem: ɀ superfluēs generat coleram: ɀ magis suꝑfluēs generat coleram nigram ꝑ adustionem. superca lefactio igiꝫ epatis facit ad generandū plus de colera ꝙ debite cōueniat. ¶ Ex parte etiā membroꝝ in toto multiplicaturꝰ colera: qñ. s. mēbris totius aduenit caliditas superflua: vñ cum ista caliditate sanguis ꝓprie subtilis in coleraꝫ cōuertiꝫ. Et ſm hoc omnes cause q̄ gñant excessuꝫ caloris in membris ɀ in epate de corporalibꝰ loquendo sunt in ꝓposito cause icteritie. Et hoc mō cum nō potest transmitti materia colerica ad chistim fellis siue ex debilitate expulsiue epatis vel oppilatione vñ ꝓhibeꝫ transitus ꝑ meatum ad chistim fellis: tunc ex caliditate colere disperse per epar supercalefit epar: ɀ consequenter fit plus generans coleram: ɀ sicut dcm̄ est de supercalefactione epatis per hos modos vnde fit multiplicatio colere: similiter contingit ex parte membrorum vt ex oppilatione ꝓhibita euen

[margin: Multitu-...o colere ...ex tribus ...ausis ge-...eratur.]

tatiōe fit suꝑcalefactio in eis: si etiam circa mēbra fiant apostemata calida: tunc acquisita caliditate in membris intensiori ꝙ conueniat cōsequenter conuertitur sanguis iam ad membra demādatus ad naturam colere: ɀ ita citrinātur membra extrinseca ɀ fit icteritia.

¶ Ex parte vero materie multiplicatur gñatio colere vt cum aufertur materia quecunqꝫ sit q̄ sit apta superincendi ɀ inflammari: ɀ ita multiplicata colera fiet icteritia: ɀ si non tm̄ ea que sunt potentialiter calida vt potens vinū allia ɀ cepe ɀ cibaria mellita vel aliter aromatiꝫata cum speciebus sunt de multiplicātibus colerā: qꝛ immo etiam ɀ cibaria facile commutabilia: qꝛ corrumpūtur ī stomacis calidis: vt lac ɀ oua sorbilia cum occurrunt epati inflammato aliqualiter sunt causa generationis colere ɀ consequēter icteritie. ¶ Quedam etiam sunt cause ꝑmitiue que adducunt ad multiplicationem colere vt ille omnes per quas acquiritur caliditas et in epate ɀ in membris vt aer estatis ɀ mora diuturna sub sole ɀ vēti calefactiui ɀ exercitium laboriosum ɀ vigilie coitus ɀ ieiunia ɀ etiaꝫ multe passiones animales maxime ira ɀ furor. Nam omnes tales cause pro quanto superinflāmant generant coleram ɀ faciunt icteritiam. ¶ Quedam etiam de extrinsecis sunt cause magis extranee vt morsus viperarum ɀ quorundam serpentum vt vespe magne ɀ pediculi vulturis vt dicit Aui. diciꝫ ꝙ sit animal paruum multuꝫ venenosum. Nam talia ab extrinseco occurrentia cō suo morsu ɀ veneno cum occurrunt sanguini cōuertunt sanguinem ad naturam colericam per viam putrefactionis ɀ corruptionis eius.

¶ Quedam etiam per interius sumpta ad hoc deducunt sicut fel leopardi ɀ vipere. Nam cum occurrunt sua qualitate ad sanguinem conuertiꝫ sanguis ad nām colere ɀ inde fit icteritia ꝑ modū iam statim dicendum: nisi prius ex venenositate ɀ cum malitia corpora deducantur ad mortem.

¶ Et ex his patet circa hoc pm principale contra quosdam ꝙ non semper icteritia fit propter nocumentum epati communicatum. Nam icteritia contingens ex morsu reptilium in mēbris exterioribus cōuertendo sanguinē ꝑ putrefactionē ad nām colicaꝫ est talis: qꝛ nō necessario ad hāc cōicaꝫ nocumētū epati. etiam hoc cōtingit cum generatur colera a caliditate superflua membrorū ex parte aꝑatū calidorū in membris extrinsecis nō cōicata superflua epatis calitate vl' si fiat ēt applicatio medicinarū adurētiū sanguinem ɀ cōuertentium ipsum ad naturā colericam ad membra extrinseca vt facta linitione circa membra extrinseca ex castoreo: nigella: euforbio: ɀ similibus cum succo cepe. Et hanc sententiā expressit Gal. 5o interiorum cao 8o ad principium capituli cum dixit. ɀ videamus an in oī tempore epar icteritia exñte patiaꝫ: ɀ respōdēs dixit. Dico ꝙ multotiēs epate salubri existente videmus colerā rubeā diuidi ɀ erga cutim exire ɀ hoc ſm crisim: ɀ ita sup. icteritiā causari. Addit etiam alium casum ad hoc ꝓbādū dicens. Item sine crisi sanguinem conspicimus in coleram mutari cum ex pessima ɀ aliena corruptione corrūpitur sicut ex morsu reptilium venenosorum animalium. Et ibi ponit hystoriā de quo

[margin: Nota.]

No. aliam hystoriaz.

dam quē momordit tyrus: cuius officium erat capere tyrū: de quo dicit ꝙ tardās sumere medicinā solitam mutatus est in colorem quasi prasinum: ⁊ docuit Ga. ꝙ sumeret tyriacam ⁊ curatus est subito. Et eandem sniam confirmat Ra. 7° cōtinētis: ⁊ adducit etiā expientiā: dicit. Vidi quendam sequi crisim cum icteritia morā in eo trahēte ⁊ nō deficiēte: cūq̄ requirerē vrinaz ⁊ egestionē eius inuenimus vtrāq̄ esse in dispōne naturali ⁊ significationez indicātem ꝙ epar erat illesum absq̄ aliqua passione. Et eādē sententiam videt sentire Aui. vt pz in textu in ca° ꝓprio debite consentire cum dixit. Et multitudo gn̄atiōis colere qn̄q̄ est in epate. i. vitio ei⁹: ⁊ qn̄q̄ est in cope toto sup. non vitio epatis. Et ex hoc opz modificari dictū Gordonij q̄ in cap° de icteritia ad p̄n^m dixit ꝙ differunt ⁊ icteritia ⁊ morphea: qm̄ morphea fit ꝓpter errorem 3^e digestionis ⁊ icteritia ꝓpter errorē 2^e: intellexit hoc vt in pluribus: vel forte ꝙ in longo ꝓcessu cōmunicat nocumētū epati si dz icteritia cōseruari.

No. dictuz Gord.

¶ Secunda causa principalis gn̄ationis icteritie q̄ sumebatur ex ꝓhibitione euacuationis eius vel trāsmutationis ad debita receptacula vel ex parte indebite resolutionis insensibilis: habet etiā causas q̄ aliqn̄ sumūtur ex defectu epatis: ⁊ aliqn̄ ex defectu fellis: ⁊ aliqn̄ intestinorū vel membroꝝ aliorū ex parte q̄dē epatis: vt qn̄ sequestratiua epatis nō est potēs sequestrare materiā colericam a sanguine vt sepe fit in epate debili: ⁊ sic ꝑmanēte colera ꝑmixta cuz sanguine trāsmisso dicto sanguine ad membra dicta membra citrinātur: si etiā sequestratiua de se sufficeret sequestrare: sed in expulsiua epatis esset defectus: vñ nō expellatur ad chistiz fellis vel ad alios meatus versus intestina: ⁊ tunc tandē ꝑmanens cū sanguine cū transit ad membra citrinātur mēbra: ⁊ sic fit icteritia. ¶ Cōtingit ēt ex defectu fellis multiplicari coleram in epate: ⁊ ꝑñr in mēbris vt debilitata attractiua eius in suggendo coleram: tunc remanēs in epate trāsmissa cū sanguine ad mēbra fit icteritia: ⁊ etiam illa que debebat attrahi cū ꝓpter debilitatem eius nō attrahit abūdat in sanguine: ⁊ sic fit cā icteritie. Fortitudo ēt nimia attractiue fellis cū subito nimis attrahat colerā. vñ repletur chistis ⁊ extēditur in latū: ⁊ ita cōstringunt orificia poroꝝ ipsius ita vt fiat retentio ipsi⁹ colere in chistim ⁊ non pōt expelli: sicut ēt ꝯtingit in vesica cū nimis repletur: ⁊ sic in ea nō pōt recipi colera alia cū gn̄atur: ⁊ ita abūdans in sanguine transmittitur ad mēbra: ⁊ fit cā icteritie. Et istum casum notauit Rasis 7° ꝯtinētis. cum similitudine proprie vesice vt dictum est. ¶ Aliqn̄ quidem est defectus in instr̄o ⁊ organo vt qn̄ est opilatio in poro quo suggitur illud colericū subtile de epate ad chistim fellis siue fit opilatio ab humore non ap̄ante siue ab ap̄ate siue ex poro vel verruca. Et sic cū non pōt penetrare ad chistim fellis remanet in ipso epate: ⁊ sic cū expellitur cum sanguine ad membra etiam est causa icteritie. ¶ Aliqn̄ etiam fit ꝓhibitio expulsionis materie ad intestina vel ad alia membra ad que debet demandari. vt verbi gratia. in intestinis propter opilationem contingentem ex flāte aggregato in superficie intestinorum ad quam terminatur porus magnus propter quam opilationem ex materia multa simul aliquotiēs fit colica ⁊ icteritia. Icteritia quidem quoniam cum colera non potest penetrare ad intestina regurgitat ad epar ⁊ consequenter ad membra et fit icteritia. Fit etiam colica qr non purgantur m̄ae flegmatice ab intestinis: ⁊ cum his etiā feces retinentur: qm̄ exsiccatorium expulsiue ad intestina interius non penetrat: ⁊ sic colica fit cā icteritie: qr vitio intestini sicut econtra icteritia fit cā colice: qn̄ esset opilatio in poro felleo veniente ad intestina. Naz tunc prius fit icteritia per reuersionem illius materie que deberet trāsire ad intestina ad membra: ⁊ illa est causa colice per prohibitionem transitus colere ad intestina: vnde non excitatur expulsiua ad expellendum neq̄ lauātur intestina. Et sicut dico de opilatione circa intestina ita intelligatur de opilatione in poro circa fundum stomaci: cum nō potest ꝑuenire materia colerica retinet circa epar et tandem transit ad membra ⁊c. Et ponit etiaz Aui. sententiam quorūdam qui dixerūt ꝙ multitudo colere fluentis ad intestinum facit icteritiam: qđ nō pōt verificari nisi in casu vt dictū est supra de repletione chistis fellis. vñ non potest recipi in receptaculo amplior colera preter eam que fluxit: qr subito repleta est certa vacuitas intestini: ⁊ ita clauditur aliud extremū ad expulsionem eius: ⁊ cum hoc illud membrū debilitatur in expellendo.

Nota vnam cām colice a paucis notam.

¶ Et aliqn̄ fit multiplicatio colere in membris extrinsecis: ⁊ cōsequenter icteritia ꝓpter prohibitionem expulsionis vel resolutionis eius a toto. Naz de colera que transmittitur cum sanguine ad ipsum subtiliādum vt ad extremas partes corporis ꝑueniret expleto officio eius plerunq̄ ꝑ poros cutis insensibiliter resoluitur stante debita dilatatiōe pororum: sed facta oppilatione in dictis poris que aliqn̄ contingit ex causa primitiua occurrēte vt aqua frigida vel aere frigido maxime in vēto boreali ⁊ aliqn̄ a causa exiccante vt a balneis siccis ⁊ similibus ꝓhibita cōsequenter eius resolutiōe fit retētio colere circa dicta membra ⁊ sic citrinantur.

¶ Et ita similiter cum fit crisis per sudorē ⁊ retineatur propter occursum aliquarum causarū dictarum retento sudore retinetur et colera in dictis membris cum sudor nō sit nisi aquositas cui multum pus colericum est admixtum: et sic retento sudore multum de colera retinetur circa cutim ⁊ fit causa icteritie. Et istam cōmunem sententiam posuit Gal. secundo de accidēti. ca° cum dixit corpus enim ab initio plasmatis multa habet instrumenta que sapienter edita sunt vt superfluitates per ea possent expelli inde donec corpus est sanum sufficienter in ista eijcienda superfluitate. Addit: hoc tamen faciunt si nihil nocumenti eis acciderit ex aere. vz. ⁊ inordinatione diete ex qua multi humores in corpore coadunantur. vnde si aliquando vie per quas debent expelli clauduntur inde superfluitas inclusa necessario ad alia loca deriuatur et fit causa morbi. Hec ipse.

Nota

¶ Et ita iam pz modus quo fit icteritia ⁊ p r viā multiplicationis colere: vñ cū abūdat tādē multiplicata ad mēbra facit icteritiā. pz ēt modus quo fit per viam prohibitionis transitus ad receptacula proprie vel resolutiōis istius vt

patet ex dictis. Modi tñ isti maxime ꝓpter op
pilationes sunt etiam cause multiplicationis
gñationis colere ꝑ hoc qđ retinet colera circa
epar: ꝛ sic inflammat ꝑ modum dictū supra. Et
hoc insinuauit Aui. cum dixit. Et scias ꝙ qñ ꝑ-
uenit oppilatio retinens coleram in epate in
quocunqꝫ loco sit epatis vel fellis oportet vt ex
eo fiat epar calidus ꝙ est ꝛ generet colera plus
ꝙ ea q̃ generatur in dispositione sanitatis ꝛ hic
est modus q̃ contingit per viam transmissiõis
colere ad membra. Sed modus icteritie contin
gentis ex communicato nocumento tm̃ mẽbris
exterioribus ꝛ non epati est ex se manifestus: vł
per ꝓhibitionem resolutionis colere vñ conser
uatur in membris: vel ꝑ multiplicationem co-
lere in dictis membris conuertendo .s. sangui-
nem ad naturam colericam.

De causis icteritie nigre.

¶ Cause vero icteritie nigre habẽtur sm̃ modum
causarum icteritie citrine .s. ex multiplicatiõe
gñationis melencolie naturalis vel innatura-
lis ꝛ ꝓhibitione expulsionis eius ad membra
vel debita receptacula vel resolutionis aut per
crisim. Et multiplicatio melencolie maxĩe adu-
ste ita fit ꝓpter excessiuam caliditatem in epa-
te vt dicebat supra de colera ꝑ certum excessum
caliditatis. ¶ Fit etiam multiplicatio melẽco
lie dominãte frigiditate circa epar aliquando
gñando sanguinem grossum. ¶ Et sicut dictum
est de generatione colere in membris alijs ab
epate: ita correspondẽter posset dici de genera-
tione melencolie in alijs membris ꝙ sit epar vł
splen: quia etiam in alijs membris ꝛ a superflua
caliditate dominante ꝛ a frigiditate potest ge-
nerari melencolia.

¶ Potest etiam fieri a cã extranea vt a q̃busdã
aĩalibus venenosis mordentibus. ¶ Et ita pos
semus discurrere de multiplicatione melenco-
lie ex parte mãe: ꝛ ex causis primitiuis sicut di-
ctum est correspondẽter i colera. Et ita reducere
possumus cãs que sumuntur ex parte defectus
seq̃stratiue epatis in sequestrando meliã a san
guine: vñ transmittitur cũ eo ad mẽbra ꝛ fit icte
ritia nigra: ꝛ ita dico de defectu attractiue sple
nis ꝛ expulsiue epatis ad splenem. Et consilr di-
co de opilationibus etiam in epate ꝛ splene ꝛ in
vijs medijs siue sint humorales siue cum apate
siue ex poris ꝛ carnositate. ¶ Et sicut intelligit

Nota

de poro medio inter epar ꝛ splenẽ cũ fit in eo opi
latio: ita intelligi põt cõsilr de opilatione que
fit in poro q̃ est inter splenem ꝛ os stomaci: qm̃
cum non potest penetrare melẽcolia ad os stõi
deputata ad famẽ inducendã: tunc regurgitat
ad splenem: ꝛ ꝯñr cum sanguine transiẽs ad mẽ
bra est causa icteritie nigre.

De causis icteritie viridis.

¶ Cause vero icteritie viridis possunt ex silib'
dictis coniecturari: imaginando tñ ꝙ cãe gñan
tes coleram viridẽ sunt medie inter cãs gñan-
tes colerã citrinã ꝛ cãs gñantes colerã nigram
ꝑ adustionẽ vt accepta caliditate gñante colerã
citrinã si illa certo mõ intẽdatur: nõ tñ intm̃ qđ
fiat nigra ꝑ adustionẽ ex eo poterit gñari colˀa vi
ridis. Et hec cã põt esse talis ꝛ in epate ꝛ in alijs
mẽbris vt de alijs dictũ est. ¶ Potest etiam fie-

Nota

ri talis icteritia viridis simul concurrentibus
icteritia cit. vitio epatis ꝛ nigra vitio splenis.
Nam ex his fiet icteritia media que vocabit vi-
ridis vt patet considerãti. Et lꝫ de his icteritijs
multe sint posite cause propter quas possunt fie
ri: tñ vt plerunqꝫ icteritie sequuntur opilatiões
precipue ex parte epatis vel fellis. Et de hoc di-
cit Rasis 7° continentis. Dico in maiori parte
vidi icteritiam accidere ex opilationibus i epa
te ex apate si fuerit cum feb. ꝛ si fuerit sine feb. ex
alijs opilationibus. Addit: ꝛ alias species acci-
dere icteritie non vidi sup. nisi raro: vñ he spẽs
sunt obtinende. Et hec de causis sufficiant.

De signis: primo de signis euẽt'

Signa. Jam veniendo ad quartũ principa
le .s. ad signa. pmo sunt ponenda si-
gna ꝓnostica euentus: dehinc ad bonũ ꝛ ad ma
lum: ꝯñr demõstratiua gñis ꝛ spẽx. ¶ Primũ si-
gnum ꝓnosticũ euentus in iecteritia qualibet
sumi põt ex ꝓcessione causaꝝ primitiuaꝝ siue ẽt
corporalium ad eam. Nam quotienscunqꝫ in cor
pore manifestantur cause multiplicationis co
lere citrine vel viridis in toto vel in epate: vel
manifestantur cause multiplicationis melẽe su
ture ꝑ adustionẽ vel future ꝑ inspissationẽ: siue
ex parte malitie cõplexionis siue ex parte cibo-
rum: vel qñ stant cause ꝓhibentes expulsionem
dictorum humoꝝ ad debita receptacula vel ad
determinata membra vel cause ꝓhibitionis a
membris: ꝛ sic iste cause sunt signa ꝓnostica euẽ
tus icteritie citrine nigre vel medie: vt si cõiun
gatur oppilatio in epate que declarat ꝑ signa
supradicta de oppilatione epatis siue talis op
pilatio fuerit cũ apate vel sine: tunc ꝓbabiliter
potest fieri argumentum de futura icteritia: et
ita si appareat colica laboriosa ex materia fleg-
matica abundante in intestinis: qm̃ probabili
ter ex tali materia adherente intestinis fiet op-
pilatio pori deferentis coleram ad intestina: ꝓ
babiliter fiet argumentũ de futura icteritia nõ
potente colera ad intestina ꝑuenire. Nã regur-
gitans ad epar dicta materia colerica transibit
cum sanguine ad membra ꝛ fiet icteritia: et ita
in morbis acutis indicata crisi ꝑ sudorẽ in cor-
pore forti si in pn° expulsionis sudoris occurre-
ret aer frigidus vel alia causa obturans poros
prohibens exitum materie sudoralis iam posse
mus arguere de futura icteritia ex modis dictis
supra: ꝛ sicut dictum est de icteritia citrina: ita
intelligatur correspõdenter de icteritia nigra.
Nam ꝓsuppositis causis ad eã vt de debilitate
splenis vel de oppilatione in poris ad splenem
vel stõm: ꝛ sic ad reliquas causas discurrendo q̃
esse possunt cause icteritie nigre: tales cause sũt
signa pronostica euentus icteritie nigre. simi-
liter dicatur de causis icteritie viridis.

De signis ꝓnosticis ad malũ.

¶ Signum vero ꝓnosticum magis proximum
ad icteritiam sumit ex hoc. Nam vbi in corpore
terminato cõsueuit stomacus sufficienter dige
rere sine grauitate sine eructuatione stomaci: ꝛ
in eodem consueuit esse ventris moderata flu-
xibilitas ꝛ tinctura in egestionibus si nõ varia-
to regimine fiat difficile digerens cibum: qđ co
gnoscitur ex ponderositate stomaci post cibum
cum eructuatione: ꝛ cum hoc fiat tarditas ascel
lationis ꝛ cum labore: ꝛ materie fecales appa-
reant minus tincte: ꝛ hec accidentia videantur
intendendo procedere: iam potest fieri argumẽ
tum satis proximum ad futuram icteritiam: et
maxime si vrina incipiat tingi notabili tinctu-
ra: quod maxime cognoscitur ex spuma citrina
in vrina: qm̃ declaratur prohibitus transitus

mãe colerice ad stomacũ ⁊ intestina ⁊ reditꝰ di-cte mãe ad membra post epar vt ptꝫ cõsiderãti: ⁊ ita ꝯñr de futura icteritia.

De signis ꝓnosticis ad bonuꝫ.

¶ Signum vero ꝓnosticũ ad bonuꝫ: ⁊ est Hyp. 4ª affo. affo. 62°. Quibuscunqꝫ in febribus in se ptima aut nona aut. 14. die icteritia supuenerit bonum est. Rõ est satis clara. nã declaratur per icteritiam euasio a feb. qm̃ declaratur obedien tia mãe cũ fortitudine virtutis expulsiue: et sic est bona significatio ꝙ̃tum est ex parte huiꝰ tm̃ qḋ dico: qm̃ si cũ icteritia veniente in septima vl' nona ⁊c. cõiungeretur durities hypocundrij dex tri vel sinistri: ita vt declaretur apã epatis vel splenis: tunc per illam icteritiam non posset fie ri argumentum de euasione ꝓpter cãm ꝯseruan tem icteritiam ⁊ feb. vt multuꝫ fieret incurabi-lem: neqꝫ tunc illa icteritia esset ꝓprie dicenda cretica: qꝛ esset expulsa mã ad cutim tm̃: immo si gnum esset ꝙ esset cõicata mala mã toti corpori Proinde dicit Commentator in cõmento ꝙ li-cet icteritia ante septimum diem sine dubio sit malũ signum: in septimo aũt post septimum non semper est bonum: sed ḋꝛ bonuꝫ nisi dextrũ hypocũdrium durꝫ fiat: vt etiam dicit Hypp. de dextro qꝛ magis est timorosum: sed põt etiã am pliari ad hypocundriũ sinistrum: sed tunc pro-prie est significatio bona qñ ista crisis fuerit in dicata ⁊ qñ ad eaꝫ sequitur remissio feb. qm̃ fe. in sua dispõne remanente ⁊ similiter icteritia: tunc non est significatio bona: ⁊ si post septimũ veniat: ptꝫ cõsideranti: ⁊ hoc expresse dicit Se-rap. vbi allegans istam sñiam Hypp. dicit. Tibi inest vt cognoscas differentiam sup. apparente icteritia post septimum: vtrũ sit bonum vel ma lum ꝓm hunc modum: qꝛ qñ accidit icteritia in febre ⁊ resoluitur feb: apud apparitionem eius statim tunc est crisis bona: ⁊ qñ remanet fe. post apparitionem eius ⁊ non resoluitur: nõ est tũc nisi ꝓm semitam accidentis ⁊ nõ ꝓm modum cri sis. ¶ In nullo autem casu preterꝙ̃ in crisi dicta icteritia est signum absolute bonum vt patet ex causis eius: licet aliquotiens sequens crisis ad icteritiam sit bona significatio: vt ptꝫ de fluxu emorroydarum qui succedens icteritie nigre ꝓ̃ cipue est significatio bona vt fuit sententia in af fo. Melencolicis ⁊ freneticis emorroides ⁊c. cõ trahendo ad icteritiam nigram: qꝛ talis humor grossus magis educibilis est per deorsum.

De signis ꝓnosticis ad maluꝫ.

¶ Signum vero ad malum: icteritia si cũ apã-te epatis precipue duro appareat est signũ ma-lum: ⁊ est signum Hyp. 6ª affo. pꝫ: qꝛ significatur cõplexionem epatis multum esse elongatam a naturali plurimam coleram gñantem. ¶ Aliud in morbis acutis icteritia superueniens ante se ptimum diem est significatio mala. qm̃ cum mã icteritie vt plerũqꝫ est satis grossa: qꝛ si subtilis esset resolueretur per cutim: ⁊ mã grossa non sit apta digeri sufficienter ante septimum diem: se quitur ꝙ si fiat crisis sit sinthomatice: ⁊ ita vo-luit Gal. Cõmentator cum alijs cõiter medicis: vt supra dictum est. Auenzo. in ca° ꝓprio de icte ritia. ad finem est huic cõi sñie contrarius dicit sic. Vituperauerunt medici icteritiam in prin° egritudinis: ꝓpterea qꝛ exit ante maturationẽ humorum. Et addit: ego dico ꝙ cum icteritia sit morbus acutus. i. factus a materia acuta: ⁊ mo-tus eius est velox in agente ⁊ patiente nõ nega-bimus posse in ea fieri maturationem in die se-cunda generationis enritudinis ⁊ maxime in die quarta: ⁊ proprie in etate iuuentutis in tem pore estatis ⁊ calida regione ⁊ locis orienalibꝰ ⁊ meridionalibus: ideo bonum est in hoc ad iu-dicandum stare cum sñia Serap. vt supra dictũ est. ¶ Aliud pronostirum: ⁊ est Aui. cum in vri-na patientis icteritiam appareat sicut granuꝫ orobi ⁊ est cum ea profundatio in ventre et feb. ⁊ virtus debilis tunc est spes mala: nam decla-ratur cum apostemate dissolutio de substantia epatis: ⁊ consequenter cum virtute debili non potest fieri debita resũptio ⁊ sic significatio mor tis: qm̃ ex profundatione mirach significat̃ tra-ctus ab extrinseco ꝓpter apã: vel saltem fortis extenuatio de sbã mirach ꝓpter caliditatẽ exte nuãtẽ ⁊ dissoluentem ẽt subãm epatis qḋ decla rat̃ ex apparentia simili grano orobi in vrina.

¶ Aliud ⁊ est Aui. in ca° de signis icteritie ver-sus finem dixit: qñ multiplicatur remanẽtia vri ne albe in icteritia aut est parꝫ tincta: tunc est ti menduꝫ ꝙ hñs eã cadat in hydropisim: qm̃ signi ficat ꝙ opilatio ẽ ex frigore: ⁊ sic debilitato epa te a frigiditate est dubium de hydropisi: vel sal tem significat impotentiam virtutis expulsiue epatis debentis partem colere cum vrina com-miscere ⁊ expellere. Et eandem sñiam posuit idẽ Aui. scđa primi. q̃ colligi potest quasi ex opposi-to in caª de coloribus vrine dicit sic. In icteri-tia vero cum vrina adeo fuerit maioris rubedi-nis donec ad nigredinem trahit sup. ꝓpter mul titudinem cõmixtionis colere cũ ea ⁊ pannũ ta liter tingat ne remoueri possit dicta tinctura. i. multum difficulter: ⁊ ꝙ̃to plus fuerit erit saniꝰ Et adducit rõnem ꝑ id qḋ pauloante dictuꝫ est dicens. Qm̃ cum vrina ipsa. s. icteritia fiunt al. aut rubea pauce rubedinis icteritia in sua dis-positiõe manẽte. i. non eñata mã facientе icteri tiam: neqꝫ ꝯñr minorata icteritia timetur ex ea hydropisis: qꝛ significat impotentiam virtutis: vt dictum est ad expellendũ mãm. Et ꝓinde di-xit etiam in princi° capituli de signis icteritie. Scias ꝙ in pluribus icteritia citrina ⁊ nigra ti gitur vrina. In citrina. s. ad citrinuꝫ: ⁊ in nigra ad nigrum: dicit in pluribus ꝓpter icteritiã in qua cõiungitur impotentia expulsiue epatis vl' ꝓpter icteritiam factam a cã in toto non cõica-to nocumento epati: de qua supradictum est qḋ non mutatur vrina. Et addit: ⁊ quãto magis vri na est plus tincta ⁊ acutior. i. breuioris termina tionis est magis significatiua sanitatis epatis ⁊ virtutis eius. ¶ Aliud ꝓnosticum ponunt q̃ dam maxime contrahentes ad citrinã dicũt qḋ si infectio croceitatis ꝑtrãsierit cõmissuram ca-pitis anteriorẽ ꝙ ipã est mortalis: qm̃ significat vehementissimã incẽsionẽ circa epar cum apãte vel sine: vnde intm̃ multiplicatur colera ꝙ non tm̃ citrinantur partes faciei q̃ sunt rariores: sꝫ etiam spissiores vt partes cutis capitis. ¶ Vl-timum: icteritia veniens ex opilatione ꝯtingen te ex poro vel carnositate in via manifesta trãs-missionis colere vel ad chistim fellis vel ad in-testina vt plurimum est talis mortalis: qm̃ ex quo talis opilatio nullo tempore sit curabilis tantũ multiplicabitur de colera in toto qḋ fiet extenuatio et humorum ⁊ membrorum totius ⁊ fiet mors.

De signis demõstratiuis ⁊ primo generꝝ.

¶ De signis vero demõstratiuis: ꝑmo signa ge/
neris ⁊ ꝑmaꝝ specieꝝ sunt ex visu manifesta qm̄
apparet mutatio coloris cutis feda citrina viri
dis vel nigra in toto vt dictũ est supra. ¶ Aliud
signũ vtplꝫm cõtingens in ea vt pauloante dice
batur in ꝓnosticis est ꝙ in icteritia fit tinctura
in vrina ad citrinũ nigrũ vel viride: ptꝫ ⁊ dice/
batur vtplꝫm ꝓpter illã que fit ex impotẽtia ex/
pulsiue epatis debẽtis cõmiscere colerã cũ vri/
na sicut ẽt ꝓpter eandẽ cãm fit aliquotiens vri/
na pauca. ¶ Alia cã sumi põt ex his q̃ dcã sunt
supra de icteritijs cũ q̃bus nõ cõicatur nocumẽ
tuꝫ epati vt de icteritijs factis in toto vel a mor
su venenosoꝝ aĩalium vel a medicinis occurren
tibus: vñ in casu dicto nõ multiplicata colera
circa epar ꝯñr nõ trãsmittetur multa colera ad
vias vrine: immo in dicto casu sepe apparebit
vrina sani: vt dictũ est supra ꝺm sñiam Ras. 7°.
cõtinentis. ¶ Aliud signũ cõiter cõtingens est
ꝙ in icteritia cõiungitur stipticitas vẽtris: qm̄
vtplꝫm modica mã colerica trãsmittitur ad in/
testina in dicto casu: qm̄ si [illegible] mitteret ad in
testina raro fieret icteritia vitio epatis: ptꝫ dis/
currenti cũ magna multũ fit q̃titas colere que
mittitur ad intestina nãlr ꝑ finibus dictis su/
pra: vnde ꝓbabiliter non tm̄ absidat circa mem
bra ꝙ fiat icteritia: si ergo fit icteritia vtplꝫm vẽ
ter stipticatur. ¶ Aliud signũ ẽt est ꝙ in icteri/
tia pulsus plerũqꝫ est paruus ⁊ durus ꝓpter co
leram exsiccãtem ⁊ extenuantẽ arterias sua ca
liditate ⁊ siccitate ⁊ est paruus vt multum pro/
pter debilitatem virtutis sequentis malitiam
complexionis: ⁊ maxime qꝛ ex sanguine taliter
alterato a natura colere vel cui est mixta multa
colera non est apta multa fieri gñatio spũum: ⁊
ita virtus debilitatur.

De signis specierum

¶ Signa vero specieꝝ declarãtur ex signis cau/
saꝝ: qm̄ si fit ex malitia caliditatis in epate vn/
de fiat multiplicatio colere sine apate: ⁊ in opi/
latione sunt signa caliditatis epatis supra posi
ta de inflãmatione circa epar sine ponderosita/
te cũ siti ⁊ reliq̃s supra positis. Et de his quideꝫ
sunt qui nãliter quasi semp sũt tales quoꝝ epa
ta sunt semp calida vñ sunt citri. ⁊ in albis suo/
rũ oculoꝝ semper est citrinitas: vt dicit Ras. in
diuisionibus. Et non accidit in eis magnum no
cumẽtum vt dixit nisi cum superfluit ⁊ multipli
cetur colera: ⁊ tunc illius multitudinis colere si
gnum est ꝙ aliquando egreditur multa portio
eius cum vomitu ⁊ solutione ventris: icteritia
tamen ꝺm suam dispositionem manente: ⁊ mi/
noratur in his appetitus ⁊ multiplicatur sitis
⁊ exsiccatur corpus ⁊ rubesit vrina: ista omnia si
gna sunt omnia clara. Et addit Aui. loquens de

Nota

hac. Et raro fit subito qm̄ raro deuenitur ad tã/
tam inflammationem circa epar nisi paulatine
maxime cum non fuerit apostema vel opilatio/
nes que declarantur non esse qñ non est graui/
tas circa epar neqꝫ feb. quoniam grauitas ad
has concomitatur vt supra dictuꝫ est: precipue
hora transitus chili ad epar vt dicit Aui. secun/
da primi de his que demonstrant opilationes:
licet Serap. dixerit ꝙ tres species icteritie fiũt
subito. s. que fit ex opilatione ⁊ ex apostemate: ⁊
similiter qñ est in latere dextro ebullitio absqꝫ
grauitate que significat malam complexionem
vt in casu nostro sine apostemate vel opilatiõe
intelligitur ꝙ non fit subito absolute: sed fit su
bito respectu eius que sequitur calefactionem
que fit ex cibis. ¶ Si vero fuerit ex defectu vir
tutuꝫ epatis vt sequestratiue vel expulsiue erũt
signa dicenda latius infra de hydropisi: qm̄ cuꝫ
debilitate harum virtutum propter cõpassionẽ
aliaꝝ cõicatur lesio quasi in omnibus operatio
nibus epatis: vnde aliqualiter inflãmant mem
bra quedam saltem ⁊ sepe manifestatur solutio
ventris lotina vel quasi sanguinolenta cum re/
liquis dicendis infra. Et ista eadem erunt signa
debilitatis attractiue ipsi⁹ chistis fellis. Et di/
cit Rasis etiam in diuisionibus de ista loquens
ꝙ cum tali icteritia erit nausea ⁊ vomitus cole
re sine grauitate ⁊ vrina multum tingitur: ⁊ hoc
est qꝛ cum non attrahitur intra chistim fellis
stans intra venas epatis mã colerica cum san/
guine: tunc sepe per meseraicas educitur cole/
ra ad stomacum: ⁊ ita est causa istoꝝ nocumẽto
rum: ⁊ est etiam quelibet talis absqꝫ grauitate
in partibus epatis: ⁊ accidit paulatim ⁊ nõ su/
bito. Et ita etiam si est in ea que fit ex plenitudi
ne chistis fellis a colera ꝓpter fortitudinem at
tractiue subito attrahentis qñ non põt plus re
cipi de colera in ea: tunc multiplicantur accidẽ
tia que sequuntur ad fluxum colere ad stomacũ
sed illa icteritia fit magis subito: vt patet.

De signis icteritie qñ cã ẽ oppilatio alicuiꝰ rũ triũ orificiorum.

¶ Et si cã fit opilatio in aliquo triũ orificioꝝ.
Primo si fuerit in orificio adherente epati quo
attrahitur colera ad chistim fellis dicebat Ra.
in diuisionibus ꝙ vrina ⁊ egestio sunt citrine ⁊
ad albedinem declines propter paucitatem co/
lere ad intestina ⁊ non fit vomitus coleric⁹ neqꝫ
amaritudo propter paucitatem effusionis cole/
re ad stomacum vt patet. Similiter dicit Auicẽ.
aliqualiter tamen modificando dictum Ra. in
diuisionibus. ꝙ erat satis dubium in hoc quod
dixit vrine ⁊ egestio sunt citrine ⁊ ad albedineꝫ
declines: quia saltem vrina debet esse notabili
ter tincta ex quo modica portio colere transmit
titur ad intestina vel stomacum per hoc: quia si
non recipitur intra chistim fellis propter opila
tionem in poro adherente epati non potest: cõ/
sequenter per alios poros ad stomacum vel in/
testina demandari: ⁊ ita multa portio dꝫ transi
re cum vrina. Dicebat igitur Aui. de signis inse

Nota

parabilibus opilatiue sunt albificatio egestio/
nis in pluribus horis aut paucitas citrinitatꝭ
eius: ⁊ vehementia citrinitatis vrine in colore.
Dicit signanter albificatio egestionis ⁊ pauci/
tas citrinitatis eius: quia maxime in ꝓcessu fit
albificatio egestionis: licet antea parum et pa/
rum remittebatur citrinitas eius: quoniam co
lera que continebatur in chisti ante opilationẽ
mittebatur modicum post modicum ad intesti/
na etiam facta opilatione: vnde fiebat aliqua
parua tinctura in egestione: ⁊ ideo albificatio
in egestione paulatiꝫ procedit de minori ad ma
iorem donec tota colera fit euacuata a felle: et
tunc stante illa opilatione egestio remanet sim
pliciter alba similis egestioni canum comeden
tium ossa. Et ita dicit Azarauius quod signum
eius ex opilatione orificij adiuncti epati est in/
tensio croceitatis vrine in pꝛĩcipio egritudinis
⁊ colere rub. permixtio. s. modica in egestione: in
telligens de colera que erat in felle cuius por/
tio mittitur ad intestina. Addit: ⁊ quando cũ sa

mitur colera ru.sup.que erat in felle prius rece
pta egō est alba ⁊ munda sup.in totuz a colera.
Addebat Aui.ꝙ in hac dispōne stat grauedo in
latere dextro:ptz ꝓpter oppilationē:⁊ ꝙ fit do-
lor ⁊ inflāmatio apud cibū.i.trāseunte chilo ad
epar:qm̄ tunc fit cōmotio colere in epate ab ipo
chilo:⁊ sic sup inflāmatio ⁊ dolor. Et addit ꝙ fit
pruritus in toto corpore ꝑ elevationē vaporum
acutorum ab illa materia colerica. ¶Et si fue-
rit facta oppilatio in poro ad intestina ⁊ non in
poro chistis:dicit etiā Raſ. in diuisionibus qd
vrina ⁊ egō sunt albe: sed de vrina est satis du-
bium:sed de egōne nō est dubitatio:⁊ de hac di
cit Aza. Si vero oppilatū fuerit orificiū veniēs
ad intestina:tunc latitat colera in meatib⁹ sto-
maci.i.abundat in illo meatu:qꝛ nō transit per
alium ⁊ fit citrinitas faciei.s. ꝓpter directionē
vaporum colericoꝝ ex stōaco ad faciē ⁊ exuberā
tiā colere supra stōm ⁊ exuberantiā amaritudi
nis ⁊ salsediuis ⁊ siccitatis ⁊ sitis ⁊ caloris sup.
ista oīa exuberant in stomaco ꝓpter dictam ma
teriam exuberantē in stō. Addit:⁊ egestio est al.
nō faciens mentionē de vrina. Addit Aui. ꝙ nō
est in oꝑationibus epis nocumentū ꝑteritū ne
q̃ʒ in presenti.i.hora apparitionis icteritie nisi
postq̄ leditur ex retētione colere in ipso.i. in ꝓ
cessu ⁊ cū fel est plenū sup.de colera nō expulsa:
tunc sup.fiunt amaritudo oris ⁊ sitis ⁊ reliqua
accidentia dicta supra ab Aza. ⁊ cōmouet ple-
runq̃ʒ cū ea colica:vt dicit Aui.⁊ addit Rasis in
diuisionibus ꝙ stat difficultas exit⁹ fecis ex ven
tre:⁊ dicit ꝙ nō est in ista de vomitu colere.tm̄
quantum est ex oppilatione cōtingente in mea-
tu quo attrahit colera a chisti. ¶Et si fiat oppi
latio in poro veniente ad stōm:dicit Rasis in di
[illegible]onibus ꝙ vrine ⁊ egō sunt grosse ⁊ rubee si-
cut bolum sup.armenū ꝓpter multitudinē ef-
fusionis colere ad intestina:⁊ dicit Aza. ꝙ reddi
tur color vrine ad modū crete rubee: ⁊ appꝫ in
supꝑficie ei⁹ spuma valde crocea. Et addit:⁊ pos-
sibile est oppilari oīa ista tria orificia:⁊ tunc est
mortale. ¶Stat ēt signū in hac ꝙ eger est absq̃ʒ
omni amaritudine oris ⁊ absq̃ʒ vomitu colere ⁊
absq̃ʒ siti ⁊ reliquis significātibus caliditatem:
immo ꝓbabiliter adsunt signa multiplicatiōis
flegmatis in stomaco ⁊ debilitatis digestionis
in ipso ꝓpter priuationē iuuamenti colere ad
funduz stōi:de quo dictū est supra. ¶De causis
autem materialibus harū oppilationum si sint
ab a p̄ate vel ex mā̃ flātica vel colerica. Signa
dicta sunt in ca° superiore de dolore epatis ⁊ ad
illum locum recurre. Et ex summa istoꝝ signorū
est dispositio totius corporis:vt dicit Aui.cū re
gimine ꝑterito. ¶Et si cā fuerit nascentia alicu
ius rei in illis vijs:tūc stātibus cōtinuis signis
oppilationis ⁊ exhibitis debitis remedijs ad
euacuandum materiam ⁊ aperiendum oppila-
tiones:tamen cum his prolongatur egritudo ⁊
non curatur:immo parum vel nihil recipit iu-
uamenti ex his. Et si causa fuerit fortitudo ex-
pulsiue vt in crisi contingit declaratur ex ꝑces-
sione feb.humoralium:⁊ maxime si fit in die cre
tica:⁊ precesserūt signa crisis sicut nausea ⁊ sub
uersio ⁊ vomitus colericus ⁊ instantia vigilia-
rum ⁊ reliqua de amaritudine oris ⁊ prostratio
ne appetitus.
¶Et si causa fuerit in mēbris vel ex corruptiōe
humorum in venis ⁊ nō in epate: dicit Raſ.7°
cōtinentis cognoscit ex eo ꝙ in epe nō est pōde
rositas nec caliditas:⁊ etiā ꝙ nō erit sitis ⁊ vri-
na ⁊ egestio nō mutabunt mutatione de qua sit
curandum. ¶Et si illius corruptionis cā fuerit
extrinseca vel ab aere vel a morsu venenosorum
vel ex occursu medicinarum taliter immutan-
tium vel ex apostematibus in dictis membris:
omnia talia fient nota medico vel per inspectio
nem vel relatu infirmi.

¶Signa vero icteritie splenis sunt correspon
dētia signis que dicta sunt supra sumendo noti
tiam ex causis multiplicātibus meliaʒ ſm epar
vel splenē.nam signum generis est manifestum
qꝛ ipsa nō est citrina immo fit nigra. Et de hoc
dicit Aui.citrina nō fit ex splene omnino: lʒ ni-
gra q̃nq̃ʒ fit ex epate:⁊ tunc hoc est qꝛ eius causa
q̃nq̃ʒ est epar q̃nq̃ʒ splen ſm ꝙ dictum est supra:
vnde nigra splenetica vehementioris est nigre-
dinis:vt dicit Aui.⁊ separant eam.i.distinguūt
sup.ab epatica. Signa duritiei splenis ⁊ magni
tudo eius ⁊ dolores in latere sinistro ⁊ sepe tin-
gitur egestio ad nigrum: ⁊ egō nigra est ad hoc
signum forte:sed nō similiter vrina:qm̄ q̄n est sal
ua ⁊ naturalis in icteritia nigra:tunc ipsa est si
gnificatio ꝙ icteritia est splenetica ⁊ nō ab epa
te. Et de hoc dicebat Auic. q̃nq̃ʒ saluatur vrina
i.naturalis in ea quando.s.nocumentum nō est
adhuc communicatum epati:licet etiam posset
seruari in epatica vrina naturalis vt quando
malitia in epate multiplicata mittitur ad inte
stina:sed vt plurimum in epatica tingitur vri-
na ⁊ non sic in splenetica.

¶Ponebat etiam signum Auicen.in splenetica
differenter ab epatica:quia secundum plurimū
natura est constricta.nam propter melencoliā
transmissam ad intestina obtunditur mordica-
tio colere etiam transeuntis ad intestina.et ita
fit natura cōstricta:lʒ q̃nq̃ʒ accidat vt natura sit
soluta vt quando ad intestina fluit melencolia
acetosa que mordicando incitat. In epatica au
tem nisi fiat propter oppilationem pori ad inte
stina stat vt multum fluxibilitas:quia illa me-
lencolia est adusta acuta.

¶Differunt etiam splenetica ⁊ epatica:quoniā
icteritiam spleneticam nō antecessit citrina vel
viridis icteritia:immo incipit nigra vbi in ni-
gra epatica antecessit plurimum citrina vel vi-
ridis:patet consideranti que dicta sunt supra.
Ita intelligitur in vrina:quia cum vrina fit ni-
gra prius antecessit vrina citrina vel viridis in
epatica:nō sic in splenetica: ⁊ signa oppilatio-
nis in meatibus sunt grauitas in eis vel circa
ea:vt supra dictum est. Et dicebat Auice. quod
fit difficultas dormiendi supra latus sinistruz.
nam per compressionem agitatur melencolia
retenta in splene:et maxime hoc verificatur an
te oppilationem pori ad stomachum. exempli
gratia erat splen primo repletus ⁊ tumefactus
et perditur appetitus ad cibum: et si fuerit in
meatu quo debet deferri melencolia ab epate
ad splenen redditur cutis in totum magis vni-
formiter nigra stante expulsiua epatis in vigo-
re suo: et ita discurre ad alias causas propor-
tionabiliter in icteritia nigra sicut dictum est
in citrina. In causis dico que sunt ex parte de-
bilitatis virtutum vel ex parte oppilationum

De signis icteritie q̃n cā ē oppilatū orificiū veniens ad intestina.

Q̃n oppilatū ē orificiū veniēs ad stōm.

De signis icteritie splenis.

Nota bn̄.

Specialia tamē signa de oppilationibus ꝛ apo
stematibus splenis infra dicentur. Et hec de si-
gnis sufficiant.

Nota documentuꝫ optimū ꝑ cura icteritie.

Cura. Restat nunc venire ad vltimuꝫ vt ad
curā eius ꝛ hic opꝫ cōmemorare vnū
dictum Raſ. 7° cōtinentis ad p̄n^m capituli de
icteritia quo indicatur necessariā esse magnam
cautelam ꝛ attentionē ad curā icteritie ꝓpter
periculum qḋ cōsequitur de morte ad eaꝫ. dicit
sic. Dico audiui Atrus. erat nomen cuiusdam fa
mosi medici: dicentē ꝙ nō viderat passionē de-
teriorem itteritia si dimissa fuerit absqꝫ cura:
qm̄ vidit plures in parte ipsius passionis subi-
taneam sequi mortē pluries: ꝛ est rō verisimilis
ad hoc: qm̄ quecunqꝫ sit istius cā nisi remoueaẗ
icteritia illa mā colerica vel melica abundans
in toto vel in mēbris tandē facit ad destructio-
nem cōplexionum membroꝝ: ꝛ ꝯn̄r ad lesionem
operationum etiam naturalium ipsorum mem
brorum: quarum perfectione conseruatur vita:
et ita mediate sequitur mors.

Nota bn̄.

¶ Cura igitur icteritie est principaľr duplex vt
dicit Aui. in p̄n° cure. Scias ꝙ intentio in cura
tione icteritie ad duas res tēdit: quarū vna est
vt remoueaẗ icteritia ipsa cū eo ꝙ resoluit eam
a cute ꝛ ab oculo ꝛc. Et 2ª vertitur ad cām ꝛ ab-
scindit eā: ꝛ ita intentio vna est ad cām et alia
ad accidens: ꝛ vtraqꝫ intentio completur in du
plici ingenio cōi. s. cū debita dieta ꝛ cū medici-
nalibus. ¶ Intentio tn̄ curationis p° vertitur
ad remotionem cause: qm̄ sine remotione ei⁹ nō
poterit ꝯn̄r remoueri ip̄m accn̄s qḋ est icteritia
precipue cū eius cā est mālis ab intrinseco op-
pilatiua vel ap̄osa: lꝫ etiā aliquotiens cā ab ex-
trinseco est talis impressionis ꝙ nō p̄ōt curari
icteritia nisi prius cureẗ cā vt cōtingit de icteri
tia facta ex venenis. Nam de hac expresse dicit
Aui. ꝙ in curatione nocumenti veneni abscisio
cause est melius qḋ opꝫ p̄mittere. quare opꝫ vt
cum ea occupatio fiat p° sicut etiā est de icteri-
tia materiali pēdente ab ap̄ate: qꝛ ꝛ de hac etiā
expresse dicit Aui. Et ad summū dū nō remoueẗ
ap̄a ꝛ rectificaẗ dispō nō habeas spē in curatio
ne icteritie: cū quedā sint icteritie a cā extrinse
ca cōtingentes que simul cū cā remoueñẗ ꝛ faci
lis est eaꝝ curatio vt est icteritia contingens ex
inflammatione tm̄: vbi etiā fuerit acquisita ta-
lis inflammatio ex cibis calidis sumptis vt ex
nimio vsu mellis ꝛ similiū. Nā de hac dicit Auē
zo. in ca° ꝓprio ad mediū capľi. Si vero cā icte-
ritie fuerit ꝓpter cōicantiam oīum felliū ꝑ to-
tum corpus ex nimio vsu mellis aut ex aliis cau
sis erit curatio eius facilis: qm̄ nō est nisi vt re-
primatur acuitas caloris corporis cum aqua cu
curbite ꝛc. immo aliquotiens tanta vis est in re
gimine ex parte diete stante inflammatione in
causa: ꝙ vbi etiā cōiungatur oppilatio sine apo
stemate sola dieta infrigidatiua curat icteritiā
solummodo remouendo etiā oppilationē sine
aperitiuis: ꝛ hoc experientia manifestauit: ꝛ est
ratio ad hoc satisfaciens: qꝛ ad alterationē ma-
litie cōplexionis fortificata ipsa: ꝛ aperit oppi-
lationes ꝛ corrigit nocumentū in toto: ꝛ hoc p̄-
cipue verificatur in corpore forti. ¶ Quia tamē
magis regularis est op̄atio que incipit a remo-
tione cause. Primo ordinabimus dietā ꝛ medi-
cinas cōuenientes ꝟm diuersitatē causaꝝ. dein-
de veniemus ad curā accidentis. s. icteritie ꝛ fe-
de apparentie coloris in toto ꝛ precipue in ocu
lis. Et qm̄ cause icteritie vt dicit Gordo. in p̄n°
cure ad tres possunt reduci causas. s. ad veneno
sas ꝛ extraneas: ꝛ ad causas calidas ꝛ ad frigi-
das sup. sine oppilatione ꝛ ad oppilatiuas: po-
test addi quarta vt est illa que fit ex crisi non exi
stente notabili nocumento in epate.

De cura icteritie a morsu aīalis veneno si facte.

¶ Primo circa cās venenosas siue per viā mor-
sus siue per viā sumpti veneni expediendo bre-
uiter opꝫ vt destruatur malitia veneni primū:
deinde remittatur qualitas cōiter sequens ad
venenum vt inflāmatio ꝛ adustio in humorib⁹.
Et ita vt supra allegatū est de mente Gal. 5° in-
terioꝝ in causis. In primis vtatur tyriaca vľ me
tridato exhibendo. ʒ. j. vsqꝫ ad. ʒ. j. ʒ. cū aqua bu
glosse vel acetose. Si tn̄ fuerit venenū sumptū
interius de recēti ꝓuoceẗ vomitus ꝟm can̄. cō-
munes in cura veneni: ꝛ cū remittētibus ꝛ inui
scantibus venenū vt lacte ꝛ vnctuosis et aqua
casei. Nam etiā talia in venenis reptiliū dicit
Rasis in diuisionibus ꝙ lac ꝛ oleū amig. dul. est
cura semꝑ si sumanẗ in potu cū acetosoꝝ etiam
exhibitiōe vt aqua granatoꝝ ꝛ aqua altarascon
ꝛ pomorum acetosoꝝ. Et dicit Aza. ꝛ cōferūt ad
hoc sua ꝓprietate poma acria. Halya. aūt vltra
hec frigida que etiā laudauit ꝛ maxime spumā
psilij. i. mucilaginē eius ꝛ trociscos cāphore cō-
stante virtute in morsu venenoso aīalis calidi
minuere patientis venam medianam. Sed ego
credo ꝙ hoc intelligat in ꝓcessu cōicato nocu-
mento toti ꝛ inflāmata massa sanguinea in to-
to: qm̄ flōmia in p̄n° facta esset suspecta qm̄ con
uerteret venenositatē versus principalia: et iō
bene est cauendum in hoc. Nam vomitus est in
omni icteritia iuuatiuus vt dicit Aui. sed in hoc
casu est ꝑcipui iuuamenti. In morsib⁹ tn̄ repti-
lium nō esset ꝓuocandus vomitus: nisi deflux-
essent humiditates ad stōm ex malitia veneni
ne conuerteretur venenum ad principalia.

Not. de vomitu.

¶ Exhibito igitur metridato. Postea pro remo
tione malitie cōplexionis valet singulꝛ succus
acetose ꝛ acetositas citri ꝛ syrupi eoꝝ. Et de hoc
ponit hystoriā Auenzo. sub his verbis dixit. Et
accidit aliqn̄ icteritia ex potu venenose rei sicut
Haly filio in sibilia qui factus est ictericus ꝛ ap
petitus ei⁹ discesserat. Addit: ꝛ vidi in eo qḋdā
quod non intelligebam timēs ne cepisset in po
tu aliquod quod operaretur hoc a complexiōe
ꝑ ca propria non cum tota eius substantia sup.
ponliditatem. Addit: cui dedi de lapide bezar pon-
dus granorum. iij. Et hic nota dosim huius la-
pidis cuꝫ. ℥. v. succi. cucumeris palestini vľ sup.
melonum vel cucurbite. Et declarans cām qua-
re cum hoc succo dedit dixit. Intendens per suc
cum resistere humori contra eius malam cōple-
xionem sup. manifestam: ꝛ cum lapide bezar re
sistere rei que mutauit hūores ꝟm totā sui sub-
stantiam. Addit: vnde restiti complexioni cali-
de cum frigido: puta cum illo succo ꝛ proprieta
te rei mutātis cum proprietate restiti toti sub-
stantie cum tota substantia sup. cum lapide be-
zar: ꝛ sanatus est perfecte ꝛ liberatus est a pas-
sionibus ꝛ veneno. ¶ Sed si queratur vnde au
tores in his venenis vltra tyriacales medici-
nas exhibent medicinas frigidas vt succos fri-
gidos ꝛ acetosos: cum tamē sint aliqua venena

Nota hystoriam.

Nota dosim lapidis bezar.

No. bonā rissionem.

frigida non imprimentia caliditatem nec adu/stionem in quibus non competunt ista acetosa in remotione malitie complexionis. Breuiter dicatur ꝙ a talibus venenis non causatur icteritia neq citrina neq nigra maxime ex his que in potu sumuntur: cum per talia venena mortificato calido nāli non reddatur ꝟñr potens expellere mām ad cutim. ¶ De reptilibus aūt venenosis si forte reperiatur ꝙ aliquod per eius morsum permutat humorem circa membra existentē congelando ad fuscum: ⁊ ita vt possit fieri apparentia nigra in cuti: dico tunc ꝙ illa q̄litas congelatiua non est bene cōicabilis humoribus ſm omnia membra extrinseca existentibus sicut est de qualitate venenosa calefaciēte ⁊ adurente: ⁊ ita fiet macula tm̄ in pticulari membro morso ⁊ non icteritia toti communis.

De cura icteritie p uenientis ex apate.

¶ Et qm̄ vt supra dictum est icteritia cōtingente ex apate non est spes in curatione nisi remoto apate: dieta ⁊ cura medicinalis apatum req̄ratur supra in caº superiore: q: in plongatione sermonis non est vtilitas vt dicit Aui. in hoc capitulo. ¶ Quia etiam in opilatiua contingente ex nascentia rei vt carnositatis vel poro est incurabilis: de his non erit specialis cura neq quo ad dietam neq quo ad medicinalia nisi secūdū modum qui dicetur in cura opilationum aliaꝝ sine apostemate. Nam de his dicit Aui. ⁊ si fuerit opilatio ex nascentia rei alicuius non existimo ꝙ sit ei medicina: vertetur ergo intentio et quo ad dietam ⁊ quo ad medicīas ad duas causas principales vt ad causam calidam mālē vel immālem vt est multiplicatiua colere. scd̄a vertetur ad cām frigidam cum qua vt plm̄ coniungitur opilatio.

De dispō/ne aeris.

¶ Circa igitur dietam ⁊ ex parte aeris ⁊ aliaꝝ reꝝ nō nālium conuenientez in cā cauendum est ab oībus illis que ducūt ad superinflāmationem: de q̄bus supra abundanter dictum est in dieta doloris a malitia cōplxōnis calide ⁊ vtendum dieta contraria. verbigratia. si est mala complexio calida in epate vel in toto multiplicatiua colere debet aer ad frigidum declinare in estate ⁊ in hyeme sit temperatus: qm̄ aer frigidus licet iuuaret ex vna parte attract⁹ interius ad causam: tñ extrinsecus occurrēs sua frigiditate obturaret poros: ⁊ sic phibendo dissolutionem noceret accidenti. ¶ Motus etiam ⁊ exercitium superfluum in isto casu nocēt sicut etiā ⁊ vigilie superflue: lꝫ motus cōmēsuratus factus añ cibū cōueniat. Exercitiū etiā factum cum fricationibus extremoꝝ ⁊ totius corporis vbi nō sit ad inflāmationē ducēs: sed tm̄ purificās ⁊ rarefaciēs cutim est in casu cōueniens: et tale exercitiū minorata materia ⁊ pro notabili parte eūata est maxime iuuās: qm̄ mām ad exterius cōuertit. sicut etiā exercitium oculoꝝ: vt inspicere res citrinas facit ad cōuersionē materie ad oculos: ⁊ maxime valēs in icteritia creticā ⁊ hac causa etiā ⁊ maxime nocēt inflāmatio ⁊ ira et ꝟñr abstinētia ⁊ inanitio nimia: ⁊ econtra in causa frigida siue cōiungat̄ oppillatio vt plerunq sit ex materia flegmatica: tunc aer pa rumper debet ad calidum magis declinare. Motus etiam ⁊ exercitium magis conuenit et non ita nocent vigilie neq aliqualis animalis passio inflammatiua. Inanitio etiam magis laudatur sicut repletio superflua magis nocet.

¶ In cibis autem et potibus dicit Aui. ad finē capituli ⁊ cibus quidem ictericorum est ille q̄ alleuiat ⁊ subtiliat: ⁊ in quo est aptio alleuiat i. qui facile digeritur vl' alleuiat. i. abstergit: iō aqua or. in calida est multum conueniens: sicut dcm̄ est supra in capº dolorum epatis vbi sunt posita iuuamēta eius: sed satis sit hec ꝙ infrigidat ⁊ abstergit ⁊ lauat ⁊ aperit: ⁊ ita valēt alia olera frigida vt lactuca endiuia: precipue quoniam lauat ⁊ dilatat meatus: ⁊ qñ cum malitia complexionis calide cōiungatur oppilatio ⁊ fe. tūc attriplices sunt boni valde: vt dicit Aui. qm̄ vt dicit sunt aperitiui ⁊ extinctiui: ⁊ idem dicit Ras. 7º cōtinētis: ⁊ sil'r radix lactuce est in hoc notabilis iuuamēti. ¶ Nutriātur ergo tales cū cibis q̄ infrigidant ⁊ humectāt: vt dicebat Se. cum equalitate sicut aqua or. in qua est abstersio ⁊ aptio vt supra dicebat̄ ⁊ non oppilat: ⁊ precipue dicit Sera. qm̄ commiscet̄ cum ea aliq̄d aceti. Cucurbite etiam ⁊ cucumeres sunt in hoc casu cōuenieētes. Laudauit etiam Ga. in libello de cura icteritie pulmenta de or. ⁊ pisces molliū carnium in hac intētiōe maxime petrinos: etiā cōueniūt in causa frigida napi optime decocti ⁊ caules modice decocti ⁊ brodiuꝫ cicerum: ⁊ de caulibus dicit Ga. in libello de icteritia. Domesticorum ꝟo olerum aptissimus est caulis ⁊ brodium eius. Laudantur tñ pisces petrosi ꝑcipue decocti cum aceto ⁊ apio. Laudauit etiā Sera. carnes pullorum ⁊ coturnicum decoctas cū aq̄ agreste ⁊ aqua granatorum acetosorum ⁊ apio. ¶ De carnibus tñ dicit Aui. nō oꝫ vt perueniat nisi ad hoc qd̄ est leue ex carnibus: ⁊ ad ius carnis auis: ⁊ dicit Gale. in libello allegato ꝙ carnes syluestres sunt meliores domesticis ⁊ elixate ꝙ̄ assate: ⁊ ꝙ excipe opꝫ omnia paludosa ⁊ aq̄tica. i. carnes horū: ⁊ ita dimittēda sunt omnia assata. valent etiā in isto casu ꝑcipue in frigida carnes caponū ⁊ vituloꝝ cocte cum modico aceti ⁊ apij. Et de carnibus vitulorum dicit Rabi. 21ª particula affor. caro vaccina intelligēdo de vitulis: cocta cum aceto. i. modico aceti. Nā cibi ictericorum vt dicit Ras. in diuisionibus debēt esse acetosi specialitate quā habet icteritie ꝯuenit ⁊ expellit colerā p secessuꝫ: lꝫ reperiatur aliqua litera q̄ dicit caro porcina: sed litera est corrupta iudicio meo: qm̄ ēt Auic. laudat cibos infrigidatiuos de piscibus ⁊ cibos infrigidatiuos de carne vaccina: ⁊ hedina: ⁊ idem voluit Ras. 7º ꝯti. i cura icteritie in qua sanguis est colericus in toto peccans in qua est vtēdum reb⁹ extinctiuis: ⁊ dicit ꝙ cōfersit huic carnes vaccine ⁊ pisces cōditi cum aceto postꝙ̄ ista dicta numerauit cum quibusdam succis olerum frigidorum. Addit. plurima nāq istorū ꝙ̄uis ex cibis sint: tamen eis inest proprietas fortiorum medicinarum huius capituli in rectificando complexionem: ⁊ ita innuebat ꝙ valent a proprietate ⁊ ex carnibus etiam singulariter valet: vt dicit Serapiō caro eritij: quod est quia prouocat vrinam vt dicit credo ex proprietate etiam epar cōfortet. Nam dicebat Auicenna ⁊ quandoq sumatur ex carne eritij propter fortitudinem sue prouocationis ⁊ mundificationis ⁊ conuenientie sue ad epar. Et Galenus posuit intelligi debere de eritio terestri: sed bonum erit preparare carnes tales secūdum modum dictū. s. de limacijs

Nota bñ.

propter amouere apparentem viscositatē ī eis. ¶ Panis aūt dicit Serap. cōueniens illi q̄ hꝫ icteritiā est cuius fermētatio bona est. i. cōmensurata p̄ter ꝙ sit mundus. i. cum eo sit aliq̄d furfuris. Addit: ⁊ sit digestio eius velox ⁊ non corrumpatur. Num furfur facit ad abstersionem et precipue talis panis conueniens est in icteritia a cā frigida ⁊ in qua cōiungitur opilatio: et tunc si permiscetur cum aqua decoctionis ord. ⁊ apij est magis conueniens etiam cum modicissimo salis. Et Gal. in libello de icteritia vt supra dicit ꝙ panis dꝫ esse fermentatus salitus nō purus. i. ꝙ non sit furfur in totum exclusum ab eo. Nam ista remouent aliqualem viscositatem repertam in frumento: ⁊ hoc intelligitur vbi non sit malitia complexionis calide tm̄ sine mā generantis plurimam coleram subtilem. Nam in illo casu dicit Aui. ⁊ qñq꜄ conuenit vt cibetur infirmus pane azimo ⁊ sale trito ⁊ endiuia plurima septem diebus: hoc enim lauat fel ⁊ remouet putrefactionem eius: ⁊ ingrossat id qd̄ est in eo. Panis enim azimus ingrossat coleram: et sal prohibet putrefactionem ⁊ endiuia abstergit ⁊ aperit epar ⁊ fel. ¶ De fructibus in cōplōne calida valent ceresa ⁊ aliqua poma aggrestia ⁊ poma granatorum ⁊ melones precipue. Et aliqui laudant mora immatura multū ad hoc: et in cā frigida vt supra dicebatur: valent vue passe sine arillis ⁊ amig. ⁊ in forti opilatione sunt amigdale amare: ⁊ tunc etiam phistici sunt singulares. ¶ Potus aūt eoꝝ vt dicit Sera. bibāt ex vino qd̄ est subtile medium inter nouū ⁊ vetus: qm̄ recens generat opilationes ⁊ humores grossos. Addit: ⁊ fortassis antiquum conuertit ad coleram velociter: dꝫ tñ potus eius eē mixtꝰ. Nam dicit Aui. non conceditur istis vt bibant vinum nisi plurime permixtum cum aqua: intelligendo de vino mediocri. Et si fuerit album credo magis conueniet: ⁊ sit aqua cum qua permiscetur vinum aqua decoc. radi. endiuie in cā magis calida: ⁊ in frigida aqua decoc. radi. feniculi ⁊ apij. Et hec q̄ntum ad dietam sufficiant.

De scd̄a intētione curatiua.

Medicinalia. Ad medicinalia vero veniendo primo ponetur cura icteritie a cā calida pendentis siue a cā p̄mitiua fuerit contingens siue vitio epatis siue opilatione siue ex supercalefactione ex corruptiōe venarum ⁊ membrorum. ¶ Stante igit̄ inflammatione in cā multiplicationis colere ꝑm epar ⁊ vicina membra si coniūgatur in toto repletio sanguinea vel circa epar: tunc ad infrigidandū primo valet flōia basilice que mensuretur scd̄m al's sepe dicta: ⁊ aliqñ oportet etiam vt flōmentur saphene: ⁊ si propter aliquam circunstātiaꝫ non possit fieri flōia propter impedimenta que aliqñ contingunt: vt al's dictum est: tunc iussit Aui. fieri scarificationem cum ventosis facta scarificatione supra locum epatis sub spatula dextra: aut in epate in spacio qd̄ est infra costas: et ita innuebat ꝙ non fiat super ipsū epar ne attrahatur mā vel sequeretur aliud nocumentuꝫ. ¶ Et expedita hac intentione ꝑ flōiam: tunc dicebat Rasis 7° ꝯtiñ. Cum icteritia fuerit cū feb. vel feb. cū ea vel sup. sine feb. sed fuerit multa inflammatio causa istius in principio vtendū est est infrigidatiuis sicut aqua ordei ⁊ prouocatiuis ad vrinam sicut sirupo acetoso sup. cū aquis

No. de flobothomia

endiuie vel lupulorum: ⁊ continuando dixit: et cibario confecto de attriplice bletis ⁊ similibꝰ: etiam emplastro super epar confecto cuꝫ vtroq꜄ sandalo frequenter supponendo ⁊ infra per. 12. lineas. de hoc emplastro loquēs dixit. Dico ego quoq꜄ nunq̄ꝫ vidi aliquod in icteritia contingēte cum caliditate vehementi ⁊ inflammatione esse vtilius q̄ꝫ sit emplastrum confectū de vtroq꜄ sandalo: ita tamen quod apponatur frequenter inquantum sentiatur frigidum peruenire ad ꝓfundum etiam infrigidandum. nam vrina alias tunc mane sit inde. Et eandem sententiam posuit Aui. dicens: ⁊ fac emplastrum epati ⁊ ei in eo qd̄ est in circuitu eius cuꝫ succis infrigidatiuis super niuem ⁊ duobus sandalis ⁊ camphora ita vt sentiatur infrigidatio interius. Ipsum enim remouet icteritiam ⁊ albificat vrinam in diebꝰ aliquibus: ⁊ hoc esset tutum nisi corpus esset paratum opilationi. Nam tunc cum succis infrigidatiuis esset ponendum aliquid de cuscute succo ⁊ absinthij cum modico aceti ad prohibēduꝫ istā opilationem. Et hoc etiam totum verum est nō in toto te tantum inflammatione circa epar ⁊ nō in toto que sit causa icteritie: quoniam si fuerit suꝑ inflammatio in venis: ⁊ in toto vnde conuertatur sanguis ad naturam colericam: tunc non licet epithimare circa totum cum actu frigidis ⁊ stipticis: sed iubent auctores ⁊ Aui. specialiter ⁊ in hoc casu fiat balneū toti cōe infrigidatiuuꝫ ⁊ humectatiuū: sed non sit actu frigidū sed tēperatū. nā tūc īfrigidatur ⁊ cor ⁊ epar ⁊ vesica. vnde ꝯñr influitur infrigidatio supra totuꝫ dicit sic. Et quando caliditas est in toto corpore infrigides epar ⁊ vesicam ⁊ venas ⁊ proprie qñ administras balneationē cum aquis frigidis ⁊ tepidis: in idest frigidis in potentia ⁊ tepidis in actu: in quibus decocte sunt medicine frigide et humide: vt sup. sunt endiuia: lactuca: portucula. malua: atriplex: nenufar et huiusmodi. Addit remouendo errorem. Aqua vero frigida actu et illa in qua sunt virtutes medicinarum stipticantiū prohibent resolutionem icteritie sup. que est in cuti totius: cum hoc tamen stat vt facto balneo ꝑm totum et posito corpore in lecto per tempus parum sit conueniens apponere emplastrum de sandalis ante dictum supra epar infrigidatiuū cum formali frigiditate renouando ipsum vt dictum est: quoniam infrigidando epar mediate infrigidantur vene ⁊ totum: ⁊ non est timor de prohibitione resolutionis a toto. ¶ Et ita etiaꝫ debet infrigidari cor cum epithimatibus cordi appropriatis factis: scilicet cum aqua ro. vio. nenufaris ⁊ buglosse addendo parum croci ⁊ camphore et croci ad confortandum. Et ista epithimatio cordis conuenit etiam in febribus acutis vbi non est icteritia etiam ab ipso principio non sic tamē esset de epithimatibus epatis: qm̄ sepe in febribus materialibus materia est circa epar peccans. Ideo ne impingat̄ materia ⁊ fiat oppillatio prohibentur epithimata circa epar nisi facta mundificatione: ⁊ talis timor non contingit de epithimate facto circa cor: quia causa materialis ledens non est circa cor nisi in febri. pestilentialibus vel in causone: in quibus ca sibus vel propter maximā flāmā minuendo vel propter confortare cor ⁊ ꝓhibere ne ī eo fiat impressio male q̄litatis venenose opꝫ a p̄nº ipsum

Not. bene

Not. bene

Nota bñ

cor epithimare. Et hoc libenter dixi ꝑpter multos qui equaliter timent epithimare cor ⁊ epar in febribus. ¶ Cōsequenter ꝑ interius opȝ īfrigidare ⁊ alterare etiā cū medicinis multū infrigidatiuis: vt sunt trocisci de cāphora quos ponit Aui. qui sunt singulares ī casu: ⁊ descriptio eorum est talis. ℞. seminū citrulli: se. endiuie et lactuce ⁊ granoꝝ cucurbite excorticatoꝝ et sandal. oium ⁊ spodij: ⁊ ro. ru. añ. partes equales: ⁊ proijciatur sup oēs. ʒ. ij. ex eis chirat. j. i. gra. iiij. camphore ⁊ fiant inde trocisci: ⁊ sumat. ʒ. j. vel ʒ. j. ß. cū aquis appropriatis: vt aqua endi. vel lactuce ⁊ modico cuscute. Ualent etiā ad hāc intentionem alteratiuā ⁊ digestiuā materie colerice syrupi appropriati vt syrupus acetosus simplex cū aqua endi. syrupus de acetositate citri de qua dicit Aui. laudādo acetositatem citri in isto casu. Et qñq3 ponit ꝑpter calidā icteritiam in eis acetositas citri: qm̄ est vehemētis abstersionis cū sua incisione in omni tinctura ⁊ syrupus de lymonibus: ⁊ syrupus de papauere ⁊ est fortius ⁊ sumant cū aqua or. vel endiuie. Et ita pro alteratiuis ⁊ cōfectionibus valent triasan. et diadragantum frigidū: Et ita cū his ⁊ similibus completur intentio alteratiōis malitie cōplexionis ⁊ digōnis materie colerice dñantis.

No. bñ de acetositate citri.

¶ Cōsequenter insurgit intētio de eūone materie colerice si fuerit mā colerica p̄ncipaliter peccans: q2 si fuerit in cōcauitate epis peccās proprijssime debet eūo ꝑ intestina: ⁊ si fuerit circa gibbum peccās ⁊ modice quantitatis magis ei debetur eūo ꝑ vrinā: vt al's fuit dictū: ⁊ si fuerit in ambitu totius magis cōuenit eūo ꝑ sudorē.

¶ Peccante ergo mā eūanda ꝑ secessuȝ aqua lactis ponit singularis: ⁊ maxime aqua lactis facta ſm modū Aui. in isto caº. Nā ista est lauatiua abstersiua eductiua ꝑ secessum ⁊ nitrositate propria ⁊ quadā vi solutionis acq̄sita ꝑ carthamum positū ad separandū caseitatē ab aquositate dicit sic Aui. descriptio aque casei bona. ℞. lactis caprini lib. iij. cartami quantū manu capi pōt: teratur ⁊ dissoluatur digitis in lacte hora vna. deinde colet ⁊ dimittat lac vt coaguletur in nocte: ⁊ ita facta separatione caseitatis: deinde colet a caseitate sua ⁊ accipiat aquositas ei9 et hec aqua est medicina ꝑ se soluēs si fuerit notabilis quātitatis: tarde tñ sołonis: ideo ad accelerandum solutionē addat aliquid salis. De ea etiā dixit Ra. 7º cōtiñ. aqua casei sanat ictericium magis q̄ alie medicine: dosis eius cōis est. ʒ. xx. vel circa. Est etiā medicina vt mr cōueniens infusionis medicinaꝝ valentium in casu: vt sunt mirabol. citri. fumus terre ⁊ aliquotiēs scamonea correcta. nā iuuat solutionē eoꝝ ⁊ remittit nocumentū p̄cipue scamonee. ¶ Et posset fieri cōpositio vtilis in casu ſm formā: vt infra. ℞. florū borag. viol. fumiterre. añ. ʒ. j. fiat lenis decoctio in dicta aqua casei debite quātitatis: deinde facta colatura dissoluat manne. ʒ. j. cassie nouiter extracte. ʒ. ß. tamarindoꝝ. ʒ. ij. ⁊ tota bene colata exhibeat mane. Et si placet possumus facere infusionē in dicta aqua mirabol. citri. ʒ. iij. qui stent in infusione ꝑ. x. horas cuȝ. ʒ. j. passul. sine arillis ⁊ cū floribus viol. ⁊ borag. vt supra: postea facta colatura addat colature cassie ⁊ tamarindoꝝ. añ. ʒ. ß. ⁊ nō obediente nā possunt addi. iij. vel. iiij. grana diagridij et fortior erit operatio.

Des. aque casei Aui.

Des. bone medicine.

¶ Sed si materia fuerit in gibbo epatis peccans: ⁊ modica tunc cōueniunt ꝑuocatiua vrine leuia: ⁊ in hoc valet aqua decoctionis seminū cōium frigidoꝝ ⁊ radicuȝ endiuie ⁊ cuscute: ⁊ valet aqua apij singulariter ⁊ cicoree: et si addatur cū his parū vini subtilis in quo facta fuit infusio parū spice erit forte ꝑuocatiuū sed si materia fuerit peccans in toto expellēda per cutim per sudorem vel insensibiliter dicet inferius vbi ponetur cura icteritie cretice.

¶ Sed si materia fuerit magis grossa colerica cui cōiungit oppilatio oportebit ingrediēdo ⁊ remittendo malitiā eius simul cū apertione vti fortioribus incisiuis ⁊ magis aperitiuis. Et ita in isto casu valet syrupus de cicorea supra positus: ⁊ syrupus de duabus radicibus vel syrup9 de bizantijs cū aceto cū aquis cicoree cuscute ⁊ absinthij: valet etiā nō existente fe. si fiat syrup9 vt īfra. ℞. radicū cicoree endi. feniculi ⁊ apij. añ. ʒ. ij. radicū sparagi brusci. añ. ʒ. ß. capil. ve. ⁊ politrici folioꝝ endi. scariole ypericon añ. M. j. decoquant ⁊ in colatura ponant succi eupatorij depurati. ʒ. vj. ⁊ cū zuc. syrupizet ⁊ aromatizetur cū aceto vini al. ⁊ exhibeat cuȝ aqua apij. Et si magis vis aperire exhibeat cū aqua decoctionis folioꝝ raffani: q2 ab autoribus multuȝ laudatur in hoc casu. ¶ Et tunc apparēte digestione in mā cōueniens est eūo cū solutiuis fortioribus vt cū aloe agarico reubar. ⁊ silibus: et de hoc dicebat Aui. in hoc casu loquēs. Cūq3 apparet maturatio experire ea in q̄bus est scamonea ⁊ aloes ⁊ similia: postq̄ fregeris. i. remiseris acuitatē horū cū eis que sunt sicut aqua cuscute ⁊ endiuie: ⁊ ita in casu pōt fieri potio: vt īfra ℞. reubar. electi. ʒ. ij. agarici. ʒ. j. spice sal. gēme. añ. ℈. ß. infundant in aquis cicoree endi. et apij cū modico oxymel. simplicis: ⁊ facta expressione post. xij. horas addatur colature. ʒ. j. cassie nouiter extracte: ⁊ si nō sufficiat addat electuarij de succo ro. ʒ. j. vel. ʒ. j. ß. ⁊ erit dosis sufficiens: vel possunt fieri pillule: vt infra. ℞. aloes. ʒ. j. aga. ℈. j. scamonee grana. iij. masticis grana. v. succi eupatorij gra. iij. cū succo folioꝝ raffani. fiāt pillule ⁊ est dosis. j. et stent facte per octo dies iste pillule ⁊ alie que de recēti fiunt ex simplicibus antequam exhibeantur.

De cura icteritie qñ colera est grossa.

Not. de aq̄ raffani.

Des. cuiusdā pillularū ī hoc casu cōuenientium.

¶ Postea facta eductione sufficienti possumus sequi cum aperitiuis cum tunc non sit periculū quod ante solutionem erat in prouocando: vt supra dictuȝ est in capitulo superiore. et hic laudauit Haly. puluerem: vt infra. ℞. abs. greci. ʒ. iij. semi. attriplicis. ʒ. v. succi eupatorij rauedseni. i. reubar. cuiusq3. añ. ʒ. j. ß. tere omnia diligēter et sume ex his. ʒ. ij. cuȝ. ʒ. j. ß. vini mixti aqua in qua capil. veñ. coxeris.

¶ Et in hoc casu etiā tunc in ꝑuocatione valet singulariter succus abs. vel melius decoc. abs. ⁊ cuscute cū semie attriplicis ⁊ apij: l3 decoc. abs. sola sit in casu multum valēs: immo de ea dixit Rasis 7º. continentis. Decoctio abs. quolibet die supta in potu in quantitate. ʒ. iiij. ß. sanat icteritiam vt infra explicuit quolibet die. s. per decem dies cōtinuos que decoctio et si sit amara: tamen propter maximū eius iuuamentū nō est spernenda. nam de ea dicit Gal. in libello de cura icteritie inducendo infirmos ad ipsaȝ acceprandum. Opȝ autē coquere abs. in aqua ⁊ co

latum dare ictericis. Optimū em̄ est pharmacū et si quis animose offerat nō attēdas ad amaritudinem: et interponens quasdā herbas ꝙ multo sunt amariora absin. vt gētiana aristologia cētaurea et multa alia. Addit sniam multū egregiā dicens. Nempe ꝑtermittere qđ est iuuatiuū propter gustū ingenerosum est sicut assumere quid nociuum ꝓpter delectationē nephandā ꝛc. Dicebat tñ Ras. 7° cōtiñ. ꝙ succus radicū absin. maioris est iuuamēti sumptus in potu in quātitate. ℥. iij. cū. ℥. j. ß. aceti. Ego tñ starē in decoctiōe dicta supra: et ad hunc locū potes reducere multa dcā. š. in curatione oppilatiouū a mā cal'a.

Nota egregiā sententiā Bal.

De cura icteritie qñ est frigida.

❡ Et si cā fuerit frida et oppilatiua pñt exhiberi syru. magis calefactiui et digestiui vt syrup⁹ acetosus cōpositus. vt xbi gratia sumēdo. ℥. j. eiusdem syrupi cū. ℥. ß. syrupi de eupatorio cū aqua decoctionis raffani polij et cuscute. nā de aqua raffani et ꝓprie folioꝝ eius dicit Aui. 2° cañ. aperit oppilationes e᷒is et remouet icteritiā. nam fortius. de raffano est semen ei⁹: vt vult: deinde cortex ipsius: deinde folia: postea caro ipsi⁹: ita ꝙ foliorum aque vel decoctionis vel sublimationis fortior ad hoc est aqua substātie raffani.

❡ Uel pōt fieri syrupus magistralis ꝭm formā vt infra. ℞. cicerū nigroꝝ lib. ß. radicuȝ feniculi apij et brusci. añ. ℥. ij. acori cyperi aristo. añ. ℥. ß. anisi carui dauci añ. ʒ. ij. eupatorij capil'. ve. cicoree scolopendrie folioꝝ raffani. añ. M. j. prassij ipericon añ. M. ß. rubee tinctorum cuscute. añ. ʒ. ij. bulliant omnia simul et colentur et cum modico aceti et melle quod sufficit fiat syrupus.

❡ Et tunc ꝓ solutiuo dicit Aui. ad istā intētionem. Et ex his que nos ꝓbauimus est vt sumat aloes. ʒ. j. et scamonee dauich. j. et sal'. naptici. ʒ. vnius quartā: et rubee tinctoꝝ et agarici: amboꝝ añ. ʒ. ß. fiant ex his pillule et bibant cuȝ aqua de seminibus: verū est ꝙ dos est satis fortis. ❡ Et si placet potes facere infusionē in casu valentē vt infra. ℞. corticum mirabolanoꝝ chebul'. ℥. ß. turbith. ʒ. j. infundant in aqua decoctionis polypodij: liquiritie: passulaꝝ mundataꝝ. exempli gratia. ponēdo de singulo horū. ℥. ß. cū decoctione spice nardi. ℈. ij. seis anisi. ʒ. ß. et postꝙ steterint in infusione ꝑ duodecim horas fiat colatura cui addant hiere simplicis Bal'. ʒ. vj. et est dosis vna. ❡ Et qñ nō sufficienter operarent medicine et oppil'o esset diuturna: tūc laudat Auic. fieri vomitū ꝓpter cōmouere materias vt reddantur habiliores ad solutionē fiendā: et de hoc dixit Serap̄. In illis aūt qui nō iuuantur potu medicine solutiue sup. sufficienter opȝ vt tu iteres dando eis in potu medicamen qđ sit magis vltimum illo medicamine vice 2ª et sit forte aperitiuum: et opȝ vt euacues eos 2° ꝭm quātitatē quā tolerat virt⁹. Addit: et cōfert in hac spē icteritie etiā vomitus. fortassis em̄ aperit oppilatio vt dicit ꝑ motū laboriosuȝ quē facit accidere vomitus. ❡ Et ita facta cōuenienti euātione procedendū est ad magis apitiua et ꝓuocatiua. Et de his dicebat Aui. ex apitiuis bonis ꝓprijs huius capli sunt squilla et assaꝝ. vñ pōt exhiberi oxymel squilliticū cū aqua decoctiōis assari vel anisi ꝛc. Et in hoc casu laudabat Serap̄. capparem cū aceto cōditum et in forma puluerū dicebat Aui. Et ex diureticis ꝓprijs est vt sumant nuces cupssi pōdus. ʒ. ij. cū pōdere. ʒ. ij. cassielig. et bibatur cū vino antiquo. intelligat si nō fuerit fe. vel saltē nō valida qm̄ minget icteritiaȝ totam vt dicit. i. totā cām icteritie ꝑ vrinā educet: et ibi laudat via cibi carnē ericij cū vi prouocationis et cōuenientia cū epate dixit: et qñq; iuuantur cum carne ericij ꝓpter fortitudineȝ sue prouocationis et mūdificationis et ꝯueniētie sue ad epar.

Infusio multū valēs in hoc casu.

❡ In euōne tñ nō sunt omittēda clysteria appropriata et maxime cū stat oppilatio i poro ad intestina. Nam in his vt dicit Ras. in diuisionibus ꝯferunt ꝓprie clysteria in q̄b⁹ est acuitas et solutio de quibus dicit Auic. assumant ei solutiua ex eis que sunt sicut epithimū et polypodium. verbi gratia. pōt fieri cōpositio vt īfra ℞. bletis prassij mercurialis. añ. M. j. eupatorij absinthij. añ. M. ß. agari. epithimi. añ. ʒ. j. ß. polypodij. ʒ. ij. ponant agaricus et epithimū in petia et oīa simul decoquant in aqua debite quantitatis: et facta colatura de eadē sumant. ℥. xv. vel. xx. cui addat cassiefi. hiere simplicis. añ. ℥. ß. hieralogodion. ʒ. ij. olei de lilio et camomil'. añ. ℥. j. ß. salis gemme. ʒ. iij. misce: fiat clystere: et hec est forma de clysteri acuto: qđ tñ fieri nō dȝ nisi mollificato ventre cū alijs clysteribus mollioribus factis cū camomil'. ficla et furfure decoc. post ea accipiendo. ℥. j. cassie et hiere. ʒ. ij. cuȝ oleo cōi et sale cōi: et ita mollificato ventre pōt fieri clystere forte: vt supra. Et qñ illud nō sufficeret potest etiā mollificari ponēdo in decoctione mentastrum fluuiale et camedreos et camepitheos: et de camepitheos dixit Ras. 7° contiñ. ꝙ magis cōfert icteritie ꝙ̄ alie medicine: et hoc totū itelligatur qñ materia oppilationis sit mā frigida flātica grossa vt sepe euenit et nō sit cōiuncta fe. saltem valida: qm̄ vbi esset mā colerica oppilās valida vl' sua multitudine vel cōiungeret cū fe. apate esset mitius agendū vt cum aqua lactis et reubarbaro et semine attriplicis cū modica scamonea vel cū acetositate ✠ cydonioꝝ i q̄ est abstersio et incisio: et de qua dicit Ras. 7° cōtiñ. ꝙ ipsa acetositas cydonioꝝ est cōferens valde icteritie cuȝ modico vino cocto. ❡ Et ista cura pauloante dicta: ꝯuenit etiā in oppilationib⁹ meatus ad stōm vel in poro chistis fellis suggēre colerā ad intestina: sed hic magis valēt ebibita ꝙ̄ clysterizata: lȝ clysteria etiam sunt multi iuuamenti in his. ❡ Et si propter oppilationē sit facta repletio colerica in chisti fellis vel propter fortitudinē attractiue: vt supra dicebat sit subito repleta vacuitas chistis: tūc stat pª intentio in euōne colere cum his que dicta sunt. š. et maxime aqua lactis est in hoc precipui iuuamenti fortificata cum scamonea et carthamo.

No. de clysteribus.

Nota hūc canonē.

Al's citri.

De cura icteritie facta ab oppilatione chistis fellis.

❡ Sed vbi ex excessu cōplexionis calide vel frigide sint debilitate virtutes epatis vt sequestratiua vel digestiua vel expulsiua: tūc occurrēduȝ est cū alterātibus ad cōtrariū cōfortātib⁹: tñ ex ꝓprietate epar de q̄bus abūde dictū est. š. i ca° superiore. verbi gratia. in causa calida cum trociscis de spodio et exterius rectificando epar cuȝ sandalis et succo endiuie et modico spice. ❡ Et in causa frigida sumēdo trociscos de absin. et trociscos de aniso et trociscos de reubarbaro de diacurcuma et lacca et que his sunt similia. Et exterius confortando cum spica absin. et cyperis epithimando et emplastrando secundum ordines datos in capitulo superiore.

¶ Si vero causa icteritie fuerit crisis vel motus creticus ex fortitudine motus expulsiue dicit Aui. opꝫ vt cum excutit infirmus. i. expellit mām intēdat cum ea. s. medicus intētione ipsiꝰ egritudinis cum lauatiuis ꝛ diureticis ꝛ mūdificatiuis. i. ꝙ intētio q̄ est ad morbū. i. ad id qđ seruit icteritia qđ est feda cutis q̄ est intētio abstersionis cutis ꝛ remotionis mali coloris. Illa eadē intētio stat in hoc casu: q̄ intētio ad morbū complet̄ cum lauatiuis ꝓuocatiuis ꝛ mūdificatiuis. Addit. ꝛ fortasse nō indiget sol'one vētris ꝛ fortasse sufficit balneū solum. Et ita vr̄ innuere ꝙ adiuuātia nām in ꝓuocatione ad cuti in isto casu multum cōueniūt. ¶ Et ita balnea cōueniētia ad exterius sunt ad casum multū inuatina: ita ꝙ q̄si tota intētio stat ad remouēdū morbū. i. defedationē q̄ est in cuti: qm̄ vt dictuꝫ est in pluribus earū nō est necessaria eūatio neq̄ ꝑ vomitū neq̄ ꝑ fluxum vētris neq̄ ꝑ flobotomiā. Et si pur aliquotiēs sit expediēs aliq̄lis eūo nō fiat in p̄n° crisis expulsionis ꝛ in apparitiōe crisis vt cum apparet sudor vel incipit manifestari defedatio in cute: sꝫ in ꝓcessu qn̄ remanet post crisim aliq̄d de morbo p̄cedēti. Et istaꝫ eādē sniam posuit Paulus vt scribit̄. 7° cōtiñ. dicit ꝙ si icteritia fuerit ex crisi nō indiget alia cura nisi balneo ꝛ fricatiōe modica. Idcirco oꝫ ꝯsyderare si crisis sit facta in die conueniēti vt cretica ꝛ fuerit crisis completa: tūc in totū opꝫ intēdere ad cōuersionē ad cutim cum fricatiōibus ꝛ balneo vt statim dicā: ꝛ nihil est faciēduꝫ qđ attrahat ad circūferētia ad cētrū vt de vomitu sol'one vētris vel flōmia vt dicit Paulus.

¶ Sꝫ si crisis nō fuerit completa: qđ manifestatur q: fe. q̄ p̄cedebat nō est in totū remota nec p̄cesserūt signa digōnis: tūc opꝫ etiā mām digerere ꝛ eūare añq̄ exhibeātur fortia ꝓuocatiua vl' fiat sil' eūo ꝛ ꝓuocatio: qm̄ in exhibitiōe fortiū ꝓuocatiuorū solū stat periculū ne māe colerice multe ducātur ad vias vrine ꝛ fiat excoriatio illarū viaꝝ ꝛ aliq̄tiēs in v̄tute ꝓuocatiuoꝝ commotis mēbris q̄si violēter nā ꝑcepto nocumento irritat̄ vt expellāt̄ ad intestina: ꝛ ita fiat etiā in eis excoriatio. Iō est bonū tunc p̄uenire cum eūantibus ꝛ simul ꝓuocātibus. Et in hac intentione valēt pillule Aarō posite 7° cōtinen. de q̄bus dixit ꝙ sunt ꝑfecte ad purgādū icteritiam sup. qñ nō fit integra eūo ꝑ crisim: quarū descriptio. ℞. reubar. succi abs̄. succi policarie. i. eupatorij. añ. ℥. ß. scamonee quartā. ℥. vniꝰ. potes sumere 6am vel 7am. ℥. vniꝰ ꝛ sufficiet: terēt̄ ꝛ distēperēt̄ cum succo endiuie ꝛ inde fiāt pillule.

Des. pillularꝫ Aarō.

¶ Et vbi esset in tom q̄si remota fe. ꝑ ꝑ esse elongatā cām añcedētē vel cōiūctā fe. a corde: et tñ remaneret mā in mēbris vñ cōseruat̄ icteritia: tūc oꝫ vt fiat balneū: ꝛ vtamur ꝓuocatiuis p̄° leuioribꝰ: deīde fortioribus: ꝛ balneum vel tina dꝫ fieri cū rebus nō fortibus si icteritia facta sit cretica: q: decl'at̄ ꝙ mā nō ē ml'tū grossa ꝛ ē magis col'ica pura q̄ mixta: ꝛ iō intrātia in balneo nō dn̄t eē multū acuta: immo dn̄t esse frida vel paꝝ calida apitiua. p̄t g̊ fieri balneū: vt. j. ℞. endiuie scariole epatice capil'. ve. lactucaꝝ cū radicibus scolo. ana. ℳ. ij. spice nardi rubee tinctorum añ. ℳ. j. liquiri. ℥. iiij. bulliāt modicis bullitionibus in aqua debite q̄titatꝫ ꝑ balneo in q̄ submergat̄ patiēs sine capite incluso ꝛ cooperiat̄ patiēs cū linteamine vt euitet̄ frigꝰ extrinsecū ꝓhibēs futurū sudorē: sed nō dꝫ poni ī balneo nisi distāter a cibo ꝑ sex vel septē horas vt qñ completa est p̄a digō ꝛ ꝑ parte 2a. Et tunc exhiberi potest aliqđ ꝓuocatiuū. Vbi gr̄a. si sumātur. ℥. v. aque or. excorticati mediocris decoctionis cum modico aniso interius filr cocto ꝛ cum. ℥. ij. vini subtilis albi ꝛ modico zucchari si placet: tūc valebit ad intētionē nostrā. Et si vrinauerit in tina vel balneo dicebat Aui. ꝙ est eiꝰ cura. ꝛ est rō satis apparēs: q: p̄° declaratur qđ materia colerica educitur ꝑ vias vrine in virtute eius ꝓuocatiui. 2° etiam ꝙ ꝑ vrinam nitrosā existentē fit abstersio ꝛ mundificatio cutis. postea cum steterit ꝑ quartuꝫ hore vel minus s̄m tolerātiam eius ꝛ iocunditatem sustinēdi balneū maiorem vel minorē: tunc exeat a balneo bene coopertus ꝛ intret lectum cum temperatis linteaminibus: ita vt nō infrigidetur ꝛ decēter cooperiatur ꝛ studeat ad dormitionem vt melius sudare possit: qm̄ somnꝰ ꝛ si retineat omnes excreationes vel euacuationes alias: ad sudorem tñ facit: ꝛ ita si sudauerit q̄retur ꝑ tempus vt possit sudare: deinde abstergat̄ sudor cum fricationibus: qm̄ abstersio sudoris ꝓuocat sudoreꝫ ꝛ fricatio conuertit materias ad exteriora: ꝛ iō esset laudabile etiam anteq̄ poneret̄ in balneo vt ꝑ tempus exercitaretur vt supcalefiat aliq̄l'r ita vt aliqual'r sitiat: postea fiāt etiā fricatiōes totius. Et Ra. vt scribit̄ 7° cōtinētis. dicit ꝙ patiēs debet morari in sole ꝛ sedere in eo donec calefiat: ꝛ ita calefactis membris ponat̄ in balneo ꝛ exhibeat̄ ꝓuocatiuū qđ dcm̄ est. Vel vt dicit Ra. loco alle. da in potu de suc. capil'. ve. ꝛ eum sudare faciet ipsa hora citrino sudore. Addit: ꝛ si cocta fuerit cum eo succo mētha cum rubea tinctorum melior erit: ꝛ istđ pōt etiā exhiberi postq̄ exiuit balneū ad intētionē ꝓuocatiōis sudoris: ꝛ ita cōtinuet̄ duobus vel tribꝰ diebꝰ faciēdo balnea vel forte interponēdo ꝑ diē cum viderimus v̄tutē exolui. Et si viderimus illud ꝓuocatiuū nō fuisse sufficiēs pōt fortificari ponēdo cum or. ꝛ aniso in deco. radicē apij ꝛ sparagi cuꝫ modico cuscute ꝛ croci in fine deco. etiā si ponerētur vna vel due ficus sicce multū cōuerterent ad cutim: ꝛ iō generant pediculos: ꝛ ita fiat prouocatiuum forte: ꝛ brodiū cicerū etiā valet ad hoc. Et ita fit completa ista intentio ꝛ cura consequenter quo ad causam icteritie citri.

Descri. cuiusdā balnei.

Abstersio sudoris ꝓuocat sudorem.

¶ Sed si fuerit icteritia nigra vel ex parte splenis nō debite mūdificātis vel ꝓpter impotentiā resolutiue istius vel ꝓpter oppilationes in meatibus eius vel ad epar vel ad stomacū si fuerit ibi repl'o in toto sanguinea vel fuerit in ipo splene: tūc dicebat Aui. fiat flōmia de basilica sinistra et de saluatella post eam. s. interposita vna die: ꝛ maxime ista flōmia valet qñ stat dolor circa splenem. Nam vt dixit Ga. in libello de icteritia. Et qñ epar vel splen ab inflammatione tēdit̄ ꝛ dolet sicut multotiens accidit. nihil em̄ tūc est aptius flōmia: qua facta deinde fiat digestio materie cum appropriatis: digestio. s. cum oxymelle simplici ꝛ composito ꝛ syrupo de epithimo cum aquis cicoree: scolopeū. lupuloꝝ fumiterre postea fiat euacuatio cum diacatholicone ꝛ cum diasene faciendo etiam clysteria appropriata. verbi gratia. ℞. radicum corticum

Descr. clysteris ꝯuenientis in casu.

capparum: tamarisci: radicum feniculi añ. ℥. j. capil᷑. ve: bugl᷑. scolopendrie. añ. M. ß. florũ genestre: portulace. añ. tertiã partẽ. M. bulliant in debita ꝗ̃titate aque. postea colature debite ꝗ̃titatis addat᷑ cassiefi. ⁊ pulueris zuc. ana. ℥. j. hierepigre. ʒ. iij. ol᷑. de capparibus. ℥. j. ol᷑. cõmunis. ℥. ij. salis indi. ʒ. ij. misce. ¶ Postea opꝫ confortare epar ⁊ splenẽ maxime in attrahendo. Et de hoc dicit Aui. Si causa eius sit debilitas attractionis splenis: tũc de illis q̃ necessaria sunt est vt ponas suꝑ ipm ventosas sine incisione et apire meatus: vt cum ꝓuocãtibus vt cũ dialacca vel diacurcuma ponendo aliq̃d de trociscis de capparibus vel de trociscis de aniso et cum diabuglossato. ¶ Deinde oportebit emplastrare splenem: ⁊ prius epithimare ipsum cum epithimate: vt infra. ℞. vini al. ⁊ aceti acetosi ⁊ aq̃ añ. partẽ vnã. ĩbi gr̃a. li. ij. pro quolibet: tamarisci: corticũ capparorum: radicũ feniculi: acori añ. ℥. ß. scolopẽ. cuscute: ca. ve. abß. florum sq̃nãti alhasce: cẽtauree. añ. M. j. decoquãtur prius radices ⁊ ligna: ⁊ postea ponãtur herbe etiam cuscute in fine decoc. ⁊ cum filtro vel spõgia infusa in dicta decoc. fiat fomẽtatio suꝑ splenẽ: deinde fiat inunctio cum vnguẽ. vt infra. ℞. armonia. dissoluti in aceto. ℥. ß. olei de capparibus et lauri. añ. ℥. j. ß. Jn his bulliant squinãti absinthij ⁊ centauree ⁊ cardamo. añ. ʒ. j. postea facta colatura dcm̃ oleũ misceat᷑ cum armoniaco ⁊ addatur modicũ cere ⁊ fiat vngm. ¶ Et si icteritia fuerit viridis ex inflammatione coloris epatis vel nigra ꝑ adustionẽ factã ab epate attẽdatur cum magis infrigidãtibus ꝗ̃ in pura citrina in digestiuis vt cum aqua lactuce sempuiue si expedit ⁊ aqua lupulorum cum syrupis frigidis: de q̃bus. s. maxime syrupo de acetositate citri ꝓpter iuuamẽta eius dicta: ⁊ cum aq̃ decoctionis attriplicis ⁊ seminũ eius ⁊ fiat solᷓo illius materie cũ aq̃ lactis in q̃ infundãtur miral᷑. citri. ĩbi gr̃a. ʒ. iij. postea facta colatura in eadem dissoluat᷑ vl᷑ mãne. ℥. ij. vl᷑ cassie ⁊ tamarindorũ añ ℥. ß. ⁊ si expedit appone aliq̃d scamonee: deinde fiat ꝓuocatio cũ aqua capil᷑. ve. apij ⁊ lupulorũ ⁊ cũ trociscis de spodio ⁊ spẽbus diarodõ abbatis: ⁊ fiat ꝯnr infrigidatio epatis ad remittẽdũ cal᷑itatẽ cũ sepe suꝑ dictis: facta etiã flõia infridatiua vel eñatiua si cõiũgat᷑ repl᷑o sanguiea vt dictum est supra.

Epithima ꝓ splene.

Descr. vnguẽti pro splene.

¶ Et si fuerit icteritia viridis ex participatione citri. ⁊ nigre: tunc dicebat Auicen. Et quãdo aggregãtur ambe icteritie simul ⁊ est repl᷑o su. cõis toti vel ꝫm epar vel splenem sanguinea vl᷑ mixta sanguini ⁊ indiges flõia sup. ꝓpter hanc cãm repl᷑onalem dicit: flõma tũc ambas man⁹ s. brachiũ dextrũ ⁊ sinistrum. Addit ⁊ euacua inter eas ãbas dieb⁹ aliq̃b⁹. i. diuide inter ãbas duas flõias aliq̃bus diebus ad cõseruationem ĩtutis flõmãdo. s. de basilica vtriusq̃ lateris: ⁊ incipiẽdo a dextra vel sinistra ꝫm qđ magis dominat᷑ icteritia citrina vel nigra. Addit ⁊ aggrega aq̃s folioꝝ raffani su. ꝓ epica. tamarisci ⁊ salicum sup. ꝓ splenetica. oĩum añ. ℥. ß. postea fac bullire ⁊c. Et adde decoctioni cassiefi. ʒ. x. hierepigre. ʒ. iij. croci. ℈. iij. ad iuuãdũ opationẽ aliorũ ⁊ quatuor grana scamonee. ¶ Et fecit Aza. compositionẽ ad hãc intẽtionẽ ꝫm hãc formam ℞. miral᷑. citri. fumiterre ⁊ se. eius añ. ʒ. x. mirabolanorũ nigroꝝ. ℥. j. abß. ʒ. v. pas. mundatarũ ʒ. x. pruna numero. xx. tamarindoꝝ. ʒ. xv. coquãtur omnia in sex lib. aq̃ donec veniãt ad lib. j. et ponãtur in ea epithimi ⁊ cassiefi. añ. ʒ. iiij. exprimatur ⁊ colet᷑ ⁊ bibat ex eo li. ß. cum. ʒ. j. hierepigre ⁊. ʒ. j. agarici ⁊ tertia parte. ʒ. scamonee cocte in pomo. Credo ꝙ sufficeret pro duabus dosibus ⁊ forte duabus cum dimidia. sꝫ compositio est notabilis. ¶ Deinde intendẽdum cum ꝓuocãtib⁹ appropriatis epati ⁊ spleni vt cum succo apij ⁊ succo foliorum tamarisci ⁊ succo scariole colatis sumẽdo. Exempli gr̃a. ʒ. j. ß. de singulo ⁊ misceãtur cum aquis endiuie eupatorij ⁊ scolopẽ. Deinde est ꝓcedendum cum confortantibus et epithimatibus ⁊ vnguẽtis ⁊ emplastris ⁊ circa epar ⁊ circa splenem vt supra dcm̃ est: ⁊ ita fit cõpleta cura ꝗ̃tum ad causam specierũ icteritie. ¶ Cura ĩo accñtis vt fedationis totius ⁊ ꝓpe oculorum ꝑficit cum intẽtione resolutiõis ipsi⁹ materie contente in mẽbris: ⁊ hec intentio complетur ꝑ diuersa ingenia medicinaꝝ: vt dicit. A. qm̃ alie sunt potiones supp. aliqñ necessarie et alie sunt ablutiones ⁊ alie sunt sternutatiões. Et hic nota ꝙ ꝑ hoc qđ dixit potiones possum⁹ intelligere ꝙ aliqñ est necessaria potio. s. ꝑ solᷓo nem vẽtris ⁊ aliquotiẽs ꝑ potiões possumus intelligere medicinas. s. ꝓuocãtes apitiuas de q̃bus supra dcm̃ est abundãter. Et ex hoc ĩbo innuit᷑ de mẽte. A. ꝙ ad remouẽdum hoc accñs qđ est defedatio cutis nõ semꝑ opꝫ expectare quousq̃ tota causa icteritie sit ablata: q̃ tũc nõ cõuenirẽt potiões. s. soluẽtes: sed sufficit expectare tantum ꝙ sit facta notabilis mĩoratio de materia ⁊ notabilis apertio oppilationum: ⁊ tunc aliq̃tiẽs ad illas mãs remanentes ẽt cũ cura accidẽtis ꝯueniũt potiones ⁊ solutiue ⁊ ꝓuocatiue de q̃bus dcm̃ est. Et dicit ꝙ plurimũ iuuamẽtũ earũ. s. ablutionũ ⁊ sternutationũ est in oculo ⁊ facie. i. ad remouẽdũ feditatẽ oculorũ et faciei. Et addit: ꝙ ẽ etiã regimen commune et est administratio tine cum aquis fortibus: de tina dcm̃ est supra sufficienter ⁊ preparatione corporis ad eam ⁊ de exitu ab ea: sed opꝫ vt intrantia in decoctiõe sint fortia: ⁊ ideo signãter dicit fortibus: qm̃ materia remanẽs circa cutim ⁊ membra extrinseca cum nõ resoluat᷑ a virtute manifestatur grossa opposito mõ illi icteritie q̃ facta est ex crisi in morbis acutis: vt supra dicebatur: ideo lꝫ ibi cõuenirent balnea cum lenibus apeкitiuis hic sunt necessaria balnea cum medicis fortibus: ⁊ etiã conueniunt medicine ꝓuocatiue fortiores ꝗ̃ que sunt dicte supra ad violẽter expellendum materias ad cutim vt virtute balnei possit abstergi. ¶ Debẽt ergo in balneis poni radices feniculi: apij: brusci. exempli gr̃a. ana ℥. ij. acori: rubee tinctoꝝ: gentiane: aristo. añ. ℥. j. absinthij: prassij: ipericon: capil. veñ. cuscute: eupatorij: mellilotі: camomille: ãheti: ana. M. j. nucum cupressi: costi: assari: ana. ℥. ß. omnia simul bulliant pro balneo ⁊ in eo immergat᷑ corpus ꝫm modũ dictum supra non cooperto capite: sꝫ reliquis membris: ⁊ prius exercitato corpore vel calefacto in sole ⁊ factis fricationibus vt supra.

Descr. balnei ꝓ icterицis.

Nota bñ.

¶ Et tunc stante ipso in balneo possunt exhiberi fortia aperitiua in medio tempore balnei aut post parũ. Et de his ꝓuocatiuis lꝫ auctores

multa ponāt q̄ sunt multum fortia. Vbi gratia. q̄dam exhibēt succum buchormarien ꝛ cucumeris asinini. Ego tñ ponam quedā q̄ cum ꝓprietate: ꝛ etiam manifesta qualitate sunt ꝓuocatiua apitiua: ꝛ maxime ad cutim ducētia dimissis multum fortibus ꝓpter timorē nocumētorū aliorū. Et cum his complebit intētio etiā q̄ remāsit supra de materia peccāte in mēbris vl' in venis minutis elōgatis ab epate. Debent tamē variari ꝓuocātia: ꝛ etiā ea q̄ intrāt balneū differēter in citrina ꝛ nigra splenetica: qm̄ fortiores debētur medicine in nigra splenetica q̄ꝫ in citrina vel viridi. ℭ De cōueniētibuus, ergo ꝓuocādo dicit Sera. ꝙ rasura cornu cerui qñ bibitur ex ea pōdus. ʒ. vnius cum. ℥. iiij. vini ꝑmixti cōfert icteritie iuuamētū magnū. Et Rab. 7° cōti. ponit cornu ceruinū sumptum in pondere auṙ. iij. cū dragagāto: sed nō debet eē vstū: quia Ga. nō acceptauit vt ibidē ponit: ꝛ dixit de mēte Gal. ꝙ camepitheos folia. s. trita sumpta in potu cum vino vel aqua prassij ꝑ dies successiue sanant icteritiam. Dicit etiā ꝙ gentiana ꝛ enula ꝛ costum ꝛ aristo. ꝛ polium maius ꝛ cētaurea maxime vtilitatis sunt in loco eorū succus etiā prassij exhibitus cum vino ponit singularis vtilitatis: et decoctio prassij cum bibit aliquibus diebus facta decoc. in vino cyatus vn⁹ magn⁹ dicte decoc. multū valet. Laudat etiā ad hāc intētionē vt exhibeat de suc. arthemisie colato. ℥. ij. cū vino al. vel cum aqua capil'. ve. si fuerit fe. Laudat etiā Ra. 7° cōtinētis. de mēte Ga. in libro de tyriaca ad cesarē dicēs: si lumbrici terre fuerint siccati ꝛ triti ꝛ sumpti in potu sanāt icteritiā ꝛ eā purgāt statim. Et de his dicit Auic. et ex his q̄ laudant vehemēter est vt sumat in potu de lūbricis terrenis exsiccatis: qm̄ ipsi mūdificant statim: ꝛ silr fel vrsi: ꝛ ista hoc maxime faciunt mūdificādo expellēdo colerā ꝑ vrinā: ꝛ dātur in potu in puluere cū vino subtili: ꝛ quidaꝫ exhibent cū suc. celidonie. De felle vrsi dictū est s̈. in ca° suꝑiore ꝙ cōfert hñti epar patiens cum ꝓprietate eius: ꝛ ibi posuit Rab. 7° ꝯtineñ. cōpositionem fellis vrsi in casu isto multum cōuenientem positā in suꝑiori ca°. ꝛ ibidē recurre. nā si exhibeatur cū aqua decoc. folioꝝ raffani vl' cū vino albo est efficacissima ad intētionem.

[margin: De cornu cerui vsti.]

[margin: De lumbricis terre.]

[margin: de felle vrsi]

ℭ Postea cū exiuerit a balneo intret lectuꝫ: qđ si sudare pōt sudet ꝛ fricetur vt dictum est. s̈. ꝛ si non sudabit: tunc fiat inunctio circa totum corpus cū oleo de lilio ꝛ laurino ꝛ camomillino: ꝛ postea sequenti die anteq̄ꝫ intret balneuꝫ fiat ablutio membroꝝ remouendo vnctionem: ꝛ tūc fiat ablutio cū aqua decoc. capilli. Nam anhe, tum est radix in eis vt vult Aui. Et addit ꝙ qñq̄ꝫ ponitur propter calidam icteritiam in eis acetositas citri ꝓpter iuuamenta dicta: ꝛ ꝯñr itret balneum prius fricato corpore ꝛ calefacto scđm qđ dcm̄ est supra: ꝛ ita ꝯtinuet vsq̄ꝫ dū remoueatur feditas mēbroꝝ. ℭ Sternutationes aūt valent ꝛ sunt primi iuuamēti i icteritia oculoruꝫ ꝛ faciei: qm̄ ex motu illo excutitur mā exteri⁹: ꝛ ita insufflatio intra nares aceti fortis ꝛ insufflatio condisi facit ad mundificationem faciei ꝛ oculoꝝ. Et de aceto dicit Rab. 7° ꝯtineñ. si fuerit corp⁹ in toto in dispōne nāli ꝛ oculi soli fuerint citrini impone de ace. violenter narib⁹ in q̄titate auṙ. ponderis duoꝝ dū patiēs fuit i pila. i. in tina balnei vel sup. sine pila attracto aceto sursum per anhelitum ad penetrandum: ꝛ dicit ꝙ de naribus fluet sanies. idest feculentia citri. abundanter. Et addit: aut pone in eis de succo cucumeris asinini mixto cū lacte mulierꝫ dꝫ ille succus esse pauce q̄titatis: attracto ꝑ nares vt. s̈. Et ita Aui. ēt laudat succū cucume. asinini ꝛ succū ciclaminis aut suc. radicis raffani cōtriti cū folijs ei⁹: ego vero non auderē nisi cū lacte: vt dictum est de mente Rab. propter caliditatem vehementem ꝛ mordicationem eoruꝫ. Ideo bene Aui. addit videns hunc timorem: et de succis qui non sunt caliditatis magne est succus sicle. ℭ Valet etiam vaporatio facta ad oculos ex aceto ꝛ aqua prassij. ℭ Valet etiam vt videtur in hoc casu cōsideratio ꝛ inspectio in reb⁹ citrinis: qm̄ id mouet nām ad expellendū mām exterius. quare alleuiatur adiutorio curatiōis in ea. vt etiam dictum est circa dietam. Et dicit Aui. ego nō sum ex illis qui negēt huiusmodi curationes ꝛc. ℭ Valet etiam lotio faciei frequēter facta cum aqua decoctionis fenugreci cuscute eupatorij ꝛ modico aceti ꝛ sit tepida decoctio. Et quendam particularem modum ad istam intentionem posuit Halya. 7° practice. ꝛ primo ponit medicinam pronocatiuā sub his verbis. Sume barsansani. i. capil'. ve. fautenegi fluuial'. i. origani fluuialis fuhe al's fugel. i. radicum raffani tritorum cuiusq̄ꝫ partem ꝛ in aqua bullire fac cuiusq̄ꝫ se. lib. cum vino rihano. i. cum vino subtili potenti propina prius statuto ad solem patiente per vnius hore spatium donec sitiat: ꝛ sic propinabis. Addit. cum enim biberit hoc sudabit ꝛ croceus cedet ab eius oculis color atq̄ꝫ ad nāleꝫ cōuertetur colorē ipso die. ℭ Cōsequēter ponit preparationē pisciū petrosoꝝ ꝓ cibo patientis ꝛ vaporationem fiendā ad oculos dicit sic. Huius dñio passiōis pisces da lapidosos in aceto decoctos vini ꝛ ȝafrano. huiusq̄ꝫ ferculi calidi obuius sit vaporibus oculos obtinēs qm̄ prodest. Addit vnum satis mirabile: ꝛ si pisciculos hos transglutiat paruos recentes cum ab aqua extrahuntur vnum aut duos proderit. est credendum autoritati hominis. Et sic sit finis huius capituli.

[margin: No. de succo cucumeris asinini.]

[margin: Not. bene experimētū Halya.]

ℭ De hydropysi. Cap. ix.

Cum vēter post epis dolorem ꝛ fe. augmētari cepit: ꝛ qđ est ab vmbilico vsq̄ꝫ ad femur exterius ꝓminuerit: ꝛ cutis q̄ ē ibi sutiliari ꝛ albeṙ visa fuerit: ꝛ cū venter mouetur auditur son⁹ quasi aq̄ i vase nō plēo mote: ꝛ si cū his vrīa fuerit rubea: parua ē habēda fiducia: ꝛ ꝓpe si virtutis ñ affuerit fortitudo. ℭ His tamē si virtus fortis fuerit: ꝛ venter vehemēter sicc⁹: pil. de rauedseni que recipiūt meȝereō dande sunt: que ℞. rauedseni succi eupatorij se. endiuie. omniū añ. ʒ. iij. agarici. ʒ. v. meȝereon. ʒ. x. fiant ex his pillule quarum dosis sit. dracme. ij. ß. ex quibus quaque

Des. trocis scorū de mezereō.

hebdomada dosis vna sumatur. ¶ Qđ si vir tus fuerit debilis trocisci de mezereō dādi sunt: qđ. ℞. seminis endiuie. ʒ. x. mezereō. ʒ. j. ⁊ duas tertias agarici: succi eupatorij similiter tm̄dem: rosarū se. citrullorū: am borū añ. ʒ. ij. ß. ex his omnibus fiant troci sci. x. de quibus vnus in die cum syrupo ace toso de zuc. dandus est. ¶ Si autem vēter fuerit solutus: dentur trocisci de berberis cum syrupo acetoso. Eger quoqꝫ nutriatur ex zibergi: ⁊ bibat syrupum acetosum de cydonijs: ⁊ si vētris solutio vehemens fue rit cydoniorum rob solum dandum est.

Descr. pillularū de mezereō.

¶ Si autem cum hac passione non fuerit vrina rub. nec calor: pillule iste dande sunt q̄. ℞. mezereō serapini: amborū añ. ʒ. ß. sa lis indi fimi columbini: amborū añ. sextaʒ ʒ. vnius. pillule enim iste aquam vehemen ter descendere faciunt.

Des. trocis scorum de lacca.

¶ Trocisci p̄terea de lacca cuꝫ apozimate de radicibus dandi sunt. Emplm̄ asciliti cōueniēs. ℞. farine ordei: cyperi: stercoris ouini veteris: baurach boli ar. oīum par tes equales. Ex his omnibus tritis fiat epithima super v trē: huius nāqꝫ ꝓprie tas est aque magnam partem exiccare.

¶ Qđ si in palpebris ⁊ extremitatibꝰ fue rit apostema molle ⁊ testiculi apostemen tur: facies quoqꝫ ac totuꝫ corpus mollitie quadā teneatur erit tunc hydropi s spēs q̄ hyposa cha vocatur. ¶ Egro itaqꝫ hac specie laborāti: trocisci de lacca cum apozi mate de radicibus sunt tribuendi. ¶ Et vēter quaqꝫ hebdomada ex pillulis de reu barbaro est soluēdus. ¶ Et patiēs in are na calida est sepeliendus: ei quoqꝫ est preci piēdū vt exercitio vtatur: ⁊ famem ⁊ sitim se pe patiatur.

¶ Si vero vēter inflatus fuerit ac tēsus et cū pcutitur sonū reddit vt tympanū: hydro pisis spēs adesse significabitur q̄ tympani tes dicitur. ¶ Quam qui patitur a come stione olerum abstinere debet: atqꝫ eorum oīuꝫ q̄ vētositatis sunt generatiua. ¶ Vē ter quoqꝫ oī die ex panico est vaporādus ⁊ vētose sup vētrē ponēde. ¶ Et medica mīa tumorē dissoluētia dāda sunt vt dia cyminū ⁊ elium de baccis lauri qđ ī ca. de iliaca noiabimus. ¶ Eger preterea exerci tio vti assuescat ⁊ famē pati. ⁊ ex colyrijs q̄ vētositatē dissoluunt: quorꝫ facie mꝰ mē tionem sibi subijciat. ¶ Venter quoqꝫ cuꝫ mantili donec incipiat rubere fricetur: et ex oleo rutaceo clysterizetur.

Istud est capitulum famosum: et singulare de hydrope qđ sic cōtinuatur ad p̄cedēs. Nam postq̄ in p̄ cedēti capº determinatū est de icteri tia pro maxima parte pēdēte vitio epatis vl' ex malitia complonis eiꝰ siue oppilōne vel ex debi litate virtutum eius vel ex opilatione apōsa vl' nō apōsa vt. s. fuit declaratū. ¶ Et qm̄ ad has cās cū diuturnātur seq̄tur lesio in operationibus vir tutis digestiue vñ fit corrupta vt sepe digō: et ita multiplicatur fm̄ epar aliquotiēs aquositas ex mā chilosa fm̄ eiꝰ multas partes q̄ debebāt in sanguinem trāsmutari circa epar cum dicte materie nō trahuntur ad mēbra ꝓpter incōueniē tiam earꝫ in nutricatione expelluntur ad loca va cua inter syphac ⁊ myrach vel inter syphac ⁊ in testina: ⁊ ita ꝓpter multiplicationē harū mate rierum fit extensio in myrach ⁊ tumor aquosus a dñio vel vētosus a dñio qui tumor nō aliud di cit cū aquositate inclusa q̄ hydropē: vt infra vi debitur de q̄d nominis eius. ¶ Qñqꝫ aūt nō fit in totum corruptio digōnis: sed diminuta dige stio vñ generatur sanguis aquosus qui ꝯueniētiā habens fm̄ quid vt exinde nutriantur membra at trahitur a membris: ⁊ qꝛ nō est cōueniens nutri mentum simpliciter mēbris nō ꝑficiuntur in eo actus vltimi virtutis nutritiue. s. debita appo sitio: ⁊ vnio ⁊ similatio: imo fm̄ plurimas par tes remanet in poris membrorꝫ nō debite cōuer sus: ⁊ inde ꝯñr mēbra extenduntur magnificantur ⁊ ingrossantur: ⁊ hec dispositio etiā large nō ꝓprie hydropisis appellatur ⁊ vocatur hyposarcha.

De hyposarcha.

De tympanite.

¶ Sicut etiā illa in qua est dñium vētositatis faciens extensionē ⁊ tumorē in myrachia a me dicis appellata tympanites nō ꝓprijssime voca tur hydrops: ꝓpter cōuenientiā tm̄ multā quaꝫ habet cū asclite que est aggregatio aquositatis cum ventositate in illis ptibus que ꝓprijssime dicitur hydrops: etiā tympanites appellatur hy drops. ¶ Et ita cū in qualibet harꝫ spērꝫ sequatur vt in pluribus nocumentū in digestiua epatis dico vt in pluribus: qꝛ vt infra videbitur aliqua species hydropisis: fit etiā nō ex immediato no cumento epatis, maxime fm̄ sententiā Auic. qꝛ tm̄ vt plurimū cōtingit p modū dictū quelibet talis dispositio vitio digōnis epis: qđ nocumē tuꝫ epatis maxime sequitur cās supra dictas que sunt cause icteritie: fuit igitur ꝯueniēs post deter minationē de icteritia facere capm̄ de hydropi si. ⁊ ita ēt Aui. post nocumēta essentialia q̄ epi cōtingūt fecit tractatū de hūiditatibꝰ q̄bꝰ acci dit cā epis ⁊ nocumētorꝫ epis vt coartētur ⁊ occul tādo se intra mēbra ⁊ est tractatus de hydrope.

Tres sunt species hydropisis.

¶ Ideo Ras. in hoc caº ꝯtinuando ad p̄cēdens determinat de spēbꝰ hydropis: q̄ sunt tres: ascli tes tympanites ⁊ hyposarcha vt dictū est: ⁊ ita fm̄ determinationē harꝫ spērꝫ pñs capm̄ diuidit in tres ptes p̄ncipales. Nā pº determīat de hy dropisi asclite ponēdo signa ⁊ curā ipsiꝰ. 2º poīt sigª ⁊ curā tympa nitis. 2ª ibi (Qđ si in palpebris.) 3ª ibi (Si vo vē ter inflatꝰ ac tēsus fuerit.) Prima ēt diuidit in

tres:qm̄ p̊° pōit signa cōmunia hydropisis ascli tis.2° ponit curam cum signo speciali ascitis a causa calida.3° ponit curā ascitis cū signo spe cialis cum est a causa frigida.2ª ibi.(Et si cū his vrina fuerit.)3ª ibi.(Si autem cū hac passiōe.)

Declatio pe particu le pe ptis pncipalis.

¶ De p̊ª parte dicit ponēdo sigª cōmunia ascli tis ex quacunq̧ causa cōtingat. Cum vēter post epatis dolores ꝛ feb. vel su. alia sensibilia nocu mēta epatis de q̄bus dcm̄ est augmentari ce perit:ꝛ qđ est vsq̧ ad femur ab vmbilico exteriꝰ ꝓminuerit:ꝛ cutis q̄ est ibi albē ꝛ subtiliari vi sa fuerit:ꝛ cum vēter mouet̄ sup. a modico com primēdo.s.ab vna parte v̄sus aliā ip̄m vētrem vel cum vēter mouet̄: qñ.s.reuoluit̄ corpus de dextro in sinistrū vel ecōtra audit̄ sonus quasi aq̄ in vase nō pleno mote sup. tūc talis disposi tio est appellanda hydrops ascites. ¶ Pro in telligētia huius partis est notādum ꝙ Ras. in hac parte intendit ponere signa ascitis in p̊n° eius:qm̄ signa ascitis iam ꝯfirmate sunt satis manifesta:ꝛ etiā qm̄ habita notitia in p̊n° ascli tis pōt medicus occurrere cum medicis ꝓseruā do a lapsu in completā ascitē ꝛ ꝑfectā:qm̄ tūc est possibilis cura:vbi cū est ꝯfirmata difficilli me sit curabilis:ꝛ quasi ex cōmuni snīa aucto rū est q̄si impossibilis cure:ꝓcipue cum eiꝰ cau sa mediata dr̄ esse complo calida vt statim dice tur:immo dicit Ser. de ascite cōfirmata nunq̄ꝫ vidi aliquem curari. Et ita ponēs signa eius in p̊n°.dixit signāter. Cū vēter post epatis dolores ꝛ fe. augmētari ceperit ꝛ nō est factus magnꝰ tu mor in toto myrach a furcula infra:sꝫ tm̄ id qđ est ab vmbilico vsq̧ ad femur ꝑtumuerit.i.ma gnificari ceperit. Et cutis q̄ est ibi albere ꝛ sub tiliari visa fuerit:iaꝫ declarat̄ ꝙ est in p̊n° ascli tis:qm̄ in p̊n° cuꝫ aggregat̄ materia circa epar expellit̄ circa illas vacuitates medias de q̄bus dictum est vel inter syphac ꝛ intestina ꝛ ꝯñr sua grauitate petit locū magis deorsum ꝛ ita v̄sus su mē incipit tumor manifestari:ꝛ ꝯñr facta exten sione in myrach ꝛ cuti extrinseca ꝑ inclusionem vētositatis ꝛ aq̊sitatis vr̄ subtiliari cutis ꝑ hoc qđ elōgat̄ a musculis interpositis his materie aliquali vētositate ꝛ vaporibus vt infra latius dicet̄:ꝛ ꝓinde cutis apparet albescere:q2 sit q̄si trāslucens:ꝛ medici qđ trāslucēs est:vt dicit. A. 2ª primi. summa de vrinis. appellāt album: et ita patēt ß tria signa de tumore ab vmbilico in fra v̄sus sumē ex subtilitate cutis ꝛ claritate et albedine eius. nam talia manifestātur in p̊in° hydropisis ascitis. Addit sigm̄ certius qđ decla rat hydropisim iam notabilr̄ ꝓcessisse:vt cū mo uet̄ corpus ad modū expositū ꝑcipit̄ sonus qui dā obtusus nō acutus sicut in tympanite vt vi debit̄:sꝫ sicut solius aq̄ mote in vase nō pleno: q2 sonus obtusus. nam manifestat tantā esse mł tiplicatā aquositatē in partibus illis vt sensibi liter ipsa mota causet̄ sonus notabilis. ¶ De 2ª ꝑte huius partis ponit signū distinguēs ascitē esse pēdētē a causa calida ꝛ qñ est dicēda incura bilis q̄si:ꝛ qñ stat aliq̄lis spes eius. Dicit p̊° cō tinuādo sermonē:ꝛ si cū his su. signis dictis vri na fuerit rubea parua est habēda fiducia ꝛ pro prie si virtutis nō affuerit fortitudo. Et ꝓ intel ligētia huius partis debetis notare ꝙ lꝫ in hy dropisi ꝛ ascite ꝓprius sepe appareat vria ru.

Declatio 2e pticule pe ptis pncipalis.

ꝓpter impotētiā sequestratiue nō debite sepa rātis aquositatē a sāguine:ꝛ sic trāsmissa aquo sitate ad renes vł vesicā cum ea stāte mixtiōe sā guinis apparet vrina ru. tñ nō credo ꝙ hic po suerit vrinā ru. vt est signum in ascite ad malū tm̄:sꝫ posuit vrinam ru. cuꝫ cōiūgit̄ aliis signis supioribus:vt declaret hydropē talē pendere a causa calā. Et ita voluit sepāre curā q̄ debet̄ in ascite a cā calā a cura illius cuiꝰ causa est frida Nā si vrina est ru. iō esset ru. ꝑ hoc qđ non fieret debita seq̄stratio sanguis ab aquositate:nō mi nus cōiūgeret̄ talis ru. in ascite a causa frigida pēdēte cū ita fiat impotēs nālis virtꝰ epatis i hydrope a causa frigida sicut in causa calida:et tñ infra cum vult ponē distinctionē in cura hy dropis ascitis a causa frigida cū ea q̄ fit a cau sa calā posuit vrinā nō fieri rubeā in illa parte. Si aūt cum hac passione nō fuerit vrina ru. ꝛc. ꝛ ita ꝑ vrinā ru. intellexit rubeā factā. s. ꝑ alte rationē a caliditate epatis ꝛ renū ꝛ viarū vrine ꝛ nō ꝑ mixtionē sanguis cum aquositate:lꝫ for te etiā aliqua mā colłica trāseat cū vrina q̄ tin gat:sꝫ simplex alteratio a calido facit ad tinctu rā vt declaraui als. in summa de vrina:ꝛ est expi mētū clarū:q2 cum apponūtur vrinalia cum vri na apđ ignē sensibilr̄ tingit̄ vrina:ꝛ maxime al terat̄ vrina a caliditate in ascite:q2 vt infra vi debit̄ in ascite vrina fit modica:q2 maxima ꝑs aquositatis ad vētrē defert̄ ꝛ sic modica ad re nes:ꝛ ita multā recipit impressionē a calido et ꝑ simplicē alterationē tingit̄:ꝛ maxime hoc de clarat:q2 vt dcm̄ est. s. hic ponit signa ascitis i p̊n° eius:sed tinctura vrine sequēs impotētiam seq̄stratiue vrplm̄ nō apparet nisi i notabili ꝓ cessu q̄si extremalr̄ debilitata v̄tute epatis:ꝛ sic nō apꝑet vrina in p̊n° rubea ꝓpter istā causaꝫ. Apparēs igit̄ vrina rubea i p̊n° declarat ascitē pēdē a causa calā:ꝛ tūc vt dicit parua est hñda fiducia si virtꝰ nō fuerit fortis:tū q2 v̄tus debi lis nō sustinet medicīas ꝑ q̄s euāarent̄ humidi tates:q̄ medicīe sunt calē ꝛ acute:tum q2 ꝑ me dicias eductiuas aq̊sitatis cum ip̄e q̄si oēs sint calē ꝛ vehemēter vt videbit̄ auget̄ mala cōplo calā q̄ est causa ascitis vt supponit̄:q̄ etiā ma la complo addit ad vltimā debilitatē Et ita ni si fuerit fortis prosternetur virtus:ꝛ ita erit sim pliciter desperata salus.

¶ Seq̄t̄ illa ps.(His tñ si v̄tus fortis fuerit.) In q̄ ponit curā eiusdē ascitis a cā calā cum sit curabilis ꝓpter v̄tutis fortitudinē:ꝛ duo facit p̊ncipalr̄:qm̄ p̊° ponit curā illius stāte ventris stipticitate.2°.pōit curā illius qñ venter est lu bricꝰ.2ª ibi.(Si aūt vēter fuerit solutus.) Pri ma adhuc in duas. p̊° ponit curā ꝑ exhibitionē q̄rūdā pillularū de reubarbaro recipiētiū meze reō q̄ sunt fortes multū q̄s nō vult exhiberi nisi v̄tute multū ꝯstāte.2° ponit curā illius qñ v̄tꝰ ē debilior:ꝛ lꝫ nō sit simplr̄ debilis:vt in p̊° casu ꝑ trociscos de mezereō q̄ sunt multo mitiores ꝙ pillule dicte.2ª ibi.(Qđ si v̄tus sit debilis.)

Declatio 3e particu le pe par tis princi palis.

¶ De p̊ª ꝑte dicit. his tñ sup. patiētibus ascli tem a causa calida:si virtus fuerit fortis ꝛ ven ter vehementer fuerit siccus:pillule de rauedse seni. i. de reubarbaro cum virtute mezereō sunt dande:quarum descriptionē ponit q̄ est. ℞. reu barbari:succi eupatorii:seminis endiuie:oīum añ.ʒ.iii.agarici.ʒ.v.mezereō.ʒ.x.fiāt ex his pillē

quarum dosis fit. ʒ. ij. ℈. ex quibus qualibet heb
domada dosis vna sumatur.
¶ Pro intelligētia huius partis ⁊ sequētis est
notādū p° ꝙ in asclite etiā a causa calida aliq̄
tiens cōiungit fluxibilitas vētris ⁊ aliq̄tiens
stipticitas. nam in asclite ꝑ ꝓprietatē epatis q̄
pleruncꝫ fit ex apostemate calido ipsius: ⁊ tan
dē indurato cum caliditate epatis ⁊ apatis fit
suctio fortis humidi chilosi ab intestinis: ⁊ ita
vēter exiccat: vt est snia Hip. 2° ꝓnosticorū. tex
tu commen. tertij. cum dicit. Cui⁹ ꝟo origo ab
epate est fit cū tussicula nec quicꝙ ꝓijciūt ⁊ nō
egerūt nisi modicum ⁊ cum angustia ⁊c. quādo
aūt fit ꝑ viam cōitatis ex lumbis vt ex renibus
ꝓpter impotētiā attractiue renum: vñ modica
portio de aq̄sitate trahit ad renes ⁊ multa con
sequenter regurgitat ad intestina: vñ fit venter
fluxibilis: ⁊ ita etiā si cōicetur nocumētum sto
maco vel mesinterio ipsi epati ꝑ modos infra di
cēdos loco suo: tūc ex p^a radicali lesione stoma
ci vel intestinorū multipliciter reddi pōt vēter
lubricus: ⁊ qm̄ hec accidētia de fluxibilitate vel
stipticitate multum mouent intētionē medici
qm̄ fluxibilitas supflua est plurimū verenda in
hydropisi. Jdcirco diuersam curaꝫ posuit talis
hydropisis cōiuncta fluxibilitate ab ea in qua
cōiūgit stipticitas ⁊ est rationale satis: q: in ea
in qua cōiungit vētris fluxibilitas: qm̄ et si cū
stipticitate pleruncꝫ coniungat apostema epis
⁊ a caliditate fiat suctio. si tn̄ virtus attractiua
epatis multū debilitet forte ꝙ ex debilitate at
tractiue epatis reddet ventris fluxibilitas. Jō
ꝯstāte vētris multa stipticitate declarat cū ca
liditate epatis ꝟtutē attractiuā epatis esse for
tē. cū fluxibilitate aūt ventris maxime cōcomi
tat debilitas digestiue ⁊ cōtētiue ꝟtutis. ⁊ iō
mitius in illa cum medicinis operādum est: nō
tm̄ hñdo respectū ad accñtes fluxus: sed etiā ad
ꝟtutē. p° igr̄ posuit curā illi⁹ cū q̄ cōiūgit ꝟtutꝫ
fortitudo ⁊ vēter fuerit vehemēt sicc⁹. postea po
nit curā qñ ē mior stipticitas: ⁊ ꝑ cōsequens mi
nor ꝟtutis fortitudo ꝑ trociscos mitiores. ¶ 2°
notādū ꝙ iste pillule q̄ ponūtur in litera viden
tur in casu cōuenietes ⁊ sumpta indicatione a
causa effectiua: ⁊ etiā a causa materiali: q̄ inten
tiones q̄si sunt oppugnātes inter se: qm̄ inten
tio q̄ est ad mām eūandā aquosam nō complet
nisi cum calidis soluētibus: vbi intētio q̄ est ad
causam effectiuā de caliditate epatis cum apo
stemate debet compleri cum infrigidātib⁹ epa
tis cōfortatiuis ⁊ apitiuis soluētibus etiam vi
rulētiā ex epate. Et ita in pillulis intrāt appro
priata ad has intētiōes. Jntrant alteratiua de
se. endiuie ⁊ ꝯfortatiua epatis cum aliquali so
lutione vt reubarbarū ⁊ succus eupatorij: post
ea intrāt exsoluentia aquositatē vt agaricus et
mezereō: ⁊ ita vr̄ pillule merito intrātium sim
pliciū in casu cōuenire. Sed bñ nota q: dicit qꝺ
dosis earū est. ʒ. ij. ℈. bñ computāti apparebit:
qm̄ reliq̄ intrātia p̄ter mezereon sunt. ʒ. xiiij. in
compōne ⁊ mezereon sunt. ʒ. x. concluditur ꝙ in
dosi de. ʒ. ij. ℈. vltra reliqua soluentia de reubar
baro ⁊ agarico intrat de mezereō plus q̄. ʒ. j. et
hoc est forte nimis. Nam vt dicit Sera. in cap°
ꝓpo. vt scribit in libro venenorū ꝙ pondus. ʒ. j.
ex eo occidit propterea ꝙ desiccat humiditates
epatis: ⁊ dicit de mēte cuiusdam medici appel

Nota bñ.

lati Buzēma ꝙ ipm est siccū in 4°. ⁊ sup. etiā est
calidum in 4°. vt etiā voluit Mes. Et addit qꝺ
corrodit: ⁊ corrumpit humiditatē epatis et to
tius corporis: ⁊ facit hominem hydropicū. s. ⁊ ꝑ
viā liquefactionis ⁊ debilitādo ipm epar: et in
ꝓcessu dixit ꝙ homies hñtes multas humidita
tes sup. naturaliter vel etatiue magis pñt susti
nere potionē eius q̄ iuuenes: q: impossibile est
vt dicit ꝙ iste medicine calide nō inducāt cali
ditatē iuuenibus ꝓpter caliditatē eorū ⁊ cole
rā q̄ abūdat in eis: vñ laudat in iuuenibus ⁊ ca
lidis ⁊ siccis medicinas bñdictas ⁊ nō tales la
boriosas: ⁊ ita vbi si mala cōplo calida in causa
hydropisis est maxim⁹ timor in exhibitiōe me
dicine in q̄ intrat mezereō. Nā mezereō vt dicit
Me. in pn° capl'i est plāta vocata apud persas
rapiēs vitā ⁊ a q̄busdā faciēs viduas. vñ si pur
aliqñ est necessarius vsus istius in corpe forti ⁊
humido hñti grossum myrach oꝫ fieri electionē
de folijs mezereō: ⁊ postea dꝫ exhiberi cum p̄pa
rātur vel substātia illius post debitā p̄paratio
neꝫ ad max^m a dauich. ij. vscꝫ ad. ʒ. ℈. vt alicubi
repit in Se. ⁊ alicubi reperitur cum exhibet in
substātia ꝙ dosis est a chirat. iij. vscꝫ. ad. vj. i. a
℈. xij. vscꝫ ad. xxiiij. ita ꝙ nō ascēdit ad. ʒ. ℈. ⁊ illa
sententia est salubrior cum mixtione etiā me
dicinarū aliarū incolumiū remittētiū calidita
tem ⁊ siccitatē eius: ⁊ ꝯfortātiū stomacū ⁊ epar.
⁊ duplum abs. ponit a Sera. si exhibeat in sub
stātia ⁊ ab aliq̄bus: vt fuit Mes. ponūtur cydo
nia ⁊ māna ⁊ aqua casei pur ad has intētiones
⁊ aliqñ exhibet virtus eius exhibēdo oleum de
coctionis illius. de quo etiam fecit mentioneꝫ
Mesue ⁊ modus illius olei habetur secundum
istum modum ex ordine Serapionis. Primo eli
gantur folia mezereon que sunt similia folijs
oliue nisi quia sunt subtiliora illis ⁊ eligantur
ea que sunt magis tenuia ⁊ que sunt maiora et
magis plana sine asperitate ⁊ quod oritur in lo
cis liberis: postea preparentur taliter vt acci
piantur ex illis folijs. ʒ. j. et proijciantur super
ipsum lib. iij. aque ⁊ coquantur donec remaneat
lib. j. deinde coletur abiecta aqua ⁊ iterato pro
ijciat super ipsum. ℥. j. aque ⁊ tantumdem olei
amig. ⁊ coquatur iterum donec consumat aqua
⁊ remaneat oleum: ⁊ tunc de illo oleo dosis eius
est a. ʒ. iij. vscꝫ ad. v. sed credo ꝙ esset laudabile
vt exhiberetur cum aqua lactis caprini etiam
ad remittendum igneitatem dicti olei: sed si vis
exhibere substātiā mezereō dicit Sera. in ꝓces
su capituli elige id ꝺm qꝺ diximus. s. folia lon
giora latiora ⁊ subtiliora ⁊ infunde ea in acce
to forti duobus diebus aut duabus noctibus ⁊
infunde talia folia sic integra ⁊ renoua duabus
vicibus aut tribus acetum: postea abiecto ace
to in quo erat infusum ablue folia cū aqua dul
ci duabus vicibus aut tribus: ⁊ exicca ipsum in
vmbra donec exiccet: postea tere ꝯtritione non
subtilissima ne ꝓpter nimiā tenuitatem adhe
reat villis stomaci ⁊ intestinoꝝ: deide misce ipꝫ
sic cōtritū cū oleo amig. dul. aut oleo viol. ⁊ ita
stat eius p̄paratio: sed tūc cōuenit vt misceatur
cum alijs medicinis. Nam si intendis eūonem
melencolie per ipsum misce cum epithimo: et si
intēdis eūare ab epate aquam citri. misce cum
mirabola. citri. ⁊ rosa. ⁊ si a vacuitatibus my
rach vel a spatio inter siphac ⁊ intestina debes

De p̄paratione mezereō ⁊ eius dosi tā in suba q̄ in infusina.

miſcere ſpicā ꝛ aſſarū: ꝛ aliqui exhibēt paruz radicis ireos: ꝛ ſi in cōpoſitionibus hmōi ſiue pillulis ſiue electuarijs ſiue trociſcis ponatur aliquid de maſtice cum ſucco ſolatri ꝛ ſucco eupatorij ꝛ abſinthij: fiet cōueniēs mixtio eūando a membris naturalibus: quicq̄d ſit qn̄ erit facta decēs ꝛ debita ꝑparatio credo etiā ꝙ melius eſſet vti mitioribus medicinis ꝛ abijcere medicinā compoſitam in qua intrat mezereō ſicut dicitur cōmuniter de fungis ꝙ qn̄ ſunt bn̄ preparati decocti cū ſale ꝛ piris ꝛ pane ꝛc. Et poſtea frixi in patella ꝛ aromatizati cum ſpecieb⁹ qd̄ tūc bonū eſt ꝙ ꝓijciātur in latrinā poſt debitā preparationē nō loquor ſine myſterio: qꝛ ego Joannes Matthe⁹ ex ferrarijs de gradi. Mediolan̄. cum eſſem ad curā illuſtriſſimi quondaz ducis Mediolani quarti Franciſci ſfortie hydropici ꝛ fuiſſet inter medicos tūc ducales diſputatum de ſibi exhibēdo de electuario facto a Meſ. de mezereō: aliq̄bus prius negātibus ꝛ alijs conſentiētibus: tandē fuit cōcluſum ꝓpter v̄bum vni⁹ q̄ dicebat ſe velle experiri ꝛ recipere de illo electuario anteq̄ daret principi vt videret opatio illius in dicto corpore qd̄ naturaliter ꝛ etate ꝛ complexione nō multū elōgabat a natura principis: niſi ꝙ ipſe erat apparēter ſanus ꝛ pn̄ceps eger Dico fuit cōcluſum vt ordinaret dcm̄ electuariū: ꝛ ita cum omni diligētia ꝛ ꝑparatione optima fuit cōſtructum dcm̄ electuarium cū omni artificio debito ꝙ electuariū eſt multum conſolatū. vt pꝫ inſpiciēti: ꝛ in toto compoſito intrat modica portio mezereō: ꝛ ponit̄ ī hoc medicamē bn̄dictum. Re vera tn̄ poſtq̄ ſic ſtetit ꝑ aliquot dies vt aliqualē reciperet fermentationem ille animoſus ꝛ ꝑſtātiſſimus medic⁹ confiſus in auctoritate antiquoꝝ auctoꝝ noſtroꝝ q̄ ī caſu audēt ꝛ laudāt medicinas in q̄bus intrat mezereō: fecit experientiā de eo: ꝛ credo ſumpſit tres. ʒ. qd̄ elu̅ariū ſoluit eū laborioſe multum ꝛ adduxit eū ad ſe. Poſtea ꝑ aliquot dies pur fuit datū ēt principi credo. ʒ. ſ. ℈. vel vſq̄ ad. ij. ꝛ erat patiens medicinas fortes ꝛ ſine nocumento tolerans cōiter: ꝛ tn̄ ab iſto eľario fuit notabiľr leſus ꝛ cū maxima anguſtia facta eſt ſoľo cum magna acq̄ſita debilitate in mineris principaliuz mēbroꝝ: vn̄ iurauit ſe nunq̄ acceptuꝝ illā medicinam: ꝛ ita nullo amico laudarem vt acciperet medicinas in q̄bus intret mezereō: ſed mitioribus eſſe vtendū q̄ tn̄ in ſe fortes ſunt: de q̄b⁹ infra dicet̄: neq̄ tales fortes vel ſiľes debēt exhiberi niſi prius facta ꝑparatione cū ſirupis appropriatis de q̄bus abūdanter dcm̄ eſt in ca° ſuꝑiore: ꝛ ita laudo ſtandū eſſe in medicinis ſatis cōibus vt ſunt trociſci de reubarbaro cū q̄bus dādo. ʒ. ij. ꝓ vice bis in hebdomada: quaſi fuit tota cura in illo inuictiſſimo ꝛ excellētiſſimo principe. Si fui lōgior ꝑcas amice: qꝛ hec dixi ꝓpter vtilitatem poſteritatis. ¶ Conſeq̄nter poſt pillulas cū virtus fuerit minus fortis ꝛ ſup. venter ēt minus ſtipticus ordinat trociſcos mitiores q̄ fuerint pillule. Etiā ad intētionē in aſclite a cā calida dicit ſic ꝙ ſi virtus fuerit debilis ſup. nō abſolute vt a prin° dicebat̄ cū qua debilitate eſt hn̄da modica fiducia. Et ita non cōueniunt ſolutiua fortia: ſed fuerit debilis ad modum expoſitū. i. minus fortis q̄ in caſu ꝑcedēte Trociſci de mezereō dādi ſunt: ꝛ ponit deſcriptionē: vt infra. ℞. ſe. endiuie. ʒ. x. mezereō. ʒ. j. ℈. ꝛ duas tertias agar. ſucci eupatorij ſiľr tātūdē rob. ſe. cydonioꝝ amboꝝ an̄. ʒ. ij. ℈. Ex his oīb⁹ fiāt trociſci. x. de q̄bus oī die cū ſiru. acetoſo de zuccaro in potu vnus dādus eſt. Pꝫ ꝙ iſti trociſci ſunt ſatis mites inter ſe luētia cū virtute mezereō ꝛ debite correcti maxime cū rob. ꝛ ſe. cydonioꝝ ꝛ exhibentur cū ſirupo acetoſo de zuccaro ēt ad maiorē remiſſionē inflāmationis. Ego tn̄ nō exhiberem oī die vt ipſe ponit: qn̄ pur vellez vti medicina in qua intrat mezereō: immo tardarē ꝑ: viij. vel. x. dies quo tꝑe medio intēderez cū rectificātib⁹ epar ꝛ exſiccātib⁹ nō ſolutiuis: qm̄ cura in aſclite ꝛ in reliq̄s ſpēbus hydrop. vt infra declarabo ex ſentētijs illuſtriū auctoꝝ nō ꝑ̇ncipaľr ꝑficitur ꝑ reſoluentia: ſed magis ꝑ rectificantia lapſum membroꝝ naturalium: et ſic exiccatiua menſurata cū reſolutiuis ꝛ cōfortatiuis: qꝛ lꝫ ꝑ ſolutiua educat̄ de materia cōicata: qꝛ tn̄ maxime debilitāt ſtōm ꝛ epar mediate tm̄ faciunt ad multiplicationē materie debilitando quātum faciunt ad ſolutionē: ꝛ ita experientia compertum ſepe vidi.

¶ Sequitur illa pars. (Si aūt fuerit venter ſolutus.) In qua Ra. ponit curā aſclitis ſtāte ventris fluxibilitate ꝛ non ſtipticitate ꝛ ꝯn̄r ſtante maiori debilitate in virtute vt ſepe cōtingit vt ſupra declaraui ꝛ duo facit. Primo ordinat que ſunt fienda ꝑ medicinas. 2° ordinat dietam. ibi (Eger quoq̄.) De ꝑ̇ͣ parte dicit. Si aūt venter fuerit ſolutus ꝛ ſup. cā fuerit calida vt ſupra detur trociſcus debilis cū ſyrupo acetoſo. Hic per ventrem ſolutū nō intellexit fluxibilitatez: ſed ventrem nō ſtipticum: vn̄ nō ſtante ſtipticitate ventris nō pōt dari vnus trociſcus de ſupradictis: ſed ſit debilis. i. in modica doſi interpollādo. vt dictū eſt ſupra cum alijs trociſcis dictis medijs vt eſſent trociſci de ſpodio: ꝛ tūc poſſunt exhiberi cū ſyrupo acetoſo de zuccha. Sed ſi vēter fuerit ſolutus. i. lubricus neq̄ cōueniret aliquis trociſcus debilis ſolutiuus illi⁹ materie: ſed deberet dari trociſcus debilis. i. non ſolutiuus: neq̄ deberet dari cum ſyrupo acetoſo de aceto vini: ſed de aceto cydoniorum.

¶ Cōſequenter ponit ordinē in dieta ſimul cuz medicinalibus ſtāte vētris fluxibilitate dicēs. Eger quoq̄ nūtriat̄ ex albedugi. i. auibus minutis ſup. aſſatis ꝛ bibat ſyrupū de cydo. addit: ꝛ ſi vētris ſoľo vehemēs fuerit: rob cydonioꝝ ſolus dād⁹ eſt ꝛ nō ſup. ſyrup⁹ acetoſus de cydo. Et ex hoc innuit ꝛ bn̄ notate ꝙ ſtāte ſoľone vētris in aſclite ꝑcipue ē maxīe attēdēdū ad hoc accn̄s quaſi in totū negligēdo cām ꝯiūctā ꝑꝑ timorez de ꝓxima futura morte ex fluxibilitate ꝯtingente: totū eſt clarū.

¶ Si autem cum hac paſſione non fuerit vrina rubea ꝛc.) Hec eſt ſecūda pars principaľ huius prime ꝑtis in qua ponit curā aſclitis nō a cā calida: ſed a frigida: ꝛ diuidit̄ in tres ꝑtes. Nā p° ponit curā ꝑ pillulas ēt de mezereon q̄ ſunt fortes. 2° ꝑ trociſcos ꝛ apozimata de radicibus. 3° per empľm: ꝑtes patēt. ¶ Pro intellectu haruz omniū partiū eſt p° notandū ꝙ ex hoc ordīe inſinuauit modos curationis in aſclite: q̄ ēt modi obſernādi ſunt in alijs ſpēbus: vt cū p° fuerit ſolutio vētris cū appropriatis ad mām: quā tn̄ debēt ꝑcedere digeſtiua ꝛ ſepe lenitiua ſm̄ can̄.

Nota hyſtoriam.

De ꝑparatione mezereō ꝛ cū doſi tā in ſubā q̄ in infuſiua.

Nota bn̄.

Def. trociſcoꝝ de mezereon.

Nota

communes:postea debēt in asclite exhiberi pro
uocatiua vrine:ꝛ deinde veniēdo ad localia em
plastra ꝛ similia ꝛmaxime de fortibus intelligē
do. Ordinauit ergo pͦ pillulas in q̄bus est intē
tio solutiua aquositatis ꝛ calefactiua ad remo-
tionē male complōnis frigide:ꝛ etiā exiccatiua
dicit sic. Si autem cum hac passione non fuerit

Descr. pillularū de mezereon.

vrina rubea neq̄ color sup. in cuti ad citri. decli
nās:sed vrina sup. fuerit aquosa aut lactea ꝛ co
lor sup. fuerit albꝰ vl̄ liuidus vn̄ declaraꝶ super
causam frigidā:pillule iste dāde sunt q̄. ℞. me-
zereō:serapini an̄. ʒ. ℥. salis indi fimi columbini
an̄. sextā partē. ʒ. vniꝰ. vult ꝙ ex his fiāt pillule
ad dosim vnaꝫ. Re vera sunt fortes:ideo addit.
Pillule em̄ iste aquam vehemēter descēdere fa
ciūt. De mezereō dcm̄ est supra. de serapino ꝛ sa
le indo infra diceꝶ vbi in casu ex eis fient pillu
le appropriate:sed debēt preparari:vt infra vi-
debiꝶ ꝛ exhiberi cum aqua lactis. ¶ De fimo co
lumbino dicūt q̄dā vt latius infra ꝙ ꝑ ꝓprieta
tem nō educit aquā:sed virtuali exiccatiōe po-
nitur in medicinis asclitis a causa frigida pro-
pter fortem incensionē ꝛ quasi adustionem eius
¶ Deinde dixit. trocisci preterea de lacca cum
apozimate de radicibus dādi sunt. vtilitas ho-
rum trociscorum cum decoctione dicta in ꝓuo-
cādo vrinam est superius declarata. Consequē-

Des. emplastri.

ter ordinat empl̄m ad hāc intētionē sub hac for
ma ꝛ est exellens empl̄m. ℞. farine ordei:ciperi:
stercoris ouini veterꝫ:baurach. i. salis nitri:bo-
li armeni:oīum partes equales:ex oībus tritis
fiat epithima supra ventrem. Addit ponēs vti-
litatē. illius namq̄ ꝓprietas est aq̄ magnā par
tem exsiccare. Nam dicta simplicia puluerizata
pn̄t incorporari cū melle ꝛ fieri empl̄m:ꝛ vꝫ non
solū in cā frigida:imo ēt ꝛ in cal'a in asclite cuꝫ
nō sit vehemēter calefactiuū:vt pꝫ:sed in cā fri
gida pōt extēdi supra totū ventreꝫ ēt si occupet
regionē epatis:vbi si ꝯiungaꝶ cā cal'a nō dꝫ po-
ni nisi supra vētris partē anteriorē tm̄ vel sini-
strā:ꝛ nō supra regionē eparꝫ:imo expedit epar
cū epithimatibꝰ ad frm̄ aliqualiter alterare.
¶ Seq̄tur illa ps. (Qd̄ si in palpebris ꝛc.) Hec
est scd̄a ps principalis capl'i in qua determinaꝶ
de hydropisi hyposarcha:ꝛ auctor duo facit: qꝛ
pͥmo ponit signa q̄bꝰ ipa declaraꝶ:scd̄o ponit cu
rā. 3ͣ ibi. (Egro itaq̄.) ¶ De pͣ pte dixit textua

Decl'atio 2ͤ partis pͥncipalis

liter ꝙ si in palpebris ꝛ in extremitatibꝰ. i. ma-
nibus ꝛ pedibꝰ fuerit apā molle. i. tumor mollis
ꝛ testiculi apāꝶ sup. notabiliter facies q̄ ac to-
tum corpus mollitie quadā teneatur: erit tunc
hydropisis spēs q̄ hyposarcha noīatur. Rō to-
tius litere est clara. nā ex quo hyposarcha gn̄aꝶ
ex sanguine flātico siue humore flātico ad mem
bra demādato:cū quo nō pōt fieri debita vnio
ꝛ assimilatio cū mēbro:fit ꝯn̄r inflatio et tumor
mollis in toto vt latius infra declarabitur loco
suo:qꝛ tn̄ in membris extremis virtus nutriti-
ua debilior est:sil'r ꝛ in testiculis ꝛ in palpebris
q̄ in aliis membris. Jdcirco in his minus perfe
cte producuntur operationes virtutis nutriti-
ue:ꝛ ꝓinde in dictis membris maior tumor ap-
paret precipue in testiculis vel in bursa eorum:
qm̄ ibidem recipitur multum de materia fleg-
matica ex capacitate loci:ꝛ in palpebris sil'r cuꝫ
sint membra porosa rara:qꝛ tamen ꝛ toti cōica-
tur dictus sanguis flāticus:inde est ꝙ facies et
totum corpus quadam tenetur mollitie:ꝛ in ꝓ
cessu etiam in eis fit tumor manifestus. ¶ Con
sequenter ponit curam ꝛ tria facit:qm̄ pͦ ponit
curam ꝑ troc. de lacca cū apozimate de radicibꝰ
scd̄o per medicinam solutiuam vt pill'as de reu
barbaro. tertio ordinat aliqualem in casu die-
tam cōuenienteꝫ. scd̄a ibi. (Et venter). tertia ibi
(Eiq̄ ꝓterea est ꝓcipiendum.) ¶ De prima dicit

Declō 2ͤ particule 2ͤ partis principalis.

Egro itaq̄ ac laboranti trocisci de lacca cū apo
zimate de radicibus sunt tribuendi. Addit de se
cūdo puncto:ꝛ venter qualibet hebdomada ex
pill'is de reubarbaro est soluēdus ꝛ patiens in
arena calida sepeliendus. ¶ Circa partē primā
no. ꝙ lꝫ hyposarcha ex multis causis dependere
possit vt infra loco suo videbitur:tn̄ vt multum
pendet ex debilitate digestiue epatis ꝯtingente
a cā frigida:cū qua ēt vt sepe coīunguꝶ opila-
tiones epatis ꝓinde cū in trociscis de lacca sit
virtus apitiua oppilationū epis ꝛ ꝓuocatiua
vrine:vt fuit. s̄. declaratū in capͦ de dolore epa
tis:idcirco posuit cōuenienter vsum eoꝝ in tali
dispōne ꝛ nota ꝙ laudauit prius trocis. de lac-
ca q̄ pillulas de reubarbaro:cū quibus ēt stat
intentio cōfortationis epatis cū eductione ma
terie flātice ꝑ secessum: ꝓsentia cuius redditur
sanguis flāticus. De quibus pillulis dicit Aui.
in cura hydropisis hyposarche. vbi dicit ꝙ con
fert solutio ventris:ꝛ que melior est illa que est
cum pillulis de reubar. ꝛc. qꝛ nō tm̄ fit purgatio
dicte materie:sed etiā apertio oppilationum ꝛ
cōfortatio epatis:vt ptꝫ ex cōponentibus: non

Nota

qꝛ velit ꝙ a ꝓuocatiuis vrine vel sudoris sit in-
cipiendum in operatione qm̄ regulariter prius
est fienda ventris solutio ꝛ cū clysteribus: ꝛ cuꝫ
ebibitis etiā prius digesta materia cū syrupis
vt supra dictum est:q̄ exhibeanꝶ prouocatiua ꝛ
maxime fortia. Sed ideo prius laudauit exhibi
tionem trociscoꝝ:vt innueret ꝙ prius ꝑficiꝶ in-
tentio cure in hyposarcha ꝑ aperitiua ꝛ ꝓuocā
tia q̄ ꝑ solutionem ventris : qm̄ existēte mā in
hyposarcha dispersa in membris vel per mēbra
cōtenta in venis minutis:ꝛ ꝓ parte in vacuita
tibus ꝛ poris membroꝝ habilius eūatur per su

Nota

dorem:ꝛ etiā per vrinā q̄ per intestina propter
maiorem cōtinuitatē cū vena chilis ꝛ emulgē-
tibus q̄ cū intestinis:ꝛ istā sniam expresse insi-
nuauit Ras. 7ͦ contin̄. cuꝫ dicit. Jn carnosa hy
dropisi cōfidenter stude ad ꝓuocandum vrinā:

Nota

cum ꝑ vrinā fiat purgatio eius maior ꝛ sup. con
uenientior q̄ ꝑ laxationem. Addit: tn̄ hydrops
asclitis nō est eūanda per ꝓuocationem vrine
in maiori parte:immo sup. ꝑ laxationē magis:
qm̄ materia asclitis est recepta in locis ꝓximis
intestinis. Et proinde supra in hydrope asclite
principaliter laudauit purgationē ꝑ secessum
cum pillulis vel trociscis, de mezereon vt vidi-
stis:si igitur laudat in hyposarcha vt eger qua-
cunq̄ hebdomada est soluendus cū pillulis de
reubar. ꝛ tn̄ ad perfectionē magis faciunt ꝓuo
cantia per vrinā vel sudorē q̄ soluentia ꝑ seces-
sum:tacite innuebat ꝙ in alio tp̄e toto existētē-
dendum cum pronocantibus siue sint syrupi si-
ue decoctiones siue electuaria:vt infra loco suo
videbitur:intendendo etiā cum exiccātibus vt
est sepeliri ipm̄ in arena calida vel faciendo vn
ctiones ꝛ emplastra exiccatiua de q̄bus latius
dicetur loco suo. ꝛ istam partē bene nota quia

vtiliter seruiet ad casum.nā talia plus faciunt q̄ purgationes secessiue q̄ laboriose educūt ta/lem māmi:⁊ tñ virtutē magis debilitāt:⁊ pinde cōfidens in his exsiccatiuis laudat incōtinenti vt vtatur exercitio:⁊ q̄ famē ⁊ sitim sepe patia tur:dixit:eiq3 p̄terea est p̄cipiendū vt exercitio vtatur ⁊ famē ⁊ sitim sepe patiat̄.Et ex hoc in/nuebat q̄cūq3 exsiccatiua in casu puenire vt ci/baria sicca formal̄r ⁊ virtual̄r:⁊ sic vitanda sunt humida:⁊ itē exterius inūctiones effectiue sic/ce vt q̄ fiunt ex oleo maxime phisticorum:⁊ oleū de cherua est fortis imp̄ssionis:⁊ tandē de oleo cu cumeris asinini:⁊ ita cū silibus pficietur inten tio:⁊ cū istis sit expedita ista pars principalis.

(Si vero venter inflatus ac tensus fuerit.) Hec est tertia pars principalis huius capl'i in qua determinatur de hydropisi tympanite:in q̄ fit aggregatio vētositatis dn̄anter in vacuitati bus myrach vel inter syphac ⁊ intestina.Et pri/mo declarat eam per signa.scdo ponit curā ibi. (Quā qui patitur ⁊c.) De p̄ma parte dicit:si vero venter inflatus ac tēsus fuerit ⁊ cū pcutit̄ sonū reddit vt tympanū.i.sonum acutū:hydro/pis spēs adesse significabit̄ q̄ tympanites dicit̄ l̄ra satis est clara:ex quo in tympanite aggrega tur vētositas p extēsionē redditur venter sicc⁹ ⁊ durus:⁊ ita a pcussione fit sonus acutus diffe/renter ab ascite in qua fit sonus obtusus.

Consequēter de scda parte ponēdo curā p di uersa ingenia curatiua.Primo.s.p dietā: p̄nr p localia ⁊ medicinas interius sumēdas: tandem p suppositoriū educēs vētositatē deorsum ⁊ cli/steria.Circa quas ptes oēs simul nota q̄ in tym panite nō ponit curā p medicinas solutiuas:q2 cā frigida isti⁹ nō est p medicinas solutiuas edu cibilis:⁊ tñ hec vt pl'm pendet a cōpl'one sicca cū caliditate:vnde medicine solutiue sunt apte multum nocere ⁊ modicū iuuare:tñ vbi vētosi/tas cōseruaretur a mā flātica in stō vel intestis nō esset irrōnale cū medicina leni vt cū hiera re monere cām antecedentē:qm̄ applicatio loca/liū calefacientiū resoluentiū stante mā fouen/te eēt timorosa:vt infra videbit̄ loco suo de coli ca:⁊ illo casu bonum esset prius mūdificare:sed habita cōsideratione ad cām cōiunctā dcē me/dicine solutiue nequaq̄ cōueniunt. Secūdo nota q̄ qm̄ tympanitis cā vt pl'm est debilitas digōnis prime vt suo loco infra videbitur:⁊ p̄ cipue seq̄tur malā ordinationem cibi ⁊ potus maxime comestionē ciborum vētosabiliū.Idcirco p primo ingenio curatiuo posuit debitum regi/men obseruandum:vnde dicit:quam qui patit̄ sup.tympanitem a comestione olerū abstinere dzatq3 eorum omnium que ventositatum sunt ge/neratiua vt sup.sunt comestiones ⁊ fructuum ⁊ leguminum ⁊ potus aque frigide ⁊ hmōi. Di cit scdo.venter quoq3 omni die cum panico est euaporandus sup.calefacto ⁊ torrefacto simul cum modico salis ⁊ furfuris.Sed hic nota q̄ q2 vt dictum est supra sepe in tympanite coniūgit complexio calida epatis opz cauere in sacella/tionibus ⁊ reliquis vētositatis dissolutiuis vt non attingant ad regionem epatis:sed sup. ad reliquas partes ventris tantum. Addit:⁊ vē tose sup.sicce supra ventrem ponende:⁊ medica mina ventositatem dissoluentia sunt dāda sup ple in potu vt diacyminum ⁊ electuariū de bac/cis lauri qd in capl'o de iliaca nominabim⁹.Sz si coniungeretur cōplexio calida epatis debent illa remitti in caliditate cum alterantibus ad frigidum epaticis tñ vt cum speciebus triasan/dal'.vel diarodon abbatis ⁊ silibus. Addit: eger p̄terea exercitio ita assuescat ⁊ famē patia tur vt non ppterea virtus multū debilitetur.

Addit:⁊ ex collyriis suppositoriis q̄ ventosita tem dissoluunt quorum faciemus mētionē.s.in li° diuisionum sibi subiiciat.i.supponat.Nam ibi in fine capl'i de hydropisi in tympanite ordina/uit suppositorium vt infra.℞.cymini ⁊ baurach ⁊ folia ruthe.sup.sicca cōficiantur cum melle et supponantur cum cotto in die multotiens.nam talia extrahunt ventositatem. Addit:vltimo venter quoq3 cum mantilli sup.calido donec ru bere incipiat fricetur ⁊ ex oleo rutaceo cliste/rizetur:ptz totum.Et sic sit finis capl'i.

Des. quorū dā supposi toriorum.

Expedita cōtinuatione capl'i ⁊ declarato eo textual'r p ampliori intelligē tia māe erunt ex ordine in hoc capl'o quinq3 vi/denda.Primo de quid nois ⁊ q̄d rei hydropisis. scdo videbitur de distinctionibus ⁊ specieb⁹ hy dropisis ⁊ de cōparatione earum adinuicē in mali tia.tertio de causis.p̄mo hydropisis in gñe:dei/de in causis spālib⁹ spērum hydropisis.quarto vi/debitur de signis:p̄mo pnosticis euētus ad hy dro.p̄nr de signis ad bonū ⁊ ad malū:deinde po nentur signa demōstratiua gñis puta hydropi/sis absolute:⁊ postea specierum ⁊ causarum ipsarum. Ul timo veniemus ad curam eius.

Quid nominis Circa primū hydropisis q̄d nois idē grece sonat q̄ passio aquosa latine.Nā vt dicit Gētilis alle gans Theodorum priscianum lib.5°.nō habeo eū d2 hydropisis ab hydro qd est aquositas ⁊ pisis passio.i.passio aquosa:⁊ idcirco q2 ascites ppe est passio aquosa sibi ppriissime debet̄ nomen hydropisis.Et ita noiauit Gal'.5° interiorum.ca°. 7° ad finē capl'i.Tñ ēt cōuenit large ⁊ tympani ti ⁊ hyposarche:qm̄ in his oībus cōiungit̄ etiam aquositas:vñ tympanites vt dicit Ras.in diui sionibus fit cū aggregatur in ventre parum aque ⁊ ventositatis pl'm.In hyposarcha sil'r transit de flāte cū sanguine ad membra vt infra videbitur Et ita in omni tali stat aquositas ledens.

De q̄ddita te nois.

Alex.aūt dixit q̄ hydropisis est chronica epa tis passio ex frigiditate eius generata ita vt nō possit transmutare ⁊ coquere cibos in substan/tiam sanguinis:sed in aqueam qualitatem mu tat eos aut in spm̄.i.ventū aut in flegma:⁊ hec descriptio non tm̄ declarat quid nois sed etiam quid rei p q̄pto exprimit cām eius effectiuam.s. frigiditatem epatis.qd quō fiat a frigiditate vi debit̄.j. Et Conciliator dr̄ia.114.diffinit hy/dropisim sic hydrops est error grandis virtutis digestiue epatis per quam omnia corporis mē/bra vel nutritionis intumescunt:⁊ dicit notan/ter error grandis:q2 ex minori alie egritudines ⁊ male complexiones consurgunt ⁊ non hydro/pisis vt aliquotiens cacesia que est principium ad hydropisim. Sed magis proprie declaran do quid rei dicit Aui.14ª.tertii tractatu quar/in principio capl'i de hydrope:quod hydrops ē egritudo materialis cuius cā est materia exube rans frigida ingrediens membra ⁊ crescunt p eam:aut membra manifesta omnia:aut loca va

De quiddi tate rei.

cua partiū in q̄bus sunt regimē nutrimenti et
humores: Est igitur egritudo mālis siue sit cō‑
plexionalis mālis siue cōpōnalis: sed prius est
cōpōnalis q: tumoris ꝛ augmenti: vn̄ ꝓprie hy
dropisis dicit aggregatū ex aquositate ventosi‑
tate vel sanguine flegmatico simul cū tumore ꝛ
augmento in ventre, vel in toto: qḋ declarat ꝑ
hoc qḋ dicit ꝛ crescūt ꝑ eā mēbra oīa ꝛc. ꝛ dicit
ꝙ eius cā est mā exuberās frigida: frigida dicit
quo ad cām cōiunctā: nō quo ad cām añtē: qm̄
aliqnotiens cā añs est mala cōplo calida vt in‑
fra videbitur: sed cā coniuncta essentialr semꝑ
est frigida vt aquositas vel vētositas vel mate‑
ria flegmatica transiens cū sanguine ad mēbra
lꝫ talis cā frigida essentialr aliquotiēs possit ꝑ
putrefactionē accidentalr fieri calida: vt pꝫ ēt
in reliq̄s cū putresiunt: lꝫ ēt possumus dicere ꝙ
quo ad cām nō mālem tm̄: sed ēt effectiuā quasi
vtplm immediatā est egritudo frigida saltē pri
uatiue. s. ꝑ priuationē calidi nālis vel ei᷒ dimi‑
nutionē: qm̄ debilitatus est calor nālis epatis
ad debite digerenduꝫ: vt dixit supra Alex. lꝫ ali
quotiens coniungatur excessiua caliditas gra‑
dualis extranea. Addit Aui. ꝙ talis mā est ingre
diens membra: ꝛ crescunt ꝑ eā aut membra ma‑
nifesta oīa: ex hoc manifestat spēm hydropis q̄
hyposarcha noīatur: aut sup. penetrat ī loca va
cua partium in q̄bus sunt regimē nutrimenti ꝛ
humores. s. myrach ꝛ vētris in q̄bus includunt
membra q̄ sunt regimē nutrimēti. s. stomacus ꝛ
epar ꝛ splen: q̄ ēt mēbra sunt q̄ primū gñant hu
mores: ꝛ humores sup. sunt prin^m in dictis mē‑
bris. Et ita manifestauit alias duas spēs hydro
pisis. s. asclitē ꝛ tympanitem. Nam in talib᷒ va
cuitatibus ꝑtium cōtinentiū mēbra nutrimen
ti subintrant aquositas ꝛ vētositas: ꝛ in eisdem
fit manifestus tumor ꝛ augmētū quātitatiuum
Propterea addit ꝙ ī hyposarcha cā est mā flāti
ca penetrans cū sanguine ad mēbra sup. oīa: ꝛ ꝙ
in asclite cā est syphac ꝛ intestina: ꝛ q̄ seqnūtur
spaciū ventris inferioris pōt differenter intelli
gi vel q̄ sequuntur spacium ascēdendo v̄sus cu‑
tim. Et ita innuit ꝙ non tm̄ mā talis includit
in illo spacio: sed ēt in vacuitatibus myrach q̄
sunt supra spacium ꝛ sequuntur ipsum: vel alr ꝛ
q̄ sequuntur ipsum spacium. s. de vacuitatibus
membroꝝ ꝛ nō sunt ꝓprie mēbra nutritionis sꝫ
inherent dictis mēbris: vt sunt vacuitates reꝑ‑
te in messinterio ꝛ in zirbo adipino: immo et in
panniculis cōtinētibus immediate mēbra nā‑
lia vt epar ꝛ splenē maxime: ꝛ ita exponat copu
latiue de vacuitatibus q̄ sequnt ipm spacium
ꝛ ascēdendo versus cutim ꝛ descēdendo versus
mēbra nutritionis. Nā in oībus talibus vacui
tatibus aggregat mā dicta. Et lꝫ dixerit Rasis
in diuisiōibus ꝙ in asclite aggregatur aqua in
ventre tantum per ly tantum: intellexit dñan‑
te. i. aqua tantum dominante cum quo stat qḋ
etiam ventositas pro parte reperiatur in ea vt
expresse dixit Alex. Nam declarans asclitem di‑
xit ꝙ est vna species hydropisis generata ex te‑
nui humore ꝛ ventositate: sicut etiam dicit Ra.
in diuisionibus. ꝙ in tympanite aggregant aq̄
parum ꝛ ventositas plurimum: ita etiaꝫ potest
esse in asclite ꝙ cum aquositate aggregatur vē‑
tositas: sed parum eius respectu aquositatis. Et
nota per hoc quod dicit in ventre: per ventrem

In asclite cū aquosi‑tate aggregat paruꝫ vētositatꝫ ꝛ ī tympa‑nite est pl'ꝫ vētositatꝫ ꝛ parꝫ aquositatis.

intelligit non tantum vacuitatem infra syphac
continentem naturalia membra vt communi‑
ter dicitur quod est vacuitas inter syphac ꝛ in‑
testina: sed simul cum ea intellexit etiam totuꝫ
myrach quod dicta membra naturalia cōtinet.
Et de tympanite dicit Auicen. quod causa in ea
est ventositas sup. a dominio sparsa in illas par
tes. Et non tantum de his intelligendo vacuita
tibus: sed etiam vacuitatibus que in messinte‑
rio ꝛ alijs panniculis pauloante dictis reperiū
tur: quoniam in eis etiam clauditur ventositas
ꝛ aquositas in his speciebus hydropis.

¶ Et ꝙ hoc sit verum ꝙ in hydrope aliquotiēs
concludatur ventositas vl' aquositas ꝓ magna
parte in vacuitatibus myrach ꝛ non in spaciosi
tate magna ventris manifestatur ex eo quod ex
perientia probat: quoniam vidi veros hydropi
cos ꝛ asclíticos ꝛ ventosos in quibus ad modū
ipsorum vel incisione facta supra ventrem ipso
rum non percipiebatur sonus neq̄ ventosita‑
tis neq̄ aquositatis: ꝛ tamen erat manifesta ex
tensio in ventre cum extenuatione aliorum mē
brorum: ꝛ hoc erat quia illa ventositas ꝛ aquosi
tas erant clause in vacuitatibus myrach supra
syphac: quia si fuisset dicta materia recepta in
vacuitate inter syphac ꝛ intestina tante quanti
tatis quod facta esset extensio circa ventrem: ꝛ
maxime prominuerit pars que est infra vmbili
cum versus sumen: vt dicit Rasis in textu: tunc
ad motum corporis vel ad percussionem ei᷒ fuis
set sensibiliter perceptus sonus aque vel vento
sitatis quod non fiebat. Ideo si aliquādo ab au
ctoribus declaratur asclites vel tympanites ꝑ
hoc quod commouendo huc vel illuc corpus vel
percutiendo manibus percipiatur sonus vt aq̄
in vtre: ꝛ fit sonus obtusus vel acutus vt sonus
tympani: hoc verum est vt in pluribus maxime
in processu cum abundant dicte materie ita vt
non contineantur tantum in vacuitatibus my
rach: immo etiam ꝛ in concauitate ventris: pu‑
ta inter syphac ꝛ intestina: nam tunc proprie ꝑ
cipitur talis sonus. ¶ Suadet etiam ad hoc ꝓ
bandum quoniam ex applicatiōe sacellationū
exsiccatiuarum bis vel ter supra ventrem sensi‑
biliter minuitur tumor ventris: quod nō tm̄ sic
est verisimile propter multa membra interponi
inter sacellationes ꝛ aquositatem ꝛ ventositatē
si in concauitate magna continerentur dcē ma
terie quarum extensione augmentetur venter:
quia nō sic cito illa materia sensibiliter minue
retur. Unde credo ꝙ minuatur venter ex eo qḋ
minuitur per exsiccationem ꝛ resolutionem ma
teria que retinetur in vacuitatibus myrach ꝓ
ximis cuti: immo credo quod tumor apparens
circa ventrem magis pendeat ex materieb᷒ in‑
clusis intra dictas cōcauitates q̄ꝫ ex materia re
cepta in concauitate magna infra syphac. Et tu
etiam credes si bene considerabis: quoniam si
propter multitudinem mãe infra syphac cōclu‑
se fieret talis extensio ꝛ augmentum in mēbris
exterioribus quasi semper cū tali extensione sta
ret maxima difficultas in anhelitu: q: nō min᷒
cōprimeretur a dicta mā diaphragma in sursuꝫ
sicut cōprimitur extendendo myrach in exteri᷒
homine supino iacente: stante tūc multo tumo
re ventris: et tamen de facto apparet multos
esse hydropicos tales in quibus non est magna

Not. bene q̄ sequunt

No. ꝙ dcm̄ istō doctorū est verū vt in pl'ib᷒

Opinio doctoris.

anhelitus difficultas: ꝑcipue cū quiescunt cōsi dera circa hoc ⁊ tibi vtiliter seruiet ad opus sol licitando te ad applicationem resolutiuorū ⁊ exiccatiuoꝝ exterius circa ventrē. ¶Et ex his p̄tꝫ clara sn̄ia tex. Auic. legaꝫ sic litera: hydropi sis est egritudo mālis. s. compositionalis: q꞉ au gmenti quātitatiui: cuius cā. s. materialis ⁊ cō iuncta: est mā exuberans frigida. s. essentialiter vt aquosus sanguis in hyposarcha: vel aquosi tas ⁊ vētositas in asclite ⁊ tympanite igrediēs membra: ⁊ crescunt ꝑ eā. s. materiā exuberātem aut mēbra manifesta oīa: vt in hyposarcha: aut loca vacua partiū. i. extenduntur loca vacua par tium ⁊ crescunt hoc mō: partiū dico in q̄bꝰ sunt i. in quibus continetur regimen nutrimēti et hu mores. i. membra naturalia q̄ sunt in mēbra q̄ bus debetur regimē nutrimēti ⁊ sunt membra que primū generant hūores: ⁊ in q̄bus hūores primū reperiuntur: ⁊ sic ꝑ loca vacua intelligere possumus ⁊ vacuitatē magnā inter syphac ⁊ in testina: ⁊ vacuitates cōtentas inter syphac ⁊ cu tim: ⁊ vacuitates mēbroꝝ que adherent natura libus mēbris vt mesintherij zirbi adipini ⁊ pā niculorum immediate continentiū epar ⁊ sple nem. nā in omnibus talibus cōtingit tales ma terias contineri vt supra declaratum est. Et hec de primo principali sufficiant.

Declaratio diffinitionis hydropisis dn̄i Aui.

Questio.

Distinctiones. Ueniendo ad 2^m de spe ciebus opꝫ tollere diffi cultatem motā a Cōtili sup isto passu: quoniā de mente Hip. 4° regis acutoꝝ textu commēti 108. ponuntur tm̄ due spēs hydropū: dixit in p̄n° textus. Hydropū due sunt spēs vere. Et idē vide tur sentire 2° ꝓnosticoꝝ: vbi posuit distōnē de spēbus hydropis ꝙ alia est a cā imediata. s. ab epate: ⁊ alia a cā remota. s. lumbis. Et quidā po nunt quatuor spēs vt narrauit Gal. de mēte ali quorum antiquoꝝ 4° regis acutoꝝ cōmen. tex. supallegati: vt fuit Platearius Gilbertꝰ ⁊ mul ti salernitani q̄ nō tm̄ posuerūt dictas tres spe cies: sed addiderunt quartā. s. leucoflegmātiā. Aui. aūt cum Rasi ⁊ Sera. ⁊ Halya. ⁊ reliq̄s cōi ter ponunt tres spēs que dicte sunt. s. hyposar cham tympanitē ac asclitez. ¶Breuiter in hac difficultate rn̄deatur ꝙ sunt tres: distōne reali et distōne sumpta ex ꝑte causaꝝ materialiū im mediatarū: vt hyposarcha cuius cā est sanguis flegmaticus dispsus per mēbra: postea est ascly tes ⁊ tympanites que habēt alias cās vt dictū est. Sed si fiat distinctio tm̄ noīalis ab aliq̄bus ponuntur quatuor diuidētes spēm hyposarche in duas spēs: eo ꝙ cōsiderauerūt ꝙ sanguis aquo sus qui vadit ad mēbra pro cā imediata hydro pisis: aliqū remanet cū sua aquositate mlta: ali qū cum pauca: ⁊ ita ꝑm hoc posuerūt duas spēs nomine differentes: ⁊ primā vocāt leucoflegmā tiam vbi est multū de aquositate mixta sangui ni ⁊ de flegmate al'. ⁊ vocatur leucoflegmātia a leuco grece: qđ est albū latine ⁊ flegma. i. a fleg mate albo. Scđam aūt appellāt hyposarchā: et ita est distinctio tm̄ noīalis: qm̄ multū ⁊ paucū nō diuersificāt spēm: ⁊ ita eos rep̄hēdebat Gal. 4° regimis acutoꝝ cōmento allegato: ⁊ ita eādē ex parte materie modo Alex. nomiauit diuersis nominibus. ¶Si vero ꝯsideremus spēs hydro pisis ex parte locoꝝ in quibus fiunt: q꞉ duo sunt loca sensibiliter distincta in quibus fiūt: qm̄ hy

Responsio dubij.

posarcha fit ex tumore membroꝝ extremoꝝ rece pta materia in dictis mēbris ⁊ alie due species s. asclites ⁊ tympanites fiunt recepta mā in ven tre ꝑm hanc cōsiderationē: dicit Hip. 4° regimi nis acutoꝝ ꝙ sunt due species hydropisis.
¶Potest etiā fieri cōsideratio ex ꝑte causaꝝ p̄n cipantium vt cōsiderando cām eius ꝓpinquā ⁊ remotā: ⁊ sic sunt ēt due species tm̄: vt vna que est ex ꝓpinqua cā. s. ex epate. ⁊ scđa que est ex cā remota. s. lumbis ⁊ circūstantibus: ⁊ hanc ꝯside rationem fecit Hip. 2° ꝓnosticoꝝ: ⁊ sic fit soluta ista difficultas. ¶Restat nūc videre q̄ earuꝫ sit deterior: ⁊ de hoc dicit Aui. de mēte quorūdā ꝙ hyposarcha est deterior alijs: qm̄ corruptio i ipa cōicat epati ⁊ venis oībus corporis ⁊ carni: ita vt destruat plurimū digōnis tertie. Et ꝑm hoc fit argumentū per eos ꝙ hydrops hyposarcha est alijs deterior: quia est magis cōis q̄ sint alie due spēs: ex quo toti cōicatur: etiā ꝑ hydropē hy posarchaꝫ fit lesio virtutis dignioris. nā oꝑatio digestiua membroꝝ est nobilior ceteris: q꞉ v̄tus membroꝝ nālis est ad quā ꝯuertuntur alie virtu tes. nam est finis aliaꝝ oꝑationū: ⁊ finis est no bilior his que sunt ad finē. ¶Alij dicūt ꝙ tym panites est peior passio: q꞉ difficillime curatur: q꞉ tympanites cū ꝯiungitur cū cā calida nō est spes: et tympanites nō fit sine cā calida: vt etiā dicit Auer. 3° colliget ca° 18°. ꝙ est notabile cap^m ad hanc materiā: qm̄ cū dꝫ curari tympanites ꝑ ca lida dissolutiua: additur etiā in cām: q꞉ talia me dicamina per caliditatē agentia resoluendo vē tositatem etiā agendo in humiditates vētosita tes generant: ⁊ ideo est difficilis cure: ēt q꞉ cau sa calida nō potest remoueri nisi per frigida: et ista debilitant virtutē nō confortando sicut fa ciūt mlta calida: ⁊ sic est difficillime curabilis.
¶Aui. dicit ꝙ asclites est deterior ⁊ quo ad cās ⁊ quo ad accidētia: quo ad accn̄tia p̄tꝫ: q꞉ hypo sarchi pur ambulant: sed asclitici sunt exte nuati ꝑm reliqua membra ⁊ tumefacti ventrem ita vt opꝫ ipsos susc̄ētari fascijs: ēt illa mā sepe inducit difficultatē anhelitus ⁊ sepe syncopim resudando ꝑ diaphragma: ⁊ sepe suffocantur inad uertenter vt ego vidi.
¶Etiam q꞉ materia in asclitico est nitrositate participans: ⁊ ita facit aliquotiens vlceratio nem membrorū: vnde aliqn̄ vidi in asclitico ita tumescere crura ꝙ pellis frāgebatur de se: ⁊ exiuit aquositas nō a natura expurgāte sed a multitu dine materie simul cū acuitate eius ⁊ illis videtur ꝙ sint alleuiati: tn̄ infra octo vel decē dies mo riebantur: accn̄ria ergo sunt seuiora in asclite.
¶Etiam ex parte causaꝝ est deterior asclites: q꞉ plus elongatur cōplexio naturalis ep̄is a na turalitate in generatione aquositatis q̄ in ge neratione sanguinis flegmatici: vn̄ fit hyposar cha vt p̄tꝫ cum aquositas nō fiat nisi ꝑ corruptā digestionē epatis calido nāli simpl'r extranea to: vn̄ nō pōt induci forma alicuius hūoris: sed cum generatur sanguis flāticus calor ⁊ si diminu tus sit in nālitate nō tn̄ tal'r extraneatus vt fiat oꝑatio corrupta sed diminuta q̄ inducit ad for mam sanguinis flātici: ⁊ ita p̄tꝫ ꝙ asclites dete rior est q̄ hyposarcha ceteris paribus maxime quia asclites principal'r pēdet ex lesiōe digōnis epatis ⁊ hyposarcha ex lesione digestionis ter tie membroꝝ. nam fit defectus in virtute nutri

Que spēs hydropisis est deterior.

No. bene.

Rn̄sio ad petituꝫ ꝙ deterior species est asclites.

tiua in mẽbris quo ad vnionẽ debitã circa mẽbra. Nam ibi ꝛ si apponat mã nutrimẽtalis ad membrum nõ tñ debite vnit membro cui apponitur sicut id qð erat resolutũ: ꝛ ita in hyposarcha stat fortitudo virtutis epatis aliquãta virtute cuius pncipalr fit possibilitas curationis in omni specie hydropis: vbi in asclite virt᷒ naturalis est multũ defecta vt dictũ est: ꝛ ita morbus fit etiã minus curabilis. Et fm hoc dici potest ꝙ virtus naturalis epis est dignior ꝙ̃ virt᷒ naturalis membroꝝ lꝫ in cã terminet. ¶ Et ita nõ sequit: in hyposarcha cõicat nocumẽtũ mẽbris ꝛ venis ꝛ epati ꝛ in asclite epati pncipaliter: ergo hyposarcha est deterior morbus: qꝛ dicatur ꝙ nocumentũ epati cõicatũ in hyposarcha est multo minus vt fuit dictũ: ꝙ̃ fit nocumẽtũ in epe in gñatiõe asclitis. Et ita silr dico qð est deterior tympanite ceteris parib᷒: qm̃ licet tympanites nõ fiat sine caliditate sup. certa minuente vel debilitãte naturalẽ caliditatẽ: cum ea tñ stat caliditas vt nãlis fortior ꝙ̃ fit illa que generat ventositatẽ. Etiã qꝛ nocumentũ gñationis tympanitis maxime est nocumentũ stomaci pmũ vt volunt autores vt infra videbitur. Et istud nocumẽtũ stomaci sepe corrigit per digestionem scðam in epate: ẽt mã ipsa est facili᷒ dissolubilis ꝙ̃ sit mã asclitis vt ptꝫ ꝛ nõ semp fit a caliditate supflua tympanites: imo aliquotiẽs a cã frigida debilitãte naturalẽ caliditatẽ cum quo tñ stat ꝙ nõ fiat sine caliditate. Nã caliditas naturalis vt dicit Auer. loco alleg. qñqꝫ minuitur p augmẽtũ caloris accidẽtalis qñqꝫ minuitur a frigido. Et si fuerit cã vt vult remotionis caloris nãlis a suo temperamẽto egritudo calida: attribuet ista remotio egritudini calide et oportebit intẽdere cũ remittẽtibus frigidis temperatis. Et si fuerit frigida attribuet fride et oportebit intẽdere cũ infrigidãtib᷒: ꝛ ita sit satisfactũ ad istã difficultatẽ. Et ita tenẽdũ est in effectu ꝙ deterior spẽꝝ ẽ asclites postea tympanites: deinde hyposarcha ceteris paribus. dicitur ceteris parib᷒: qꝛ tãta põt esse diuersitas in causis eaꝝ vt. s. si hyposarcha pẽderet ab apa te duro epis ꝛ tympanites pẽderet a debilitato calido naturali per frigidũ ab extrinseco: tunc nõ esset dubiũ quin hyposarcha esset difficilioris curationis ꝙ̃ tympanites. ¶ Sequitur alia distinctio ꝙ hydropisis quecũqꝫ fuerit: quedaꝫ est recens quedã est antiqua. Itẽ quelibet earũ quedam est pẽdens ex cã pmitiua vt a frido aere ꝛc. quedam a causis corporalibus vt apatib᷒ epatis ꝛ membroꝝ vicinoꝝ vt infra videbit in causis. Item quedam coniungitur in corpore iuuenili ꝛ per naturam forti: ꝛ quedaꝫ in sene vel puero vel aliter debili ꝛc.

Deterior asclites post tympanites et 3° hyposarcha.

digestione 2ª gñatiua humoꝝ ⁊ sanguis: quoꝝ ſi bonitate seq̃tur bonus color ⁊ eoꝝ malitia seq̃tur corruptio coloris. ¶ 2m signū posuit. A. qđ in omnibus eis accidit inflatio pedū ꝓpter debilitatē caliditatis innate ⁊ ꝓpter humiditatem sanguis ⁊ eiꝰ vaporē: ⁊ inflatio talis in pedibꝰ maxime fit circa talum: qm̄ in illis partibꝰ maxime debilitata caliditate naturali sanguis in vaporē cōuertit̃: ⁊ aliquotiēs vapor in humiditatē aqueā. aliqui tñ dicūt ꝙ hoc nō est signum cōmune: qm̄ in tympanite nō semꝑ accidit īflatio pedū: lꝫ etiā Sera. dixerit ꝙ in oībus speciebus hydropisis īflatio pedū est accñs cōe: ⁊ est ꝓbabilis rō quam adducit. nam cum in oī tali est debilitas caliditatis naturalis nō expellūtur vapores ad membra extrema: ⁊ ita vapores illi grossi cum nō resoluūtur aquei exñtes ꝯñr grauitate quadā mouētur deorsum simul cū q̄busdā alijs humiditatibꝰ: ⁊ ita intumescūt pedes. Si igr̃ aliquotiēs apparet ꝙ nō intumescāt in tympanite hoc maxime euenit in ꝑnº sed in processu tumescūt ꝓpter causam dictā: reliqua tñ mēbra extrema extenuātur loquor in tympanite. ¶ Et de hoc mouet dubitationē Sera. in caº ꝑpō. quare etiā manus nō tument cum ad eas ēt expellātur vapores grossi sicut ad pedes. Respōdit adducēdo tres causas ad hanc solōnem. Prima causa sumit̃ ex ꝓpinq̃tate manuum ad cor ⁊ distātia. s. pedū: qm̄ cū cor sit fons caloris vicinitate sua iuuat̃ virtus nālis manuū et ad melius digerēdū ⁊ ad ꝓhibēdū receptionē vaporū ⁊ ad resolōnē eorūdē. Scđa causa sumitur q: manus sunt faciliores motꝰ q̄ pedes ⁊ pluribus motibus subijciunt̃: vñ ꝓpter multitudinē ipsoꝝ motuum resoluitur qđ effunditur ad eas. Tertia cā sumitur ex eo q: vapores grossiores ⁊ plures descēdunt ad pedes q̄ ad manus: q: de ꝓprietate vapoꝝ grossoꝝ est vt dixit vt nā. i. per nāꝫ descendant inferius: ꝓpt̃ id q̄ ponūt pedes inflatos ⁊ non sup. manus. ¶ Aliud signum est vt dicit Aui. ꝙ oēs ille spēs non eūantur ex siti clamosa. i. angustiosa. rō huiꝰ sumit̃ p̄mo qm̄ ex mā hydropisis sequēte corruptionē digōnis eleuant̃ humores al's vapores mali corrupti ad os stōi qui ꝯñr exsiccāt ⁊ inducūt ad sitim. Alia cā sumitur ex priuatione nutrimenti cōuenientis mēbris. nā in oī spē hydropisis priuant̃ mēbra a debito nutrimēto: ⁊ ita in oī hydropisi substātifice exsiccātur: lꝫ qualitatiue humectent̃ ī hyposarcha: iō ꝯñr exsiccata fortiter attrahunt humiditatē ꝯueniētē: ⁊ ita cōicat̃ suctio ad os stōi ⁊ fit sitis. Adiuuat ēt ad vehemēter attrahēduꝫ opꝰo in vijs cōiter ꝯtingēs in hydrope: vñ p̄uātur ēt magis sufficiēti nāli nutrimēto: ⁊ tñ ꝓpt̃ fortē attractionē subtile humidū trahit̃ a stō. Hor. ēt addit aliā cām dicēs ꝙ vna de causis sitis inter alias est ꝙ spūalia cōprimunt̃ ī hydropisi quacūq; ita ꝙ nō pōt libere ꝑ pulmonē fieri euētatio ad ip̄m cor: quare supinflāmat̃ cor ⁊ vicinitate eius ad os stōi cōicat̃ ori stōi caliditas exsiccatiua faciēs ad sitim. Addit. A. ꝙ nō eūantur a ꝯstrictiōe anhelitus: ptꝫ in asclite ⁊ tympanite ꝑ cōpressionē diaphragmatis: ⁊ in hyposarcha ēt ꝓpter grauitatē mēbroꝝ spūaliū subseruientiū in anhelitu ex sanguine crudo cōtēto in eis. ¶ Ponit aliud signuꝫ qđ est paucitas appetitus cibi: ptꝫ ex signo p̄cedēte vehemētiā appetitus aq̃. i. sitis. nā appetitus ad cibū ⁊ sitis vident̃ esse ad ꝯtraria: ⁊ sic ad intēsionē vniꝰ seq̃tur remissio alterius. Facit tñ. A. modificātē exceptionē ꝙ nō in qualibet hydropisi stat vehemētia sitis: ⁊ ꝯñr stare poterit appetitus ad cibū: ⁊ est bene notandū: ⁊ ita sitis clamosa non est signuꝫ cōe inseparabile in hydrope. Vbi grā. vbi accidit hydrops a frigiditate epatis ⁊ ꝓpe a potu aq̃ frigide nō in hora sua: qm̄ tūc multo infrigidato stō ⁊ ep̄e ꝓhibebit̃ sitis: neq; rōnes prius adducte in hoc casu sunt cōcludētes vt ptꝫ si cōsiderabis saltē in prinº hydropis: lꝫ forte ī ꝓcessu fiat sitis. ¶ Aliud signū cōe in oībꝰ illis minorat̃ vrina: ptꝫ q: humidū aquosū vel trāsit ad mēbra cū sanguine in hyposarcha: vel s̄m magnā ꝑtē transit ad vacuitates medias vētris inferioris ⁊ ꝓpe in asclite. nā in hac magis minoratur vrina deinde in hyposarcha: in tympanite aūt nō tm̄ vt ptꝫ cōsiderāti. ¶ Et ex hoc infertur aliud signū ꝙ vrīa cōiter tingit̃ in hydrope ⁊ aliqualiter rubet. tñ ꝓpter paucitatē eiꝰ ꝑ simplicem alterationē cū alterat̃ a caliditate mēbrorum tingit̃ sensibilr̃ plus q̄ si esset pluris quātitatis tū q: illud modicū colericū qđ trāsit cum vrina magis tingit modicā quātitatem vrine q̄ multam. Tertia cā sumit̃ ꝓpter impotētiā seq̄strationis siue sepatiōis sanguineitatis ⁊ colere rubee ab vrina q̄ in potētia fit in omni q̄si spē hydropisis ꝓpter debilitatē expulsiue epis ⁊ debilitatem attractiue renū vt supra dictū est. Et ita stāte mixtione sanguinis ⁊ colere cum vrina reddit̃ vrina magis tincta ꝓpter id vt recte refert Auic. ad significādum super cām calidam ⁊ dominium sanguinis in hydrope non oportet vt indicetur ꝓpter tincturā aq̃ ⁊ rubedinē eiꝰ. ¶ Aliud signū posuit Aui. ꝙ accidūt eis plm̄ febres tepide. i. leues quo ad accñtia propter putrefactionem in mā frida lꝫ sint ꝑiculose. ¶ Vltimū signū de his cōibus dicit Aui. multotiens accidunt eis botor q̄ rupte emittūt a se aquam citrinam. ⁊ hoc est propter corruptionem ⁊ nitrositatem humoris non regulati a natura ⁊ appꝫt in processu ⁊ est de malis signis vt dixi supra.

¶ Aliud signum ponunt quidam de pruritu cōtingente in toto qui etiam contingit ex corrupta digestione que fit in toto vel ex vaporibus nitrosis sursum ascendentibus.

¶ Signa vero distinctiua in hydrope si fit a cā calida vel frigida dicit Aui. ꝙ hydropisis cuius cā est calida est cū signis caliditatis ex inflāmatione ⁊ siti sup. excessiua ⁊ citrinitate coloris ⁊ amaritudine oris ⁊ vehemētia siccitatis ī corpore sup. subito ꝯtingēs ⁊ casu appetitꝰ cibi ⁊ vomitu citri. ⁊ viridi. ⁊ vrina apparet rubea viridis vel ad nigrū declinās p̄cipue in processu ex adustione ⁊ ꝓpter maximā vehementiā colere. Et si cā fuerit tāte intēsionis ꝙ sequat̃ liquefactio naturaliū humiditatū stant signa liquefactionis in vrina ⁊ egestionibus cum manifestatione virulentie ⁊ similibus. ¶ Signa vero opposita sunt signa hydropisis a causa frigida.

¶ Signa vero distinctiua a causa per proprietatem ab ea que per cōmunitatē vt hydropisis facte vitio ep̄is tantum non cōicata mala qualitate a stomaco renibus splene vel ab alijs mēbris: sed ab ipso epate principaliter maxime ex a p̄ate epatis dicebat Hip. secundo pronostico-

Quare manus nō tumentꝰ in hydropisi sic pedes ꝓpter tres causas.

Quare hydropici patiunt̃ sitiꝫ clamosaꝫ.

De signis distinctiuis hydropisis a cā calida vel frigida.

rũ. ⁊ ita Gal. tex. cõmẽ. tertij. ꝙ sumũtur ex qua-
tuor. Naz dicit sic: cuius ꝟo. s. pº origo est ex epa
te fit cum tussicula nec quicꝙ̃ ꝓijciunt ⁊ pedes
tumẽt ⁊ nõ egerũt nisi modicũ ⁊ cum angustia ⁊
circa vẽtrem apostemata fiũt nõ cõtinue extra
manẽtia sed veluti fugiẽtia. Fit pº tussicula in
q̃ nõ ꝓijciunt q̃cꝙ̃. Et dicit Ga. in cõmẽto ꝙ ha
bẽs hãc egritudinẽ desyderat, tussire ⁊ accit ei
mordicatio q̃ ꝓuocat ad tussiẽdũ. Cum ergo in-
cipit tussire abstinet a tussi sup. ꝓpter nocumẽ-
tũ qd̃ ꝑcipit in tussiendo ꝑ compressionẽ apa-
tis: incipit tñ tussire vt expiatur eius iuuamen
tũ qm̃ ꝓpter vicinitatẽ ex apate epatis ad ip̃m
diaphragma cõprimẽdo cõstringit pulmo: esti-
mat ergo infirmus tussim vtilem sperãs ꝑ eam
euadere rẽ nocẽtẽ ⁊ dilatare cõstrictionẽ. Et id̃
aliq̃n abstinẽt a tussi: q: voluntarie se ꝓuocant
ad tussiendũ: nõ tñ in totũ abstinẽt q: ꝟtus na-
turalis ꝓpter lesionẽ mouet ad tussiendũ: ⁊ nõ
fit simplr̃ volũtarie: nihil tñ spuit: q: mã̃ nõ est
in membris spũalibus ledens nisi aliq̃n expuat
aliqd̃ subtile aquosum vt dicit Gal. q̃ venit, ad
cãnã pulmonis ex venis in q̃bus sanguis aquo
sus est cõtẽtus. ¶ 2m signũ dicit Hip. est tumor
pedũ ⁊ est de signis cõibus vt dicit Gal. in com-
mẽto: ut etiã fuit dcm̃ supra. tñ in hydropisi per
ꝓprietatẽ epatis notabilis tumor pedibus ci-
tius aduenit ꝙ̃ in ea q̃ est ꝑ cõitatẽ: qm̃ epar pº
leditur. ¶ Aliud signũ ⁊ 3m dicit ꝙ nõ egerũt nisi
modicũ ⁊ cum angustia: ⁊ ita etiã dicit Auic. in
caº signoꝝ hydropisis: ꝙ q̃n incipit ex parte epa
tis ꝯstringitur cũ ea nã: ⁊ rõnem adducit Cõci. in
cõmẽto: qm̃ in dicto casu stomacus ⁊ intestina
nõ hñt egritudinẽ sup. ꝑncipalr̃: ⁊ cibus ei⁹ nõ
corrumpitur nec grauat hec mẽbra. q̃re nõ accidit
flux⁹ vẽtris. Sed fex ibi moratur in corpe. põt legi
lr̃a minoratur: q: caliditate epatis ꝓpter apostema
suggitur humidũ de fecibus ꝓpter adustionem: ⁊
sic remanẽt sicce: ⁊ etiã meseraice sane existẽtes
mittũt de humido in fecibus cõtento ad epar.
Sepe ẽt ꝯtingit ꝙ meatus ad fel ꝯstringitur pro-
pter apostema. quare modicũ trãsit de colera ad
poꝝ ad intestina: ⁊ ita redditur vẽter stipticus vt
supra est dcm̃ de icteritia: ⁊ maxime hoc est verũ
exñte apate in gibbo: q: forte exñte apate in cõ-
cauo ꝑ viã resudationis virulẽtie ꝑ meseraicas
ad intestina cui⁹ acuitate forte stimulata expul
siua intestinorũ fieret vẽtris fluxibilitas. dico si
gnãter forte: qm̃ ꝓbabile esset dicere ꝙ plus fa
ceret apa calm̃ in epate ad suggẽdũ ⁊ exiccãduz
feces ꝓpter vicinitatẽ ad intestina ꝙ̃ faceret vi
rulẽtia ad humectãdũ vel incitãdũ ad expulsio
nẽ. ¶ 4m signũ est ꝙ qd̃ circa ventrẽ apata fiũt
cõtẽtiue extra manẽtia: sed veluti fugiẽtia ⁊ per
vẽtrẽ nõ tm̃ intellexit myrach vẽtris: sed etiam
reliq̃ mẽbra cũ inflãtur: qm̃ vt voluit Conci. in
commẽ. ꝓpter sanguinẽ aquosum quo nutritur
cutis exterior apparet mollis. vñ stante tumore
circa mẽbra si comprimatur tumor digitis cedit
deorsum cõpressioni: ⁊ sic fugit apostema vel fu-
giũt apata: ⁊ ita nõ cõtinue sũt extrema eminẽ-
tia: immo vidẽtur tũc fugiẽtia ꝑ cõpressionem:
sed verũ est ꝙ postea redeũt. Uel aliter intelli-
gatur ꝙ in principijs hydropisis cũ non est causa
cõfirmata aliq̃tiẽs tumet vẽter: postea cum bo-
nitate regiminis ⁊ applicatione medicinarum:
⁊ maxime localiũ detumescit: postea iterato re-
dit tumor cum fit aliqualis excessus in regimĩe
ita ꝙ operatio epatis magis ledatur: ⁊ ita aliquo
tiẽs talia apostemata sunt extra eminẽtia ⁊ ali
quotiẽs fugiẽtia. Uel põt dici ꝙ in q̃busdã ma
gis partibus vt in extremis: ⁊ ꝑcipue pedibus
cum est nocumẽtũ ex parte epatis principaliter
etiã nõ grãde in ꝑncipijs hydropisis tumẽt pe-
des in die ꝑ motum demãdata aliqua mã ad pe
des postea in nocte post somnũ facta resolõne
detumescũt pedes: ita ꝙ mane null⁹ q̃si appet tu
mor ⁊ istd̃ sepe appetit in ꝯualescẽtib⁹ ex lõgĩ mor
bis: ⁊ credo ꝙ istũ sẽsũ voluerit. A. ĩ caº signoꝝ cõ
muniũ hydropis vbi accepit sñiam Hip. supra
dictã dixit. Et cum est initiũ hydropisis aposte
ma in epate cõstringitur nã. i. vẽter ⁊ apostema-
tur pedes ⁊ est tussis sine sputo ⁊ accidũt apata
in latere dextro ⁊ sinistro. s. in pede dextro ⁊ sini
stro que occultantur: deinde apparet: ⁊ postea
sup. occultatur ⁊c. ẜm rectificationem epatis et
nocumentum illius.

¶ Signa ꝟo hydropisis ꝑ cõitatẽ vt ex alijs vl' lumbis. s. ex stomaco vel intestinis maxime di-
stinguuntur ex fluxibilitate vẽtris. Nã hoc ac-
cidẽs de fluxu pº manifestatur siue stomacus fue-
rit lesus siue intestina vel meseraice. Nã stante
nocumẽto in stomaco fit fluxus lẽtericus vl' ci-
balis: ⁊ ita dico stante lesione in intestinis cõi-
cato nocumẽto stõ: ⁊ aliquotiẽs fit fluxus chilo
sus stãte oppilõne in meseraicis q̃n stomac⁹ ẽt
sufficienter digereret: aliq̃n tñ apparet aliquan-
tulũ sanguiolẽtus ẜm qd̃ in meseraicis aliquaz
alterationem recipit. Aliud signum sumitur ex
parte doloris vẽtris stomaci vel intestinoruz q̃
nõ remouetur cum fluxu ꝓpter causam ledẽtẽ sto
macũ intestina vel meseraicas eẽntialr̃. ¶ Et si
fuerit ex renibus vel ꝓpter impotẽtiã attracti-
ue vel ꝓpter oppilõnes: tũc maxime multipli-
catur fluxus ꝓpter id qd̃ non attrahitur aq̃sitas ad
renes: immo regurgitat ad intestina ꝑ modos
dictos supra: ⁊ cum hoc stãt nocumẽta circa re
nes de dolore grauitate vel manifesta friditate
⁊ q̃ñq ꝑcesserũt apata ⁊ vlcera in renib⁹. ¶ Et si
fuerit ex splene dicit Auic. ꝙ spleneticũ signifi-
cat color ad viriditatẽ declinis vel sup. fuscedi-
nẽ ⁊ egritudo accñs in splene: ⁊ q̃ñq nõ cadit in
ea appetitus. ¶ Et si fuerit ex catarro sunt signa
catarri q̃ sunt posita supra. ⁊ hec sufficiant de si-
gnis cõibus hydropisis ⁊ q̃rundã spẽrũ cõium:
vt cause calide vel frigide et ꝯtalibus cõitatis
vel ꝓpetatis. ¶ Cõseq̃nter oz ponẽ sigª spãlia
spẽrum ꝑticulr̃ hydropisis ⁊ pº hyposarche.

¶ Primũ sigm quo etiã distinguitur a tympanite
⁊ asclite ⁊ ẽẽ Aui. sumitur ex hoc. Nã cum ipsa est
apparet ĩ ea inflatio in corpe toto sicut accidit
corpori mortuo ⁊ impinguãtur. i. magnificãtur
mẽbra in ipsa ⁊ ꝓprie facies est declinis ad pin-
guedinẽ ⁊ non ad arefactionẽ sicut apparet in
asclite ⁊ tympanite. dicit g̃ ꝙ inflãtur membra
sicut accidit in corpe mortui vel quasi sepe mor
tẽ. qm̃ in illo tpe ꝓpter minorationẽ spũum vl'
distemperãtiã in eis tales spũs nõ debite regu
lãtur ab aĩa ita vt moueãtur ad diuersa mẽbra
ẜm exigẽtiã opationũ aĩe: immo mouẽtur q̃daz
suo motu naturali: q̃ eis ꝓprie debetur nõ vt sũt
anime instr̃m ẜm doctrinã Alber. in libello de
spũ ⁊ inspiratione: q̃ posuit diuersos motus de
beri spiritibus in corpe humano quos omnes

De signis distĩctiuis ꝑ cõitatẽ.

De signis hyposarche.

modos posui ꝛ declaraui in quadam mea spe/
ciali questione de corporibus si sint calidiora in
hyeme ꝙ in estate. ſm igit͛ illum motũ q̄ sibi de
bet naturalr̄ vt ꝑticipāt virtute elemētali mo
uetur versus circũferētiā ꝛ cutim maxime supe
rius eminētē quos spũs in motu sequuntur q̄/
dam alie humiditates etiā ad circũferentiā cu/
taneā: ꝛ ita pn̄tia hoꝝ intra cutim reddit͛ cutis
eius tumida ꝛ ꝓprie facies eius inflat͛ ꝛ impin
guat͛ ex causa supradicta. ¶ Aliȯ signum posuit
Aui. cum Alex. nam in omni loco corporis cum
ꝑmuntur digiti supra carnē comprimit͛ caro de
orsum ꝛ facit fossam. Nā dicit Alex. ꝙ ꝑmentib⁹
digitis fossa acq̄ritur: ꝛ eleuatis digitis statim
replet͛ pꝫ ꝓpter mollitiē carnis sanguie crudo.
¶ 3^m^ signũ dicit Aui. ꝙ nō est in vētre ei⁹. i. pa/
tiētis hyposarchā de inflatione ꝛ commotione
i. ꝙ ꝑcipiat͛ res moueri intra vētrē id qȯ est in
vētre asclitis ꝛ tympanitis in q̄bus. s. fit cōmo/
tio vētositatis vl̄ aquositatis ꝛ ꝑcipit͛ sonus in
eis neqꝫ inflātur circa sumē sicut in alijs. Et idē
dicit Bor. pꝫ qꝛ in ea est aggregata aquositas vl̄
vētositas in vacuitatē magnā sicut in illis.
¶ Aliȯ signum posuit etiā Aui. ꝛ etiā Bor. ꝙ ſꝫ
plm̄ seq̄tur hyposarchā fluxus vētris sanguino
lentus ꝛ lenitas nature tēdēs ad albedinem: et
hoc est qꝛ epar gn̄at sanguinē aquosum vt dictũ
est supra q̄ est tēdēs ad albedinē ex quo est san/
guis fl̄aticus q̄ sanguis nō cōueniēs membris
mittit͛ ꝑ parte ad intestina. vel fit etiā tendens
ad albedinē: qꝛ q̄dā partes chili cōmiscētur cuꝫ
resudatione sanguinea: sed hoc etiā aliquotiēs
apparet in alijs spēbus magis tn̄ in hyposar/
cha. Sed cum illa mā est tēdēs ad albedinē per
mixtionē chili nō penetrātis ꝓpter oppil̄ones:
tũc apparet sensibilis diuersitas in ꝑtib⁹ isti⁹.
materie. ¶ Aliud signũ posuit Ra. in diuisioni/
nibus ꝛ est albedo coloris vrine. nā aliquotiēs
apparet al. spissa quasi lactea: ꝛ aliquotiens est
spissa nō colorata vt vbi dissoluat͛ mā fl̄atica si/
mul cum aq̄sitate: ꝛ hoc spāl̄r verũ est qn̄ causa
an̄s est mala compl̄o frigida in hyposarcha
vt sepe cōtingit: qm̄ tunc multe partes chili re/
manēt nō cōuerse ad nām sanguineā: sed vl̄ sub
nā chili vel flegmatis aquosi: ꝛ ita trāseũtes ad
renes: qꝛ tales nō trahũtur a membris fit inde
vrina alba. tn̄ dicit Bor. etiā in vtraqꝫ specie hy
posarche potest vrina esse colorata: qꝛ in causa
cal̄a ꝑ alteratione a cal̄o ꝛ in frigida ꝑ impoten
tiā seq̄stratiue vt supra dcm̄ est in signis gn̄ali/
bus. Sed qꝛ hyposarcha plerũqꝫ seq̄tur compl̄o
nē frigidā lapsam: idcirco plerunqꝫ apparet ad
albũ declinās ꝛ maxime in ꝓncipijs. ¶ Aliȯ si/
gnũ posuerunt Aui. ꝛ Bor. de pulsu: ꝙ pulsus est
vndosus latus lenis. nam ꝓpter humiditatem
mollificata arteria reddit͛ pulsus talis. ¶ Si/
gna ṽo spālia causarũ antecedētiũ vt nunꝙ seq̄
tur corruptionē digōnis 3^e^ tm̄ in mēbris: vl̄ 2^e^
vt epis: vl̄ p^e^ ꝓncipal̄r vt stōi: pn̄t esse nota ex le
sione oꝑationũ stōi vl̄ epis ꝑ signa ꝓpa decl̄ata
locis suis. s. vel stāte incolumitate oꝑationum
hoꝝ mēbroꝝ ꝛ seq̄t͛ hyposarcha decl̄at͛ ꝙ cā su/
mit͛ ex indigōne 3^a^ mēbroꝝ ꝓncipal̄r. ¶ Si etiā
cāe fuerit ꝓmitiue de iordinatiōe i cibo ꝛ potu
cōestiōe ciboꝝ. s. fridoꝝ fl̄aticoꝝ vt fructuũ: vel
potatiōe aq̄ vl̄ sl̄tiũ ex ꝓcedētib⁹ relatiōe ifirmi
decl̄ari pn̄t: ita dico de corꝑalib⁹ si ꝓcessissēt fe

vl̄ oppil̄ones vl̄ apāta renũ decl̄ant͛ ēt ex ꝓcedē/
tib⁹. ¶ Et si cā fuerit liq̄factio hũiditatũ vl̄ hu/
moꝝ a cal̄ido decl̄at͛ ex liq̄factiōe apparēte in
vrinis ꝛ egōnibus ꝛ ex signis caliditatis dictis
supra: ꝛ ita discurrēdo ad omnes causas potes
reperire signa propria ex supradictis.

¶ Positis signis hyposarche ex ordie ponenda
sunt signa asclitis: in q̄ p^m^ signũ vt dicit Aui. est
ꝙ in asclite est grauitas sensibilis in vētre sup.
maior ꝙ in tympanite aut hyposarcha: qm̄ i hy/
posarcha mā penetrauit ad oīa mēbra: ꝛ i ascli/
te ꝛ tympanite quasi tota est recepta in ꝯcanita
tibus vētris. In asclite ēt qm̄ dn̄atur aquositas
q̄ grauior est supra vētositatē ꝛ ecōtra in tympa
nite: ideo maior pōderositas ꝑcipit͛ circa vētreꝫ
in asclite ꝙ in tympanite: ꝛ e tumor ieo multo
maior in asclite ꝙ in hyposarcha: vt fuit dictuꝫ
sup̄. ¶ Addit Aui. distinguēdo maxime ascliteꝫ
a tympanite ꝙ in asclite ꝑ commotionē non est
sonitus sup. ita acutus sicut in tympanite sed
qn̄ cōmouētur sup. corpora patientia de latere
ad latus audit͛ sonus q̄si aq̄ mote ꝛ est tact⁹ vē/
tris istius tanꝙ vtris in quo est aq̄: ista omnia
sunt decl̄ata. s. circa l̄ram. ¶ Aliud signuꝫ dicit
Aui. ꝙ alia membra a vētre nō sunt grauia vel
sup. nō magnificātur sic. in hyposarcha: immo
arescũt ꝛ extenuātur reliq̄ mēbra nisi in q̄busdā
vt dcm̄ est de pedibus ꝛ bursa testiculoꝝ q̄ sepe
inflātur. Nā dicit Bord. ꝙ mēbra q̄ gracilantur
sunt suꝑiora ꝛ inflātur inferiora in asclite ꝛ tym
panite: sed in asclite ꝓprius est ꝙ in tympanite
vt dcm̄ est. s. imo pōit sig^m^. A. i asclite ꝙ est ista
tio virge ꝛt tn̄ qn̄qꝫ: ꝛ ꝛt signāter qn̄qꝫ qꝛ si nō
i ꝓn^o^ saltem in ꝓcessu. naꝫ aliq̄d de humiditate
fluit deorsum in osseum. Nota tn̄ vt supradictũ
est in signis ad malum ꝙ in ꝓpinquis ēt man⁹
in asclite ꝛ tympanite sepe inflāt͛ ꝓpter causaꝫ
ibi dictam. de vrina dictum est supra ꝙ est pau/
ca aliquando rubea aliquando non rubea vt di/
ctum est circa literam.

¶ Aliud signuꝫ sumit͛ de pulsu. dicit Aui. ꝙ pul
sus est ꝑuus freq̄ns decliuis ad duritiem. Duri
ties q̄ae seq̄tur extensionē arterie. nam ſm sen/
tētiā quorũdā ꝛ forte veriorē oēs pāniculi ori/
ginātur a pāniculo syphac q̄ in asclite extendit͛
multũ ꝛ ꝯn̄r arteria ꝑ colligātiā etiā tēdit͛ dixit
declinās ad duritiē: qm̄ est minus durus ꝙ in
tympanite: qm̄ pāniculus aliqual̄r hũectat͛ ab
humido ꝛ nō sic in tympanite: siue ergo originē
tur artarie a syphac siue a pleura diaphragma/
te est equale: qm̄ omnes tales aliqualiter extē/
duntur. Ideo dixit Aui. propter extensionē ve/
laminum: in processu tamen vt etiam dixit. A.
quandoqꝫ declinat ad lenitatē ꝓpter multitu/
dinē humiditatis: paruitas aũt seq̄tur debili/
tatē. Et qm̄ vt supradictũ est in signis cōib⁹ sit
compressio diaphragmatis ꝛ constringitur an
helitus: vn̄ cōsequenter superinflammatur cor
oportet ipsum pulsum velocitari.

¶ Sig^m^ aũt de colore ē vt sup̄ dcm̄ est. s. ꝙ varia
tur a naturali ꝛ plus variatur ꝙ in tympanite
propter magnam debilitatem secum coniungi
vt in pluribus non tendit tamen ad tantam al
bedinem sicut in hyposarcha.

¶ Signa autem tympanitis dicit Aui. ꝙ egre/
ditur in ea sumen plurimo exitu ita quod tu/
mor ventris circa vmbilicum in tympanite est

De signis ꝑticulari/b⁹ asclitis

In ꝓpinquis mor/ti interdũ inflātur ēt manus.

De signis particula/ribus tym/panitis.

magis eminēs ꝙ̄ in alijs speciebus:propter vē-
tositatē plurimū extēdērem ꝛ eleuātē. Et. in ta-
ctu etiā distinguit̄ ab asclite cū q̄ magis cōmu-
nicat:qm̄ in tympanite magis fit resistētia im-
primēdo digitū supra vētrem ꝛ cutis est magis
mollis in asclite:ꝛ ideo magis obediēs ꝯpressio
ni. Pꝛeptere a dicit. A. ꝙ est in ipsa.s. tympanite
de extēsione qꝺ nō est in asclite:immo qn̄qꝫ sū.
est tāta tensio. q̄si sit chorda tensa. ¶ Aliud sigm
nō cōiungit̄ in tympanite tāta grauitas sicut
in alijs duab⁹ spēbus qm̄ hic ē dn̄ans vētositas
supra aquositatē inclusa tm̄ in vētrē:ꝛ ita red-
dit̄ totū corpus leuius ad motiones ꝛ ad alias
oꝑationes:immo etiā reliqua mēbra maxime
supioꝛa sūt graciliora ꝛ p̄cipue collū ꝙ̄ in ascli-
te nec etiā inferiora vt pedes ꝛ bursa vel virga
ita tumēt sicut in alijs vt pꝫ. Sonus etiā q̄ per
cipit̄ ex ꝑcussione cum manu est acutioꝛ sicut so
nus tympani vt supradictum est circa literam.
¶ Aliud signū Aui. ꝛ est notabile signum in hac
specie ꝙ taliter patiēs est appetens eructuatio
nē semꝑ ꝛ melioꝛat̄ ea ex exitu ventositatis.i. et
eructuādo ꝛ deorsum emittēdo vētositatē mul
tū iuuantur:nam euacuatur causa immediata
huius passionis. ¶ Aliud signū sumit̄ ex pulsu:
ꝛ dicit Aui. ꝙ eius pulsus est longioꝛ pulsu alio
rū hydropicoꝝ:ꝛ est sup. minus paruus. Est q̄dē
lōgioꝛ ꝓpter maiorem tēsionē pāniculi:ꝛ cōse-
quēter arterie:nō est debilis.s. sicut in alijs. qꝛ
virtus est minus debilis in tympanite ꝙ̄ i alijs
qm̄ ipsa virt⁹ in asclite est debilioꝛ essentialr̄:qꝛ
ledit̄ virt⁹ illi⁹ a q̄litate mãe ꝛ ēt a q̄litate mãe
aq̄se, qꝛ magis opp̄mit virtutē aquositas ꝙ̄ vē-
tositas:ꝛ ita etiā si cōsyderemus causam cōiun-
ctam in hyposarcha q̄ magis grauat virtutē ꝙ̄
in tympanite forte ꝙ ₰m hoc est pulsus etiā mi
nus debilis in tympanite ꝙ̄ in hyposarcha. Sꝫ
qm̄ vt supradictū est hyposarcha fit a cā efficiē
te minus elōgata a nāli ꝙ̄ tympanites forte ꝙ
₰m hanc cōsiderationē virtus nō min⁹ debilis
est in tympanite ꝙ in hyposarcha:ita qꝺ ꝑ hoc
nō distinguit̄ ab hyposarcha:sed distinguit̄ ab
ea:qꝛ pulsus in tympanite est longioꝛ subtilioꝛ
durioꝛ ꝙ̄ ī hyposarcha ꝛ asclite:sed in tympani
te est minus debilis ꝙ̄ in asclite. Et addit Aui.
ꝙ est scꝺꝫ plˀm velox ꝛ frequēs sup. respectu alia
rum:tū qꝛ sup. arteria est minus obediēs dilata
tioni:tum qꝛ vt dcm̄ est vt plˀm fit a causis cali-
dioꝛib⁹ ꝙ̄ alie spēs:ꝛ sic est maioꝛ necessitas in
eo indicās de euētatione. Proinde dicit Ras. in
diuisionib⁹ ꝙ fit post caliditatē in epate et est
aqua.i. vꝛina cū ea rubea ₰m plˀm in cōparatio-
ne.s. ad alias:sed ꝓpter vētositatē inclusam ple
rūqꝫ in vꝛina est multitudo ampullaꝝ. aliquo-
tiēs tn̄ est plus ꝛ minus rubea ₰m varietatē cāe
ꝛ qm̄ cā plerūqꝫ est calˀa ēt coloꝛ in eis tendit ad
quandā citrinitatē plus ꝙ̄ in alijs speciebus.
¶ Signa ꝯo spālīū causaꝝ vt si fuerit ex stō vel
ex epate p̄ncipalr̄ habita sūt.s. in signis differē
tialib⁹ ꝑ cōitatē vel ꝓpꝛietatē:ꝛ ita si fuerit cor-
ruptio digōnis a cā calˀa vl' fri. habita sunt etiā
signa supra. Et ita si cāe fuerint mãles abūdan-
tia colere ru. vel flār̄ aut malitia cōplˀonis epa
tis aut retētio mēstruoꝝ vel emoꝛroydarum ꝛc.
Ista oīa h̄ntur clara ex supradictis:ꝛ ita qn̄ cāe
fuerint aꝑata dura epatis vel splenis sig^a^ sunt
manifesta ꝑtim ex dictis. s. ꝑtim ex dicēdis īfra

De signis ꝑticulari-
b⁹ asclitis

In ꝓpin-
quis mo-
ri interdū
inflātur ēt
manus.

De signis
particula-
ribus tym-
panitis.

de aꝑatibus splenis. Et tunc dicit Aza. dās do-
cumentū medico circa curationē hydropisis:et
qn̄ videtur cāe hydropisis fortes ꝛ difficiles si-
cut dura aꝑata.s. epatis vel alterius membꝛi ꝛ
alie difficiles egritudines sup. ad curādū:ꝛ ma
xime qn̄ tp̄s eoꝝ ꝓlōgatū est ne sis ꝓteru⁹ in cu
ratione ipsius. Et hec sufficiant de signis.

No. hoc do-
cumentū
Azar.

Cura. Jā veniendo ad curā duo fiēt p̄ncipl̄r
sicut ēt ꝛ in reliq̄s. Nā p̄mo ponet̄ re-
gimē in dieta ꝯueniēs. scꝺo ponem⁹ medicinas.
Sed an̄ꝙ spāli⁹ descēdam⁹ ad dietā opꝫ ad me-
moriā reducere can̄. q̄ dicti sunt supra in p̄nᵒ die
te de doloꝛib⁹ epatis q̄ cōes erant ad oēm lesio
nē epaticā:vt ꝙ in lesionib⁹ epatis diligētissi-
ma dieta opus est. Nā erroꝛ vt dicit Aui. in cu-
ris epatis vel in dieta cōicat̄ venis ꝛ postea to-
ti. Ad illū locū recurre ꝛ ibi videbis multos ca
no. vtillissimos in cura hydropis. ꝛ q̄ ad dietā
et quo ad medicinalia. non volo repetere ꝓpter
abbꝛeuiare:sed nō transeas vlterius nisi prius
eos de recenti videris:qꝛ si alicubi sunt necessa
rij maxime in ista cura sunt necessarij: qm̄ male
ep̄is dispōnes vt multū verētur ꝓpter id qꝺ ad
hydropem terminant̄. Proinde si alicubi neces-
sarium est vti diligentissima cura in dispōnib⁹
epaticis quā dicit Gal. esse habendā in aposte-
te epatis calido. 13ᵒ terap. vt fuit supra allegatū
multo magis est hic habēda diligētia in hydro
pe. Propterea spāliter Haly. 7ᵒ practice in cura
hydropis dixit. Et opꝫ diligēter te adhibere spe
culationem ꝛ discretionē iudiciūqꝫ acue in his
medicaminib⁹ ꝛ cibis q̄b⁹ vti sup. necesse est iu-
xta qꝺ passiōis robur debilitasqꝫ imperāt atqꝫ
₰m ꝙ etas virtusqꝫ patit̄ infirmi:qm̄ hec caput
eorum q̄bus indigemus sunt. Addit. Caue ergo
te ne peccatū incidat in ea quā cōsideras cura.
¶ Ad summū ergo opꝫ vt dicit Aui. in curatiōe
cacesie qꝺ est p̄nm hydropisis vt sit regimē ꝓhi-
bens generationē supfluitatū:ꝛ sup. ꝯuertatur
ad cōtrarium ꝛ cause an̄ti ꝛ ꝑtim cause ꝯiuncte
hydropisis. Et qm̄ cause generales hydropisis
adducētes ad debilitatē digōnis vel coꝛruptio
nem digōnis epatis que est quasi cā ꝯiuncta hy
dropisis vt supra dicebatur reduc[illegible] cōiter ad
duas vt ad calefacientē vel infrig[illegible]tē. [illegible]dcirco
in causa calida dicit Aui. 14ª tertij. in [illegible]ra. hy-
dropisis asclitis. Et non opꝫ vt attendat̄ id qꝺ
dicitur ꝙ hydropisis nō sanatur nisi cum medi
cinis calidis ꝛ sup. cibis calidis: multotiēs em̄
significat id qꝺ testificamur ꝛ experti sumus vt
curemus nos ꝛ qui fuerūt ante nos apostema.i.
tumoꝛem in hydropisi curatione sua.i. ei appꝛo
pꝛiata cum exiccantibus ꝛ complexionē calidā
cum infrigidatione:ꝛ ita aliquotiens est neces-
saria dieta frida īdicatiōe sumpta a malitia cō-
plˀonis calˀe:ꝛ tūc est necessari⁹ aer fridus vl' paꝝ
calidus:qꝛ vt supra dictū est in dispōnib⁹ ep̄is
mãlibus nō opꝫ ad summū deuenire in infrida
tione p̄cipue:ꝛ ita opꝫ reliquā dietā nō multū
ad frigidum declinari stante lapsu ad calidum.
¶ Sed qm̄ in hydropisi semꝑ est cā frigida sal-
tē ꝑuatiue vt dictū est supra vt plerūqꝫ ēt cā ef-
fectiue ꝯcurrēs est dn̄inm positiue friditatis:ēt
qꝛ semꝑ ꝯiungit̄ mã frigida ꝑ cā ꝯiuncta vt di-
ctum est.s. Jdcirco oēs illustres medicoꝝ oꝛdi-
nātes dietā maxime ꝓcedunt cū aliqualr̄ cale-
faciētib⁹ vitādo frida:tū ꝓpter cām an̄tē ꝛ effe

Not. hos
canones.

Not. hunc
can̄. domi
ni Aui.

ctiuã vtplr̃m esse causam frigidam: tum qꝛ epar
magis cõfortaẗ aromaticis tam cal'is ꝙ̃ fridis.
Nã plura ⁊ magis efficacia reperiũtur valentia
calida a ꝓprietate ꝯfortatiua epatis ꝙ̃ frigida:
tũ qꝛ cal'a faciũt ad resol'onẽ m̃ãe cõiũcte: ẽt secu
rius est calefacere ꝙ̃ infrigidare. Et si aliq̃ spãl'r
faciũt cam de cura hydro. a causa calida vt fecit
Haly. cũ frigidis cõmiscet cal'a: ⁊ ita fecit Ata.
Et eũdẽ modũ seruauit Aui. in cura hydro. ascli
tis in hystoria illius mulieris quã hydrops at-
tinuit: ⁊ tanto tp̃e stetit hydropica ꝙ eius rela-
tio est incredibilis vt dicit ⁊ sanata est ⁊c. Sed
regimẽ cõiter ordinaẗ ad siccũ declinãs. Et ideo
saltem vtplr̃m oꝫ vitare aerẽ frigidũ ⁊ humiduꝫ
nebulosum ⁊ paludosum ⁊ vẽtosum ⁊ moraꝫ in
locis frigidis ⁊ humidꝭ ⁊ aquosis vt iuxta riuos
⁊ fontes. Et sicut dr̃ de aere cõi: ita intelligiẗ de
aere ꝓprio ita. s. vt infirm⁹ nõ habitet in terra ⁊
in locis reumaticis ⁊ obscuris sed luminosis.
Et ita si nõ habeãtur loca nãl'r taliter disposita
ꝯuenit vt ad loca sicca alta ⁊ clara deducantur
cum debito ordine. Nõ sit tñ aer vẽtosus: immo
vt infra videbiẗ qñ situãtur sub sole ad exicca-
tionẽ dicebat Sera. ꝙ in loco in quo sedent sub
sole nõ opꝫ vt vẽtus flet. Nam vẽtus faciẽs ad
clausionẽ pororũ est causa multi nocumẽti: imo
dicit Alex. nihil ita nocet hydropico vt consti-
patio poroꝝ. Nam declarãs dixit: nam poris cõ
spissatis aut cõdensatis si nõ digerãtur su. m̃ãe
vel resoluãtur necesse est vt in vẽtrẽ ⁊ pironeõ
recurrãt. Debet ğ eligi aer clarus serenus sicc⁹:
⁊ si aromatiẽẗ ei ꝓprius aromaticis calidis vl'
frigidis ſm exigẽtiã cum eis de q̃bus sepe dcm̃
est erit cõueniens multũ in casu. Et hec de aere
sufficiant.

De exerci-tio hydro-picorum.

De exercitio aũt ⁊ quiete dicit Alex. Exercita
tiones sup̱ alia oĩa hydropicis multũ expediũt
maxime in altis locis. Idem dicit Sera. qui in
multis sequutus est Ale. ad vnguem in cura hy
dropis dixit. Dico ꝙ exercitium cõuenit in istis
infirmis plusꝙ̃ oĩs res. s. cũ vectatione absq̃ la
bore vehemẽti: intelligatur qñ p̱ se incedere nõ
possit: nã si possunt ambulare est ĩ eis exercitiũ
vtile p̱ loca arenosa sicca: ⁊ maxime ascẽdendo
ita vt aliqualiter laborent vt sudare possint: et
tunc si sudauerit tunc conuenit vt secũ sint qui
abstergant sudores cũ pãnis aliqual'r in sole ca
lefactis: ⁊ si nõ p̄ñt ambulare feranẗ in curru vl'
portẽẗ sedẽtes sup̱ cathedra absq̃ labore. Post
hoc ambulet infirmus parũper sup̱ terrã si põt
⁊ cũ sudauerit fiat vt dcm̃ est de abstersiõe sudo
ris. Postea laudat Sera. vt inunganẗ corp̱a ma
nibus sup. cuꝫ oleis calefactiuis. Et adducit rõ
nem: qm̃ humiditates grosse q̃ sunt in eis subti
liantur hac operatione ⁊ resoluunẗ: ⁊ ex hoc de-
notaẗ ꝙ ĩ tympanite vbi nõ sũt humiditates re
soluende nõ est tanta cura de exercitio sicut ĩ hy
posarcha: ⁊ postea in asclite etiam si coniunga-
tur cã calida in asclite vel aliter virt⁹ fuerit de
bilis in quacunq̃ specie coniungatur mĩor erit
habẽda cura de exercitio: naꝫ aliquotiens ip̄ꝫ
vel additur in cãm vel aliquotiens adduciẗ ad
ad extremaꝫ virtutis debilitatem in corpore de
bili. Ideo recte dicebat Serap. ⁊ est cañ. multũ
notabilis: ⁊ est necesse medicãti prudenti vt mẽ

Nota hũc canonem.

suret ꝙ̃titatem motuũ ⁊ qualitatẽ eoꝝ sup. ĩ ve
locitate vel tarditate ſm ꝙ̃titatem virtutis et
fortitudinis ſm qð tolerat infirmus ⁊ ſm q̃ñti
tatẽ necessitatis ⁊c. Quies igitur dꝫ esse modi-
ca cõstante virtute: ⁊ vbi est indigẽtia resolutio
nis m̃ãeꝝ grossaꝝ: ⁊ in hyposarcha ⁊ asclite in
cõparatione ad exercitiũ: qð tñ fiendũ est horis
cõuenientib⁹ vt celebrata digõne stõi ⁊ epatis
ꝓ maxima p̱te in aere cõi si fuerit ꝯueniẽter dis
positus vel in aere camere rectificato ſm qð di-
ctum est: ⁊ de hoc dãs ordinẽ Haly. dicit: vteris
exercitio in patiente. s. hydro. ⁊ est in cap° hypo
sarche ante prandiũ ad caloris solis estus in lo
cis calidis quo calor roboreẗ nãlis ⁊ in oẽ diffũ
datur corpus humiditatesq̃ desiccenẗ: ⁊ a cor-
poris ꝓfundo ad eius deducatur exteriora. Ca-
ueat aũt patiens caput ⁊ cooperiaẗ ⁊c. Exerci-
tiũ itaq̃ vt pꝫ iuuat cõfortando calorẽ nãlem
⁊ exsiccãdo m̃ãm vel resoluendo: q̃ intẽtio maxi
me necessaria est in hydrope: vt infra videbitur
in medicinalibus vbi poneñẗ diuersa ĩgenia ad
hanc intentionem resolutionis ⁊ exiccationis
perficiendã. De somno aũt ⁊ vigilia dicaẗ qð
somnus est offerendus cõmẽsuratus ad refocil-
lationem tantũ virtutis ⁊ nõ aliter. nam sicut
exercitium est in casu conueniens cum tolerari
potest: propterea quod resolutionem et exicca-
tionem facit. Itidem ⁊ vigilie operantur.

De passio-nibus aĩe.

De passionibus aũt animalibus: gaudiuꝫ est
maxime cõueniẽs: sicut tristitia ⁊ ociositas ĩfri-
gidando ⁊ cõuertendo materias ad ĩteriora no
cent. Coitus ẽt vt annexus passionibus anima
libus maxime nocet cũ ad debilitatem ducat: ⁊
saltem priuatiue infrigidat. De inanitiõe au
tem ⁊ repletione dicaẗ breuiter ꝙ inanitio ex p̱
te paucitatis cibi est multũ cõueniens. nam di
cit Haly. Dico cũ videris malã habitudinem et
complexionis incipi corruptionẽ que sup. sunt
signa hydropisis in p̄n° expedit patientẽ ciboꝝ
arcere copiã: ⁊ adducit rõnẽ: qm̃ cibus sua mul
titudine stõm grauat ⁊ a digõne ꝓhibet: corpo-
risq̃ auget humiditatẽ ⁊ calorẽ extinguit nãlẽ
cum in hmõi morbo debilitas insit illi. ⁊ infra
etiã Haly. dixit. Laudabiliter aũt in hmõi do-
minio passionis fame vtimur ⁊ aque paucitate
potus. Et dicit Aui. vna de meliorib⁹ intẽtioni
bus curatiuis est subtiliatio regis: ĩtelligaẗ tñ
ꝙ nõ opꝫ vt ita subtilieẗ regimẽ sicut ĩ morbis
acutis: qm̃ hydrops vt fuit dictũ de mẽte Alex.
est morbus chronicus: ⁊ sic cũ regie subtili non
posset virtus vsq̃ ad statũ cõstare: dꝫ ergo eẽ re
gimen declinãs ad subtile quãtum nã ĩ ſm su-
stinere põt. verbi gratia. eligẽdo de grossa dieta
versus mediũ tẽdẽre: eligaẗ pars vicinior diete
temperate: ita vt sit subtile ĩ respectu diete alia
rum egritudinũ chronicaꝝ: ꝯstitutũ tñ inter re

No. de cly-sterib⁹ in hac intẽti-one ꝯue-niẽtibus.

gimẽ diete grosse. Clysteria ẽt sunt in casu mul-
tum cõuenientia. nam ꝓpterea euãantur mate-
rie cões in intestinis existẽtes: quaꝝ vicinitate
ad epar ⁊ ad stõm si in intestinis moreñẗ sequũ-
tur ad eas magna nocumenta: etiã clysteria mũ
dificant intestina a flãtibus mucilaginosis ibi
plerunq̃ aggregatis in epate p̄sentia quorum
epar debilitaẗ in op̱ationib⁹ suis: ⁊ m̃ã hoꝝ cly
sterioꝝ fiat cũ his de q̃bus infra diceẗ calefaciẽ
tibus resoluẽtib⁹ ⁊ incidẽtib⁹ vim tñ ⁊ ꝯuenien
tiã cũ stõ ⁊ ep̄e hñtib⁹: vel ẽt aliqñ ĩfridãtib⁹ in
lapsu ad cal'm. De infridãtib⁹ sunt endiuia sca-
riola cũ modico abs. ⁊ furfure pro decoctione.

postea cū cassia ꝛ modico hiere hiere fiat cliste/
re. Et in cā frigida sunt radices feniculi apij hy
sopi calamētū cū spica ꝛ cypis ꝛ cassia lignea in
asclite: ꝛ in tympanite cū his q̄ dissoluūt vētosi
tatem vt est mētastrū cyminū ameos ꝛ hmōi si
decoquantur. Et postea addatur maioꝛ q̄titas
hiere in clisteri cum oleo anhetino ꝛ sale.

De cibo et potu. *Nota hūc canonem.*

¶ Consequenter circa dietam cibi ꝛ potus: ꝛ p̄/
mo dat cañ. Haly. qñ exhibēdus est cib' post ex/
ercitium siue post balneum vel stuffam: de q̄b'
dicetur infra in medicinalib': ꝛ qualis debeat
esse qualitatis ꝛ est tempus vni' hoꝛe integre
dicit: cibos demus illi calefacientes ꝛ exsiccan/
tes subtiliantesq; ꝛ digōne faciles post balneū
hoꝛa plena. i. pfecta hoꝛa: aut post exercitium si
non intercidat balneum: ꝛ ponens a quibus est
abstinendū dixit: caueas quoq; cibos tarde di/
gestionis frigidosq; ꝛ humidos: vt lac pisces re
centes butyꝝ sisami oleum legumina: ꝛ q̄ ex tri
tico fuerint: vt amilum ꝛ frixellas ꝛ q̄cūq; cum
melle fiunt. ꝛ sup. reliqua oīa opilatiua de q̄b'
dictum est supꝛa in dieta in doloꝛib' epatis ab
opilatione: postea exēplificās de cibis cōueniē
tibus laudauit carnes pulloꝝ franguilinoꝝ pa
sceꝝ. i. auiū minutaꝝ quarsicūq;: de pane eligen
do nō fecit mētionē. Et de his ēt dicit Ale. de vo
latiliū pullis vti opꝫ vt auib' tā aggrestibus q̄
domesticis quales sūt merule ꝛ turdi ꝛ aues mi
nute p̄ter illa q̄ saginate sunt. i. multū pingues
cōditis cū aniso ꝛ pipe modico admixto: postea
laudās spāles carnes quadrupedum dixit. Car/
nes vero mediocriter accipe qñ nō sūt pingues
ꝛ maxime aggrestes quales sunt capꝛina sup. iu
uenis ꝛ ceruina ꝛ capꝛeola: lepoꝛes ēt iuuenes
nō sūt ꝓhibēdi. Et. A. inter eas addidit carnes
gazelaꝝ: laudauit ēt carnes ꝑuoꝝ pisciū subti/
liantiū ꝛ acutoꝝ ꝛ incisiuoꝝ sup. in ꝟtute salis

De carnib' a ꝓprietate valentibus.

talr̄ factoꝝ. Nā pisces saliti maxime parui vt sar
denie q̄ ingluuie vocant hic q̄re. Et ita Boꝛ. di/
xit ꝙ vtat patiēs sardellis sup. salitꝭ: qm̄ pisces
recētes nō cōueniunt: nō sunt hic omittēde car
nes q̄ a ꝓpꝛietate valēt vt carnes limaciaꝝ p̄pa
rate vt supꝛa: ꝛ epata lupi vł vulpis. Et dicit. A.
ꝛ caro vipe est eis bona valde: intelligat de pꝛe
parata abscisis cauda ꝛ collo ꝛ factis alijs p̄pa/
rationibus: vt declaraui aꝉs in ꝯsilio meo ma/
gno de cura lepꝛe. Sed dicit Aui. ꝙ ipsa aliqñ su
perfluit in siti. i. adducit ad supfluā sitim: et ex
hoc ptꝫ ꝙ sitientib' nō est ꝯueniēs: neq; ego eā
simpl'r laudarē ꝓpter vehemētē opationē quaꝫ
efficit in nā: laudat ēt singl'r caro eritij. Nam de

De carnibus eritij.

ea dicit Sera. ꝛ iā dixerūt q̄dā medicoꝝ ꝙ caro
eritij cōfert hñtibus hydropisim carnosaꝫ qñ ex
siccat ꝛ terit ꝛ bibit ex ea: veꝝ qꝛ posuit eaꝫ post
medicinas solutiuas educētes aquā immedia/
te videbit quasi denotare de snīa istoꝝ qδ tales
carnes sint solutiue: ꝛ ita p̄cise fecit Halya. qui
post medicinas solutiuas allegās dictā carneꝫ
de mēte antiquoꝝ valere dixit: tradūt antiquo
rū q̄dā carnē eritij si sale exsiccet ꝛ diligēter te/
ratur: bibāturq; de ea. ℥. ij. vsq; ad. ℥. iij. cū vino
hyposarchis ꝓdest: tñ credo ꝙ cōferat cū ꝓpꝛie
tate epi vt dictū est supꝛa. Addit Alex. fiat ergo
coctio eoꝝ. i. p̄paratio eoꝝ in decoctione cū acri
bus que extenuent cibos. i. decoquēdo cū elixā
tur cum eis aliqua que sunt subtiliatiua vt sūt
allia poꝛri ꝛ cepe. vt dixit Boꝛδ. sed ꝓ delicatis
sunt vt cyminū feniculū ꝛ modicū cinamomi. In
ter hmōi ēt carnes laudant carnes pulloꝝ colū
boꝝ ꝛ galline ꝛ fasiani ꝛ quasi oēs aues vsuales
q̄ nō degūt in aq̄s: ꝛ pñt decoq̄ cū endiuia ꝛ sca
riola ꝛ modico feniculo in cā cal'a: ꝛ in frida cuꝫ
serpillo calamēto saluia apio petrosillino ꝛ hu
iusmodi cōueniunt tñ magis assata q̄ elixata:
intelligendo si stomac' pōt ea digerere ꝙ si non
dent elixata. Nā vt dicit Alex. assata suaui' acci

Assata magis q̄ elixata ꝯueniūt

piūtur ꝛ melius iuuāt. Immo. dicit Boꝛ. ꝙ vitē
tur oīa bꝛodialia ꝛ iuscula nisi in die solonis: et
tunc vtat bꝛodijs galline cū aromatib': ꝛ istud
accepit ab Aui. in cura asclitis a cā cal'a cū dicit
Et nō ꝯcessi ei vt vteret iure oīno nisi in die ī q̄
medicinā tribuere volui: in illo em̄ die permisi
vt illo vteret. Et oꝛdinat Boꝛ. quēdā puluerem
ad aromatizandum oīa fercula factū: vt infra.
℞. zinzi. galange zedoarie anisi maratri cymini
ameos siseleos. añ. ℥. ſ. spicenardi calami aroma
tici coꝛiandri p̄parati. añ. ʒ. vj. sandal'. citri. ʒ. ij.
fiat puluis ꝛ vtat eo in oīb° cibis suis. ¶ Et qꝛ
supꝛa vetauit Haly. quecūq; ex tritico fiūt: ꝛ idē
ēt fecit Aui. in cura asclitis cū dixit. Cibus aūt
hñtium hydropisim opꝫ vt sit paucus ꝛ semel ī
die. Et addit: ꝛ si possibile est eis vt abstineāt a

De pane cōuenienti hydropicis.

pane tritici ꝓpter viscositatē suā ꝛ suā opl'oneꝫ
faciant: postea dās cañ. in electione panis dixit
ꝛ sint cōtenti pane oꝛ. cū seminib'. Addit: ꝛ si ne
cessarius fuerit sup. panis de frumēto sup. pꝛo/
pter appetitū infirmi opꝫ vt sit a furno coctus ꝛ
exsiccatus ꝛ nō sit azimus sup. posito fermento
cū eo: ꝛ ita ptꝫ ꝙ panis de oꝛdeo esset electioꝛ:
qꝛ in eo est subtiliatio ꝛ abstersio vt fuit. s. dcm̄
sed veꝝ est ꝙ talis panis reddit multū grauis ꝛ
pōderosus: vt ego expientia didici: ꝛ qñ ab infir
mo sustineret dꝫ ēt p̄parari cū seminib' īponen
do semina. s. anisi vel feniculi in eius ꝯstructio

Nota bñ.

ne: ꝛ ēt pinsando ipm̄ cū aqua decoctionis radi
cū feniculi vel apij: qꝛ tñ appetit cōiter panis δ
frumēto: opꝫ vt dicit sit panis furni. i. notabil'r
exsiccatus ꝛ sit fermētatus: ꝛ ēt cū seminib' pꝛe
paratus vt supꝛa ꝛ aliqualiter salitus. Sed q̄c/
quid sit vt dixit Alex. ꝓhibendus est infirmo tñ
ne ipse panem multuꝫ comedat. Et ita dixit Se
rap. ꝛ opꝫ vt ꝓhibeatur a comestione panis mł'
ti sup. talis de frumento qꝛ de eo loquebatur.
Et adducit rationem dicens ꝙ est qꝛ q̄uis fiat
bonus panis eius sup. per pꝛeparationeꝫ dictā
tñ non est possibile vt extrahatur ab eo grossi/
tudo tritici ꝛ opilatio eius: ꝛ tandem laudat vt
comedant ipsum cum aqua ciceꝝ. s. pꝛopter ab/
stersionem ꝛ subtiliationem aque cicerū. Et ita
Aui. dicit. Et opꝫ vt sint inra eoꝝ aqua ciceruꝫ ꝛ
ius alcanabit. i. lodule ꝛ galli veteris ꝛ galline.

An lac ꝯueniat hydropicis.

¶ De lacte autem qδ negauit Halyab. visus est
Aui. in cura asclitis concedere non tm̄ lac came
larum immo etiam capꝛarum. Et repꝛehēdit so
phistas dicens. Et non respicias ad id quod di/
citur in ipso ex hoc quod decipiūt sophistici et
qδ dicitur ꝙ natura lactis contraria est hydro
pisi. s. ad curam quia frigida est ꝛ humida ꝛ sup.
opilatiua. Nam dicit ipse: immo scias ꝙ istud
medicamen est iuuatiuum pꝛopter id qδ est in
ipso de abstersione: ꝛ pꝛopter id quod est in ipo
de pꝛopꝛietate sua sup. ad epar: dat exemplum:
sicut etiam ponitur endiuia in curationib' epa
tis qδ hꝫ egritudiēs frigidas: qꝛ sup. ꝛñ sit frigi

da tñ p ꝓprietatē iuuat. Idem notauit scḋo ca/no. caº de lacte in areola mēbroꝝ nutrimenti. Nam dicit: ⁊ lac caprinū ⁊ lac camellaꝝ recēter fetaꝝ ambulantiū ⁊ lac asinaꝝ ꝓferunt hydropi si. Et Raſ. 7º ꝯtineñ. de mente Sarach dixit: da hydropico in potu de lacte recēti. Pro tollenda ista discordia dicatur ꝙ lac via cibi qḋ est lac capraꝝ vel vaccaꝝ nō est ꝯueniēs. Lac tñ caprarū quarūdā ꝓprie arabicaꝝ vt dicit Aui. tale lac pt esse cōueniens ⁊ medicinale sicut ⁊ lac camellarum: ⁊ hoc est ex virtute pascuoꝝ ibidē existium

Nota bñ.

Et ita si forte ēt capra in regionibus istis depascerek cū herbis apitiuis ⁊ subtiliatiuis vt cuꝫ thimo eupatorio cuscute apio feniculo ⁊ silib⁹. Credo ꝙ ī isto casu lac capre ēt ꝯueniret qm̄ eēt alteratum ad nām; herbaꝝ ex quibus depascik. Etiā ad istū sensum laudauit Aui. ipm in capº. de hydropisi supra allegato: cū dixit. Lac aūt camellaꝝ ⁊ capraꝝ ⁊ ꝓprie arabicaꝝ ⁊ ꝓprie cum impinguank sup. artificialiter: ⁊ in potu dētur cū eis q̄ sol'one educūt aquositatē ⁊ subtiliant ⁊ ꝓuocant sicut scea ⁊ abrotanū ⁊ cardamomū et silia hmōi. Et ita laudauit lac capraꝝ ꝓpter depasci ex talib⁹ herbis. Nā scḋo cañ. caº allegato de lacte dixit laudando lac absolute cū est past⁹ aīalis ipsi⁹ plāta bona: ita ꝙ ex plāta sumik xt⁹ in lacte. Et ita dico ꝙ intellexit de lacte capraꝝ arabicaꝝ ꝓpter pastū in areola nutrimenti vbi laudauit tale lac in hydropisi: īmo dicit ꝙ hoc lac vehementis iuuamenti est. Nā si hō sup. hydropicus assidue vterek loco aque ⁊ cibi sanaretur p ipm: ⁊ id q̄dē iam exptum est in quibusdā

Nota bñ.

qui ꝯuenerunt ad terras arabū ⁊ pduxit eos necessitas ad id: qꝛ sup. non habebāt aliquid quo cibarentur. Pōt ēt dici ꝙ laudauit lac caprinū ⁊ asininū in hydropisi ⁊ duritie splenis qn̄ his cōmiscentur medicine ad eductionē aquositatis faciētes: ⁊ hoc ꝓpter subtilitateꝫ substantie talis lactis ⁊ penetrationē fortē ad mēbra. Nā ipo vt vehiculo deferunk cōuenicter alie medicine solutiue si secū cōmisceank: ⁊ istū sensum expressit Raſ. 7º ꝯtineñ. Nam postq̄ posuit illā sniaꝫ supra allegatā de mente Sarach dixit. Dico pone in quolibet rotulo aq̄ casei vel sup. lactis turbith bene triti. ʒ. v. salis gē. ʒ. j. ⁊ bulliāt moderate ⁊ dispumando eam cola: ⁊ da ei in potu tertiam partem rotuli vsq3 ad rotulum vnū: credo

Quid sit rotulus.

ꝙ rotulus est libra: qꝛ Aui. posuit descriptioneꝫ istā aq̄ lactis quasi in ꝓpria forma in cura ascli tis ad medisi: ⁊ ibi loco rotuli ponit lib. Et addit Raſ. qḋ educit aquam. Et addit. sed in potu non debet dari calefacta. Addit etiam tamē melius erit si de lacte camellino fuerit aqua casei que nisi inueniatur loco eius fiat aqua casei de lacte caprino: ⁊ ita pꝫ ꝙ ea vtitur medicinaliter ⁊ non via cibi: ⁊ sic fit solutum ad difficultatem de lacte: quaꝫ bene nota ne contingat error in exhibitione illius via cibi maxime ꝓpter textum positum ab Aui. supra ꝙ lac cōe ⁊ caprinum in regionibus communibus ex communi pastu credo ꝙ non sit conueniens: lꝫ vt multuꝫ capre degentes in montibus propter siccitateꝫ herbarum forte efficiant ad intentionem valēs cum qualitate ⁊ proprietate. Sed in exhibitiōe lactis caprarum degentium in plano ⁊ non cuꝫ artificio depastarum: credo ꝙ vsus lactis esset ad nocendum; ⁊ in hunc errorem vt arbitror in

Not. bene solutioneꝫ de lacte.

cidit Sor. qui in cura indistincte dixit: deinde est sciendum ꝙ lac multum valet si quotidie potek mane ⁊ sero: ⁊ si posset abstinere ab omī alio potu optimum esset: ⁊ credo ꝙ fuerit decept⁹ ex verbis Aui. idem sonantibus que debent intelligi vt dictum est supra. ¶ De cibis ergo horum sint carnes dicte dimisso lacte: ⁊ aliquotiēs fiat pānata in debilibus qui nō sufficiunt digerere assata de pane electo in brodijs vel iurib⁹ carniū electarum vel iuribus caulium vel cicerum rubeorum

De cibis hydropicorum.

immo etiam in brodio piscium paruorūꝫ dimissis piscibus. nam dicit Serap. In iure enim horum piscium non est aliquid de superfluitatib⁹ postq̄ proijciuntur in decoctione anisuꝫ ⁊ cinamomum ⁊ piper: amigdalate etiam cum pistachijs auellanis ⁊ amigdalis macinatis ⁊ prius torrefactis vtrisq3. s. amigdalis ⁊ auellanis facte cum dictis brodijs ⁊ aspersis desuper cinamomo ⁊ gariofilis interdum erit cibus conueniens: quando scilicet non sunt contenti dicta sicca: ⁊ maxime quando coniungitur extenuatio in membris proprius in asclite ⁊ minus in tympanite propter dubium inflamationis.

¶ Inter olera que conueniunt dixit Alexander olera autem oportet eos scilicet infirmos accipere ⁊ maxime si sine feb. sint que calefacere et extenuare possunt qualia sunt apium petrosillium daucus eruca pulegium rapa ⁊ caulis et alia que sunt his similia que extenuant ⁊ calefaciunt ⁊ euacuant vt sup. sunt feniculus hysopus ⁊ maiorana. et Serapio addit calamentuꝫ ⁊ cresones ⁊ sunt cicerum: vt posuit in litera et speragos ⁊ porros ⁊ bauciam ⁊ ficlam. Sed in complexione calida vtvbi esset feb. valent endiuia ⁊ cuscura ⁊ fumiterre ⁊ solatrum ⁊ apium et scariola etiam cum modico feniculo ⁊ attriplices ⁊ malue ⁊ non inconueniet in calida vt preparentur cum modico aceto non intense aceto sitatis ⁊ oleo oliuarum onfacino: ⁊ possunt inde fieri insalatucie herbis tñ prius decoctis: et in cā frigida exhiberi cappares cum aceto ⁊ mustarda cum pipere ⁊ reliquis cōibus aromatibus vt est zinzi. cinamomum galanga gariofi. ⁊ ex oleis vꝫ oleum de amig. ⁊ ꝓprie amarū. oleū etiam de phisticis multum commendatur.

De olerib⁹ hydropicis conueniētibus.

¶ De fructibus autem Alexan. dicit: non incongruum est accipere qualia sunt amig. aut pistachie: vue autē aut dactyli raro. Addit: castanee vero ⁊ nuces q̄tum poteris sunt accipiende omnino: forte ꝙ litera est corrupta: nam debet dicere excipiende omnino. Nam supra castaneas ego non consentirem maxime in tympanite neq3 supra nuces in habentibus stomacum debilem qꝛ nocent vt supra dictum est. Auic. aūt accipiens hanc sniam dixit. Medulle aūt. s. phistici ⁊ auellane ⁊ amig. sup. eis conueniunt: vel sup. non denegantur. Addit anellanas vltra Alexā. sed ego non confido vt dixi supra nisi in modica q̄titate ⁊ cum sunt toste. Addit: ⁊ qn̄q3 concedunk eis in hora furtiua id est raro dactyli ⁊ vue pas. Nā propter dulcedinem ⁊ modum substantie adducunt ad opilationes: ideo nisi raro propter conuenientiam debent exhiberi. Addit: ⁊ de fructibus recentibus non cōcedantur eis oīno. s. propter aqueitatem ventosabilem eis cōiunctā fa cit exceptionē nisi granata dulcia. Sera. tñ phibuit granata absolute ⁊ maxime in tympanite

De fructibus conu.

Nota

dixit:ꝛ prohibeanꝶ a comestione granatoꝝ ꝛ ꝓ
prie illi qui habent hydropisim tympanitē. in⸗
telligatur de granatis acetosis que nocent sto⸗
maco:vt dictū est supra:etiā de dulcibus in fre
quenti vsu:sed ad mitigandū sitim ꝑuus vsus
dulcium credo nō discōueniet. Addit: ꝛ come⸗
dant ex nucleis phisticoꝝ raro ꝛ ex vua.s.passa ꝛ
ex dactylis tarde vice aliqua nō fecit mētionē
de amig.vel auellanis supponens illos fructus
suspectos ꝓpter difficultatē digōnis.De phisti
cis aūt ꝛ vuis ꝛ dactylis etiā raro vtendum est.
In summa meli⁹ est eos dimittere ꝙ eis vti nisi
in delicatis multū appetentibus eos:ꝛ tunc in
hora furtiua debēt exhiberi ad cōplacentiā ali
quando tamē vt supra dictū est ꝓ ferculis ipis
masenatis ꝛ rectificatis cum spēbus nō est eis
malum vti.

De cibis hydropicorum.

De potu hydropicorum.

¶ Circa potū vitet potus aq̄ oīno.
Nam dicit Haly.ꝛ quātum poteris aque pure a
potu arce nisi ꝑparate. Addit:nec vero aquā su
mat oīno cū niue refrigeratā:qm̄ hec epis refri
gerat cōplexionem ꝛ morbus augeꝶ intantū vt
nōnunꝗ eius naturalē extiguat calorē. Pro tā
to dicit Aui.in eōne caceste ꝛ expectatio sup si⸗
tim ꝛ regimē ipsius ꝛ ꝓhibitio a visione aq̄ ne
dum a potu ipsius quātū possibile est sup.a cu⸗
ta ibi ꝓhibet visionē aque ne insurgat appeti⸗
tus ad ipsam potandū ꝓpter nocumenta que se
quuntur vt vult Haly. Ex hoc tū nō collige ꝙ in
omni hydropisi debeat exhiberi vinū ꝛ maxime
purum ꝛ potens. Nā dicit Aui.in cura asclitis:
vino aūt nō appropinquet calidā habēs hydro
pisim:verū habēs hydropisim frigidā opꝫ vt nō
bibat ex eo nisi subtile antiquū parū:ꝛ ponens
ordinem qn̄ dꝫ sumi dixit. Nō cū est ieiun⁹ neqꝫ
sup cibū:immo post horā:ꝛ ita ex textu colligū
tur tria.primū ꝙ in cā cal'a nō cōpetit vinū:sed
su.loco illius sumaꝶ coclear de granatis dulci⸗
bus:lꝫ aliquotiens reperiaꝶ aliqđ vinū album
aquosuꝫ qđ in modica quātitate posset exhibe
ri.2m punctū est ꝙ in hydropisi a cā frida dꝫ ex⸗
hiberi vinū vetus subtile ꝛ parū qđ appellauit
Haly.ricanū.3m punctū est ꝙ ipm vinū vl' ali⁹
potus non dꝫ exhiberi an̄ cibū neqꝫ cū cibo:sed
post per hoc ꝙ dicit:immo post horam. Et istā
sniam ꝓ ꝑte sumpsit a Sera.in ca° ꝓprio cū di
xit.De vino aūt nō opꝫ vt vtanꝶ aliqua re.i.etiā
modico ante cibū neqꝫ cū ipso:sed expectēt post
comestionem spatio longo deinde bibat paruꝫ
vice vna. Et nota ꝑ hoc qđ dicit spatio lōgo. Et
Aui.dicit post horā nō intelligunt ꝙ post duas
vel tres horas debeat sumi potus post cibuꝫ:qꝛ
hoc esset erroneū.nā faceret ad ꝑcipitationē ci
bi extra stōm an̄ digōnem:sed opꝫ spatio longo
bibaꝶ post cibū:vt qn̄ cibus digestus fuit in stō
et iam trāsiuit ad epar:ꝛ ꝓ maxima parte est in
epate digest⁹. Et hāc sniam pro ꝑte insinuabat
Aui.nā cū dicit:immo post horā:immediate ad
dit:ꝛ cum scit sup.infirmus descensionem cibi a
stō.i.ꝙ stomacus sit inanitus:ꝛ sup.penetrauit
ad epar ꝛ ꝓ maxima ꝑte est digestus in epe. Naꝫ
tunc ꝑ talē potū subtiliata massa hūorali i epe
genita facilius trahiꝶ nutrimentū ad mēbra et
virtus refocillaꝶ:ꝛ māe cū vrina ꝓ ꝑte educunꝶ
que debēt ꝑ vrinā expelli. Et hoc totum declara
uit Serap.in ꝟbis sequētibus cū dixit ꝙ bibāt
parum post comestionē vice vna spatio lōgo. Et
ponēs vtilitatē tūc in potu dixit:ꝙ est qꝛ hmōi

De oleribus hydropicis conuenientibus.

Not. bene tria que sequuntur.

De fructibus eorum.

Not. bene

Nota

vinum prouocat vrinā ꝛ cōseruat virtutē ꝛ au⸗
gmentat caliditatē innatā:abscindit sitim ꝛ est
medicamen magnū hydropicis melius oīb⁹ re⸗
liquis medicis. Addit:ita ergo opꝫ vt sit regimē
medicoꝝ ꝛc. Per hoc ergo qđ dicit ꝙ ꝑ talē potū
prouocatur vrina ꝛ releuaꝶ virtus:declaraꝶ qđ
talis potus est qui offerꝶ grā penetrationis ci⸗
bi. Nā separato aquoso vrinali a massa sangui
nea ēt ꝑ hoc ꝙ releuaꝶ virtus inde declaraꝶ qđ
ipsum penetrat cibus ad mēbra vel iuuaꝶ in pe
netrando. Nam qꝛ nō est sumptus potus cuꝫ ci⸗
bo ne supflua humiditate cibi aggregeꝶ humi⸗
dicas in toto vel in ventre: qꝛ forte portio illi⁹
transiret penetrādo in ventrē vel penetraret in
alia membra.qđ nō est de intentione medici in
isto casu cū sit intētio ad exiccationē.oportebit
igitur vt exhibeaꝶ potus ꝓ fine ꝑncipalr inten
to in potu ad dilatationē nutrimenti ad mem⸗
bra:ꝛ ita iam celebrata digōne in epe:ꝛ tūc mo⸗
dicus sufficiet potus. Sed dicebat quidā ꝑtina
citer ꝙ tunc exhibeꝶ cū homo est ieiunus. cui⁹
oppositum dicit textus:dicaꝶ negādo:qꝛ nō vo⸗
catur ieiunus ad modum Auic.hic nisi qn̄ est in
dispositione ſm quā debet causari fames. ꝛ hoc
est qn̄ iam nutrimentum transiuit ad membra:
et est iam facta resolutio de humido animato
membroꝝ quod non est hic. Et istā expositionē
bene menti nota propter multos indoctos ali⸗
ter sentientes. Et hec de dieta sufficiant.

Not. bene

Medicinalia.

Jam veniendo ad medici
nalia ꝓ ordine seruando
duo fient. Primo poneꝶ cura cōis ad oēm hydro
pem ꝛ intētiones cōes. 2° poneꝶ curatio spālis
ſm diuersas spēs hydropum. ¶ Intētio aūt ad
curationem cōem in hydropisi dicit Aꝫa.est du⸗
plex. Una est cōfortare virtutē digestiuaꝫ.s.stōi
eius vel membroꝝ alioꝝ naturaliū ſm lapsum
in his mēbris cū aromatibus in q̄bus inest mo
dica coadunatio.i.cōstrictio ꝛ cōfortatio ꝛ mul
ta subtiliatio cū virtute ꝓuocādi vrinā ꝛ sudo⸗
rē ꝛ apiendi oppilationes cū medicis sup. cali⸗
dis vel fridis ſm exigētiā cause lapsus i digōne
dictoꝝ membroꝝ eligendo medicinas simplices
ꝛ cōpositas de q̄bus supra dictū est in ca° de do
loribus epatis. ¶ Scđa intētio erit ad eōnem
materie cōiuncte ꝛ fonētis materiā cōiunctam
ꝑ diuersa ingenia eōnis vel immanifeste ꝛ īsen
sibilis vt ꝑ exiccationē ꝛ resolutionē per balnea
stuffas stationē in sole vel ꝑ applicationē fomē
tationum sacellationū ventosaꝝ siccaꝝ suffumi
giorum inunctionū empl'oꝝ cauterioꝝ ꝛ hmōi:
lꝫ balnea ꝛ suffumigia aliquotiēs faciāt eōnē
etiā sensibilē ꝑ sudorē vel cū eōne sensibili vt
ꝑ flōmias ꝓuocationē hemorroidaꝝ vomit⁹ so
lutiones vētris ꝑ medicinas ꝛ ꝑ clysteria vel ꝑ
vrinas vel tandē cū incisiōe. Aliq̄ tū hoꝝ magis
valēt in hyposarcha ꝙ asclite vel tympanite vt
flōmie stuffe ꝛ sil'ia ingenia q̄ totū respiciūt ꝛ ali
qua magis in asclite vel tympanite magis ꝙ in
hyposarcha vt empl'a supra vētrē posita ꝛ caute
ria:ꝛ quedā sic ī asclite ꝙ nequaꝗ in aliis:vt pꝫ
de extractione aq̄sitatis cū bezel. ¶ Circa ꝑmā
intentionē cōem que cōsistit principaliter in al
teratione cū ꝯfortātibus digestiuā mēbroꝝ na⸗
turalium vel membroꝝ totius nō curo ꝓlōgare
sermonem:qm̄ de his abunde dictū est loco su⸗
perius allegato. Sed hic opꝫ cōmemorare cañ.

positum supra de causis hydropisis in cõi cũ dixit Aui. ⁊ opꝫ quidẽ vt habens hydropisiꝫ sciat id qđ de ipso pᵒ inflaꝶ: ⁊ sup. id qđ est primo lesum vtrũ sit stomacus vel epar vel mẽbra supiora: ⁊ hoc scietur ꝑ signa supra posita: qua habita noticia si epar. exẽpli gratia. sit pᵒ lesum opꝫ tuum studiũ tũc cõuertẽ pᵐ ad medicinas epaticas: ⁊ si ecõtra fuerit stomacus oportebit pmũ attendere ad medicīas stõaticas: ⁊ pñr ad alias. De hoc dixit exꝑsse Haly. in cura hyposarche: sꝫ est cõe in oĩ spẽ: ⁊ si cã hec in epe fuerit apã aut durities eius aut oppilatio in meatibus eiꝰ accidens aut apã stomaci vel frigiditas eius vel splenis apostema vel eius debilitas opꝫ horum preponere medelam singulorum sup. primum: ⁊ consequenter ad morbum venire.

Circa vero scđam intentionẽ generalẽ vt de eũonibus insensibilibus vel sensibilibus sunt cõmemorandi quidã cañ. ꝓ ꝑte supius: ⁊ quidã sunt ibi spãliter ponẽdi. Nã de eũone insensibili vt ꝑ resolutionẽ ⁊ exiccationem siue fiat balneis siccis ⁊ stuffis siue mineralibꝰ vel artificialibus vel emplr̃is ⁊c. Stat prius cañ. ꝙ nõ est ad hmõi veniendũ: ⁊ maxime fortia nisi priꝰ euacuationibus factis ⁊ cõibus ⁊ de mã coniuncta vel fouente: ptꝫ ex nocumento apto sequi vl̃ per eliquefactionem materie ⁊ amplificationẽ eius vel per tractũ ⁊ ebullitionem in eadem cõi mã.

Nota hos canones.

Secundus cañ. ⁊ est Aui. ꝙ hmõi resoluẽtia et exiccatiua nõ administrenꝶ cũ stipticis fortis stipticitatis aut multe quãtitatis: imo sint vitãda resolutiua supra stiptica victoria multa: sed ea tm̃ stiptica apponanꝶ q̃bus ꝯseruaꝶ sanitas ⁊ virtus mẽbroꝝ. ⁊ istũ cañ. ẽt supra posui ĩ caᵒ. gñali: ⁊ talia resolutiua ⁊ exiccatiua debent variari ꝺm cãm. q̃ dicit ad hũiectationẽ eligẽdũ calida subtiliatiua ⁊ exiccatiua in cã frida: ⁊ frida exiccatiua subtiliatiua in calˀa. Et totũ istũ cañ. posuit Aui. ẽt in caᵒ de asclite. Nã pᵒ posuit primam partẽ in eo qđ dixit: ⁊ opꝫ vt in ipsa minorentur trocisci stiptici q̃uis sint cõfortatiui: sicut est trociscus de alimberberis sup. in cã calida ⁊ ꝓprie cũ cõstricta est nã: immo sup. opꝫ vt sint dñantia subtiliantia resolutiua: cõfortatiua tñ. Et lꝫ iste textꝰ magis videꝶ trahi ad medicinas ꝑ interius exhibitas: de his tñ q̃ ꝑ exteriꝰ exhibenꝶ spãlius dixit infra in eodẽ caᵒ de emplastris cũ dixit. In emplastris vero est regula vt nõ multiplicenꝶ in eis ea q̃ exiccãt ⁊ resoluũt cum stipticitate forti stantia loco eius qđ exiccatur ⁊ resoluiꝶ nisi res modica eoꝝ ꝺm quãtitatem q̃ ꝯseruet sanitatẽ si illa necessaria sit sicut sunt spica ⁊ thus ⁊ ciperi cum quãtitate pauca valde: illud em̃ cõseruat virtutẽ myrach ⁊c. Jdẽ intelligaꝶ de vnguẽtis oleis ⁊ cerotis. Addit ponendo scđam ꝑtem cañ. postq̃ vetauit trocis. de alimberberis: ⁊ opꝫ vt fiat exiccatio in hydropisi frigida cũ omni calido subtiliatiuo apitiuo. Jn hydropisi aũt calida ꝺm modũ aliũ. i. cũ frigidis. Et hoc bene nota ꝓpter multos q̃ eq̃les medicinas exiccatiuas applicãt in oĩ hydropisi siue calˀa fuerit siue frigida.

Not. regulã quo ad applicationem emplastroꝝ.

No. errorẽ sepe a medicis commissum.

De balneis etiam est regula quã ponit Aui. caᵒ eodem dixit. Jlla que sunt humida sunt illis horrenda. i. humida actualiter ⁊ in potẽtia vt balneũ aque dulcis: qm̃ ⁊ si balnea humida fuerint in actu: sed tamẽ exiccatiua in potẽtia tunc cõueniũt: tñ de facto meliora sunt sicca ꝺm actum ⁊ virtutẽ ⁊ spãliter magis talia valẽt in hyposarcha q̃ in alijs speciebus vt supra dictũ est: qm̃ in alijs spẽbus stãte extenuatione in alijs maxime mẽbris ꝑter q̃ in ventre balnea exiccatiua toti cõia sunt suspecta: vt ptꝫ ⁊ istã sñiam exꝑsse posuit post verba pauloante allegata postq̃ posuit ꝙ hũida sunt horrẽda. Addit: ⁊ illa que his sunt meliora sunt sicca sicut clibanus calefactus postq̃ tolerauit infirmus vt ingrediaꝶ sup. ipm̃ sine lesione. Addit: ⁊ ꝓprie habens hyposarchã ꝓpter cãm dictam: hoc tñ intelligaꝶ vt teneat caput extra clibanum vt possit attrahere aerẽ frigidũ ꝑ anhelitum ne fiat inflãmatio cordis ⁊ inducatur se. Sed loquens de humidis ꝺm actum dicit. Et si fuerit cũ aquis tinaꝝ nitrosis sulphureis ⁊ aluminosis notis exiccatiuis iuuabiꝶ eis valde in statu egritudinis ⁊ ꝓprie habens hyposarchã: vt addit: qñ autem debet esse applicatio balnei vel stuffe loco suo infra specialius dicetur.

Nota hos canones.

De his etiã que sensibiliter eũant sunt etiã cañ. ⁊ pᵒ in flõmia. Nã de hac dicit Aui. pᵒ in cura cacesie cũ qua virtus coniungiꝶ fortior q̃ in aliqua spẽ hydropis ceteris paribus cũ sit dispositio añs ad hydropem dixit. Et deuitet flõmiam quantũ possibile est. ⁊ in cura asclitis dicit. flõmiam vero opꝫ vt deuitet omĩs hydropisim habens quãtum põt: ⁊ ponens nocumenta eius in hydropisi addit paulo post: flõmia enim prohibet membris eoꝝ nutrimentũ cuꝫ ipa sint pauci nutrimenti. i. in eis sit indigentia nutrimenti boni. Aliud nocumentũ dixit: ⁊ cũ hoc infrigidat epar ipsoꝝ. Addit: flõmia igiꝶ est nociua in q̃plurimis dispõnibus qꝛ sup. augeꝶ inde debilitas que in omni hydrope cõiungiꝶ: qꝛ tñ in hyposarcha vtpl̃m stat virtutis cõstantia maior ꝓinde dicit Auic. in cura hyposarche: et flõmia quidẽ vehemẽtius est ꝓportionalis hyposarche q̃ asclicti: tñ etiã in cura hyposarche est multum verenda nisi in casibus spãlibus de quibꝰ paulopost: qm̃ si in cacesia est verẽda multo magis ⁊ in hyposarcha. Et tñ in cacesia Aui. dat ingenium in euitãdo flõmiã vel saltem minuendo ẽt ⁊ si etas virtusq̃ affuerit. Nã postq̃ posuit ꝙ deuitare debent flõmiã quãtum possibile est addidit. Et si fuerit necessaria ꝓpter repletionem sanguinis aude sup eã cũ mensura ⁊ partire in duobus vel tribus aut quatuor diebus. Addit ⁊ ẽt est plus necessaria flõmia qñ cã sup. hydropisis est ex retentione sanguĩs hemoroidarũ aut menstruoꝝ. postea tñ his nõ obstãtibus addit ⁊ melius quidẽ est vt eũo fiat in pris cum eis que mũdificant sanguinẽ sicut hiera ⁊ sĩl̃ibus. Deinde si nõdũ sufficit extrahe sanguinem paucum: ⁊ ita patet quod omĩ ingenio vult euitare flobothomiam etiam in casibus in quibus apparet necessaria flobothomia.

Not. cañ. de his que sensibiliꝶ euacuãt.

Et hic explicuit duos casus in q̃bus videtur quasi necessaria. Primus casus est qñ stat repletio sanguinis sup. flãtici dñantis supra totũ: qꝛ cum exuberãtia sanguĩs boni nõ fit cacesia nec hyposarcha: sed stãte sanguine abũdante flãtico laudat pᵐ mundificationẽ sanguĩs sup. ab illo flãte cum medicina secessiua: postea si pur nõ sufficiat tũc fiat flõmia: sed cũ mẽsura ⁊ pauca.

Not. duos casus in q̃bus flõia est conueniẽs in hydropisi.

Secundus casus est quando causa hydropisis fuerit retentio sanguinis hemorroidarũ vel

menstruoꝝ vñ quasi suffocando caliditatē epa-
tis causatur hydrops vt dicebatur.s.nam ēt in
illo casu cōsentit ad flōiam cū timore vt dictuꝫ
est.Sed Serap.magis audenter in his casibus
laudauit flōiam dicit sic.In hydropisi autē car-
nosa si inceptio est tm̄ ꝓpter abscissionem san-
guinis q̄ currit ex emorroidibus.i.currere cōsue
uit:aut ꝓhibitionē sanguinis mēstrui aut ex cā
alia ex causis repletionis sanguinis:tūc opꝫ vt
ꝓperemus statim cū extractione sanguinis: et
adducit rōnem sup. ēt supposito ꝙ sanguis sit
aquosus dicens:ꝛ sicut in igne qñ ꝓijciuntur su
per ipm ligna multa ꝛ humida:ꝛ appropinquat
vt extinguatur est res magis iuuatiua remoue
re ligna ab eo siliꝰ in caliditate innata qñ appro
pinquat vt extinguaꝝ ꝓpter multitudineꝫ san-
guinis vehemētis frigoris est magis iuuatiuuꝫ
extractio sanguinis in quacūqꝫ hora fuerit āni
qñ possibile est sup.ꝑ etatem ꝛ virtutē ꝛc. ¶Et
nota ꝙ talē flōiam laudauit in hyposarcha et
alijs spēbus nequaq̄:ꝛ eā laudauit qñ inceptio
nis hydropisis cā fuit aggregatio sanguis pro-
pter retentionē ꝛc.qꝛ in hyposarcha ꝛ inceptio
ne eius ꝓpter dictā cām videꝝ esse maior virtu
tis cōstantia:ꝛ ita infrigidatio ꝛ debilitas se-
quētes ꝑ flōiam videnꝝ esse minoris timoris q̄
in alijs spēbus.Et istā sniam accepit ab Alex.q̄
in priñ° cure hydropisis dixit sniam multū egre
giam.Curari aūt opꝫ oēs hydropicos ab initio
eūantibus:sed asclitē ꝛ tympanitē ꝑ solas ca-
tarticas purgatiōes:anasarchā aūt.i.hyposar
chā:ꝛ ꝑ flōiam opꝫ curari sup.aliquotiēs: qꝛ ex
plenitudine sanguinis frigidi fit ꝛ adducit rō-
nē,nā ablata plenitudine nā lenior efficitur: et
minorato eo.s.sanguine frigido faciliꝰ restaura-
tur:ꝛ posuit exēplū ꝙ ab eodē accepit Sera.di-
cens:videmus em̄ ꝙ ignis sub viridibꝰ lignis
positus ꝑiclitaꝝ:ꝛ iterꝝ sublatis a q̄bus ꝑiclita-
batur adincēditur. ¶Aliū casum ponit Aui.ēt

Aliꝰ casus.

in asclite in quo cōuenit flōia: ꝛ ē si fuerit illic
ap̄a sup.calꝭm in epate ꝛ ꝑueniaꝝ ad ipsam sup.
hydropisim pendentē inde in priñ° rei dicit si-
gnāter in priñ°:tūc ꝓ curatione cāe hydropisis
in priñ° puta ap̄atis calidi|cōuenit flōia. ¶Et
ibidē ēt addidit aliū casum in quo cōuenit flōa
dicēs.Cūqꝫ hydropicus cōqueritur de latere si-
nistro multaꝝ arteriaꝝ.i.qꝛ sentit extensionem
pulsatiuā in latere sinistro:tūc sup.declaraꝝ ꝙ
ibi est multa mā sanguinea contenta in arterijs
splenis ꝓpter talem extensioneꝫ pulsatiuā:tūc
enim non est eius q̄rimonia vt dicit propter ten
sionē q̄ est in ipo.nā ambo latera.s.dextrū ꝛ sini

Nota.

strū cōicāt|in hoc.s.in hac extēsiōe:ideo sup.nō
est propter aquositatē:vñ addit:immo idest pro
pter sanguinē sup.cōtētū i splene:cōnter cōcludit
Flobothomeꝝ ergo in primis deinde cureꝝ cura
hydropis.Et ex hoc textu colligūt q̄dā ꝛ bñ etiā
vbi non esset ap̄a circa epar:sed tñ in dextro la-
tere circa epar sentiretur inflāmatio pulsatiua
sup.cū alijs signis calꝭitatis:ēt cōueniret flōmia
difficile tñ est in his duobus casibus dictis fa-
cta iaꝫ hydrope asclite ꝓpter tales fieri flōmiā
qm̄ declaraꝝ iā ex cā calꝭa ita debilitatā esse vir-
tutē ꝙ per corruptionē opationis digestiue fa-
cta est generatio aquositatis ī frigidata saltem
ꝑuatiue naturali caliditate.Propterea Galenꝰ
quarto de regimine sanitatis cōmento supra
allegato.cviij.dixit loquēs de hydropico hypo-
sarcho hic cui solus incipiēs qñqꝫ īdiget flōmia
cū demū ex hemorragie detētione id est ex retē
tione fluxus sanguinis cōsueti vel mēstroꝝ in
mulieribus vel alia īplectoria causa incipiens
cōsistit.Addit:tympaniā aūt vel asclitē hydropū
vnus est ausus ꝑ flōmiā sanare ꝛc.Semꝑ tñ in
flōmia est querēda licētia a ꝑticularibus circū-
stātijs de habitudine virtute ꝛ etate et similibꝰ
¶Lꝫ ergo Aui.cōcesserit iterdū in asclite cōue
nire flōmiā ex ꝑte dispositionis cuiusdā de ebul
litione dicta:ꝛ ita etiā ī tympanite cū dicit.Et
flōmia enim nō ingrediꝝ in hoc capitulo nisi ra
ro:īmo meliꝰ ē vt soluatur materia cum facilita
te ipse supra faciebat cañ.ad omne possibile fu-
turū vbi fiendi sunt cañ.de his q̄ vtplurimū ac-
cidūt:ꝛ qm̄ vtplꝭm ꝛ in tympanite ꝛ asclite est vir
tus multū debilis:stare in cōi snīa cū doctrina
Galꝭ.vt nō fieret flōmia in his duabꝰ speciebus.
¶De vsu āt clysterioꝝ sūt ēt cañ.ē cañ.ꝑ°A.ī cu

De clisteribus hydropicoꝝ cōuenientibus ꝛ de vsu eoꝝ.

ra asclitis ꝙ clysteria sup.ꝛ suppositoria maxie
in asclite ꝛ typanite magis conueniūt q̄ soluti
ua exhibita ꝑ superius ꝑ hoc qꝛ virtus ipsorum
immediatius venit ad remouendū cām cōiūctā
q̄ medicine bibite ꝛ sunt leniora super naturas
i.minus ledūt virtute q̄ solutiua ꝑ sursuꝫ:quia
non sic attingūt ad mineras virtutū:ꝛ iste cañ.
est cōis nō tm̄ ad has species:sed etiam ad hypo
sarcham.Nam dicit Auice.in cura asclitis: regi
men autē euacuans aquositatē est:cū solutiuis
et ebibitis ꝛ clysteribus ꝓprie.signanter ꝓprie.
Et ponēs quare dixit proprie ponit vtilitatem
eorum supra solutiua|ebibita dixit.Ipsa enim
scilicet clysteria sunt propinquiora aque sup.q̄
ebibita et leniora super naturas.i.minus ledē-
tia et remotiora a liquefactione:et eadeꝫ ratio
stat etiā in tympanite ꝙ sunt ꝓpinquiora ma-
terie resoluende q̄ medicine ꝑ sursuꝫ ebibite ꝛc.
et in cura cacesie que est añs ad hyposarchā di-
xit ꝙ clysteria subtiliantia et resoluentia humi
ditates ꝛ solutione educentia eas conferunt in
ea valde.Si ergo ī cacesia vbi stat ꝟtutis cōstā
tia maior q̄ in hyposarcha cōferūt clysteria val
de:multo magis ī hyposarcha ita ꝙ in omni spe
cie hydropisis debemus maxime audere sup cly
steria ꝛ suppositoria q̄ supra solutiua ebibita ꝑ
sursum:qm̄ in oībus virtus est debilis: et sic in
virtute debili vsus clysterioꝝ cū sit minus no-
cēs est securior:ꝛ maxime ī hydrope a causa calꝭa
quia sic nō dissoluūt subam epis calefaciendo
sicut per superius bibita.Magis tñ faciunt cli
steria ꝛ suppositoria in tympanite ꝛ|asclite quā
superiꝰ bibita q̄ ī hyposarcha : ꝛ in tympanite

Magis cōferunt clisteria in asclite et tympanite q̄ in hyposarcha.

plus seruiunt suppositoria q̄ clisteria:ꝛ si ponā
tur clisteria siue in asclite vel in tympanite sem
per sint modice q̄titatis pro vice.
¶In vomitu etiam sunt quidam cañ.obseruan
di.primo est cañ.cōis:vt in vomitiuis incipia-
mus a mitioribus vt etiaꝫ in alijs fieri expedit.
¶Alium ponit Haly.cañ.innuens ꝙ opꝫ vti vo
mitu in priñ° anteq̄ virtus sit defecta:ꝛ hoc per
prius intelligitur de vomitiuis acutis respiciē
tibus mām propriam.Nam in cura hyposarche
ꝛ trahitur ad omnem speciem hydropisis dixit.
Opꝫ aūt vti vomitu priꝰ ꝛ eūone humoris sup.
per vomitum anteq̄ roboretur.s.morbus ꝛ hu-
miditas dñetur:quam enim diu virtus retinēs

est.i.est valida.vt ptꝫ.Addit:vt eniꝫ humiditas diu receperit sup.augmentum ⁊ debilitata virtus succubuerit vomitus nullus erit vsus.s.laudabilis sed euōne vtendum cū laxatiuo.i.per secessum:⁊ cā quare nō cōueniat in ꝓcessu statim dicetur de mente Serap.⁊c.Et ita vult vsum vomitus cōuenire in prin° constante virtute qm̄ ē euō multo magis laboriosa:loquendo de vomitu.solutiuo ꝓprio ꝙ euō ꝑ fecessum.Aliqn̄ tn̄ vomitus inducitur ad aliam intentiouem ⁊ nō ad solutionem vt ad excutiendum aquositatem ad renes vel ad bursam testiculoꝝ sicut ēt ⁊ sternutatio de qua fecit mentionem Rasis 7° ꝯtineñ. cum dixit.Insufflandū est in naribus de puluere ꝓuocante ad sternutādum cū sternutatio vehemens expellat hydropisim eo qđ cōmouet et expellit aquā ad partes renū vel ad partē testiculoꝝ:⁊ tunc ꝑforata cuti cū acu resudabit inde aquositas:⁊ similem vtilitatem affert vomitus etiam non cū laboriose soluentibus factꝯ: ⁊ tūc non tm̄ in prin°:sed etiam in ꝓcessu pōt conuenire.Sed si sit intentio vt per eum euētur materia ⁊ minoretur non opꝫ vt ꝓuocetur nisi in pn̄cipio constāte virtute:vt supra dcm̄ est:quaꝫ ēt sniam posuit expresse Serap.cū dixit.Dico ꝙ ex iuuamentis nobilibus in prin° huius egritudinis hyposarche vel asclitis:sꝫ maxime hyposarche est vomitus.Addit:⁊ opꝫ vt administreẗ ꝭm diuersos modos:qñqꝫ enim administratur ante cibum ⁊ qñqꝫ post cibū sup.ꝓpter diuersitatē corpoꝝ in facilius vel difficilius esse disposita ad vomendū qm̄ corpora minus disposita ad vomendum debēt induci post cibum ad vomēduꝫ qꝛ tunc facilius inducitur:sed non sic conueniēter euāt de materia propria:vt ptꝫ ⁊ al's dictum est.Et idem dicit Aui.in cura asclitis:⁊ de his q̄ conferunt eis est vomitus:⁊ proprie ante cibuꝫ ⁊ post ipsum vt de tertio in tertium:aut de q̄rto in quartum:aut de quinto in quintum:scōm qđ in corporibus citius vel tardius materia aggregatur circa stomacum sup.ne obseruato eodem ordine natura in euacuando nō ita a vomitiuo iuuatur.Continuabat Serap.⁊ opꝫ vt administretur frequēter assidue in principio egritudinis ante reaggregationem humiditatum ⁊ multitudinem eaꝝ ⁊ anteꝙ debilitetur virtus ⁊ anteꝙ attrahatur myrach ad inferiora:nā tunc resistit ei cum vomitu:qđ est qꝛ humiditates cū multiplicantur fit difficilis vomitus tunc: naꝫ propter fortem commotionem factam in multitudine materie posset fieri suffocatio.

Nota

De sternutatione cōferente hydropicis.

Nota

Determinatio vomitꝯ

¶ De prouocantibus autem per vrinā euacuando sensibiliter sunt, cañ. Primus repetatur qui dictus est supra in canonibus vniuersalibus vt non exhibeantur nisi facta euacuatione ꝓpter nocumenta apta sequi:de quibus supra dictuꝫ est. ¶ Alios cañ.posuit Aui.etiam in cur a asclitis.dicit primo de diureticis vero conferentibꝯ in hoc non oportet vt vnum solum adhibeatur immo fiat permutatio de quibusdam ad q̄dam ⁊ adduxit Serap.causam huius cañ.dicēs ⁊ est necesse vt permutentur adinuicem loquēdo de pronocantibus:quod est quia quod consueuit homo accipere multotiens fit sicut cibus:qꝛ scꝫ non alterat.

¶ Et ponit alium cañ.Sera.simul cum Aui. de eis:qui tamen positus est supra in canonibꝯ cure opilationum per medicinas prouocatiuas dicit:sic etiam oportet vt terantur iste medicine multū ꝙtū possibile est:qđ est quia qn̄ accipiūtur ꝭm hanc similitudinem sunt facilioris penetrationis ⁊ peruentionis ad loca lesa donec submergantur in eis:⁊ ista multum seruit in cura hyposarche in qua proprius valent diuretica ꝙ in aliis vt voluit Haly.dicit in posarcha de diureticis:sunt enim hydropisi hyposarche vtilia: signanter dixit hydropisi hyposarche:lꝫ etiā in asclite valeant:vt patet.In tympanite vō ipsorum vsus non debet prolongari siue frequentari:qm̄ timor est ne materia modica cum ventositate conclusa in ventum conuertatur:⁊ hoc insinuauit Aui.in cura tympanitis cum dixit:⁊ opꝫ vt administrentur diuretica sup.aliqnotiēs: sꝫ non sit superfluitas in eis:⁊ adducit rationē dicens.Superfluitas enim in eis perducit ad gn̄ationem vaporum plurimorum.

¶ Alium canonem posuit Aui.etiam in diureticis loco allegato de asclite dixit:⁊ cum administras diuretica fortia opꝫ vt administres post ea aliquid de iuribꝯ pinguibus sicut est ius galline pinguis:⁊ ille cañ.est multum attendēdus. Nam cum medicine diuretice fortes sint acute multū peruenientes ad vias vrine:⁊ ex directione materierum nitrosarum per illas vias disponunt dictas vias ad excoriationem ⁊ rasurā.vnde si postea vlcerentur fiunt vt plerunqꝫ insanabiles.Ideo ad remouendum hoc nocumentum conueniens est post dicta prouocatiua exhiberi iura pinguia.

¶ Postremo circa solutionem per ventrē stant etiam cañ.speciales. Primo stat cañ. communis vt materia prepararetur eductioni ⁊ cannales disponantur ad eductionem maxime cū medicine tales que in hydrope conueniunt ad solutionem sunt laboriose soluentes:⁊ est radicaliter cañ.Hyp.in affo.Digesta medicari ⁊c.

De canonibus obseruādis i solutione ventris.

¶ Alium cano.posuit Auicen.in cura cacesie q̄ communis est ad alias species hydropum dixit ⁊ oportet vt subtile sit studium in soluendo eos ⁊ separes in eis id quod in potu sumunt.i.diuides solutiua vt non tota materia simul euacueẗ sed paulatine ne fiat labor in natura:de quo dicebat idem Aui.in cura asclitis loquens de euacuatione per solutiua:et oportet vt non sit subito:immo secundum vices:nam id quod subito est mortale est ⁊ prauum nocumētum debilitat epar:⁊ Filogorius vt scribitur septimo continētis dixit:oportet vt hydropicus laxetur cum eo quod educit aquam moderate ⁊ paulatim:quoniam non est laxāda aqua subito quoniā mors sequitur:⁊ istum canonem bene notate:oportet tamen bene aduertere ne multiplicetur materia:proinde addebat Auic. loco allegato de cacesia:⁊ quotiens imaginaris ꝙ materia aggregatur non permittas eam figi:sed itera euacuationem:semper intelligatur cum facilitate quātum possibile est incipiendo semper a debilioribus vt fuit regula supra: ⁊ eam expresse posuit Alexan.

¶ Alium canonem qui sequitur ex ꝑcedenti posuit Aui.in cura asclitis dicens ꝙ omnis superfluitas euacuationis in quantitate ⁊ tempore est mala:est tm̄ i calida remissior.i.minus ledēs qꝛ vt plerūqꝫ in causa calida virtus est minꝯ de

Hiera maþie laudaẗ in cacesia ⁊ spēbus hydropisis.

biils q in frigida.

¶ Alium cañ. etiã posuit eodẽ ca° de cacesia circa exhibitionem solutiuorum dixit: et opz vt cõfortes stomacos eorum ne ledantur a solutiuis: et ponas eorum solutiua aromatica. i. sibi immiscendo aromatica calida vel frigida bm exigentiam de calidis vt est lignũ aloes: calamus aromaticus: squinantum etc. de frigidis vt endiuia: solatrum: coriandrum etc. qd lz sit cõe in solutiõe in omni hydrope: spãlius tñ intelligat cum primũ lesus est stomacus. Nam vbi primo ledat epar in hydrope vt cõiter euenit dicit Auice. in cura asclitis ponens cañ. qui etiã cõis est in om̃i hydrope dixit. In solutiuis aũt nõ opz vt sit id qd nocet epati: et si aliqua necessitas facit hmõi necessarium esse sup. q est nocens epati opz vt rectificetur: et pñr exẽplificat de aloe dicit: et aloes solum. i. nõ correctum est malũ epati valde sup. propter liquefactionẽ quam facit epati. Addit quare opz vt elongetur ab epate nisi ppter necessitatem aut cũ ingenio rectificationis. s. componendo cum alijs medicinis rectificantibus vt fit in hiera q plurimũ laudat in cacesia et alijs speciebus hydropũ. nam intrat mastix ad rectificationem eius. Et de ea dixit Aui. in pñ° cure cacesie: cõsidera an sint in corporibus eorum humores diuersi et colerici et educant solutione vẽtris cum hiera pigra: ipsa em̃ educit superfluitates absq humiditatibus innatis: aloes tñ solũ est nocens: et maxime in extenuatis et in quibus cã hydropis est complexio calida in quibus etiaz hiera et trocisci de aloe sunt suspecti: sed in flegmaticis et carnosis nõ sic. Ideo cõueniens est in complexione calida vt lauet aloes cũ aqua endiuie vel solatri: qr tunc ptes dissoluunt ignee. Et similis cañ. huic ponit 7° cõtinentis de mente Aaron. dixit. Si dederis in potu aliquas medicinas ad educendũ aquã cautus esse debes ne ipse noceant epati. Addit Rasis. dico compositio ipsarum fiat cũ cõferentibus epati sicut cũ absinthio policaria solatro spica reubarbaro et similibus.

Hiera maxime laudat in cacesia et spẽbus hydropisis.

¶ Alium canoñ. ponit ibidẽ Auicen. et oportet vt solutiua sequat ieiuniũ declarat quare nõ comedat solutus post ea die et nocte si possibile est quasi innuat tardet cibũ quãtum potest post solutiuum vt magna fiat exiccatio ppñe in patiẽte hyposarcham et asclitẽ: vnde colligũt hic aliqui q nõ cõuenit tunc exhiberi lauatiuum: sed hoc est error ppter acuitatẽ medicinarum q cõiter exhibentur in his dispositionibus etiã propter qualitatem inductam manifestaz a medicinis. Et supra dixit Rasis 7° cõtiñ. qui post medicinã eductiuam iussit dare aquã calidam: sed nõ dz exhiberi lauatiuũ in multa quãtitate neq post sex horas: imo debet magis tardari ppter exiccationem quã querimus: et respiciens cõsequenter ad relaxationem membrorum per medicinas iubet in sequenti die vt de more fit vt exhibeantur remittentia qualitatẽ medicine et cõfortantia membra cũ dicit Aui. cõtinuãdo ad literã: et sup. cõuenit vt sequant post ea que cõfortãt sup. etiam remittendo malitiã cõplexionis et constipant aliqualiter sicut trocisci alimberberis et sicut aqua fructuũ in quibus est suauitas et stipticitas et sup. remissio male qualitatis calide inducte ita vt confortent epar et proprie post ea q sunt sicut euforbium etc. nunq tñ sunt exhibenda talia fortia solutiua nisi constante virtute. Sed in virtute debili dicunt quidam vt etiam scribitur 7° cõtinentis q laxandus est hydropicus si fuerit debilis valde cum emplastro confecto de pulpa colloquintide et laureola euforbio et cucumere asinino et similibus acutis aquam soluentibus distemperatis cum cera et oleo. Nã apparet q per hec extrinsecus applicata possit fieri solutio aquositatis non multum imprimẽdo in virtutem: qm̃ solutiua nõ immediate perueniunt ad stomacum nec ad epar: sed hec sentẽtia nõ acceptatur a Rasi loco allegato: et hoc bene nota. Nam dicit ipse. dico hoc malum est valde eo q excitat sup. tale emplastrum caliditatẽ magis sup. accidentalem et extraneaz q si fuerit sumpta in potu sup. medicina mensurata rectificata. et est ratio ad hoc multum suadens: qm̃ talia que exterius applicantur ad hoc vt efficiãt operationem solutionis aquositatis approximantur de vehementioribus et cum qualitatibus eorum venenosis nudis non refractis non attendendo etiam ad dosim. vnde non est mirabile si per tales medicinas acquiratur maior inflammatio in membris quam p medicinas debite correctas in debita dosi per interi9 sũptas.

In debilibus, laxandus est vẽter cũ emplis solutiuis scdm aliquos. Nõ placet Rasi talis solutio.

¶ Alium cañ. vltimum qui respicit solutionem materie calide in asclite precipue contractum posuit Auic. eodem capitulo dicens. Et deuita cum fuerit caliditas vt nõ solutione educas coleram sup. superflue. et adducit rationem: quoniam ipsa resistit aquositati aliquo modo: sup. remanens in corpore. s. cum caliditate et siccitate sua: et qr in asclite est necessaria euacuatio aqsitatis per medicinas proprias etiaz si fiat euacuatio colere eligendo euacuationem illius maxime: tunc duplat eño. s. colere et aquositatis: et ita sequitur in virtute debilitas et nocumentũ: et hoc totum intelligat qñ colera non esset trãsgrediẽs terminũ multitudine sua vt dicit Aui. nam tunc fit necessaria euacuatio etiam colere. Nam tunc vt dicit sis contentus eis que sunt sicut mirabolañ. supple citri. est enim solutiuũ bonum in huiusmodi dispositione per hoc scilicet quod euacuat coleram infrigidando et exiccando et non laboriose sicut etiam serapinuz est bonum solutiuum in dispositione frigida. Ubi igitur esset colera superfluens oportet eam extinguere vel in qualitate remittere cum alterãtibus epatis confortatiuis: de quibus supra. Sed quando est indigentia euacuationis non fiat separata euacuatio colere ab euacuatione aquositatis propter nocumentum quod dictuz est: immo simul euacuetur colera cum aquositate cum appropriatis medicinis. Et in euacuatione colere in isto casu singulariter valent mirabolani vt dicit Auicen. Nam in egestione colere per modum dictum est etiam in eis virtus ad educendum humiditates aquosas et aquam citri. Et de hoc dicit Rasis septimo continentis. Dico prout vidi in pluribus libris et proprie in Aaron: oportet vt fiducialiter aqua citrina educatur cum mirabolanis citri. cum proprietatẽ habeant educendi ipsas humiditates: immo etiam ducunt ad vias vrine vt sentit Gal. 8° decem tractatuum capitulo de nausea et singultu. et hoc bñ nota. Et isti cañ. sufficiãt circa

Mirabolani citrini euãnt aquositatez hydropicorum.

ingenia materiã euacuãdi siue insensibiliter si/
ue sensibiliter dimittendo cañ. circa eductionẽ
aque cũ perforatione. nam de hoc dicet in fi. ca.
¶ Quibus sic expeditis gñalib⁹ iã op; deueni
re imediatius quãtũ ad 2^m principale ad curam
magis spãlẽ dictarũ spẽrũ hydropis regulãdo
ipsam curã fm cañ. antedictos. Et qm̃ vt supra
dictũ est nõ debere applicari igenia faciẽtia ad
insensibilẽ eũonem nisi prius facta eũone sensi/
bili. De materia dictũ est etiam non debere fieri
eũonem cum solutiuis nisi preparata materia
ad eductionẽ. Et qm̃ eũo minus indigẽs p̃para/
tione est flõmia: in qua tñ vt dictum est supra
prius q̃ fiat: qñ maxime ꝯuenit i hyposarcha in
qua est sanguis aquosus peccans ꝛ in membris
oĩbus ꝛ ĩtra venas: melius quidẽ est vt eũatio
fiat in primis cũ his que mũdificãt sanguinẽ vt
fuit dcm̃. Idcirco etiã añ flobothomiã bonũ est
pro eũone prius fienda vt fiat p̃paratio mate/
rie ad eductionẽ: qꝛ tñ talis p̃paratio nõ fit nisi
cũ subtiliantibus ꝛ aperientib⁹ oppilationes
ꝛ vias dilatãtib⁹ que offerri nõ pñt ꝯueniẽter
nisi mũdificato stomacho ꝛ intestinis de mate/
riebus cõib⁹ ne ille materie in virtute digesti/
uorũ ꝯueniẽtiũ ducant ad mẽbra ꝛ facit oppi/
lationes. Expedit igit primũ eas faciliter educi
cũ sint in vijs cõibus p stomacũ cũ vomitiuis:
vel p secessum cũ clysterib⁹ lenib⁹ tñ a pĩcipio
in quib⁹ fit intẽtio ad eũonẽ materierũ cõium
ꝛ nõ a ꝓprietate soluẽtiũ. ¶ Ex ordine igit ꝛ di
rectione illorũ cañ. primo ponet clysteria vel vo
mitiua leuia: deinde ponent digestiua p̃paran/
tia ad solutionẽ ꝛ vomitũ fortiores qui vomit⁹
offerri debẽt a principio ꝯstante virtute vt su/
pra dictũ ẽ. postea si sit necessitas flõie fiat flõia
deinde ponent solutiua fortiora in hyposarca ꝛ
asclite ꝛ p clysteria ꝛ p ebibita etiã in tympani/
te parũper ad eũandũ materiam que fouet vẽ/
tositatẽ. Deinde simul p interius ponent ꝓuo/
catiua ꝛ exiccatiua materie ad casum facientia:
ꝛ ita etiam exterius applicando omnia genera
instrumẽtorũ facientia ad exiccationẽ ꝛ resolu/
tionẽ ĩsensibilẽ de materia: diuerso tñ modo in
diuersis spẽb⁹ hydropum. Postremo qñ ista nõ
sufficiãt ꝛ res erit quasi in desperatione posita:
ꝯstãte tñ virtute fiet sermo de extractiõe aquo/
sitatis cũ bezel: qm̃ nõ est veniẽdũ ad huiusmo/
di pforationẽ vt colligit 7° ꝯtinẽtis nisi cũ reli/
qua nõ suffecerint. Nã dicit Rasis de mẽte. Gal.
Sed pforatio syphac debet fieri i fine si suprabũ
dans fuerit humiditas aggrauando patientem
ꝛ inde inferẽdo lesuram addit. Sed hoc accidit
in asclite cũ in hac specie spatiositas existẽs in/
ter intestina ꝛ inter syphac repleat humiditate
saltẽ in plurib⁹: vt supra dictũ est: deĩde ponet
cura vni⁹ accidẽtis specialis in hydropisi vt si/
tis clamose: ꝛ ita erit expeditũ capitulũ. ¶ Pro
expeditione igit primi occurrẽte ĩfirmo in pĩci
pio ꝯuenit fieri clystẽ si venter nõ est lubric⁹ nõ
existente cã febrili coniuncta neq; causa calida
principaliter ledẽte fiat: vt infra. ℞. bletis mer
curialis: florum camomille: mellilotl: eupato/
rij. añ. M. j. fiat ex eis decoctio in debita q̃tita/
te aq̃: ꝛ facta colatura sumãt. ℥. ix. vsq; ad lib. ꝛ
non vltra. addat cassie. ℥. j. hiere pigre. ℥. ß. olei
de lilio ꝛ camomille. añ. ℥. j. ß. cum. ʒ. iij. salis fiat
clystere. Et si coniũgeret causa calida vel febris.

No. de flõmia q̃ magis ꝯpetit i hyposarcha.

Not. bene hunc cañ.

in decoctione ponant simul cũ reliquis foliorũ
endiuie ꝛ altarasacon: cuscute: ꝛ fumiterre. añ.
M. ß. ꝛ dimittant olea calida ꝛ ponat oleũ cõ/
mune loco eoꝝ. ¶ Uomitiuũ aũt ꝯueniens post
lenitionẽ vẽtris ẽt euacuãs materias tm̃ cõmu
nes vtile est si fiat. vt. j. ℞. oxymell' siplicis. ℥. j. ß.
dissoluant in. ℥. vj. aque decoctionis se. anheti.
in cã frigida cũ modico salis: ꝛ in cã calida cum
decoctione se. atriplicis et tepida sumatur cum
intentione vomẽdi post cibũ in corpore non pa
rato ad vomẽdũ: ꝛ ita deambulando p camerã
suauit circiter horã: in fine ꝓuocet vomit⁹ cũ
ĩpositione digiti ĩtra gulã vel pẽne ꝛ meli⁹ in/
tincte in olo cõi. ¶ Postea ꝯuenit si sit dispõ. cõ/
sentiens ad flobothomiã vt fiat mũdificatio fle
gmatis aquosi in cã frigida cum potiõe vt ĩfra.
℞. hiere simplicis Gal. ʒ. vj. cũ aqua decoctiõis
cuscute ꝛ hedere arboree: fiat potio: ꝛ in cã cal'a
disoluat cum aqua decoctionis violarũ fumite
reꝛ berberoꝝ ꝛ capil'. ve. ¶ Postea p diẽ flõia fꝫ
cañ. dictos multũ parca in casibus dictis. Sed
de qua vena fienda sit dic Halya. etiã loquẽdo
de flobothomia q̃ fit pp retẽtionẽ sanguis mẽ/
struorũ vel hemoroidarum q fienda est de vena
mediastina. i. cõi: ꝛ aliqui dicũt q melius esset
cõuertere deorsum p saphenas ex quo cã fuit re/
tentio sanguinis soliti fluere p deorsum. Aucto
res cõiter nõ determinãt de qua vena sit fiẽda.
Sed credo cum Halyab. q sit fienda de vena cõ
muni in hyposarcha in qua magis laudat q̃ in
alijs: qm̃ ꝛ si facta sit hydropisis pp illã retẽtio/
nẽ: tñ materia peccãs est in toto dispersa ꝛ inve
nis totius. Ideo cõueniẽti⁹ totũ alleuiabit si fi
at euacuatio de vena cõmuni q̃ de alijs. ¶ His
pfectis insurgit intẽtio de digõne materie que
cõplenda est cũ superius dictis in oppilatiõe: a
causa calida vl' frida vñ breuiter me ibi expediã.
In hyposarcha igitur cum est intentio prepa/
rationis materie ad solutionem si coniungatur
caliditas et febris: valet pro syrupo syrupus de
endiuia ꝛ oxymel simplex cum aqua endiuie ci/
coree ꝛ apij vel potest fieri syrupus vt infra et
est Gerardi. ℞. endiuie. M. iiij. scolopendrie: ca/
pillorum ve. recentium. añ. M. j. feniculi: semi.
petrosillij: cuscute. añ. ℥. ß. spice nardi ꝛ celrice.
añ. ʒ. ij. zuccharij lib. j. fiat syrupus et exhibea/
tur cum aquis vt supra. Ualet etiam syrupus
de bizantijs non existente febre nec apostema/
te sed causa calida: et in causa frigida valet sy/
rupus de duabus radicibus. primo cum melle
rosato siue oxymelle ꝛ syrupus de absinthio: et
in processu facta euacuatione valet syrupus de
est melius cum aquis feniculi: brusci: apij: et in
prassio ꝛ fortior est syrupus de hysopo ꝛ in ab/
stergendo ꝛ subtiliando: et tandem syrupus de
calamento semper immiscendo. Ubi sit inten/
tio incisionis aliquid de oxymelle cum aqua de
coctionis quinq; radicum.
¶ Et quemadmodum fieri potest digestio per
syrupos ita per confectiones calidas vel frigi/
das secundum quod cõiungitur cause calide vel
frigide vt in causa frigida valet dialacca et dia
curcuma singulariter. Nam de ea dicit Auic. in
cura asclitis: et spes est ad omnem hydropisim
in diacurcuma: et in causa calida valent confe/
ctiones diarodon abbatis et triasandali que
administrari debẽt cũ alijs electuarijs: nõ curo

De vomitiuo cõueniẽti.

Per confectiones fit digõ quẽadmoduz fit p syrupos.

325

de his prolongare sermonē:qꝛ de eis abundanter dcm̄ est supra. ❡Sed veniēdo ad 3m de euacuatione materie cōiuncte p̄° adducat vna sentētia Ga.posita in p̄° libro humoꝝ quā adducit Raſ.7° cōti.ponēs ordinē in cura hyposarche differēter ab asclite dixit ꝙ hydropisis carnosa indiget eūone flegmatis de corpore cuꝫ laxatione in p̄°.i.p̄° secessum vētris:deinde cum vomitu:deinde cū gargarismate.adduč rōnē.Cū flegma habeat ꝓcessum suum in toto corpore:vn̄ cō petit vt eūatio hui⁹ fiat de singulis locis corporis.s.sup.p̄° eūando ꝑ secessum a toto:deinde ꝑ particulares eūones a ꝑticularibus mēbris vt stomaco cerebro ꝛc. ❡Addit:deinde ꝛ vtēdum est in potu eo qȯ incidit ꝛ calefacit ꝛ sup.liquat humores ad ꝓuocādū cum eo vrinā ꝛ sudorē:et ita vult ꝙ ꝓuocatio sequatur alias eūones.Addit:verumtn̄ summarie vtēdum est oībus spēb⁹ euacuationū flegmatis.i.eūando vndecūqꝫ euacuetur cum appropriatis ad flegma cuꝫ flegma sit ꝓcedens vniuersaliter in toto corpore vt dicit.Addit specificādo in asclite:sed in asclite nō est cōsequēda ipsa curatio sup.ex omnibus mēbris cum aqua inclusa sit in vno loco ꝛ nō su.in omnibus membris:vn̄ vtendum est in p̄°.i.principaliter cum eo qȯ educit aquā sup.ꝑ solōnem vētris aut ꝑ vrinam vel sudorē sicut fit in ictericia cum medicinis educētibus colerā vt dicit ꝛ ita vult nō ita necessariū esse vomitū in asclite neqꝫ gargarismata sicut in hyposarcha:neqꝫ etiā vt alibi dicit infra Raſ.tāta est necessitas prouocationis vrine in asclite sicut in hyposarcha:sed in asclite est maior intentio in laxatione vētris dicit sic:in carnosa hydrope cōsidērter stude ad ꝓuocādum vrinā:cum ꝑ vrinā fiat purgatio eius maior ꝙ̄ ꝑ laxationē sup.ventris:tn̄ hydrops asclites nō ē curāda ꝑ ꝓuocationē vrine in maiori parte:ꝛ ratio hui⁹ canonis erit clara si consyderabis.In hyposarcha igr̄ debemus intendere cum eūantibus flegma cum appropa tis per clysteria ꝛ per medicinas q̄ per superius bibuntur secessiuas:postea ꝑ vomitus cum medicinis eductiuis flegmatis:ꝛ in asclite per clysteria:ꝛ etiā ꝑ potiones cum medicinis a ꝓprietate educētibus aquositatē. ❡Ut igitur cōueniēs fiat eūatio ꝑ medicinas appropatas:qm̄ sup.dictū est in cań.qȯ opꝫ a mitioribus incipe et cū subtili studio cāre in p̄n° ꝯstāte v̄tute bonū est scire gradus in fortitudine medicinarum eūat.naꝝ ꝛ flegmatꝫ ꝛ aq̊sitatis vt p̄us experiamur medicīas debiliores:deīde fortiores. ❡Et de his medicinis debiliores sunt aqua casei maxime lactis caprini vel asinini:p̄cipue cuꝫ in eo īfundit̄ carthamū ad sepandū a caseitate et ad solutionē flegmatis. Nā de ea dixit Ruffus 7° continentis:aqua casei de lacte asinino magis cōferēs est alijs in laxatione hydropisis accidētis cū caliditate:vnde nō est euitāda in estate ꝛc.Addit.ꝛ magis ꝯferēs erit si decoquat̄ ꝛ despumet̄ ꝛ in ea ponat̄ de sale indo sup.sumendo in potu.℥.iiij.cū.ʒ.ʒ.salis indi:ꝛ poterit fortificari ad magis soluēdū:ꝛtunc erit de medicinis mediocribus:vt voluit Rasis eodem capitulo si capra comedat de cucula ꝛ ireos ꝛ cucumere asinino ꝛ aliqua parte laureole recentis aut sicce: ita ꝙ misceātur cum alijs herbis bonis dū eas comedit:ꝛ hoc sup.valet in causa frigida:sed si fuerit cum caliditate comedat capra de endiuia vt dicit.

In hyposarcha euacuare debem⁹ fl'a.

In asclite aq̄ ē eūanda cum appropriatꝫ.

❡Urina etiā capre ponitur solutiua etiā aquositatis:ꝛ maxime si sumatur ex capra taliter pasta:vt supra.nam de ea dicit Rasis:ꝛ si vrīa sumpta fuerit in potu vtilior ꝛ melior erit sup.quā aqua lactis cum ipsa aquam laxet ꝛ mirabiliter agat.Et aliqui laudant vrinam hominis iuuenis sani.nam sua nitrositate etiam soluit aquositatem:ꝛ de vrina hominis dat dosim Gerard⁹ nono Almansoris vsqꝫ ad.℥.ij.ʒ.ꝛ vsqꝫ ad.iij.et exhibeatur cum Zuccharo.ꝛ eandem dosim crederem de vrina capre nisi esset depasta cuꝫ illis acutis.nam tunc minor dosis sufficeret vt.℥.j. vel.℥.j.ʒ.Et Rasis 7° continentis dixit.Laxanda est aqua si fuerit cum caliditate cum vrina caprina sumpta in potu ad ꝙ̄titatem.℥.ij.cum tantumdem succi solatri. ❡Aqua etiam cuscute siue podagre lini.naꝫ maxime valet in hydropisi:ꝛ maxime a causa calida:ꝛ de hac etiaꝫ scribitur loco allega.Aqua podagre lini nō habet sibi simile in conferendo hydropisi accidenti cū caliditate ꝛ oppilatione in epate cum feb.data in potu cum syrupo acetoso cuꝫ ipsa laxet aquā ꝓuocet vrinam:aperiat oppilationes:ꝛ confortet epar ꝛ stomacum simul. ❡De debilib⁹ etiaꝫ est aqua fumiterre:ꝛ quidaꝫ dicunt ꝙ aqua cardamomi etiam soluit aquam temperate. Sed vt notat Gentilis in quodam suo consilio facto in asclite a causa calida absqꝫ apostemate:ꝛ credo esse verum:licet cardamomū reperiatur scriptum inter solutiua ab Aui.tamen vt dicit fuit hoc error translatoris:qꝛ in capitulis proprijs auctorum non reperitur ꝙ sit solutiuum:sꝫ fuit error in eo:qꝛ forte apud arabes cum reperiant̄ duo vocabula.s.cacole ꝛ cacule vel kachile ſm alios vel cucule.Sed kachile est rectior litera. nam cucule apud aliquos est cicer sylucstris:et cacole est cardamomuꝫ.Kachile autem est alia herba solutiua.de q̄ fec̄ mētionē Se.in simplicibus immediate post cardamomuꝫ forte reperit in arabico cacole:vbi debebat dicere kachile. Et ita Sera.in cura hydropisis dixit.ꝛ confert ad hanc dispositionem aqua oleris q̄ vocatur kachile scriptū per.k.quando sumunt ex ea ſm ꝙ̄titatem lib.ʒ.cum Zuccharo.Et hec herba vt dicit Gentilis loco allegato est herba que a tota specie cōfortat epar ꝛ educit aquam que duo sunt quasi basis in cura hydropisis:ꝛ herba nascens in littoribus maris precipue meridiani:ꝛ de ea multum reperitur apud Cornetum inter sterquilinia maris.ꝛ aliqui sumunt vt faciebat ipse de succo eius vsqꝫ ad.ʒ.vj.cum.℥.ʒ.Zucchari tepefiat prius ꝛ sumatur in matutinis ꝛ videbis mirabilia vt dicit de euacuatione aque citri.ꝛ isto die nihil bibat aut comedat eger.Et hoc faciebat de decimo die in decimum.Et ita etiam Nicolus dicit ꝙ apud Cornetum inuenit̄ illa herba vocata soldana ab incolis que mirabiliter educit aquositatem non inferendo debilitatem.Et dixit Rasis 7° continentis.Dico qȯ hoc regimine curaui quēdam in etate perfecta existentem dando in potu semel in quatriduo de aqua kachile recentis rotulum.j.idest lib.j. sufficeret lib ʒ.vel.℥.viij.cū.ʒ.x.Zuchari elesar. i.Zucchari rubei:etiam dando ei interdum de trocis.berberum lacce ꝛ aristo.ꝛ emplastrando

De vrīa capre que est solutiua.

Not. errorē in Aui. vitio trāslatoris po sitū qꝛ scribit̄ cardamomū vel cacole vbi dꝫ scribi kachile ka chile a tota ꝓprietate eūat aquā ꝛ confortat epar.

epar cum glutinatiuis ⁊ faciendo eum vti exer-citio ⁊ pauco potu vini. ꝙ nisi inueneris cucu-los recẽtes vtẽdum est cuculis sumptis cum fu-moterre. i. puluerisatis cuculis dãdo. ſ. ʒ. ij ⁊ ita ego vidi experientiã in hydro. Nam si dabãtur ʒ. ij. de soldana cum aqua lactis multum pficie-bat. ¶ De debiliter etiam soluentibus vel ope-rantibus est aqua alchechengi: ⁊ de precipuis etiam in causa calida sunt mirabol. ci. vt vidi-stis supra: ⁊ reubarbarum in infusione cum spi-ca precipue: etiam agaricus precipue sine kinki bere soluit aquositatem. ⁊ ex eis possunt fieri cõ-positiones vt placet. ¶ De mediocribus autem sunt sicut serapinum de quo dicit Auicẽ. qđ est bonum solutiuum in dispositione frigida sicut mirabol. citri. in calida. Et dicit ex eis que sunt equalitati vicina sunt serapinum ⁊ ireos: ꝙ nõ possunt intelligi ẜm complonem qualitatiuam cum sit serapinum calidũ in tertio: sed intelliga-tur ẜm gradum solonis. Et de serapino possunt fieri pillule quas ponit Mes. in capº ppzio per hunc modũ. ℞. succi enule sicut est. ʒ. xv. vel. xvj. infunde in ipsum spicam ⁊ masticem añ. ʒ. iiij. et bulliant vsqꝫ ad consumptionem medietatis: postea coletur: ⁊ de eo succo nutriatur serapinũ supinfundendo vsqꝫ dum impinguescat: deĩde exiccetur ⁊ fiant inde trocisci vel pillule: ⁊ dosis est a. ʒ. ß. vsqꝫ ad. aur. j. ⁊ valebunt in causa frigi-da. Et in causa causa calida sumãtur mirabo. ci-tri. pars. j. serapini partes. iij. ⁊ distemperentur cum succo endiuie ⁊ fiant pillule. ʒ. ſ. ¶ Aliud cõ-mune de mediocribus est succus ireos. ſ. succus radicis lilij celestis: de quo multa dicuntur. Ali-qui dicunt ꝙ debet decoqui cum melle vel cum zuccharo. Aliq̃ dicunt ꝙ debet sumi recens. Et de hoc ponitur 7º continentis de mente Simo-nis dicit: da in potu de succo ireos recẽte. ʒ. iiij. Et Gordonius dicit de succo ireos. Ego aũt sum expertus succum radicum ireos. Attamẽ aduer-tendũ ꝙ succus iste debet esse crudus: q2 si esset coctus nihil valet: ⁊ ꝙ accipiat de mane q̃tum media testa oui capit. ſ. ℥. ß. vel circiter vel per se vel cum ouo sorbili: sed communiter exhibetur cum aqua lactis ad remotionem acuitatis illiꝰ. Et addit. ⁊ pculdubio curat omnem hydropisiꝫ q̃ manu humana est curabilis: dum tamen con-tinuetur vt vult sup. interpolando. De hoc dice-bat Me. in caº ppzio ꝙ educit flegma grossum ⁊ coleram permixtum: ⁊ educit etiam aquã citri-bis nã cum facilitate: tñ vt scribitur 7º contiñ. de mente Georgij dixit. Si quis sumpsit succum ireos in potu in fallacia magna erit: et re vera ego vidi experientiam quod exhibẽdo. ʒ. ij. cum sero caprino ⁊ modico zuchari in muliere fecit laboriosam opationem ⁊ fortem eũando multã q̃titatem aq̃. Et de succo ireos dicit Nicolaus. Ego autem dico ꝙ expertus sum eum ⁊ est vali-dus: ⁊ expertus sum succum radicuꝫ palme chri-sti ⁊ inueni virtuosum sicut succum ireos: ⁊ nõ ita vrit merym in descensu ad stomacum.

¶ De fortibus autem solutiuis enumeratur me-zereon de quo dicit Auicenna in cura asclitis. Et ex summa lacticiniorum mezereon est fortis in hoc capitulo. Et de armoniaco quando sumi-tur in potu vsqꝫ ad. ʒ. ij. cuꝫ aqua mellis. Et post-ea infra dicit: ⁊ pillule de mezereon sunt vltime in asclite: sicut pillule de reubarbaro sunt vlti-me in hyposarcha. Sed de pillulis dixit sufficiẽ-ter circa literam. Magis laudarem trociscos de mezereon in litera positos: quia melius corre-cti ⁊ minus intrat de virtute mezereon: sed non debent sumi omni die vt ipse dicit sed interpo-lando per quinqꝫ vel sex dies vel forte per nouẽ.

¶ De fortibus etiam est laureola: sed est multo magis domestica: et de ea possunt fieri pillule ẜm ordinationem Gerardi satis vtiles facte: vt infra. ℞. foliorum laureole sicce: quia eligantur longiora planiora vt capitulo proprio subtili-ter puluerizatorum. ℥. ß. infundantur per duos dies naturales in succo cydoniorum ⁊ aceto añ. postea incorporentur in syrupo acetoso: et fiat massa de qua potest dari pondus. v. granorum ordei: ⁊ istud multum mihi placet ⁊ ex rectifica-tione ⁊ ex dosi. Numerauit etiaꝫ Rasis inter me-dicias eductiuas aquositatis grana regia ⁊ es vstum ⁊ cucumerem asininum ⁊ euforbium: ⁊ ita Aui. de his fecit mentionem ⁊ de fimo columbi-no: ⁊ conueniunt etiam scamonea ⁊ titimalum ⁊ omnes conueniunt in lacte camellarum et in vrina earum. De lacte camellarum ⁊ vrinis earũ non curo facere mentionem: quoniam apđ nos non reperiuntur ⁊ de ere vsto ⁊ fimo columbino dicunt aliqui: ⁊ credo ꝙ electiue nõ soluãt aquo-sitatem: sed tantum per modum compressionis ⁊ exiccationis iuuant. Supra euforbium nõ au-derem neqꝫ supra scamoneam neqꝫ titimalum. Nam de his dicit Gor. vitare autem debet om-nis hydropicus scamoneam cum aloe nisi aloes esset ablutum ⁊ repressum.

¶ Cũ his ergo medicis fiat euacuatio in ascli-te incipiendo a remissioribus ⁊ tandem venien-do ad pillulas de serapino ordinatas vt supra: ⁊ tandem ad pillulas de laureola ẜm moduꝫ di-ctum Gerardi: sed fortiores ponuntur septimo continentis de mente diasco. vt infra. ℞. folio-rum laureole sup. preparatoruꝫ partem. j. absin-thij. par. ij. ß. terãtur ⁊ distemperentur cum suc-co endiuie ⁊ inde fiant pillule: ⁊ dat ipse. ʒ. iij. cum. ℥. j. aque cucule: sed videntur mihi fortes nimis.

¶ Laudauit etiam Galenus lib. de facile acqui-sibilibus bibere succum radicis ebuli dicit. Cu-rat enim absqꝫ quo subuertat stomacum ⁊ vbi coniungatur hyposarcha: ⁊ etiam asclites facit electuarium singulare Rasis loco allegato sub his verbis. dico hoc est electuariũ mirabile. ℞. masticis: spice rosaruꝫ reubarbari lacce. añ. par-tem. j. laureole infuse in aceto partes. agarici et turbith ana. partem. j. terantur ⁊ distemperen-tur cum carne cydoniorum aceto ⁊ melle sup. si-mul coctis ⁊ exhibeantur. ʒ. ij. ⁊ si non operan-tur potest addi in dosi.

¶ Sed in hyposarcha proprius non stãte ascli-te singulariter valet reubarbarum. nam est me-dicina solennis curans eam a quacunqꝫ causa fuerit. Et de reubarbaro dicit Rasis septimo cõ-tinentis. laborantibus hydropisi carnosa me-lius est reubarbarum: ⁊ vidi mirabilem expien-tiam non tantum in reubarbaro: immo et in trociscis de reubarbaro in illustrissimo duce Frãcisco sfortia dãdo. ʒ. ij. p vice cũ aq̃ endiuie: eupatorij ⁊ absinthij. Et de pillulis de reubar-baro dicit Aui. in cura hyposarche loquens de solone vẽtris dixit: ⁊ q̃ melior est: est illa que est

Agaricꝰ si-ne zizibe-re soluit aq̃sitatem.

De succo ireos.

De succo rad. pal-me chri.

De meze-reon.

De armo-niaco.

De ere vsto.

De cucu-mere asini-no.

De scamo-nea.

Not. hunc canonem.

Electariũ op-timuꝫ vbi piũgit hy-posarcha cũ asclite.

Reubar-baꝝ marꝰ valet in hy-posarcha.

Nota

cum pillulis de reubarbaro. Et in causa frigida pillule cōueniūt quas ponit Raß. 7° continentis dicit de perfectione ⁊ complemento pro hydropisi. ℞. hierepigre. ʒ. iij. turbith. ʒ. iiij. laccelote. ʒ. ij. rauedseni. ʒ. j. ℈. salis indi. dracmā vnā ℈. succi policarie. ʒ. iij. anisi semis. apij: radicis squināti. añ. ʒ. j. mirabol. citri. ʒ. iij. terantur ⁊ distemperentur cum succo solatri ⁊ inde fiant pillule: dosis. ʒ. ij. cum aqua calida. ¶ Et in causa calida maxime ad confortationem epatis precipue post solutiua fecit electuarium thesaurus pauperum. ℞. sanda. omnium añ. ʒ. ij. spodij rasure eboris añ. ʒ. j. se. ani. cubebe. añ. ʒ. iiij. se. frigidorum ma. mūdatorum añ. ʒ. j. se. endiuie: portul. añ. ʒ. j. Zucha. lib. j. fiat electuarium cum decoctione endiuie vtatur mane: de quo electuario continuando dicit si substantia epatis non est totaliter resoluta absq; dubio liberabitur.

Decoctio aque lactis.

¶ Et posset fieri decoctio aque lactis quam posuit Raß. ⁊ Auic. sequutus est eum: vt infra. ℞. aque casei li. ij. turbith bene triti. ʒ. v. salis gemme. ʒ. j. bulliant moderate ⁊ dispumando colã eam: ⁊ da in potu de ea. ℥. iiij. vsq; ad. vj. vel. vij. valent in hoc pillule de reubarbaro descriptionis Mes. ⁊ Aui. ⁊ etiā pillule de agarico. ¶ Et post solutionem factam cum fortibus si viderimus membra supercalefieri potest fieri magis mitis solutio: vt infra. ℞. mirabolanorū citri. ʒ. vij. fumiterre. ʒ. iiij. absinthij. ʒ. ij. eupatorij. ʒ. j. ℈. endiuie recentis pugillum vnum: semis endiuie. ʒ. ij. rosarum. ʒ. ij. coquantur in tribus lib. aq̄ vsq; dū remaneat vna: postea dissoluātur cū eo. ʒ. x. zuccari p duabus vicibus: ⁊ si coniungeretur sitis multum vz: ⁊ cū dictis al's ⁊ q̄busdā de simplicibus dictis possunt fieri clisteria appropriata ⁊ vomitiua appropriata ad adiuuandum euacuationem aquositatis: et maxime in asclite.

poſuit cañ. Auicē. ſingularem in cura lapidis renū: ſed eſt communis in cura lapidis veſice ſtante ibidem dolore moleſtāte dixit ſic. Et cum dolor eſt fortis ſedat qñ curatur cum eis q̄ diximꝰ ſup. mollificantibus ⁊ lenientibus. Addit: deinde cum curatur lapis multiplicatur. i. cum curatur cum medicinis comminutiuis lapidis ⁊ prouocatiuis fortibus multiplicatur ſu. dolor. Addit: quare rectius eſt ſup. eo tempore doloris vt abſtineatur a medicinis fortiter mouentibus ⁊ adminiſtrentur clyſteria lenia lenificantia ⁊ inunctiones q̄ comprimendo ⁊ confricando ſiunt ⁊ cerotaria. i. emplaſtra mollificatiua ⁊ lubricātia. ¶ Deſcriptio autem ſuperius poſita qñ ſtat intētio comminuēdi lapidem in veſica vt cum exiſtimat lapis paruus ⁊ mollis eſt canonica ⁊ regularis tñ fortis. Nam medicine fortiores debētur ad cōminuēdū lapidē veſice ꝙ renum propter id qđ dictū eſt ſupra. Nam virtutes eorum debilitantur in tranſitu earū ad veſicā ⁊ durior eſt lapis veſice vt fuit ſupradictū ⁊ inferius magis declarabit. in ea namq; ſtāt intētiones que ſunt neceſſarie in medicina frangitiua lapidis: quas egregie ⁊ magiſtraliter poſuit Pluſq̄ cōmētator 3° thegni. cōmēto. 59. ſupra textum. Eſt aūt enfraſis ex hoc gñe ⁊c. ibi cōmētādo curationē q̄ debet lapidi cū medicinis cōminuentibus

Quatuor ſunt conditiones ꝯſyderādē in talib⁹ medicinis.

eū poſuit quatuor conditiones eſſe neceſſarias in talibus medicinis. ¶ Prima vt dicte medicine cōminutiue lapidis ſint inciſiue ſubtiliatiue nō intenſe caliditatis. Nam fortis caliditas aggregat lapidē ⁊ exiccat ipſum: ⁊ exemplificat ſicut eſt polium radix ſparagi capillus veñ. cinis ſcorpionum ⁊c. lapis iudaicus. Et dicit de cinere ſcorpionū ꝙ eſt fortior in medicinis ad lapidē veſice ⁊ auicula cuius cauda tremit: de q̄ tñ dicit ꝙ talis plus cum ſua ꝓpꝛietate inſequente ſpeciem illud operat. ꝙ rōne primitiuarū vel ſecūdarū q̄litatū. de his tñ medicinis ſm gradus earum in fortitudine ⁊ debilitate ⁊ cōueniētia maiore vel minore ad lapidē renū ꝙ veſice vel ecōtra ⁊ preparatione multarum earum tabulā ponā ſpālem. ſ. loco ſuo. ¶ Scđa ꝯditio req̄ſita ē vt dicte medicīe ꝯducāt ad loca renū vł veſice per medicinas appropꝛiatas. i. ꝓuocatiuas ꝑ naturā ⁊ diureticas vt tādem veniētes ad lapidē poſſint exercere opatiōes earum ꝓpꝛias. ¶ 3ª ꝯditio ē vt cū eiſdē ꝯmiſceāt alie medicīe viſcoſitate pticipātes q̄ retineāt dcās medicīas miūtiuas lapidis certo notabili tpe ī renib⁹ vł veſica: cū actio oīs requirat tempus determinatum.

¶ Quarta conditio eſt vt cum eiſdem etiam cōmiſceantur medicine cōfortatiue renum vel veſice vt poſſint debite actuari medicine: ⁊ etiam fortificata expulſiua membri minutis lapidib⁹ facilior ſiet eorum expulſio.

¶ Hee autem omnes conditiones reperiūtur in medicina dicta a Raſi: nam ſtant alique medi

De medicinis appropriatis cõminutioni lapidis.

ciue incisiue subtiliatiue appropriate cõminu-
tioni lapidis vt est raffanus bacce lauri amig-
dale amare spica indica, cassial. scolopẽdria ⁊ si-
miles multe. postea stãt medicine cõductiue ad
vias ⁊ ad mẽbra in quibus stãt lapides: vt est se
men dauci ⁊ apij ⁊ assari. postea stant medicine
cõfortatiue vt squinãtũ cyperi. stãt etiã medici
ne cõseruãtes vt genera gummi sua vnctuosita
te: q̄ etiã cũ ꝓprietate cõminuit lapidem. ⁊ de
his oĩbus simplicibus supra habuistis iuuamẽ
ta ipsoꝝ in diuersis locis ex parte primarũ qua-
litatũ eoꝝ ⁊ secundaꝝ ⁊ ita pꝫ artificiosus ordo
huius compositionis qđ artificium seruãt oẽs
illustriũ medicoꝝ in talibus medicinis compo
sitis: ⁊ Aui. inter ceteros fecit vnã singularẽ: de
qua diceť infra loco suo. ¶ Et ex hoc manifesta-
tur error multorũ in veritate imperitorũ medi-
corũ: qui tñ se iactãt ⁊ de se multũ presumunt: q̄
arbitrãtur ꝙ exhibere. ʒ. j. lapidis iudaici vel sã
guinis hirci vel alicui' similis cum modico bro
dij vel modico vini sit ad ꝑfectionẽ huius cure:
nesciẽtes ꝙ lꝫ dicte medicine ꝑ naturã sunt cõ-
minutiue lapidis: nõ tñ ꝑ naturã moueť ad re-
nes vel vesicã: neqꝫ in locis debitis longam mo
ram trahunt nisi cõseruẽtur ⁊c. Et hoc bene no-
tate. Et sic sit expedita tota ista pars.

Nota.

¶ Seq̄tur illa pars. (Eger ṽo nutriať ⁊c.) in q̄
ponit ordinẽ in dieta obseruãda taliter patiẽte
dicit. Eger ṽo nutriať ex aqua vel sup. brodio ci
ceris nigri: nam tale vt cõstat est mollificatiuũ
⁊ aperitiuũ facta decoctione in aqua infusiõis
eorũ in virtute corticis: precipue ⁊ si cõdiantur
cũ sale ⁊ oleo amigdalaꝝ dulciũ magis valebit.
Addit: ⁊ sup. nutriať ex galagie ⁊ mutagenat: et
sunt cibi preparati cũ spẽbus cõfortãtib' dige-
stiuã: vt cum cinnamomo pipere ⁊ cardamomo
⁊ similibus. Addit: ⁊ abstineat a lacte ⁊ caseo ⁊ su.
ab alijs cibis viscosis ⁊ sup. nõ tm̃ viscosis. sꝫ ad
dit ⁊ ab alijs nutriẽtibus grossis. ⁊ su. stipticis
de q̄bus specialius infra diceť in cura ꝑdietam
in loco suo. Ratio huius dicti satis est manife-
sta: nam mã lapidum prima est materia grossa
viscosa: vt videbiť infra de mõ gñationis eorũ.
¶ Seq̄tur illa pars. (Et ingrediať tinã.) q̄ est
pars principalis huius partis in qua ponit cu-
ram per extrinsecus offerẽdaꝫ. Primo ꝑ balneũ
decoctionis quarũdã reꝝ ad hoc faciẽtiũ. 2° per
vnctionem factam circa regionem vesice ex oleo
scorpionũ ⁊ ẽt immissionem eius in virgam: po-
nẽs etiã compositionem ipsius olei de scorpio-
nibus. 2ª ibi. (Femur etiam sepe inungatur.)
¶ Dicit ergo ordinans balneum: ⁊ ingrediať ti-
nã vbi sit aqua in qua cocta sint folia caulium ⁊
alia sup. huius intentionis. s. mollificatiua sub
tiliatiua ⁊ bletes ⁊ paritaria. Addit: ⁊ baregesif
est spẽs abrotani vel arthemisie ⁊ sulla. i. sansu-
cus ⁊ menrastrũ ⁊ fimus columbinus hoc est for
te ad rumpendũ ⁊ medulla se. croci hortulani ⁊
est carthami' qđ etiã habet magnã vim in hoc.
¶ Postea cõtinuãdo de 2ª parte dicit: facto su.
tali balneo femur sepe inungať ex oleo scorpio-
nũ ⁊ immittatur virge. i. nõ tantum fiat inũctio
ex eo: sed etiã immittať: nam hoc est singulare
in ista materia: ⁊ de eo vtimur in practica. Et po
nẽs descriptionẽ ei' olei dixit. Cõfectio olei de
scorpione vel scorpionibus. R. aristologie rotũ
de gẽtiane ⁊ cyperi corticum radicũ capparis:
oĩm añ. ʒ. j. hec oĩa in libra. j. olei de amig. ama-
ris posite ad solẽ ꝑ hebdomadã vnã dimittãť:
postea exprimanť ⁊ colenť: ⁊ ꝑ vnaquaqꝫ libra
ex dicto oleo adiunganť ei scorpiones. x. ⁊ iterũ
ponanť ad solẽ postq̄ coctũ fuerat ⁊ in vas cui'
os opilatũ sit immissum fuerit: ⁊ ꝑ duas etiã se-
ptimanas moreť in sole: intelligať in estate ra
bidi caloris sole exñte in leone: vt bene extrahi
possit virtus dictaꝝ medicinaꝝ in virtute solis
reuoluẽdo vas bis vel ter in die in directũ so-
lis. Addit: deinde colatuꝫ ẽt a scorpionib' repo
natur: est eñi optimũ ⁊ mirabile vt dicit sup. ad
cõminutionẽ ⁊ dissolõnẽ lapidis. Addit: de quo
quotidie in virgã sup. ꝑ syringã guttatim fundẽ
duꝫ est postq̄ egrediť eger de tina. Iuuamenta
istius olei sunt satis manifesta inspiciẽti virtu-
tes medicinaꝝ receptaꝝ in dicto oleo q̄ sunt co-
gnite ex supradictis in cap° ꝓcedẽti. Et sic est ex-
pedita cura lapidis vesice ꝑ medicinalia. ¶ Sꝫ
tu aduerte vt alś dictũ est ꝙ Rasis sepe in capi
tulis ponit magis ordinẽ intẽtionis q̄ ordineꝫ
executionis. Nã in via executionis esset taliter
operandũ: immo quasi opposito mõ ab ordĩe po
sito in litera: qm̃ primo factis cõibus euõnibus
de lenitione vẽtris cũ clisterijs appropriatis ⁊
mũdificato stõ ⁊ vijs medijs de maeb' cõib' cuꝫ
vomitu ⁊ cassia de qua dictũ est: ⁊ ordinata con
ueniẽti dieta primũ ad cõminuendũ lapidẽ de-
bemus intẽdere cũ balneo posito in lra ⁊ silib':
deinde facere inũctiões ⁊ cerotaria supra femur
⁊ pñr imponere de oleo scorpionũ intra vesicam
continuatis aliq̄bus dieb': si nõ rũpatur lapis
possumus pñr stãte hoĩe in balneo dare sibi pil
lulas cõfectionis supra posite: ⁊ cõtinuãdo ꝓm
qđ dcm̃ est. ¶ Consequẽter ⁊ vltimo de ista par-
te ⁊ fuit scđa pars principalis hui' ꝑtis qñ ꝑci-
pitur ꝙ lapis est durus ⁊ magnus. Dicit Raś. et
sunt verba multũ notanda ꝙ si lapis magn' fue
rit nõ inuenitur aliud remediũ nisi vt cũ incisio
ne extrahatur: ⁊ excusans se a determinatiõe in
cisionis in hoc ca° dixit: de hoc tñ loqui. i. de mo
do incidendi ⁊ occurrendi accidentibus que cõ
tingere possent nostri libri huius modum exce-
dit. Nam de mõ incidẽdi ponit in parte chirur-
gie. Ego tñ loco suo infra ponã modũ incidendi
cũ canonibus obseruandis: ⁊ tandẽ modũ cura
tionis post incisionem ⁊ modũ succurrendi acci
dẽtibus q̄ euenire possent. Et ista verba hic Ra.
cũ dicit: nõ inuenitur aliud remedium nisi cum
incisione debent cauere ⁊ terrere medicos ꝑsum
ptuosos qui audent cõminuere ⁊ dissoluere lapi
des grossos ⁊ duros nesciẽtes vt ẽt dicit. Plusq̄
commentator. Cuꝫ tales medicine cõminutiue
lapidis ꝑ superius exhibite debẽt esse fortiores
his q̄ cõminuũt lapidẽ renum: vt ẽt supradictũ
est: ⁊ pluri tꝑe debent ꝯtinuari. In eis est maxi
mus timor excoriatiõis viaꝝ vrinaliũ: q̄ si exco-
rienť difficulter ⁊ multũ cõsolidanť: ⁊ in ꝯsolida
tione eaꝝ sunt necessarie medicine cõtrarie his
q̄ faciũt ꝯ ad rũpendũ lapidẽ. Idcirco ipse Plusq̄
cõmẽ. nõ laudat medicinas ad rũpendũ lapidẽ
vesice: sed magis ad incisionẽ ⁊ extractionẽ illi'
in corpore parato sustinere: q2 in extractione est
magnus timor vt infra declarabitur. Et hoc idẽ
voluit Gal. in tertio tegni. loco supra allegato.
vbi ponens curam opilationis ex lapide prohi-
bente exitum vrine ponit duas curas. Unam in-

Des. confectiõis olei de scorpionibus.

Not. bene.

presenti tempore ⁊ vt nūc ⁊ est transpositio ad
cōcauū vesice. Aliā q̄ est v̄a cura ⁊ est incisio ⁊ ex
tractio eius dixit sic. Que v̄o sup. oppilatio ex
lapide circa vesicā fit in presenti. i. vt nūc gr̄a cu
rationis transpositione indiget. In curatione
v̄o perfecta p̄ incisionē curam⁹: ⁊ ita nō voluit
curari p̄ medicinas lapidē vesice: ⁊ hoc bene sper
petuo menti notate propter periculum illarum
medicinarum.

¶ Sequit̄ illa pars. (Cum autē in renibus fue
rit lapis ⁊c.) Hec est 2ª pars principalis 2ᵉ par
tis prius diuise. vbi Ras. ponit curā lapidis re
nū. p° p̄ tinam. 2° p̄ inūctiones ⁊ loci calefactio
nē. 3° p̄ ea q̄ interius sumūtur de medicinis frā
gitiuis lapidis. partes patēt in litera. Nā p° di
cit. Cum aūt in renibus fuerit lapis eger freq̄n
ter tinā ingrediat̄. ⁊ renes. i. regio renū ⁊ ilia. i.
membra sub q̄bus sunt pori vritides tendendo
v̄sus vesicā ex oleis vngātur: ⁊ ea q̄ locū calefa
ciāt sup. ⁊ humectent etiā subtiliando. i. loca re
nū vel ilio⁊ desuper cum pāno ponātur. i. p̄ viā
fomētationū vel emplastro⁊ vt. s. sumēdo fecem
eo⁊ decoctiōis balnei de quibus dcm̄ est supra.
Proinde addit: ⁊ sunt ea q̄ diximus vt. s. folio⁊
caulīū paritarie senationū altee fenug. ⁊ silīum
q̄ debēt pistari ⁊ incorporari cum oleo appropia
to vt de lilio vel de scorpionibus ⁊ supponi cuꝫ
pāno regioni renū ⁊ ilio⁊ ad mollificādū mām
lapideā ⁊ etiā poros vritides vt habilius a lapi
de incedēte extēdi possit sine dolore. ⁊ talia dn̄t
poni etiā post exitū a balneo supra dicta mēbra
q̄ per cōtinuā impressionē ha⁊ medicinarū sup̄
dicta loca citius complet̄ medici intērio. Et hic
est etiā locus manifestationis erroris multorū
q̄ in tali dolore calculoso apponunt sacculos ex
siccatiuos factos ex milio calefacto ⁊ sale: ⁊ ita
indurāt ⁊ petrificāt lapidē: ⁊ cum hoc extenuāt
meatus vrinales p̄pter cōtinuā exiccationē: et
sic sūt causa magni nocumēti idē intelligat̄ de
frequēti ⁊ cōtinua applicatione panno⁊ calefa
cto⁊ ad ignē circa dicta loca vt cōmuniter fieri
solet. ¶ Dicit 3° in potu q̄ꝫ sumātur ea q̄ lapidē
frangūt. i. postq̄ fuerit in balneo ⁊ sit minorat⁹
dolor vel ipso exn̄te in balneo: vel etiā si mitiga
tus fuerit vl̄ empl̄a vl̄ fomētatiōes: tūc exhibeā
tur in potu ea q̄ lapidem frangunt: Nam tūc stā
te mollificato lapide ⁊ habilitatis etiaꝫ viȷs vt
faciliter per eas educat̄ lapis tunc medicine di
cte supra: ⁊ de q̄bus etiā dicet̄ inferius exhiberi
possunt cōueniēter: al̄s si offerātur nō prepara
tis viȷs nec lapide sunt causa maximi doloris: q̄
aūt sint tales medicīe appropriate lapidi renuꝫ
magis videbit̄ infra loco suo. ¶ Est tn̄ aduerten
dū in applicatione illa⁊ tina⁊ ⁊ emplastrorum
mollificātiuꝫ q̄ nō sit superfluitas in eis: immo
exhibeātur vt dicebat Aui. cum q̄titate que nō
mollificet superflue virtutē. i. relaxet virtutē ⁊
debilitet̄ expulsiua. i. p̄pter quā dissolutionem
virtutis expulsiua debilitet̄ in expellendo: et de
hoc ponit̄ cañ. infra. Et proinde nō debēt semp̄
medici cōsentire infirmis vt frequentēr intrent
balnea ⁊ longo tempore morentur in eis: q2 in
firmi frequēter hoc appetunt: q2 nō dolent cum
sunt in balneo. Et sic sit expedita ista pars.

Nota errorē multorum.

Nota bn̄.

¶ Seq̄tur illa pars. (Si aūt lapis in vesicā ce
ciderit.) s. ex renibus vel poris vritidibus: ⁊ tā
dem transiens per virgā ibi morām faciet vel p̄
pter magnitudinem vel asperitatem: ita q̄ ibi
fiat obstaculum ad exitum vrine: tunc ponit cu
ram lapidis huius in via existētis: ⁊ est 3ª pars
huius capituli in qua duo facit ponens curam:
qm̄ p° habilitat exitum illius per medicinas lo
cales. 2° ponit curam qn̄ illa nō sufficiunt vbi
magnus fuerit lapis per chirurgiā. 2ª ibi. (Sed
si magnus fuerit.) Dixit p° ⁊ est totum clarum.
Si aūt lapis in vesicā ceciderit ⁊ obstaculuꝫ su.
fecerit in virga: aqua calida. s. formal̄r ꝓm virtu
tē distillando ei. s. veretro superinfundat̄ donec
rubere videat̄ ad dilatationē poro⁊ ⁊ rarefactio
nem. Deinde oleum calidum siue tepidū etiam
ꝓm actum ⁊ virtutem. vt est oleum de lilio vl̄ de
amigdalis amaris vel de scorpionibus guttatiꝫ
sup̄iaciat̄. Naꝫ in virtute huius olei fortasse mi
nuet̄ lapis ⁊ educetur a virtute ⁊ maxime si iu
uet̄ virtus expulsiua cum attrahentibus vt cum
suctione q̄ fit cum ore ⁊ comprimēdo partes po
steriores versus caput virge leuiter tamen: vel
ponendo cimicem tamen ligatū circa caput vir
ge vel pediculum. Nam faciendo titillationem
circa illas partes excitabit̄ expulsiua vt cū ma
iori conatu expellat. Ideo addit: ⁊ si necesse fue
rit suggat̄ sup. membrum: ex hoc enim mouebit
lapis ⁊ exibit. i. disponit̄ vt moueat̄ ⁊ exeat: q2
aliquotiens etiam cum istis nō exit. ¶ Ideo cō
tinuando textum de secunda parte dixit: sed si
magnus fuerit sup. lapis ⁊ angulosus necesse est
vt virga inferius incidatur ⁊ extrahatur sup. la
pis: ⁊ tandem sup. curetur cum consolidātibus.
De modo autem incisionis dicit Rasis 9° conti
nentis cap° sepe allegato: q̄ si lapis moram tra
hat sup. in veretro ⁊ non egreditur: scindere ve
retrū debes desup̄ per latitudinē in loco in quo
continetur lapis idest supra ipsum lapidem ex
trahendo ipsum. Addit: ⁊ hoc nō debet fieri nisi
post difficilem crudelitatem sup. stante dolore
⁊ factis reliquis multis. Et sic sit finis exposi
tionis literalis huius capituli de lapide renuꝫ
⁊ vesice.

De q̄ddita te rei.

Not. bene.

Quo sic expedito capitulo de lapide ex ordi
ne ad maiorem doctrinam vidēduꝫ
est p° de quid nominis ⁊ quid rei huius dispo
tionis. Secundo de distinctionibus, ⁊ specieb⁹
cum differentiȷs eorum. Tertio de causis ⁊ mo
dis generationis. Quarto de signis p̄nosticis ⁊
primo euētus ⁊ ad bonū ⁊ ad malum: deinde de
monstratiuis ⁊ generaliter lapidis ⁊ cōsequen
ter specierum. Et vltimo veniemus ad curam.

De quiddi tate nois

Quid nominis ⁊ rei lapidis ⁊c. Quātum
igit̄ ad pᵐ de nomine ab
aliq̄bus auctoribus hanc dispositionem egritu
dinalē renū vel vesice appellāt lapidem vt fuit
Ras. ⁊ Aui. ⁊ Alex. cum Acara. lꝫ Alex. contraxe
xerit lapidem renum differēter a lapide vesice:
qm̄ egritudinem lapidum renuꝫ appellauit dis
positionem nefreticorum: nō sic de lapide vesice
ab aliquibus autem dicitur talis dispositio cal
culus vel arena: ⁊ calculus proprius cum est in
renibus: ⁊ arena vel lapis cum est in vesica vt vi
sus est velle Auen. Haly. vero vtrunq̄ꝫ lapidem
s. renum ⁊ vesice appellauit calculum septimo
practice de renum passionibus in principio.
Hippo. autem quarta affor. siue talis fuerit in
renibus siue in vesica appellauit litiasim cuꝫ di
xit. Quibuscūq̄ꝫ in vrinis arenosa sedimina sub

De q̃ddita terei.

stant:his renes aut vesica litiasim habēt. Ab aliquibus appellatur petra absoluto vocabulo.
¶ Quid rei aūt huius dispositionis lz lapis sit suba ⁊ ꝑñr non sit dispositio in corpore humano subiectiue existens:⁊ ex ꝑñti nō est egritudo: tñ lapis in vesica ⁊ lapis in renibus vel ex lapide in vesica ⁊ lapide in renibus est acquisita dispō que est egritudo. naz ibidem dispō officialis immediate sensibiliter ledens operatiōes debitas vel solitas deberi in corpore humano: nam aliqñ dicta dispositio est opilatiua vt cū est in via ꝓhibens debitum transitum vrine:⁊ aliqñ aliter ledit:⁊ tunc saltem est egritudo in numero: vt cum est lapis in concauitate vesice:nam tunc ledit aut prohibet:ꝑcipue cum est magnus fieri debitam cōpressionem vesice ad expellendū vrinam necessariaz:non incōuenit,tñ ꝙ qñq₃ sit cā egritudinis ⁊ egritudo vt scđa primi. nā cum sit lapidis generatio in renibus ⁊ substantia eoruz in porositatibus immanifestis vt plerunq₃ accidit vt.s. dicebat circa tex. de mente Auer. 2° colliget. ⁊ etiam Auēzo. tunc ibidem est dispō que est egritudo etiam rationabiliter opilatiua: et est ibi lapis cā egritudinis:q₂ solutionis continentis preternaturaliter extendendo mēbrum cum lapis augmentatur. Et hec sufficiant quantum ad primum.

Distinctiones.

Ad scđm veniendo simul determinando de lapide renum ⁊ vesice:vt etiam fecit Rasꝭ. in tex. nostro Et qm̄ cōicant renes ⁊ vesica in cā generationis lapidis vt dicebat Aui. 18ª tertij. in prin° capl'i de lapide renum:vt etiam infra latius videbiꝭ in tertio principali. ¶ Sit igitur hec prima distinctio:quidam est lapis in renibus nocēs ꝑncipaliter:quidam in vesica:quidam in vijs medijs inter renes ⁊ vesicam vt in porisvritidibus ⁊ quidam nocens in virga. ¶ Item de lapide q̃dam est durus:quidam mollis:item quidā frangibilis ⁊ ad substantiam arenosam faciliter dissolubilis ⁊ quidam magis resistens. ¶ Itē quidam est magnus quidam paruus ⁊ quidam mediocris. ¶ Item quidam est rotundus ⁊ quidaz longus. ¶ Item quidaz est angularis spinosus quidam magis equalis. ¶ Item qñq₃ in vesica vel renibus reperiꝭ vnus tm̄ qñq₃ plures: et de hoc dicit Rasꝭ. 10. contineñ. ⁊ iam firmum habemus penes nos ꝙ quidam emisit lapides septez sup. in modico tempore ad modum auellane: et alter habuit lapidem maiorē ouo galline:⁊ paulo añ dixit ꝙ in vesica de his fuit numerꝰ multꝰ forte vsq₃ ad decem:⁊ erat lapis in magnitudine ad modum pomi. ¶ Item quidam est albus: quidam rubeus:quidam cineritius: quidaz ad nigrum declinans:⁊ quidam difformiter coloratus. ¶ Item de lapide quidaz magis accidit in corpore pingui ⁊ quidam in macro. ¶ Itē q̃daz magis euenit in puerili:⁊ quidam magis in sene:vt infra clarius de causis. ¶ Item de hac dispositione quedam accidit homini que non fuit in progenitoribus:⁊ quedā prefuit similis in ꝓgenitoribus vnde dicta est passio hereditaria.
¶ Item hec passio aliquotiens est in actu vt cū est actu lapis ledens:aliquotiens in habitu vt qñ stat dispositio talis membrorum particulario vel totius:vt videbitur in causis:qđ merito istoꝝ membroꝝ fiet facilis gñatio lapidis:vñ talis morbus dictus est periodicus. Et proinde aliquotiens talis dispositio seruat verum reditum:cum contingat ex simili dispositiōe vniformi dictoꝝ membroꝝ ⁊ vniformitate regiminis ⁊ aliquotiens non seruatur vniformis reditus: precipue cum non seruatur vniformitas in regimine. Et item aliquotiens fit talis reditus rarꝰ ⁊ aliquotiens frequēs. ⁊ aliquotiens medio modo:q₂ aliquotiēs bis solum in anno:aliquotiēs de mense in mensem:⁊ aliquando frequentius: ⁊ aliquando rarius.
¶ Item quidam coniungitur cum maxima seuitate accidentium vt precipue de dolore ⁊ in virtute non resistente vt est de corpore delicato sensitiuo ⁊ debili stante lapide duro spinoso transeunte maxime per angustas vias:⁊ qñq₃ tñ non coniungitur tanta seuitas accidentium ꝓpter cās oppositas. Itē talis paroxismꝰ aliquotiēs coniungitur in corpore pleno ꝺm totius habitudinem:⁊ aliquotiens corpus est satis mundum ꝺm se vel de proximo euacuatum. Iste vltime distinctiones sunt multuz necessarie:q₂ scđm eas opz curam multum diuersificari vt infra videbitur loco suo. Et hec de scđo principali.

Cause

De causis.

generationis lapidis. Ueniendo ad tertium de gñatione lapidis renuz ⁊ vesice opz hic multa supponere tradita a ꝑhis de coagulationibus ⁊ modo gñationis eoꝝ:⁊ ꝑcipue ab Arist. 4° metheoroꝝ scđo tractatu cuz dicit:corpoꝝ em̄ quecunq₃ coagulantur ⁊ indurantur:hec quidem a calido patiuntur:hec aūt a frigido:a calido quidem desiccante humidum a frigido aūt exprimente calidum vnde infert dicens:quare hec quidem humidi absentia vt sup. ea que coagulantur a calido fiunt per absentiaz humidi sup. certam datā:hec aūt calidi sup. absentia. s. coagulantur:vt sup. contingit in glacie ⁊ cristallino. Addit: hec patiuntur quecunq₃ aq̄ calidi. i. mixta aquea patiuntur coagulationez per absentiam calidi quecunq₃ aūt terre humidi. i. qđ mixta terrea si debent coagulari patiuntur coagulationem per certi humidi cōsumptionem. s. subtilis ⁊ sup. remanente grosso ⁊ viscoso ligante siccū ⁊ partes terreas:⁊ ita ex ꝑte cāe gñatiue lapidis cum sint mixta terrea fiūt talia a calido humidum dissoluente:non tñ oē terreū est cōuenienter coagulabile sed viscosuz magis vt infra per chartam dicit Arist. tale aūt fit concatenatione sup. partium viscosarum velut cathene componuntur:hec aūt vt dixit ad multa possunt extendi ⁊ conuenire:que aūt non talia sed sup. dura ⁊ sicca frāgibilia sup. sunt ⁊ non ꝓprie coagulabilia:qm̄ vt dicit Auicen. prima ꝑmi de elementis propter siccum prohibenꝭ partes mixti humidi a dinuicez contineri. Unde dixit Aristo. in libro mineralium. ꝙ terra pura lapis non fit:quoniam continuationem nō facit: sed comminutionem:vincens enim in terra siccitas non permittit eam coagulari:deficit eniz ei ad conglutinationez viscositas:propterea dixit ꝙ lutum:q₂ viscosum est ⁊ vnctuosum aptius est commutationi ipsius in lapidem:quod eniz est viscosum non comminui sed coagulari sup. est aptum. Et si volueris clarius intelligere istā materiam videbis Albertum alamanum 4° metheororum. tractatu scđo capitulis 4° 5° 6° 7° ⁊ 8°. ⁊ ibi habebis claram intelligentiaz: tamē

tantuȝ de generatione lapidis sed de alioꝝ mul
torum simili modo factorum.

De mō gñatiōis lapidis vesice.

¶ Proprius nūc deueniendo ad lapidis gñatio
nem in renibus ⁊ vesica qm̄ cōicant renes ⁊ vesi
ca in causis gñationis lapidis vt supra dictum
est de mente Aui. 18ᵃ tertij in prinº caplī de lapi
de renū: qm̄ lapidis gñatio sup. sicut alioꝝ mix/
toꝝ nō cōpletur nisi mã patiente ⁊ virtute agen
te sup. in determinato tpe: qm̄ agētia cū appli/
cātur passis debite dispositis sufficienti tpe in/
ducūt effectū: opȝ principalr ⁊ in renibus ⁊ in ve
sica imaginari duas cās pncipales gñatiōis la
pidis vnam. s. mālē ⁊ subiectiuā ⁊ aliā efficien/
tem. ¶ Mã aūt vt dicebat Auic. est humiditas
viscosa grossa ⁊ flegmatis aut saniei sup. retēte
aut sanguinis aggregati in apate: ⁊ hoc est raro
vt dicebat Aui. Ex qbus verbis nō debes intelli
gere ꝙ tm̄ mã flãtica grossa viscosa aut sanies:
aut sanguis inspissata sit mã lapidis: imo etiaȝ
aliquotiens melīa participans viscositate aliq̄
faciente glutinationem partium potest esse cã
mālis lapidis: ⁊ ita filīꝰ colera grossa vt vitellina
pōt esse mã ꝑportionata ad ipsius gñationeȝ: ⁊
ita oīs mã terrea a dñio participās viscositate ⁊
tenacitate in partibus siue sit sanies siue alias
mã sanguinea: oīs talis pōt esse mã subiecta ad
gñationē lapidis vt multū tñ qꝛ grossities ⁊ vi/
scositas faciūt ad gñonem lapidis: ⁊ he passiōes
ꝓprie attribuunt flãti inter humores. Idcirco
multi auctoꝝ posuerunt mām lapidis esse fleg/
ma grossum viscosum. ¶ Cã aūt efficiens vt di/
cebat Aui. est caliditas egressa ab eq̄litate sup.
vel in se ad intēsionem: qꝛ intēsioꝛ caliditas nã/
li ⁊ cōuenienti opationibus vel egressa ⁊ sup. ex
cessiua facta sup. s. ad agendū: qm̄ nō semp reqri
tur caliditas intēsioꝛ caliditate equali: imo ali/
quotiēs equaliter forte remissioꝛ ꝑpter diutur
nitatem sue actionis pōt facere ad gñationē la/
pidis vt scribitur. 10. ꝯtineñ. caº vltimo de men
te Hyp. in lib. epidimiaꝝ dixit. De caliditate suf
ficiens sup. ad gñationem erit q̄titas modera/
ta sup. gradualis. Et addit argumētū in filī dic.
qm̄ lapis gñatur in aqua balnei sup. artificialis
⁊ balnei nãlis sup. mineralis: lȝ eoꝝ aqua fuerit
tepida. ¶ Et ita Sera. 4º breuiarij capº. 19º. de
gñatione lapidis loquens de cã efficiente dixit.
Et cã efficiens ipm̄ est caliditas: ⁊ hec caliditas
ꝑm plīm est ignea. Addit: ⁊ forsitan est tepida. Et
ponit ēt exemplū: qꝛ aqua termaꝝ q̄uis sit tepi
da: tñ apparet in ea gñatio lapideitatis. quoniã
in diuturna actione q̄uis agēs sit debile: tñ in
longo tpe agens ꝑficit suã operationē. Et iō cuȝ
dixit Aui. ꝙ virtus agēs est caliditas egressa ab
equalitate: intelligatur egressa ab equalitate
intensiue ꝑm plīm: vel egressa ab equalitate q̄tū
ad agendum: qꝛ excessiue agens ex diuturnitate
actionis in lapidem conuertendo sicut est ma/
nifeste videre de flegmate gipseato in iūcturis
pedum: non per viam congelationis sed paula/
tine dissolutionis humidi: a debili tñ calidita/
te. ¶ Et ex his generalibus patet clarꝰ modus
generationis lapidis renum ⁊ vesice. Nam talis
caliditas de qua dictum est agens in materiam
dictam consumendo humidum subtile illiꝰ ma/
terie conuertit eius viscosum grossum in lapidē
vel arenulas differenter ꝑm dispositionem ma/
terie: quoniam materia arenularuȝ est materia

De cã efficiēte ipsiꝰ lapidis.

De dr̄ia inter mām arene ⁊ lapidis.

grossa non multuȝ viscosa: ⁊ materia lapidis est
materia viscosa grossa flegmatica ꝑm plurimuȝ
vt dictuȝ est. Nam materia non existens multū
viscosa non potest bene coagulari ad materiam
notabilis quantitatis a calido exsiccāte: immo
exsiccata ⁊ incinerata quasi sit discontinua scdȝ
oēs partes suas: ⁊ ita ex ea fiunt arenule: ⁊ ita ex
pelluntur discontinue: vbi stans materia visco/
sa propter viscositatem ⁊ adherentiam partiuȝ
copulantur partes adinuicem ⁊ additur mate/
ria paulatim alteri cum exsiccatur. vt exēpli gra
tia. descendente materia viscosa ad renes facta
adherens eis vel in concauitatibus manifestis
vel in poris eorum sua viscositate ibidem inspis
satur ⁊ exsiccatur: cui altera succedens mã tali/
ter disposita prime copulaẜ: ⁊ ita non cessat pau
latim addi cum descendit vel ibidem generatur
⁊ tandem indurescit: ⁊ fit inde lapis notabilis
quantitatis. Aliquando tamen copulatur scdm
quasdam partes ⁊ alias succedens non habens
multaȝ viscositatē nō inherere potest prime sed
a virtute expellitur ⁊ alia inspissata similiter tã
dem expellitur non existens notabilis quanti/
tatis: sed quasi ꝑm partes notabilis lapidis ex/
pellitur ita vt videatur comminutus.

De causis retētionis mãe lapidum.

¶ Etiam generationem horum lapidum decla/
rauit Alex. per quandam similitudinem de gene
ratione vasorum terreorum ex fornace in prinº
capituli de lapide in renibus cum dixit: generā
tur lapides in renibus sup. ⁊ in vesica ex viscosis
⁊ spissis humoribus vel sup. ex alijs materiebus
taliter dispositis nimio calore perustis. Addit
declarando: caloꝛ enim ignitus sup. vt in pluri/
bus in renibus consistens generat lapides quē
admodum videmus figulos de terra operantes
⁊ ipsa vasa sole desiccata cum igne cocta indurā
tur in lapidem ita vt aqua immissa solui nō pos
sint. ¶ Addit cañ. practicum. His ergo cognitis
solliciti esse debemus ne pinguioꝛ idest grossioꝛ
aut viscosa in renibus generetur materia vl' sup
ple alia. s. ad dicta membra demandetur. Addit
neq̧ ibidem ignitus accidat caloꝛ ex distempe/
rantia facta calida augmentatus. ⁊ supple pro/
hibēdo vt dictis membris tanto tempore mate
teria retineatur vt a calore in lapidem induret
quem cañ. vt obseruare possumus oporteret spe
cialiter nunc descendere ad intelligendum cau/
sas ⁊ primitiuas ⁊ corporales antecedentes vel
coniunctas facientes ad generationē dicte mãe
⁊ ad augmentum caliditatis gñantis ⁊ ad reten
tioneȝ dicte mãe notabili tempore in dictis mē
bris: quo tempore possit sufficiens fieri exsicca/
tio mãe ad lapidis generationem: qm̄ si mã cuȝ
expellitur ad renes vel vesicam vel generatur in
eis modico tēpore ibidem moraretur: si a virtu/
te expelleretur non posset in lapidem conuerti.
¶ Et lȝ expresse dixerit Sera. maioꝛ causaruȝ ⁊
magis fortis in gñatione lapidis est grossitudo
mãe. Ego tñ cum bona pace sua probabiliter ar
bitroꝛ ꝙ retētio materie diuturna in dictis mē
bris est potissima causa generationis lapidis vt
declaratum est ex eo quod caliditas non est ne/
cessaria excessiua ad generationem lapidis. Ma
teria etiam ⁊ si fuerit mediocris sube immo mol
lis ⁊ diuturnitate actionis caloris in causa tã/
dem ingrossabitur ⁊ indurabitur facta resolu/
tione in humido subtili: ideo prius ponende

Not. hanc silitudinē.

Not. bene hūc cano.

Not. bene

Not. bene cām ppter quã eom bus heredítarius.

sunt cause retentionis dicte materie in eisdem membris.

De causis retētionis mãe lapidum.

¶ Cause igitur retētionis vel sunt naturales vel accidentales: ꝛ iterū vel cōplexionales vł cōpositionales: ꝛ de vtrisq̃ dicebat Ra. Retentor aũt materiei est debilitas expulsiue in renibus sup. vel vesica ꝓpter cōplōnem sup. naturalem: sed excessiuam lapsam vel diminutā debilitātē operationem vel ꝓpter cōplexionē accidētalē similiter debilitantē quecunq̃ sit illa cōplexio immaterialis vel materialis simplex vel cōposita: modo sequat̃ ad eā debilitas ꝛ adducit causas adducētes ad malitiā cōplōnis maxime calide cōtinuando ponens apā calidũ ꝛ herisipilam aut vlcera in renibus sup. vel in vesica vel in partibus adiacentibus eis. nā talia vt constat faciunt acq̃rere malitiā complexionis calide: vnde sequit̃ in virtute expulsiua debilitas et ita in eis retinent̃ superfluitates residentes: vt dixit oīs aquositatis que peruenit ad eos. i. que sup̃fluitates mouent̃ cum aquositate vrinali ad renes ꝛ ad vesicā. ¶ Facit etiā vehemētia caliditatis dictoꝝ membroꝝ vt multe materie trahant̃ ad eos renes simul cũ aquositate vrinali: ꝛ tandem debilitata expulsiua retinentur dicte sup̃fluitates in eis ꝛ facit sup. calor eos lapides antequam expellatur dicta materia.

¶ Nimia etiā frigiditas debilitādo expulsiuā et immobilitando materiā ꝛ stringēdo meatus esse pōt cā talis diuturne retētionis: sed nō sic est nocens sicut caliditas sup̃flua: qm̃ superflua caliditas plṙibus modis nocet: qꝛ ꝛ plus de mā extrahendo etiā ad generationē effectiue ꝯcurrendo resoluendo ꝛ exiccādo: ꝛ ꝓñr oīa q̃ faciũt ad augmentum caliditatis in renibus vel in vesica vel in ꝑtibus eis adiacentibus possunt esse de causis retētionis materie ꝛ gñationis lapidis: de q̃bus spālius statim dicetur recurrēdo.

¶ Ad retentionem etiā faciũt dispositio meatuum vt strictura in eis vel tortuositas eoꝝ siue sit naturalis siue accidētalis ꝓprius stricturam meatuũ infra renes: qm̃ amplitudo sup̃ioꝝ iuuat ad lapidis gñationē: ꝛ de hoc dicebat Serap. postq̃ꝫ posuit primā cām efficientem esse caliditatem addit. Et secunda causa propter quā fit est amplitudo meatuum superioꝝ ꝛ ꝯstrictio meatuum inferioꝝ: ꝛ hec fortassis est naturalis vt dixit: ꝛ sup. ꝓpter hāc cām qꝛ talis dispō naturalis vt cōicat̃ descēdentibus: idcirco in eis fit hic morbus sepe hereditarius: ꝛ fortassis est propter egritudinem que accidit vel sup. aliam causam extrinsecam facientem oppilationē siue attenuatoriam siue coartatoriam: ꝛ ita apostemata ipsorum membrorum vicinantium eis et maxime frigida dura ꝛ magna: ꝛ similiter retentio fecum ꝛ ventositatis in intestinis cōprimendo renes vesicam vel vias medias sunt de causis diuturne retentionis materie: ꝛ dicta oppilatio est potissima causa huius retentionis: ꝛ vltra he dicte oppilationes addunt ad superinflammationem: ꝛ sic ad causam generationis: et ex consequenti frigus aliquotiens constringēs meatus ꝛ siccitas vndecunq̃ contingat ꝛ ex parte prohibitionis exitus materie: ꝛ ex parte sup. inflammationis que succedit ad oppilationem est de causis generatiōis lapidis. Ideo error in applicatione medicinarum multũ calidaꝝ per interius: ꝛ etiā multũ frigidaꝝ similiter ꝛ extrinsecus applicatarum maxime circa renes ꝓprie de medicinis frigidis sicut fieri solet ꝑ vnctiōe renum cũ vnguentis ꝛ epithimatibus etiā constringentibus vltra frigiditatē sunt de causis multum facientibus: adhuc ēt in hunc errorem de infrigidando renes in paratis ad has passiones sepe incidunt medici nō vltra cōsiderātes.

Not. bene cām ꝓpter quā ēom ꝛ bus hereditarius.

¶ De causis etiā retentionis est multitudo materie que attrahit̃: vñ lꝫ expulsiua virtus eēt in se valida respectu cōmensurati obiecti expellendi: vbi tñ plurimum de materia cōuertat̃ ad renes tanta mā nō poterit a virtute debite expelli: ideo fortitudo attractiue renũ esse p̃cipue potest etiā de causis ad lapidis gñationem vñcũq̃ cōtingat dicta fortitudo: qm̃ ꝑ eā plus attrahit̃ de mā que cũ nō possit expelli ibidem tardatur tp̃e sufficienti ad inspissationem: ꝛ ita tunc vrina eũatur paulatim ꝛ clara quasi coletur per resudationem remanente grosso fecali.

De causis ꝑmitiuis.

¶ De causis ergo primitiuis facere potētibus ad generationē lapidis sunt oēs cause que efficere possunt augmentũ in caliditate vel q̃ adducere possunt ad generationē materie grosse viscositate ꝑticipantis ꝛ que cōuertere possũt dictas materias ad vias renũ ꝛ vesice ꝛ multiplicare eas in dictis mēbris: ꝛ que efficere possunt diuturnam morā dictaꝝ materieꝝ in dictis mēbris vel in poris mediꝭs ꝛ sic discurrēdo p̊ circa aerem. Aer calidus ꝛ siccus resoluens: aer etiaꝫ grossus ingrossans mām est de causis. Aer etiaꝫ frigidus cōstringendo ꝛ virtutē expulsiuā debilitando. Aer etiā siccus exiccādo ꝛ indurādo est de causis. ¶ Et ideo statio in sole. Statio ēt in camera multum frigida ꝛ humida vaporosa et in balneis calidis ꝛ formaliter ꝛ virtualiter p̃cipue exiccatiuis vt aluminosis: accubitus etiā supra culcitrā mollem ꝛ supra dorsum ꝛ strictura pannoꝝ calidoꝝ circa dorsum cum cingulo ꝛ maxime de pellibus vulpinis: īmo etiā strictura diploidis est d̃ cāis ad gñonē lapidis faciētibus. Et de hoc dixit Aui. in ca° de egritudinib⁹ renum in fine. Multotiens quidē facit incurrere strictura lũbaris dolorē ꝛ caliditatē in renibus: ꝛ hic adduci possent etiā cause que extrinsecus applicari possent circa renes calefacientes et interius circa potũ medicinaꝝ ꝛ venenoꝝ calefacientiũ. ¶ Exercitiũ etiā sup̃fluũ adducens ad calefactionē totius vt longa itineratio siue pedes siue eques facta est de causis: spāle etiam exercitiũ dorsi vt est statio pedis vt dicit Auer. adducens ad lassitudinem renum ꝛ inflammationem est de ꝓpriꝭs causis ad hoc. Et ita artes ad inflammationē ducentes vt ars ferraria et vitrearia ꝛ precipue si hmōi exercitia occurrant corpore repleto ꝛ post sumptũ cibũ talia magis nocēt: qm̃ vltra calefactionem faciũt p̃cipitare materias ad renes. Quies tamen superflua faciens ad retentionem superfluitatuꝫ est de causis huius: ꝛ ita statio in aquis frigidis ꝛ debilitando digestiuam stomaci ꝛ consequenter multiplicando per indigestionem mās ꝛ prohibendo dissolutionem earum que generantur est de causis. ¶ Et ex eodem fundamento superflue vigilie et superflue passiones animales ducentes ad inflammationem et maxime si succedant ad cibum sumptũ precipue grossum et ca-

lidum. Et inquietudines que fiunt in lecto post cenam replexionalem sunt de causis maxime facientibus ad hoc. ¶ Repletio etiam stōi q̄uolibet supra eā que cōuenit ꝓprie digestiue est de causis. Sed spāliter si cibi ꝛ potus fuerint calidi ꝛ sicci grossi ꝛ viscosi ꝛ indigestibiles vt sunt cibi carnium grossaꝝ vt est caro vaccina ceruīa leporina porcina ꝛ hircina antiq̄ ꝛ porcina singulariter domestica ꝛ syluestris. Carnes etiam viscose ꝓprius vt carnes agnoꝝ ꝛ vituloꝝ ꝓpin quorum nimis generationi. Carnes etiā auiuꝫ paludestrium ꝛ magni corporis vt anserū anatum ꝛ hmōi. ¶ Et de ptibus animaliū oēs partes musculose ꝛ pingues: ꝛ extrema animalium maxime pedes ꝛ aures ꝛ intestina grossoꝝ animalium: ꝛ de hmōi viscosis sunt genera lactis proprie spissi ꝛ casei recentis ꝛ puine: lꝫ caseus etiam vetus ꝛ duritie substantie ꝛ caliditate ex sale acquisita fit maxime nocens. ¶ Cibaria ēt que fiunt de pasta ꝓprie azima vt laganatri: et sorbitiones ꝓprie de frumento ꝛ amido pastilia artoclee raphioli ꝛ panis azimus vel modici fermenti male leuatus ꝛ male coctus ꝛ similia: et rizum ꝛ sisamum ꝛ omnia genera leguminū maxime fabarum ꝛ lentiū sunt in cā. ¶ Et de piscibus: oēs pisces grossi bestiales ꝛ omnes p̄cipue squamis carentes: ideo anguille ꝛ tenche blasphemantur in hoc casu: ꝛ vl'r oīa viscosa que cū tanguntur se digitis applicant sunt ad nocēdū ita vt etiā Aui. vituperauerit ꝯfectionē de melle viscosam. ¶ De fructibus etiā vituperāt oēs fructus frigidi ꝛ maxime ad stipticū declinātes ꝛ difficilis digōnis vt sunt fructus acetosi qui generant humidū viscosum ꝛ crudum sicut sunt mala immatura ꝛ pira ꝓprie ꝛ nespilla ꝛ castanee ꝛ caro citri: ꝛ ita succi eoꝝ vt succus agreste et sorbe ꝛ hmōi sunt ad nocendū: ¶ Modi etiā p̄parationis de assatis ꝛ tostis ꝛ in patellis coctis: oēs tales nocent. ¶ Et de potibus vinū nigrum grossum ꝛ dulce ꝛ aque grosse turbide: immo etiā aque cisterne: oīs talis potus ponit inter generātia lapidē: ꝛ potus aque frigide debilitans virtutes nāles est de causis hui⁹. Sꝫ hic bene nota ꝙ lꝫ vinum grossum nigrū ꝛ dulce sit ad nocendum: tñ plerunq꜉ potus vini subtilis acuti albi ꝛ clari est de fortioribus causis ad generationē lapidis maxime qñ sumit in notabili quātitate post cibū sumptū faciēdo cibuꝫ penetrare ad vias renū: in quā cām nocumenti sepe incidunt nobiles magnates ꝛ p̄lati q̄ vtunt vinis potētibus post cibum. Nā oīa talia de cibis ꝛ potibus vel plurima ex eis sunt mā māe pxime generationis lapidum: ad modum Auic.

No. de coitu qualiṫ singl'arissime nocet ī hoc casu.

¶ Nō est omittendū hic de coitu: qꝛ nō regulate oblatus sed sup̄fluus ꝛ maxime si post cibū ꝛ stomaco repleto compleatur est precipue et singularissime nocens: quoniam adducit ad inflāmationem renum commouendo cibos indigestos et eos conuertendo ad renes. Et hec quantum ad causas sufficiant de generatione lapidis absolute.

De causis forme lapidis.

¶ Causa aūt spālis quare aliq̄s fit lōgus aliq̄s rotundus aliq̄s spinosus sumit maxime ex pte loci in quo generat. Nā in renibus vt plerunq꜉ generat rotūdus: similiter ꝛ in vesica: sed in poris vritidibus magis oblongus. Lapis etiā vesice per hoc ꝙ in vesica ampla concaua generat pro applicatione partis ad partē cōiter fit rotūdus. Lapis aūt renum ꝛ poroꝝ vritidū plerūq꜉ et sepe fit longus angularis vl' spinosus ꝭm partes extrinsecas: qm̄ mā lapidis in dictis membris ꝭm quasi totū replet vacuitatē loci in quo cōtinetur. Ideo natura cū nititur ad expulsionē vrine nitrose ꝛ acute transiens per circūferētiā ipsorum lapidum corrodit aliquid de ipsis lapidibus versus superficiē: ꝛ ita partes eius passibiliores ꝛ minus duras de sup̄ficie remouet remanentibus aliis durioribus: vn̄ resultat lapis ꝭm sup̄ficieꝫ inequalis angularis vel spinosus. ¶ Cause aut duritiei maioris ꝛ minoris ꝛ diuersitatis caloris in eis manifestabunt infra in signis differentialibus lapidis renum ꝛ vesice. ¶ Causa etiam ꝙ in aliquo fit hereditaria passio hec ꝛ in aliquo nō: clare habita est supra in causis. Et hec de tertio principali sufficiant.

De signis ꝛ p° signis euentus.

Signa. Ueniendo ad quartū p̄ncipale de signis: ꝛ p° ponent signa pronostica euentus vt future generatiōis etiā aliquotiēs proxime: deinde ad signa ꝓnostica ad bonum ꝛ ad malum generato iam lapide in renibus ꝛ in vesica. Deinde ponentur signa demōstratiua lapidis renum ꝛ vesice ꝛ viarum mediarum: etiaꝫ signa differentialia inter eos.

¶ Signum igit primū gn̄ale future generationis lapidis renum vel vesice vel viaꝝ mediarū est antecessio multaꝝ causaꝝ de dictis in tertio principali. s. de causis faciētibus sup̄inflammationem in renibus ꝛ vesica ꝛ p̄mitiuis de q̄bus exemplificatum est ꝛ corporalibus vt ex diuturna fe. vt est quartana aūs ꝛ siles cause: ꝛ multiplicationum indigestionū vel nimietatem cibi absolute: vel ꝓpter sumptionē cibi indigestibilis vel malum ordinē in eis: vel ꝓpter sup̄fluuꝫ motum post cibum: ꝛ ita de reliquis aūtibus ēt ad retentionem materierum in dictis locis ex oppilatione quomodolibet attenuatoria vel coartatoria est de causis dictis.

¶ Scdm̄ ꝓnosticum in hoīe pingui cui p̄cesserunt parētes tal'r patientes qui tū ordinate viuebāt expectare opꝫ similē morbū hereditariū prꝫ ex eo ꝙ gn̄atio lapidis in ꝓgenitorib⁹ non erat ꝓpter malitiā regimīs sed ex nāli mala cōpositione membrorum de qua dictum est supra cui similis debet esse producta in filio: ergo stante pari causa debet ꝓduci similis effectus ꝛ maxime in homine pingui de lapide renum: quia cum pinguedine coniungitur materia viscositate participans cum strictura meatuum.

¶ Aliud ꝓnosticū qd̄ sumit ex parte vrine ꝛ est satis gn̄ale ad futurum lapidē. Omnis vrina in qua est humor plurimus ꝛ nō est ꝑ viā crisis et perseuerat talis vrina pl'ibus diebus etiā cum obseruantia boni regiminis ex ea lꝫ ꝓnosticari supra generationē lapidis: nam declarat ex ea multitudo materie ꝛ cōuersio eius ad renes proportionate ad generationem lapidis cum probabili caliditate iuuante ad attractionē. Ideo licet expellatur secūdum partem debilitata tamen expulsiua renum ex malitia complexionis fit rationale vt multe partes de dictis humoribus retineantur que tandem indurantur.

¶ Aliud ꝓnosticū spālius Aui. in p̄n° capl'i de signis cū vrina in primis est grossa sup. tal'r durans ꝑ tp̄s: deinde incipit cōuerti ad tenuitatē

ꝛ attenuaꝛ ꝑ retẽtionẽ turbidi: tũc existima ei⁹
s. lapidis gñationem. Ista cõclusio est satis ma-
nifesta: qm̃ cũ fit ret ẽtio de mã grossa q̃ ꝯsuenit
expelli: tunc illa mã ꝓbabiliter inspissabiꝛ ꝛ in
durabitur: ꝛ in lapidẽ tandẽ cõuerteꝛ. Et⁹si post
ea succedant accñtia de renib⁹ vel vesica: qꝛ si vi
deris post retẽtionem mãe ꝛ tenuitatẽ vrine do
lorem in loco renũ vel in pectine circa vesicam
vel in vijs medijs poteris cõiecturari de loco ge
nerationis eius. Sed hic nota ꝙ signãter dixit
Aui. ꝙ si attenuatur ꝓpter retentionem turbi-
di: qꝛ tũc signat ꝛc. qꝛ tunc posset attenuari non
ꝓpter retẽtionẽ turbidi sed ꝓpter aliã cãm vt ꝓ
pter eñonem cũ medicina cõuertente mãꝫ ad in
testina: vel ꝓpter esse maximã partẽ mãe eñatã
cõpleta iam quasi eñone de mã: vel ꝓpter aperi
ri opilationes ꝛ eñari ꝑ aliã regionẽ vt cum fit
grossa ꝑ retentionẽ mẽstruoꝝ: postea ꝓuocatis
menstruis ꝑ tp̃s in ꝓcessu attenuaꝛ vel propter
vomitũ vel balnea ꝛ hmõi. Sed in his casib⁹ nõ
attenuatur vrina propter retentionem mate-
rie: vt patet: vt dicebat Auicenna: et hic cum
attenuatur vrina ꝓpter retentionẽ si prius cũ
vrina emittebaꝛ arena residẽs sicut sal pulueri-
zatum: postea in totũ retineꝛ silr̃ ꝓnosticaꝛ la-
pidem. Nam cũ sal gñetur ab aquositate in qua
est plm̃ de terreo cum caliditate adurente mani
festũ est ibi astare cãs gñationis lapidis in reni
bus vel in vesica. Dixit signanter de arena resi-
dente sicut sal pulverizatum: qm̃ in vrinis aliq̃
tiens emittiꝛ mã arenosa subtilis cũ vrine sub-
multũ ꝑmixta ꝛ nõ est residẽs: immo sepe adhe-
rens supficiei vrinalis: ꝛ de hac nõ possum⁹ ꝓno
sticari supra futurũ lapidẽ: qm̃ talis mã magꝭ pẽ
d et ex adustione humoꝝ in toto q̃ꝫ ex adustione
mãe in determinatis mẽbris vt renibus vel vesi
ca: ꝛ he arenule sepe ꝯtingunt in multis coleri-
cis: ẽt a pueritia vt ꝯtingit in me Joanne mat-
theo: ẽt apparẽt in declinatione febriũ ꝛ post lõ
gas fe. ꝛ distinguunꝛ ẽt tales arenule ab eis que
signãt supra lapidẽ: qm̃ si fricẽtur digitis com
primẽdo facile dissoluunꝛ vbi alie duriores dif-
ficulter multũ dissoluunꝛ. Dicit ẽt Auic. ꝙ qñqꝫ
in gñatione lapidis mingiꝛ in ꝓn° rei vrina te-
nuis: ꝛ cũ mingitur grossa est magis significati-
ua sanitatis virtutis sup. expulsiue ꝛ dilatatio
nis meatuũ: ita ꝙ ex his verbis colligitur ꝙ lꝫ
nõ antecedat vrina grossa: immo semꝑ emittaꝛ
tenuis nõ est negandũ q̃n tunc gñetur lapis: qꝛ
nõ est semꝑ necessariũ vt in gñatione lapidis ꝓ
cedat vrina: vt cum mã est multum grossa et pre
grossitie sua non possit descendere neqꝫ penetra
re; aut propter impotentiam expulsiue virtutis
vel propter stricturam meatuum: vt supra dice-
batur in causis: tunc dicta materia retinebitur
ꝛ sic vrina erit tenuis: ꝛ tñ illa mã retenta ꝯuer-
tetur in lapidem. ℂ Aliud pronosticum satis ex
traneum primi euentus doloris ex lapide renũ
qd̃ nunq̃ꝫ fallit in determinato supposito: vt in
generoso milite armorum ductore domino Ale-
xandro vicecomite compatre meo: cui cũ occur-
rit in nocte in somnis semper in proxima sequẽ
ti die inuadit eum: ꝛ sic inuasit eum per multa
tempora dolor renalis ꝛ est cum somniat se cõe-
dere nocte. Et amplius de extraneatione huius
signi est ꝙ si somniat se comedere res difficilis
digestionis. verbigratia. cibaria de pasta: tunc
difficulter affligitur magis q̃ꝫ si somniat se come
dere res facilis digestionis: ꝛ q̃to sunt difficilio
ris digestionis tanto magis molestatur: vt cũ
somniat comedere pisces magnos ꝛ lacunales:
imo vt mihi retulit ꝛ est fidedignissim⁹ ꝙ vna vi
ce se somniabat comedere stamnum: ꝛ tunc ha-
buit dolores crudelissimos in sequenti die intẽ
siue ꝛ extensiue. Huius signi cãm relinquo inue
stigandaꝫ a speculantibus occulta nãe: sicut ne
cesse est fieri etiam ꝛ in multis pronosticis Hip-
po. in libello mortis. ℂ Aliud ꝓnosticum et est
Rasis. 10. continentis. ꝛ trahitur ad infantes di
xit: si infans fuerit abundantium capillorum: et
ex hoc sup. declaratur multitudo grosse mate-
rie in corpore: ꝛ si fuerit cum intensa caliditate
in renibus nisi fuerit largorum pororum: immo
sup. strictorum vt sup. contingit in pinguib⁹ in
eo vt dixit generabuntur lapides multi: patet.
ℂ Aliud pronosticum contrahendo etiã ad eta
teꝫ ꝛ ad pueros: dignior de pueris vt generetur
in eo lapis est ille qui est sicce nãe ꝛ calidi stoma
ci: ratio satis est clara: nam non fit siccitas nãe
ſm plm̃ nisi propter attractionem humiditatũ
ad epar: ꝛ deinde ad membra vrine ex cõsequen
ti transmissis multis mãebus ad renes stãte ca
liditate in eis cõicata etiam a stõ stat cã gñatio
nis lapidis: nec obstat ꝙ sint calidi stõi ꝛ bone
digestionis: qꝛ ꝑ q̃to puer stant in eo humidi-
tates viscose vt statim dicetur. ℂ Aliud ꝓnosti
cum etiam est ex parte etatum in pueris ꝛ in tẽ
pore pubertatis ꝛ adolescentibus parat⁹ est ge
nerari lapis in vesica: immo magis q̃ꝫ in renib⁹:
econtra in senibus paratus est magis generari
lapis in renibus q̃ꝫ in pueris: etiam magis q̃ꝫ in
vesica eorum. Primum patet eo qd̃ virtus expul
siua puerorum membroꝝ superioꝝ ꝛ renũ est for
tis sicut ꝛ reliquę virtutes naturales: ꝛ sic para
ta est pellere mãs ad inferiora si sint obediẽtes
ꝛ mãe etiam que in eis multiplicantur sunt satꝭ
molles passibiles ad educendum propter liqui
ditatem earum: ꝛ sic penetrant per renes ad ve-
sicam: ꝛ ibidem remanent sedimina in fundo ve
sice: ꝛ qꝛ non sic violenter cum vrina emittuntur
per collum vesice sicut emittuntur per renes et
per poros vritidinales: vt patet ex residẽtia ma
terie in vesica. Item qꝛ longo tempore pueri re-
tinent vrinam per consuetudinem: qꝛ non est ni
trosa sicut in senibus; vnde facit longam residẽ
tiam: que cõsequenter adherens in processu in-
duratur; econtra vero in senibus per indigestio
nem multiplicantur humores grossi qui cũ vri-
na transeunt ad renes quoꝝ expulsiua est debi-
lis: ꝛ sic non sunt parati penetrare poros renũ
ideo ibidem retinentur ꝛ indurescunt: ꝛ pñr mo
dica grossa transit in vesicam: ideo plus generã
tur lapides in renibus q̃ꝫ in vesica ꝛ plus in seni
bus q̃ꝫ in pueris.

ℂ Alia conclusio contracta ad habitudinem: in
pinguibus est aptitudo ad gñationem lapidis
in renibus magis: ꝛ in macris est aptitudo ad
generationem lapidis in vesica magis q̃ꝫ in reni
bus: ratio sumitur qm̃ pingues cum frigidi sint
in eis abundant materie flegmatice coniuncta
strictura venarum ꝛ pororum in pinguib⁹: qua
re fit cõsequenter retentio dictarum materieruꝫ
in renibus ꝛ induratio. In macris vero materie
ꝛ si multiplicentur dure non sic viscose adherẽ

Nota

No. q̄ ꝛ hic antea q̄ satis sunt extranea.

tes ꝛ cōiter coniuncta caliditate cum latitudi-
ne viaꝝ in eis expelluntur per vias renum ꝛ po
ros vritides ad vesicam: postea ibidem sua ter-
reitate residentes ꝛ vesica vt membrum panni-
culare exsiccata est corrugata: quare fit retenti-
ua superfluitatum: ꝛ tandem ex longa mora in-
durātur. Et hec de pronosticis euētus sufficiāt.

De signis pnosticis ad bonum

¶ De pnosticis vero ad bonum sit hec pma con
clusio. In habētibus ventres molles ꝛ liquidos
raro gn̄atur lapis in renibus vel vesica. Ptz cō-
clusio: qꝛ in talibus modica mā̄ supflua transit
ad renes vel vesicam cū̄ cōuertatur ad intestina.
¶ Ex quo infertur alia conclusio ꝙ trauli raro
capiūtur a lapidibus: ptz qꝛ facile capiuntur a
diaria longa ꝛc. ¶ Alia cōclusio. In paratis ad
lapidis gn̄ationem sepe supueniens dolor inn-
cturalis podagricus vel alius pseruat a gn̄atio
ne lapidis: qm̄ per dolorē talē cōuertuntur mā̄e
ad oppositum. ¶ Alia conclusio. Qui vtunꝶ vo-
mitu sponte vel artificio bis vel ter in mense p̄-
seruantur vt plm̄ a gn̄atione lapidum: ptz p cō-
uersionem mā̄e ad oppositum: vt latius videbiꝶ
infra in cura de iuuamētis vomitus. ¶ Alia cō
clusio. Stāte actu dolore vel si pfuit calculosus
vel ex lapide in vesica postꝙ antecesserant vrine
grosse humorales: deinde sequute sunt vrine te-
nues p retentionem mā̄e: postea cū̄ inspissantur
est significatio bona maxime qn̄ in fundo reside
ant mā̄e arenose. Ptz cōclusio: qꝛ declaratur la-
pidem esse in via dissolutionis: ꝛ sic est significa
tio ad bonū̄. ¶ Alia pclusio ad bonū̄ ptracta ad
sexū̄: in mulierib' raro eueniūt lapides renū̄ et
vesice. Ptz pclusio: qꝛ multe mā̄e reglr educūtur
p mēstrua in mulierib': ꝛ cū̄ hoc vie vrinales sūt
latiores in eis respectu viroꝝ ꝛ collū̄ vesice spā-
liter magis curtū̄ ꝛ minus anfractuosum: vn̄ li-
berius educūtur anꝙ possint idurari. Et de hoc
dicit Rasis. 10. ptinen̄. Collū̄ vesice iuuēcularuꝫ
breue est ꝛ largū̄ ꝛ tortura ei' modica ꝛ vrīa ipa
rum est magis tenuis: cū̄ ipse sint minores sup.
in regimine malitie: ꝛ caliditas ipsaꝝ est minor
iō in eis nō gn̄atur lapis. ¶ Ultima cōclusio ad
bonū̄. Cū̄ fiunt lapides ex manifesta malitia re
giminis vel ex pcipua coartatione p viā̄ cōita-
tis mēbroꝝ vicinoꝝ vt sepe fit in colica vt dictū̄
est supra in causis: tunc talis egritudo est min'
verenda ꝙ qn̄ est p essentiam ex opilatiōe in vijs
dicinis appropriatis lapidi multiplicant sup. dolor: quare rectius est, vt dixit vt abstineat a medicinis fortiter mouētibus ⁊ administrētur clysteria lenia lenificātia ⁊ inunctiones q̄ comprimēdo ⁊ cōfricādo fiunt ⁊ cerotaria lubrificātia ⁊ mollificātia. Et ita in enumerādo medicinas frāgitiuas loq̄ns de sanguine hirci dixit. Et cū voluerís in potu tribuere dabis in potu coclearium vnū in vino aceti. i. acuto in hora quietis doloris. hoc dixit signāter vt sit cōmune ad oēs similes cum exhiberi debēt. Et hūc textum bene menti tenete ne cōtingat error qui sepe cōmitti cōsueuit ꝑpter hoc placuit ipsum hic allegare. Eandem quasi snīam posuit Sera. in pn° capituli de illis in quibus generatur lapis ⁊ magnificatur. De his tñ mollificatiuis q̄ necessaria sunt ⁊ lenitiuis ad mitigationē doloris addebat Sera. q̄dam verba ad snīam pauloante dictā: dixit. ꝙ oꝫ vt duaꝝ rerū administrationē. s. mollificantiū ⁊ lenientiū: etiam facias cum cautela vehementi: qđ est q2 nō oꝫ vt multiplicet sup. sup̄flua administratio rerū q̄ mollificāt ⁊ leniūt vt nō dissoluat virtus membri: ⁊ sup. ꝑpter talem dissolutionē virtutis nō possit sup. membrum expellere a se illud qđ in ipso est extraneū aut elongare illud a se. addit: ⁊ sunt verba bona: ⁊ ꝓprie sicus declarat ꝙ aliquid ex materia ꝑuenit ex humore malo ad membrū in corꝑe sup. aggregato vel in membro alio vel ex egritudinibus q̄ sunt cum materia: ⁊ ita innuit ꝙ nō mundificato corpore timor est in multū humectādo ⁊ mollificādo ꝑpter dicta duo nocumēta maxime 2m ne cōuertātur materie ad membrum aliunde. ⁊ ideo notabilr̄ errant q̄ a pn° doloris nō mundificato alr̄ corpore ponunt corpora in balneis mollificatiuis ⁊ applicāt alias vnctiones. ¶ Et lꝫ Alexā. dixerit in cura in pn° q̄bus lapides in renibus sup. sunt hoc mō curari opꝫ. mox igit in accessione sup. doloris q̄ relaxent ⁊ mitigēt sūt adhibenda. Et addit: vtilius est omnibus balneum. hec v̄ba sunt intelligēda cum sale presuppositis mūdificationib⁹ ⁊ diuersionibus de quibus supra. Sed cum ad localia est deueniendum: tunc in accessione vtilius est oībus balneū: vel vbi esset vehemētissimus dolor ad mitigationem mox in tali accessione q̄ relaxent ⁊ mitigēt sunt adhibēda: ⁊ etiaꝫ vtilius oībus in mitigatione est balneū: sed tūc nō oꝫ multiplicari huiuscemodi nisi prius fiat mūdificatio ⁊ tunc facta mundificatione exhibeātur cum cautela: ⁊ nō ita cōtinuētur ꝙ dissolo fiat in v̄tute. Nam vt dicebat Aui. cōfirmādo istā snīam: ⁊ balneum ⁊ renes supp. ꝑ ipm̄ fortasse ꝑueniūt ad lubricationē eius sup. lapidis: sup. cum debite offertur. Sed addit: et q̄nq3 extrahūt materias ad id qđ de corpore apparet. i. de interius ad extra ⁊ educūt eas a renibus ⁊ ita diuertendo iuuat. Sed addit. ⁊ q̄n multiplicatur vsus eorum, mūdificāt virtutem ⁊ debilitāt virtutē renū sup. ad expulsionē ⁊ ad ꝓhibitionē materierū q̄ ad eos fluūt. Propterea addit: ⁊ similr̄ si administrantur predicta balnea in hora in qua nō sunt necessarie lenificatio ⁊ sedatio doloris. i. administrētur nō stante magna necessitate de sedatione doloris ⁊ corpore nō mundificato faciunt renes susceptibiles materierum ad eos ꝑpter mollificationem ipsorū: ita ꝙ in tempore doloris si corpus est mūdificatum ⁊ ad lubricandum lapidem ⁊ dilatandum meatus ⁊ parandum vt obediāt dilatationi ad incessum lapidis primum ⁊ magis singulare remedium est impositio corporis in balneum mollificatiuum. ¶ Pro hoc dicit Ra. de mēte Alex. 10. cōti. radix curationis lapidis in renib⁹ fit ꝑ balnea pilas vnctionem flegmaticorū ⁊ cū potu rerum frangentium lapidem ⁊ res lenificatiuas dum fuerit in aqua in balneo: ⁊ ita in opere exequi debemus obseruatis semper prius q̄ dicta sunt supra vt prius faciamus balneū post diuersionem ⁊ euacuationem cum clysteri et vomitu leui ⁊ ad mitigandum dolorē ⁊ facilitādū exitum ⁊ extractionem lapidis ex loco suo. deinde fiant inunctiones cum mollificātibus leniētibus circa renes ⁊ illa cōuertendo versus vesicam. deinde exhibeantur medicine facientes ad comminutionem lapidis: vt etiam fuit dictum circa literam: sed in balneo obseruētur cōditiones pauloante dicte: ⁊ etiam inunctionibus vt nō nimis multiplicentur. ¶ Materia autē balneorum est aqua tepida vel parum ad calidum magis declinans decoctionis rerum humectantium ⁊ aperientium cum virtute etiam frangentium ⁊ comminuentiū: lꝫ tales frangitiue nō tātum operētur exterius sicut cum interius sumūtur. Et de medicinis talibus opꝫ etiam eligere diuersas medicinas differentes ꝯm qualitates manifestas maxime in actiuis: aliquotiens calidioribus aliquotiens minus calidis aliq̄tiēs etiam minus frigidis. sint semper tamen humectatiue ꝯm diuersitatem corporum quib⁹ applicātur: ⁊ ꝯm diuersitatem materie generationis lapidis que multum diuersa est vt supra visum est in causis q2 aliquotiens est sanguinea vel colera grossa: ⁊ tunc tales medicine debent ad frigidum inclinari: ⁊ aliquādo est flegmatica grossa ⁊ distinguūtur per signa dicta supra: ⁊ in his oportet ad calidum ⁊ subtiliatiuū magis inclinare. Et de talibus medicis supra posite sunt tabule in ca° superiore. de difficultate vrine ad illum locum recurre eligendo medicinas ad tuā intentionem pro exemplo tamen iuuabit si hic alique afferantur.

¶ Pro balneo igit̄ ꝯficiēdo in corꝑe nālr̄ calido vel accidentaliter cōiuncta fe. vel stāte materia generationis lapidis calida valēt folia maluaꝝ violaꝝ ⁊ altee ⁊ fumiterre ⁊ v̄ge pastoris cū ꝓpe tate ⁊ seia cōia maiora frida. Et in cā frida magis valēt paritaria senatiōes radices feniculi ⁊ apij cū folijs eorūdē: ⁊ sparagi cū radicib⁹ arthemisia ⁊ saxifragia ꝓpe. Et in corꝑe magis frido valent radices iringorum ⁊ tribulorum ⁊ pastinace ⁊ acorus ⁊ cipi ⁊ spica: rubea tinctorum: et hmōi. Et de magis temperatis sunt semen lini fenugreci singulariter cum folijs ⁊ radicibus alteе. ⁊ he medicine mediocres possunt in oī cōueniēter offerri. ¶ Fiat ēt iunctiōes appropāte ⁊ vnguēta cū mucilaginib⁹ reꝝ calaꝝ vl̄ fridaꝝ ꝯꝫ exigētiā de q̄ dcm̄ ē vt ī cā calā olm̄ vio. cū oleo oliuarum maturarum ⁊ cum oleo de papauere si expedit: ⁊ in causa frigida cum oleo de lilio et de scorpionibus ꝓpe camomillino ⁊ anhetino ⁊ cū butyro ⁊ cū ysopo humida ⁊ de tēꝑatis magis ⁊ in omni quasi casu cōferētib⁹: sunt oleum de amig. dulcibus ⁊ amaris: lꝫ oleum amararuꝫ ad calidū declinet ⁊ oleum de sisamo ⁊ pingue

Not. bene.

De mā balnei.

Nota de balneo ⁊ ei⁹ vtilitate in hoc casu.

do galline ⁊ anatis ⁊ anseris, nam ista multum
leniūt dolorē maxīe oleū camomillinū ⁊ anhetī
nū cum pinguedinibꝰ dictis. de his dixit Auē.
Et assidua ponere renibus ⁊ sup. partibꝰ iliorū
ab extra qñ te cogeret cā doloris qd̄ sedet illud
sicut oleū camomillinū ⁊ anhetinū ⁊ pinguedi-
nē anseris: ⁊ hoc est magis notabile vt dixit. si-
militer ꝙ pinguedo anatis: cum his tñ semꝑ cō
uenit apponere aliq̄d croci ad penetrationē cū
humectatione ⁊ ꝓprietate spāli mēbra vrine ꝓ
uocādo. Si aūt imponantur mucilagines de se
minibus dictis diuersis sm̄ diuersitatem mãe
in vnguētis fortē faciūt impressionē. ¶ Possūt
etiā fieri empl'a cū fece rex decoctarū in balneo
massellatarū cum carnositate passulaꝝ vel ficuū
pinguiū sm̄ exigētiā: postea incorporando cum
oleis ⁊ pinguedinibus ⁊ croco vt supradictū est.
¶ Possunt etiā fieri ex farina fenugreci se. lini
ꝓ maiori parte ⁊ cum modico farine orobi cum
mucilaginibus ⁊ oleis vt supra. ¶ Preter ea q̄
applicātur exterius. Quedā etiā valent interiꝰ
ad mitigationē doloris de quibus sunt semina
maluarū ⁊ altee ⁊ cornu cerui si exhibeātur cum
sapa ī q̄titate ꝯuenīēti exhibēdo vsq₃ ad. ʒ. ij. il-
lorū: de his etiā est vt decoquantur folia malue
campestris, nā de decoctione eius dicebat Aui.
⁊ ex decoctionibꝰ q̄bus iuuamētū cōfert lapidi
renū cū eaꝝ administratio assiduat̄ in horis pa
roxismi est vt decoquātur folia malue cāpestris
⁊ ponātur in decoctione eius butyrū ⁊ mel de q̄
sumat̄ in potu res plurima. ⁊ ponēs iuuamētū
huiꝰ potionis vltra mitigationē doloris in hoc
casu addit: frangit em̄ lapidē sup. hec decoctio
⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ lenit iter eius. i. vias trāsitus
lapidis: ⁊ extrahit eū cum facilitate. ¶ Et quā-
do ista nō sufficiūt ⁊ dolor est plīm infestās dixit
Alex. ad finem capl'i in cura. Qd̄ si ex acceptis ꝑ-
maneant dolores ⁊ ꝑiculū inesse oñdat vt deie-
cta virtute: fit ēt insomnietas: inuenienda sunt
antidota ⁊ q̄ mitigent dolores ⁊ somnū faciāt ⁊
lapides attenuent ⁊ cōfrangat: qualia sunt phi
lonium aut tyriaca sed nō vetusta vt dixit aut ꝑ
se aut cū philonio mixta. Et ponēs iuuamēta di
xit: melius em̄ est sup. dare stupefactiua: l₃ sup.
sint aliqual'r suspecta, nā in hoc casu cū virtꝰ ꝓ-
sternitur dolore exhibitio taliū reparat v̄tutē
sup. somnū inducēdo ⁊ dolorem minuendo: et si
exhibeantur in balneo erit ꝯueniētius: ⁊ ꝓ hoc
dicit Paulus vt scribit̄. 10. ꝯtinēt. in tp̄e dolorꝫ
vtendū est pilla. i. balneo ⁊ rebus stupefactiuis
si opus fuerit eis: ⁊ has snīas antiquoꝝ imitatꝰ
est. A. cū dicit in ca° medicinaꝝ cōminuētiū la-
pidē. Et si fuerit dolor ex illis q̄ nō remouēt̄ pror
sus tūc necessariū erit dare in potu id qd̄ stupo-
rē facit: ⁊ cū hoc sup. iuuat ēt rūpēdo lapidē ⁊ ꝓ
uocādo: ⁊ exemplificās de his dicit. Et iteꝝ phi-
loniū ⁊ ēt medicamē mandragoratū ⁊ tyriaca q̄
nō est antiqua: immo est ad nouitatē decliuis ⁊
est virtus opij remanēs sup. est cōueniens. Sed
hic bñ nota ꝓpter multos male intelligētes ꝙ
ꝑ tyriacā hic nouā ⁊ in qua sit v̄tus opij nō debe
mus intelligere tyriacā infra sex mēses vel non
fermētatā vt multi sunt existimati: qm̄ tale cō-
positū nō est tyriaca añ fermētationē: ⁊ ꝯñr ī eo
nō est virtus tyriacalis sm̄ quā iuuet vel iuua-
re possit: sed d₃ esse tyriaca nō vetusta vt dicebat
Alex. fermētata tñ ⁊ ad nouitatem declinās vt
post annū infra duos mēses vel tres. Na cū no-
uitate eius stat virtus fortis opij: vbi cū antiq̄
tur minuitur virtus stupefactiua vt est snīa. A.
penul. ca° quarte primi. ⁊ hoc insinuabat cū di-
xit. Signāter immo sit ad nouitatem decliuis ⁊
est virtus opij remanēs: ⁊ tunc ponēs iuuamen
ta illius ad nouitatē declinantis addit: ipa em̄
pluribꝰ modis cōfert: nā ex p̄te tyriacalitatꝫ sup
ple cōfert. s. viuificādo virtutē: ⁊ ex parte ꝓuoca
tionis ⁊ cōminuit lapidē: ⁊ ex p̄te stupefactiōis
doloris ⁊c. Et de hac potest exhiberi ī balneo ad
quantitatē ʒ. s. vsq₃ ad. ℈. iiij. cū aliq̄ aq̄ appro
priata nō calida vt cū aqua decoctionis altee vl'
paritarie ⁊ h'mōi. Et hec sufficiāt q̄tū ad ea que
iuuant in mitigatione doloris: ⁊ ad excitandū
lapidē ⁊ habilitandū vt ex loco moueat̄ añq̄ ꝑ
interius exhibeant̄ medicine ꝓprie frangitiue
et lapidis cōminutiue ⁊ extractiue. Et he medi
cine que dicte sunt de balneis nō solū valent in
lapide renū ⁊ in dolore ex eo: sl'r ēt in lapide ve
sice ⁊ canones dati supra: ita debēt regulare cu
ram doloris contingentis ex lapide in vesica vl'
in collo eius quantum ad balnea ⁊c. sicut etiā
dictum est de lapide renum.

¶ Succedit modo vt afferant̄ medicine q̄ sunt
ꝓprie ad lapidē ad intētiones dictas supra. et
de his vt sunt frāgitiue ⁊ cōminutiue lapidis q̄
dam sunt debiles quedā magis fortes: quedam
etiā magis appropriant̄ lapidi renū quedā la
pidi vesice: l₃ sit dictū de mēte Auenzo. ꝙ medi-
cine lapidum renū sunt ipse eedē que ꝯferūt la
pidi vesice. Alique tñ notabilē faciunt imp̄ssio
nem in lapide renū que modicā faciunt vl' nul-
lam apparēter in lapide vesice: qm̄ fortiores vt
ibidem testat̄ debēt esse medicine ad lapidē ve-
sice facientes q̄ renū: vt ēt supradictū est circa
textum ꝑ cās ibi exp̄ssas saltē medicine que cō-
ueniunt ad lapidē vesice sunt calidiores. vñ di
cebat Aui. ⁊ op₃ vt ille que sunt ad lapidē vesice
sint vehementius cal'e q̄ ille que sunt lapidis re
num. qd̄ intelligi d₃ nō de medicinis a ꝓprieta
te frāgitiuis: q₂ tales nō operant̄ p̄ncipal'r per
manifestā qualitatē sed de medicinis conducti
uis ad loca renū vel vesice: d₃ ēt intelligi de p̄pa
rātibus subtiliando ad medicinas frāgitiuas
cū ꝓprietate lapides vesice q̄ renū ꝑꝑ maiorē
duritiē in lapide vesice q̄ renū vt in luribꝰ su
pra dictū est. ¶ Et hic est cōmemorādū qd̄ dictū
est supra de mēte Plusq̄ cōmētatoris 3° techni
de cōditionibus necessarijs in medicinis q̄ de-
bent ꝑficere hāc oꝑationē. s. cōminuere lapidē:
que tñ ꝯditiones posite sunt ab illustribꝰ auto-
ribus: vt a Sera. p̄cipue 4° breuiarij. ca°. 2°. ⁊ a
Ras. 10. ꝯtiñ. ⁊ ēt ab Aui. in ca° ꝓprio. que tñ cō
ditiones aliqñ nō reperiunt̄ in eadē medicina
simplici: l₃ nō incōueniat plures eaꝝ in eadē re
periri. vna ergo cōditio est vltra hoc ꝙ sit frāgi
tiua ⁊ cōminutiua lapidis exigitur: vt etiā de
ꝓprietate ꝓuocet vrinā: ⁊ cū hoc de se moueat
ad vias renum ⁊ vesice. Exigit̄ etiā ꝙ in medici-
na sit virtus sm̄ quā persistat notabili tp̄e in re
nibus vel vesica vt operationē ꝓpriam sufficiē
ter ꝑficere possit: ⁊ cum hoc qd̄ cōfortet renes vl'
vesicam in expellendo facta comminutione in
lapide: et he conditiones vt dictum est raro in
eodem cōiunguntur: ⁊ tūc vbi reperiat̄ vna sim
plex medicina de cuius singulari ꝓprietate frā

Nota de croco.

De mā balnei.

Nota bñ.

De medicinis appropriatis lapidi renū ⁊ vesice.

De ꝯditionibꝰ necessarijs ī medicis lapidē frāgētibus.

gere sit lapidē in renibus vel vesica oꝫ ꝯñr si cuꝫ ea nō cōiungātur alie cōditiones dicte vt cum ea commisceātur alie medicine pᵒ calide subti- les nō excessiue caliditatis q̄ faciant illas pene trare ad dicta membra vt est cinnamomū vel pi per: q̄ etiā cum caliditate sua iuuēt dilatando ⁊ apiendo meatus etiā subtiliādo mām. 2ᵒ debēt admisceri medicine q̄ faciāt virtutē illarū cōmi nutiuarū ꝯseruari ne dissoluat virtus ⁊ vt tra- hāt morē in loco suo cōuenientē vt dictū est ad operādū. Et tales medicine debēt participare viscositate sicut est polypodiū vel gūa gūmi ma xime dragagātū. exigit ꝯñr vt exhibeāt cum eis alique medicine vt dicebat ꝯfortātes ipsa mem bra in q̄bus sit aliqualis stipticitas ⁊ aromati citas: vt est spica vel sq̄nanto: necesse est etiā ap poni aliquas medicīas q̄ postq̄ sit cōminutꝰ la pis sint fortis ꝓuocationis ⁊ mūdificationis vt sūt sparagi ⁊ cressones. Et si cōiungat dolor ꝯue niet etiā si ponātur medicine sedatiue doloris a ꝓprietate vt est semen altee: immo etiā aliq̄- tiēs oꝫ apponi aliq̄d stupefaciēs vt parum ius- quiami: ⁊ tūc cū ista oīa cōiungūtur in ꝓposito tūc ꝯplet opatio quā intēdimus ⁊ in lapide re- nū ⁊ vesice. ¶ De his tñ medicis comminutiuis lapidis q̄dā hoc efficiūt ꝑ manifestas q̄litates ⁊ q̄r sunt incisiue subtiliatiue: q̄dā hoc efficiunt cum ꝓpetate spāli. Et hāc sniam insinuauit no bis dñs Aui. in caᵒ ꝓpo. de curatione lapidis re nū cū dixit loquēs de medicis agētibus cuꝫ ma nifesta qualitate. Medicine xᵒ cōminuētes eū sup. lapidē sunt ꝼm p̄lm medicine amare q̄ non sunt valde vehemētis caliditatis vt supra dice- batur ēt de mēte Gal. ꝓinde addit. Et oē cuius incisio est vehemētior ⁊ eiꝰ cal̄itas est minor est meliꝰ. Deinde loquēs de medicis agētibꝰ cū pro prietate tm̄ dixit. Et est hic genus medicinaruꝫ aliud. i. in hoc caᵒ: quaꝝ opatio nō ꝓportionat ad cal̄m vel ad frm̄: imo nō faciūt id qđ efficiunt nisi cū ꝓpetate: ⁊ istaꝝ. s. agētiū cū q̄litate mani festa: ⁊ sil̄r q̄ agūt cū ꝓpetate q̄dā sunt debiles ⁊ quedā fortes cū supfluitate in xtute: ⁊ sup. q̄dā mediocres. In hac opatione ēt de illis: q̄dā sunt q̄ sunt vehemētis xtutis ꝼm lapidē renū: sꝫ sūt parue xtutis ꝼm lapidē vesice: ⁊ q̄dā q̄ sūt fortes ⁊ in lapide vesice ⁊ in lapide renū: ⁊ q̄dā q̄ quasi mediocriter operant in vtrisq̄. Sed iste postre me diuisiones maxīe verificant ꝑ ꝓprietateꝫ oc cultā. ¶ De medicis ēt agētibꝰ ꝑ ꝓpriā q̄litatē sunt gradꝰ in fortitudine ⁊ debilitate. Et de his ponā tabulā positā a Ra. 10. ꝯtineñ. vt a leuiori bus semꝑ incipiamus dicit sic. He sunt medicie q̄ frangunt lapidē sup. cū manifesta qualitate q̄ sunt debiliores ⁊ incipit ab eis vt radix grami nis: de qua ēt in scđo cañ. in caᵒ ꝓprio. scolopen dria se. maluauisci semen melonū capillus veñ. simphonia pastoris. i. fistula: ⁊ credit q̄ sit bursa pastoris. Cicer impatoris cyminū: decoctio pen tafilō. decoctio radicū cānaꝝ: aq̄ bletaꝝ acetum squille: ꝯñr ad fortiora sunt poliū maius cicera nigra vel decoctio eoꝝ: radix sparagoꝝ: bdelliuꝫ arabicū: cortices cypi egyptiani: radix rubi ⁊ mr̄ re siles: ⁊ cortex radicis capparis ⁊ armoniacū ⁊ ameos ⁊ siles. Et de his q̄ agūt ex manifesta q̄li tate circa renes ex debilibꝰ tales dicit Sera. in primo ordine ⁊ sunt q̄ cōferūt iuuamētū paruū sunt sicut scolopēdria ⁊ semē altee ⁊ capill. ve. ⁊

De medicinis lapidē frāgētibꝰ cū q̄litate manifesta

virga pastoris ⁊ cyperi: sed cyperus hꝫ ꝓprieta- tem spālem dissoluendi calculum ⁊ ꝓuocādi vri nam: ⁊ iste ꝓprius valent in lapide renū. De his aūt q̄ veniunt ad lapidem vesice: sed nō hñt for- tē opationē in eo sunt cicer nigrū ⁊ aqua eius ⁊ radix costi: ⁊ ipm costū ⁊ bdelliū ꝼm Gal. ⁊ Dia- sco. ⁊ Haly. frangit lapidē in renibꝰ ⁊ vesica. Et de fortioribus sunt saxifragia camepitheos mi- liū solis de quo dicit Aza. qđ đr calap ab auctoꝝ- ribus ⁊ est medicina q̄ repitur in india et pule- gium. ¶ De medicinis aūt operantibꝰ cū ꝓprie tate sunt lapis iudaicꝰ singl̄r: q̄ tñ multo magꝭ vꝫ in lapide renū q̄ vesice: ⁊ cinis scorpionum q̄ vꝫ in vtroq̄ de quo dixit Aui. Et de fortibꝰ abso lute est cinis scorpionū ⁊ oleū scorpionū de quo fiūt due descriptiōes vt videbis ēt a Mes. in fi- ne. Cinis aūt scorpionū fit ꝼm Aui. vt lineas vas simile vrinali qđ sit spissum siue sit ex vitro: qđ tñ melius q̄ ex terra. linias dico luto sapientie i. creta forti cooperiendo desuꝑ prius imponen do scorpiones viuos: ⁊ dimittant i furno nocte vna ad minus: ita tñ q̄ nō adurant. Et cinis le- poris ⁊ maxime capitis illius tal̄r cōbusti hꝫ ad hoc ꝓprietatē: immo ⁊ caro leporis cū masticat de ꝓprietate frāgit lapidē vt scribit 22ᵃ ꝑticu- la a Rabi. vitrum exiccatū sil̄r: nā fit acutius in virtute ⁊ subtilius in virtute vt scribit. 10. cōti- nentis de mēte Gal. ⁊ est snīa egregia: dixit qđ res que vruntur que nō habēt in se acuitatē pe nes ignē augent acuitatē ⁊ tenuitatē ⁊ vitrum sil̄r. Uñ addit: expedit vt vrat pluries ⁊ ponat in cura erit efficax valde. Et dicebat Aui. ponen do modum cōburendi qđ id melius fit si igneat supra coclearium ferreū: ⁊ iteꝝ cribellet: postea ponatur suꝑ aquā fabaꝝ ⁊ ostendet q̄ sit calci- natum: postea iteꝝ exiccet donec puluerizet to tum: ⁊ fiat puluis sicut athomi q̄ sunt in sole. i. subtilissime puluerizet. Dicebat tñ Auēzo. non approbando quasi istū modum q̄ plures medi- corum calefaciunt vitrū ⁊ extrahunt eū de igne multotiens ⁊ putant illud cōbusisse: sed nō valꝫ opꝫ quippe vt dicit ipm vngi cum chitran sub- tili: deinde calefieri ⁊ igniri ⁊ ignitū extrahi cū tenaculis ⁊ submergi in aquā frigidissimā: post ea tergi: ⁊ iteꝝ vngi ⁊ igniri ⁊ in aquā extingui sic faciendo septies. ⁊ tunc dꝫ noīari vitrū vstū nomine ꝓprio: ⁊ ex hoc sublata est mihi difficul tas quā sepe habui q̄ cōiter autores ordinant cornu cerui vrēdo ipm etiā cuꝫ iuuare debet in dissolutione ventositatū: nā taliter ꝑparatum fit acutius. quā tñ sniam etiā expsse ponit Aui. 2ᵃ cañ. c. 5ᵒ. ad mediū capl̄i cuꝫ dixit: medicinis vero quarum substātia est spissa ⁊ ipsaꝝ virtus est nō acuta neq̄ calida adustio acquirit virtu tem calidā sicut calx: ⁊ probat hoc di. ipsa em̄. s. calx fuit lapis in quo nō fuit acuitas: cum ergo aduritur conuertitur in acuitatem. Et ita etiā valet cinis teste oui a quo exiuit pullus. Lapis etiam spongie ⁊ lapis lincis sunt singulares ad comminutionem vtriusq̄ lapidis. Item lapis humanus emissus: et etiam repertus in ventri- culis gallorum valet: ⁊ dicebat autor Tacuini quod in capite limatie grosse inuenitur lapis q̄ tritus ⁊ potui datus cum vino calido statim fa cit mingere lapidem. Etiam cinis teste eius et dixit quod est probatissimum in lapide duro et magno. Lapis etiam porci in vesica repertus

De medicinis lapidē frāgētibꝰ a ꝓpetate.

Nota bñ Quare cōburit cornu cer.

dr valere ⁊ vesica apri exsiccata cū vrina sua singulariter. Et lapis q̄ inuenitur in felle vacce et renes asini exsiccati ⁊ lapilli in ventrem apri inuenti: ⁊ vesica mustelle ⁊ scarabei exsiccati ⁊ cristagalli s̄m aliquos: ⁊ cimex cum puluerizatur: sed est horribile nimis ⁊ cornu cerui s̄m aliquos ⁊ lumbrici terre. ¶ Possum hic numerare quasi infinita ad ꝓpositum valentia: sed non curo multiplicare numerum sed nō dimittam ꝙ gummi cerasi est singulare ⁊ oleum balsami: vt dicebat Auenz. est de melioribus ipsorum: ⁊ sanguis hircinus apud omnes mirifice laudat: de cuius preparatione: lz ab auctoribus in diuersis locis ponat: ⁊ in vtroqꝫ lapide valet vt dicebat Alexā. q̄ etiā laudabat cicadas siccas ⁊ tritas auferendo pennas ⁊ pedes ⁊ miscendo cum vino ⁊ melle: sz dixit ꝙ nimis forte medicamen est qđ fit de sanguine hircino. ideo ponā eius preparationē hic qm̄ ipsum sequuti sunt alij posteriores: conficit hoc modo. In augusto mense cū incipit vua maturari accipias patellam de terra nouam a figulo ⁊ mittas in ea aquam ⁊ bulliat ad ignē ⁊ terre saporem amittet: deinde accipies hircum ⁊ suscipies sanguinem nō qui prior fluet aut postremū; sed medium: ⁊ cum se coagulauerit incides minutim in patella sanguinem ⁊ cooperies patellam lateraliter linteo ne tangatur a puluere ⁊ pone sub diuo: vt ad ipsaz possit sol peruenire vsqꝫ dum exiccet: ⁊ cum siccatus fuerit tere et reponas in piscide sup. bene clausa: postea exhibe coclear. j. pro vice ad bibendum cum sapa cretica. i. vino cocto de creta. i. maluatico: sed ponit conditiones hirci ꝙ sit quatuor annorum: sz nō plus aut minus anteq̄ occidatur ⁊ vt bono odore sit sāguis: vt dixit comedat folia feniculi aut lauri aut hedere aut amomum: etiam in potiōe admisceatur aliq̄d horum. Addit ipse. ego autē sanguini hircino miscui myrram totidem et dedi ad potandum infirmo cum nimios pateretur dolores. ⁊ nullatenus faceret pre magnitudine lapidis sup. vrinā: ⁊ accepta potione cōfractos ⁊ comminutos mox proiecit cum vrina lapides ⁊ confestim superinde bibendo minutatim proiectus est lapis supp. in totum: nec vlterius alij permissi sunt renasci. ¶ Restat commemorare fortissimam medicinarum ad hanc intētionem ab omnibus auctoribus singularissime laudatā ⁊ ē exhibere de cinere vel de carnib⁹ auis cuiusdam minute: de qua dicebat Aui. Et de illis que sunt vehemētis fortitudinis ⁊ meliora omniuz est auis q̄ grece nominatur traguli duritos: et est auis de genere paruarum minor omnib⁹ auibus excepta aue regia. Et dicebat Gerar. in litera exteriore ꝙ auis regia est illa q̄ dicitur regulus: ita ꝙ hec minor est preter auem reguluz. Et addit: ⁊ color corporis eius. s. de qua intēdimus est inter cineritium viridem ⁊ citrinum ⁊ super alas eius sunt penne auree: ⁊ super caudā ipsius ⁊ dicit litera exterior al's mētum sunt puncta alba: ⁊ plurimum apparitionis eius est in hyeme ⁊ apud piscinas: ⁊ apud parietes. Addit ipsius volatui non est fixio: immo volat parum ⁊ cadit ⁊ garrit semper ⁊ mouet caudam: postea ponit quomodo vti debeamus ⁊ preparari debeat dixit: ⁊ ipsa comeditur cruda sicut est ꝙ melius est ⁊ comeditur elixata ⁊ assata ⁊ salitur ⁊ reseruat vt caro salita q̄nqꝫ aduritur sicut est. s. cum plumis aut in furno qui non sit cum illa caliditate s. cum quātitate qua dominetur ei adustio ⁊ destruatur eius virtus: etiam fit in vitreato vase s̄m modum qui predictus est ad scorpiones. et alia addit ꝙ q̄n aduritur in olla lapidea ⁊ non transit terminum nimie adustionis. Addit: ⁊ q̄n ꝙ pulueriza id qđ de ea salitum est ⁊ assatum ipsi⁹ cū pipere ⁊ similibus: ⁊ bibat tritum ei⁹ cū vino claro ⁊ melle aut cuz aqua mellis. ⁊ addit de qualitate illius. Et existimāt quidam ꝙ hec auis sit auis spine. Et addit: ⁊ hec est auis q̄ nominatur frācigene fasuriō: de qua vt ꝓtestatur Aui. nescio an sit illa aut alia: ⁊ existimāt ꝙ quādo exiccatur et bibitur paulatim extrahit lapidem ex omni loco: ⁊ istas ꝓprietates ⁊ qualitates huius auis posuit etiam Sera. expresse in ca° ꝓprio dixit: ⁊ melior ⁊ fortior omnibus medicinis non ad lapidem in renibus tantum: immo ad frangendum lapidem in vesica est auis ⁊c. sz ponit aliquas qualitates quas nō posuit Aui. vt ꝙ habet rostrum minutū: ⁊ ꝙ habitatio eius est in parietibus ⁊ in tentorijs balneorum ⁊ plurimum videtur in hyeme. tandem ponens iuuamentum dixit: ⁊ est ei virtus mirabilis in frangēdo lapidem generatum: ⁊ ꝓhibendo etiā eum de quo timet vt generet: ⁊ posuit vsuz illi⁹ s̄m qđ ponit. A. Rasi. aūt. 10. continē. de hac aue bis vel ter facit mentionem ⁊ ponit cōditiones easdem vt supra ⁊ appellauit eam colicutulam sed dixit ꝙ in alis eius sunt linee ⁊ habet rostrū tenue ⁊ ꝙ est habitans in parietibus ⁊ in sepibus. Et alibi dixit ⁊ in parietib⁹ ⁊ in fossatis. et dixit ꝙ eius virtus potentior est omnibus alijs medicinis ad frangēdum lapidem qui est generatus ⁊ prohibet ne generetur alius. ⁊ ponit modū vsus eius sicut dictum est supra: ⁊ ita de ea ēt faciūt mētionem alij auctores quasi omnes. Et Asar. ponit precipue easdem qualitates cum iuuamentis vt dixit Aui.

¶ De medicinis tamen magis appropriatis ad vesicam sunt proprius squi'la allia tribuli radix scolopēdrie ⁊ polium gummi apium montanū: tū radix cucumeris asinini ⁊ balsamus ⁊ fimus columbinus ⁊ fimus galli. iste sunt alijs fortiores. Et dixit Sera. ꝙ oz vt scias ꝙ medicine que leniunt lapidem in vesica ⁊ frangunt ipsuz sunt superfluitates in bonitate super medicinas que frangunt lapidem qui est in renibus. Et ille que frangunt lapidē qui est in renibus nō in omni hora frangunt illum q̄ est in vesica: sed hic ad ꝑfectionem faciet si ponantur doses aliquorum istorū quib⁹ cōiter vtimur ⁊ sepe operatio aliq̄rū istorū est suspecta sine preparatione ⁊ sine determinata dosi. ¶ De lapide iudaico dicit. Ser. in proprio simplici s̄m Diasco. q̄titas ciceris fricati in cote sicut fiet ⁊ detur ex eo in potu. ¶ De cinere scorpionum dosis est'a danich. ij. vsqꝫ ad danich. iij. de cinere leporis dari potest. ʒ. j. ʒ. ¶ De cicadis ⁊ noctilucis vt voluit Alex. q2 propter acuitatē sūt apte nocere: debēt prius ꝑparari amouēdo eis capita ⁊ alas ⁊ crura: postea pista eas bū ⁊ cōfice cū gummi ara. ⁊ dragagāto solutis in aqua ⁊ fac trociscos ⁊ sicca in vmbra: q̄bus siccatis iterum puluerisa: ⁊ iterum cū eisdem confice trociscos ⁊ sicca: ⁊ sic facias ter vel quater: ⁊ isto eodem modo preparantur cantarides que sepe veniunt necessario ad curam ad ꝑ

De medicinis lapidē frāgētib⁹ a ꝓprietate.

Sanguis hircin⁹ de eius preparatione.

De cineribus auis caude tremule.

De medicinis appropriatis lapidi vesice.

De lapide iudaico de cinere scorpionuz de cicadis.

nocandum. Et cum volueris postea administrare dissolue trociscos pulnerizādo ꝛ inuolue puluerem in oleo amigdalaꝝ dulcium: nā sic exhibēdo nō nocent renibus pōt exhiberi ad q̄ntitatez ℈. ſ. cū aqua liq̄ritie vel aliquo hmōi. Fimus colūbinus p̄paratur vt volebat Auē. vt nutriātur colūbe prius pane in quo sit positū semē feniculi: postea tolle de fece eoꝝ q̄ntū volueris: ꝛ adde ei tantūdē cinamomi ꝛ incorpora cū sirupo sq̄llitico: ꝛ detur. ʒ. ℈. ꝛ si exhibeatur cū. ʒ. ℈. tyriace mirabiliter cōminuit lapidem ꝛ educit. ¶ De p̄paratione sanguis hirci dictū est: sed de dosi ei⁹ dari pōt coclear vnū cū modico aceti vl' vini acetosi vt dicebat Aui. in hora q̄etis aut in aq̄ apij mōtani: ꝛ videbis rem mirabilem. ¶ Uolui hic ēt cōmemorare q̄dā sp̄alia posita a Gale. simplicia in libello de facile acquisibilibus dixit ꝙ lapis q̄ mingiꝭ si teratur ꝛ bibatur frāgit lapides q̄ sunt in vesica: ꝛ murilegi epar cōbustū ꝛ tritū ꝛ bibitum sup. cū aliquo ꝓuocante patiētes lapideitatez sanat: ꝛ lapis qui dr̄ iaspis si bibitur sanat lapides q̄ sunt in vesica: ꝛ radix cibalarie si bibaꝭ cū vino idē facit ꝛ dixit Auē. ꝛ recordor sanasse vnū famuloꝝ Ali filij Joseph q̄ arenā patiebaꝭ ꝛ piclitabaꝭ fregi lapidē ei⁹ dādo ei ī potu tertiā partē. ʒ. ſ. olei de balsamo boni q̄ sequēti die sanatus est. ¶ Et hec de simplicibus sufficiant interi⁹ sumēdis in q̄bus visum est ꝙ vna istaꝝ efficit cōpletā oꝑationē ad cōminuēdū et extrahendū lapidē vt pauloante exēplificatum est de q̄busdā de mēte Ga. ita ꝙ nō oporteat ad eas secū al's admisceri medicinas. Et hoc intelligens Aui. dixit in fine capl'i de cura lapidis renū ante enumerationē medicinaꝝ. Et q̄ñq₃ necessarium est vt de medicina singulari vna sint pl'es haꝝ ꝓprietatū vel sup. oēs: q2 tñ modice tales reperiūtur: idcirco auctores laudauerūt medicinas cōpositas in q̄bus stant diuerse medicine cōplentes intētiones dictas supra: de q̄bus stat primo singularis cōpositio posita ab Auic. q2 in ca° ꝓprio de cura lapidis renū: quā ēt virificat: ꝛ ꝑ singulari eius cōpōne ponā in ca° medicīarum: que appellaꝭ electuariū de cineribus que pōt clare verificari ꝑ verba eius posita īfra ei⁹ descriptionē ad seriē dixit sic. Et cū cōponuntur ex medicinis ad lapidē medicine opꝫ vt iūgaꝭ eis spēs medicinaꝝ q̄ eas adiuuent ad operādū qđ efficiunt de q̄bus sunt medicine fortis ꝓuocationis: ꝛ extrahunt. i. vt extrahant dicte medicine ꝓuocatiue in vrina grossa. i. in vrina abundante ꝓpter eas id qđ eradicatur de lapide cōminuitur. Addit: ꝛ de illis sunt medicine in quibus est alteratio eius qđ alie mouēt medicine. i. imprimūt in medicinas cōminutiuas quādaꝫ alterationē ꝛ morantur. i. vt moreꝭ determinato tp̄e vt sua mora ꝑficiant integritatē sue oꝑationis: ꝛ iste medicine sunt nō velocis penetrationis. i. q̄ addūtur ꝓpter pinguedinē in eis et viscositatem. Addit: ꝛ sunt cū hoc faciētes digōnem. i. p̄parationē in mā lapidea vt frāgaꝭ: qm̄ sup. humectat eā: ꝛ exēplificat sicut gūma feniculi: ꝛ alibi repitur sicut polypodiū: ꝛ vtrūq₃ iuuat. Addit: ꝛ illis sunt medicīe velocis penetrationis sup. ad faciendū cito penetrare medicīas ne debilitentur in virtute longo transitu ꝛ mūdificationis sicut piper ꝛ allia. ꝛ sup. tales medicine ꝛ iuuant subtiliando mām ꝛ in eam penetrando ꝛ diuidendo. Addit: ꝛ medicine cōfortantes membrū sup. sunt necessarie vt addanꝭ: qm̄ mēbrū sup. debilitatur vt renes vel vesica apud diuersitatē imp̄ssionū in eo ꝛ motu sup ip̄m membrum: qm̄ sup. diuerse medicine diuerso mō imprimūt debilitando vt sup ip̄m sup. lapidē sup. virtus mēbri fortificati possit oꝑari cōmouēdo ꝛ expellendo ꝛc. Et exēplficat: ꝛ sunt medicīe supple tales cōfortantes albetzerati. i. aromatice sicut spica ꝛ cassia ꝛ alia sup. hmōi. naꝫ sup. tales medicine sua stipticitate ꝛ cōfortatione iuuant ꝛ ēt ꝓuocatione ꝛ dilatatione meatuū. Addit: ꝛ de illis sup. ēt confortantib⁹ sunt medicine sup. ēt alie q̄ nō iuuant vt spica: sed in q̄b⁹ est stipticitas subtilis. i. debilis sicut sūt robub fructuū ꝛ cōseruet membrū. i. virtutē illi⁹. s. aggregādo ꝛ aliqualr̄ vniendo partes mēbri. Addit: ꝛ q̄ñq₃ cōmiscētur cū istis medicinis sedātes dolorē cū ꝓprietate aut stupefactione sua cū ꝓuocatione i. qñ fuerit dolor cōtinuus ꝛ sit necessariū dare medicinas frangitiuas si est remiss⁹ dolor oportebit apponi medicinas sedātes dolorē cum ꝓprietate: vt sup. sunt semē altee ꝛ flos camomille q̄ ēt ꝓuocant. Et si fuerit multū excessiu⁹ dolor cū stupefacientibus vt sunt flores neunfarj vel tarcon: ꝛ aliqui ponūt opiū: ēt ad ꝯseruādū virtutes medicinaꝝ. ¶ Addit postea Aui. vnaꝫ sniam egregiā ad remouēdū dubitationē q̄ cadere posset in mente imperiti medici: posset q̄s dicere cū tot medicinis nā impedietur in operatione dixit. Cūq₃ cōponimus medicinas secūdū hāc formā addēdo istas medicinas sup. ad illas q̄ rūpunt lapidē cū ꝓprietate de q̄bus dictū est vt est lapis iudaicus ꝛ lapis spongie ꝛc. oꝑatur virtus nālis in ea sup. medicina tota: quare vtitur eis q̄ ad lapidē sunt sup. frangendo apud lapidē. i. cum assistūt lapidi postq̄ vsa fuerit illis ad hoc vt peruenirent ille que sunt ad lapidem ad locum lapidis: ꝛ tunc vtitur liquefactiuis et lenitiuis illis vt permaneat medicina lapidis sup. frangitiua sup. notabili tempore apud lapidem: propterea addit. Et faciant ipsam morari vt operationem suam efficiat per hoc qđ dūa tur ei virtus administratiua cum iam aū id vsa fuerit illis facientibus penetrare que festinare fecerit illis facientibus ad lapidem vt expositū est. Addit: ꝛ cum vtitur comminuentibus sup. appropriatis ꝛ comprimentibus. i. ex loco eduanescentibus ꝛ faciunt operationem suam euanescunt vel sup. pigrescunt vt dicit litera exterior medicine morari facientes et prouocatiue ꝛ penetratiue: et hoc supple efficit virtus naturalis directa ab intelligentia non errante. vt voluit Conciliator: ꝛ ita patet ꝙ dicte medicine: lꝫ videantur diuersorum effectuū non sese impediūt in operatione immo se iuuant.

¶ Et ideo infra. d. Auicen. per duas columnas in cāu posuit vnam descriptionem artificiosam in cāu nostro multum vtilem quam intelliges ex his q̄ dicta sunt: cui⁹ descriptio est talis: dixit sic: post q̄ posuit quasdam medicinas valere inter quas nominauit medicamen factum cum sanguie hirci quod vocatur manus dei propter suam nobilitatem ꝛ medicamen thesaurizatum dictuꝫ factum cuꝫ oleo balsami quod est mirabile. Ponit aliud de quo dixit medicamen forte quod experti sumus ꝛ est a posterioribus dcm̄ elarium d ci

Nota bñ

De modis cōpositis.

Nota hāc sententiam egregiam.

Primū medicamētū cōpositum ab Auic. et vocatū de cineribus

neribꝰ. ℞. cineris vitri cineris scorpionū ꝛ cineris radicis caulis nabati ꝛcineris leporis ꝛ lapidis spongie ꝛ sãguinis hirci exiccati contriti et cineris corticis oui d quo pullus egressus est et lapidis iudaici ꝛ gūmi nucis ꝛ acori ptes eq̃les et petrosillini ꝛ dauci ꝛ pulegij ꝛ gūmi ara. ꝛ. se. altee et piperis: omnium an. partem. j. ʒ. cõficiãtur cum melle et conseruetur. Certe hec descriptio mirabilis est et experta: et dixit sed non curo eam verificare: quia inspiciẽti simplicia itrãtia ꝛ que paulo añ dicta sunt reddit intelligẽti clara ꝛ addit eiꝰ dosiz ꝛ iuuamẽta dicẽs. Cuius dosis fit vsq; ad duos aureos et supra cū aqua tribuloꝝ dcoctoꝝ cum ciceribus nigris. Addit: et hoc sup. electuariū ꝯueniens est nõ tm̄ lapidi renū: sz etiam ei qui ẽ in vesica exhens ipm fit cuz luto albo i. cū feculẽtia terrea alba: ordinat multas alias: sed in hac ꝑsisterẽ. Et istã dscriptionẽ laudarẽ fieri ab oibus apothecarijs: ꝛ quod medici ea vterentur dimissis iustino ꝛ litõtripõ q̃ tm̄ sunt singulares descriptiones in casu q̃bꝰ cõiter vtūtur medici. ¶ Ponã alia s duas vel tres dscriptiones autẽticas illustriū auctoruz: vnã Auẽzo. exptissimi et laudatissimi medici: et magis valeret in corpore calido et in cã magis calida: cuius dscriptio ẽ. ℞. lapidis iudaici gummi cerasi lapidis spõgie marine corticis melonis liq̃ritie. añ. ʒ. iiij. seis dauci: vitri sup. cõbusti: carseni. añ. ʒ. j. medulle pineaꝝ ꝛ amigdalaꝝ. añ. ʒ. iiij. fiat electuarium: dosis eiusẽ. ʒ. iij. cuz modica aq̃ violaꝝ mixta cum quadruplo sui daq̃ sup. apitiua: vt eẽt aq̃ sparagoꝝ vl' huiusmodi. ¶ Aliã dscriptionem posuit Ras. in suis secretis lz aliq̃ ascribãt Sal. ℞. sãguis hirci sicci lapidis iudaici lapidis q̃ inuenitur in chisti fellis vacce citrini anisi assari amigdalaꝝ amararum se. cucumeris lij cocti. añ. ꝯficiant cū aqua et melle in q̃bꝰ fit decocta rubea ꝛcostum et dẽtur. ʒ. ij. cū aq̃ dcoctiõis assari ꝛ camomille. hec ẽt ẽ singularis ꝯpõ vt pz et multū artificiosa. ¶ Aliaz posuit Sal. lo. decẽ tractatuū. que ẽt singularis est et mitigatiua doloris: ꝛ eã exptus est in q̃dã muliere q̃ curata est vt narrat: dixit quod frangit lapides et n̄ sinit eos ꝯsistere. ℞. cassie sup. lignee. ʒ. ij. se. apij. ʒ. iij. mirre. ʒ. x. piperis. ʒ. ij. olibani. ʒ. iij. lapidis d. syria masculi vl' fe. ʒ. s. se. pastinace anisi: añ. ʒ. ij. storacis: ireos. añ. ʒ. iij. se. papaueris albi ʒ. ij. spice nardi. ʒ. ij. amigdalaꝝ amaraꝝ mūdataꝝ assari. añ. ʒ. iij. mirre: se. cypi. añ. ʒ. ij. mell' qd sufficit: da quolibz die ad lapides q̃ frãgit eos ad minima vt dixit ꝛ cernit quousq; mūdificet vesicã ꝛ claruz migat. ꝛ q̃ cū ista ẽ curatus: ẽ ita curatus vt ãplius nõ generetur. ¶ Nõ omittam vnū qd narrat Nicolus: qd si veꝝ est mirabile est de mente quorūdã dixit. Dixerūt quidã tolle sãguinẽ hirci epar pulmonẽ renes ꝛ testiculos pa pismū cū in testino eius et tere ea fil': et fac inde salficiã i grosso intestino eiꝰ et da ex ea ad comedẽdum et videbis mirabile. s. quod si infirmꝰ hẽat annuluz in manu sua post comestionẽ trium boloꝝ dicte salficie: statim lapis de anulo saltabit: ꝛstatim migere q̃ret. ¶ Et de cõpositis singularibꝰ ẽ filo antropos de quo dicitur quod frangendo lapidem etiã ventrez soluit: licet leniter prouocat. ꝛ ista mihi sufficiant pro electioribus propter non prolongare sermonem de medicis que per interiꝰ sumi debent ad lapides renum ꝛ vesice in balneo vt dictum est supra. ¶ Preter autem medicinas que per interius sumuntur: ꝛ preter eas que extrinsecus cū q̃litate manifesta operantur: sunt alie operantes extrinsecus cuz occulta proprietate: et si offerantur supra renes vel vesicam de quibus dixit Aui. de mente Russi: et Russus quidem dixit q plurima balneatio in thermis sulphureis frangit lapidez: quod dictum Aui. nõ simpliciter approbat: qm̄ ex manifesta qualitate vt exiccatiua plurimuz talia balnea non deberẽt cõuenire: ideo dicit Aui. sequẽdo: et hoc fortassis facit ꝑuenire ad hoc iuuamẽtum q quedam aque calide que q̃nq; vlcerant cutẽ sup. faciunt q̃n ponuntur in eis medicine sup. lapidis frangitiue et submergitur in eis pãnus dum sunt calide et ponitur supra locum lapidis sup. talis pannus vt supra renes vel vesicam et resoluit ipsum. i. comminuẽdo dissoluit ipsum lapidem. addit. Et ego iam sum expertus res huius generis. ¶ Ex quo textu duo possumꝰ colligere esse de mente Aui. Unum qd talia balnea exiccatiua ꝑ se non conueniunt sz aliquotiens per accidens excoriando cutim. vñ medicamina lapidis frangitiua inmediatius: postea si exterius applicentur possunt ad lapidem ꝑuenire cuz virtute sua: et ita iuuant. experientia tm̄ visum ẽ sepe q talia balnea mineralia sulphurea frangunt lapides et educunt ꝑ vrinam ꝛ iterius potata ꝛ exterius occurrentia: ꝛ lz sulphur non ponatur in his medicinis ab auctoribus: potest tm̄ ꝯiungi cum aq̃ sulphurea Alia virtus frangitiua lapidis secundū quam operantur q̃ non ẽ nobis manifesta nisi ex effectu: et ꝓinde Aristoteles vigesimaquarta problematum. problemate vltimo. appellauit thermas siue balnea mineralia balnea sacra: que ideo sacra dicuntur: q: ꝑ occulta ꝛ nõ per manifesta sẽsui operantur.

¶ Secundum dictum quod ex textu hic colligitur vtiliter ex Auice. est q ad frangendum lapidem cõuenit applicare exterius supra membra aut renes vel vesicaz medicinas frangitiuas lapidis de quibus dcm̄ est supra vt ẽ lapis iudaicus vel cinis scorpionum ꝛc. Sz opz ꝑparare cutem maxime cum ponuntur supra renes cuz aq̃s calidis aliq̃lr vlcerantibus cutẽ ponẽdo dictas medicinas in dictis aquis ꝛ ibi moram faciẽdo per diez vel noctem: dictis etiam aquis potẽtialiter calidis existibꝰ formalr calidis: ꝛ postea infūdere petias in dictis aquis calidis ꝛ supponere. raro tm̄ propter ꝓfunditatem renum ꝑuenit virtus istaꝝ medicinaꝝ ad ꝓfundum ad frangendum lapidem in renibus: sz circa vesicam si offerantur melius operantur: et ideo inunctio olei de scorpionibus in rumpendo lapidem vesice et interius per syringam immissus et exterius laudatur: non sic laudatur in rumpendo lapidem renum vt visum ẽ sup. circa literam: et ita laudatur etiam stante lapide in vesica si habeatur de sanguine hirci de quo dictum est supra ꝛ liniatur supra vesicam. et idem operatur sanguis cerui de mente Rasis. Et si non habeatur sanguis nisi reseruetur coagulatus exiccatus dissoluatur cum oleo de lilio: et fiat inunctio supra pectinem et versus collum vesice. stante lapide in vesica: et ita credo valerent alie medicine frãgitiue si exterius applicarentur vt est

Scdm medicamẽ cõpositū ꝛ ẽ Auẽzoar.

Tertiū est Ras in suis secretis.

Quartum medicamẽtum est Sal.

Not. aliud medica. qd narrat Nicolus.

De balneis nãlibus in hoc casu cõuenientibus.

Nota de oleo scorpionū.

cinis scorpionū ⁊ reliqui cineres de quib⁹ dictū est nisi forte modus substātie ⁊ terrestreitatis ⁊ adustionis ꝓhiberet penetrationē ad ꝓfundū. ¶ Fit tiā singulare iuuamētū ad hoc ⁊ est forte ⁊ ad lapidem renum ⁊ vesice si ponat emplastrū supra renes vel vesicā factū: vt infra. ℞. succorū senationū ⁊ paritarie ⁊ olei nardini ⁊ de lilio et de scorpionib⁹. ana. ⁊ pone ī eis pulnerē cyperi ⁊ ameos ⁊ euforbij ⁊ cimices plures ⁊ scarabeos: ⁊ bullire fac ad succorū ꝯsūptionē postea cola: ⁊ cū ꝑte ipsius poteris facere vnctionem supra ꝑtes vbi fuerit lapis ⁊ cū alia parte misce duos vitellos ouoꝝ in aqua coctoꝝ ⁊ adde in eis puluerem lapidis iudaici ⁊ lapidis spōgie vel alteri⁹ eorū. ⁊ verisimiliter ex hoc debet sequi mirabiliter effectus in rūpēdo lapidē. Quo rupto circa renes vt a loco suo moueat ⁊ educatur ꝑ poros versus vesicā: singulariter iuuat vētosa sicca q̄ etiā stāte dolore in loco mitigat dolorē si ponat supra renes: de qua dicit Serap. qñ sup. date sūt medicine facientes eruptionē ⁊ stāte etiā dolore sint date medicie stupefactiue Addit: ⁊ post exhibitionē medicinaꝝ stupefaciētiū tunc vētosa vacua qñ ponitur supra locū ꝑmutat lapidem statī permutatione mirabili et sedat acuitatem doloris. Addit: ergo oportet in initio. i. cū intēdim⁹ vt educat ex loco moto iā lapide vt ponat vētosa ꝓpe renes. s. infra deinde post istud facimus eam descēdere paulatim ⁊ dirigim⁹ eam ad anteriorē partē ⁊ ad inferiorē. s. ponēdo vētosā magis ad īteri⁹ ⁊ in deorsū ꝓcedēdo ꝟsus vesicā Et Aui. loquēs de vētosa dixit: ponātur vētose vacue sub lapide: intellexit qñ mot⁹ est lapis ex rene ⁊ fit eaꝝ positio dolorosa vt atrahāt ipsum: deinde deponāt ab illo loco ad illū qui est sub eo ad inferiora: ⁊ ita secūdū gradationē descendant a loco renū secūdū obliquationē emūctoriorum ad inferiora. Et si in eo descensu fit dolor vt sepe euenit propter laboriosam extensionem vt dicebatur supra: tunc oportet vt dicebat Serap. vt sedemus dolorē cū sessionibus ⁊ balneis de quib⁹ supra dictū est: cū aūt descēdit ad vesicam sedatur dolor vt dicebat Aui. ¶ Et tūc stāte etiam lapide in vesica narrauit mihi fide dign⁹ in seipso pluries fecisse experimētuȝ ꝙ si senationes siue cressones calefiant suꝑ tegula cuȝ vino albo et fiat suffumigatio cum eis positis in cathedra sedēte ipso patiente ꝙ infra diē emittit lapis: et. 10. continētis scribit: si suffumiges lapidē laborantē sub veretro suo cuȝ spinis ericij vel sup. cū cute eius spinosa emittet lapidē per vrinam: lȝ Auicē. nō consentiat ad hoc. Si etiam infundantur gūmi cerosoꝝ in vino albo: postea fiat suffumigiū credo in hac intētione valere: ⁊ ita si fieret ieniтio exteri⁹ cum eo ꝟsus vesicā et versus collū inter anū et pudēda credo ꝓficiet. Et de his sum contentus quātuȝ ad medicinas et interius ⁊ exterius assumptas. ¶ Ad accñtia vero veniendo: si fuerit vehemēs dolor recurrēdum est ad ea que dicta sunt supra. ¶ Et si mingatur sanguis propter icessum lapidis soluētis aliquas venulas de renibus vel vesica: tunc opȝ occurrere cum aliquibus constringētibus sedēdo in decoctione rerum stipticarum: sed de hoc dicetur infra statim cuȝ erit sermo de extractione lapidis per chirugiam. ¶ Veniendo ergo qñ pur necessaria sit incisio ad opus chirugicuȝ ad extractionem lapidis oportet q̄dam commemorare que scribuntur de mente Pauli. 10. continē. vt ꝙ leuis sit quasi sanatio in īfantibus versus annū. xiiij. et in senibus difficilis. ¶ In infante igitur si fuerit etatis illius vel circiter dixit precipe. ei ꝙ saltum faciat de vno loco ad alium: vt perueniat lapis ad colum vesice deinde sedeat erecte ponendo manus suas sub anchis eius vt tota vesica fiat declinans ad īferi⁹: deinde tange locum exterius: ⁊ ꝙ si sentis ꝙ lapis contineatur in collo vesice per saltum inde factum statim scinde super eum secundum modum statim dicendum. ꝙ si non senseris lapidem cōductum ad collum vesice: tunc ingenia conducendo lapidem ad collum imponendo digitum inūctū in anum secundum doctrinam supra datam ad cognoscendum si lapis ē in vesica per tactuȝ ibi recurre. Et si difficilis fuerit reductio lapidis ad collum vesice ꝑ digitum noli scīdere sed expecta dum expellatur per se: sup. a virtute ad colluȝ faciendo saltum hincinde: qm̄ appropinquabit ad ipsum collum necessario. ¶ Et tunc reducto lapide faciēdo sine cessatione inunctionem ad pectinē ⁊ versus locum comprimendo manum superiorem vt fuit supra dictum ad inferius per adiuuātem te ita vt figatur lapis in loco studendo vt expellat lapis vt remoueat a cōmissura q̄ titate vni⁹ pili. Nā dicebat Aui. ⁊ caue ne scidas supra ꝯmissurā qm̄ est malū. cōmissura enim sȝ ꝟitatē est loc⁹ mortalis: vt dixit ⁊ tūc scide subt⁹ lapidem eleuato veretro cū testiculis in sursuȝ. et caue ꝙ scissio non fit nimis lata ꝑueniens vsꝙȝ ad vesicā qm̄ non fiet sanatio vera. Naȝ qñ fit scissura in collo vesice ꝓpter id qđ est carnosum non accidet inde dissuria: sȝ accidet dissuria si cadet in corpore vesice: eo ꝙ est tenue ⁊ ꝑiculosū vt decimo cōtinētis. Et dicebat Aui. si ceciderit in corpore vesice nō consolidabitur omnino: prius tñ q̄ profundes videbis accidētia in īfirmo. Nan si accidentia fuerint timorosa ꝓpter vehementiaȝ doloris vt sequatur torsio colli ⁊ casus virtutis ⁊ destructio motus ⁊ sermonis cū depositione palpebraꝝ ⁊ oculi: tunc non perfores ipsum vt dicebat Aui. Nam si perforaueris morietur illico. ⁊ cū accidit singultus dicebat ad fineȝ capituli ⁊ mouetur venter motu extraneo: tunc iam appropinquat mors. ⁊ de non sustinentib⁹ incisionem dixit Serap̄. 4° breuiarij ca° 22°. sūt illi in quibus lapis est lenis ⁊ non consueuerunt sustinere dolores: qm̄ tales nō sustinent dolorē incisionis sicut ex opposito in quibus lapis est asper sunt magis tolerantes dolores ex incisione: q2 ꝯsueti sunt ⁊c. Qđ si apparuerit signa bōa de bonitate rationis cū bonitate coloris ⁊ habitudine quasi sani: tunc perfora faciēdo scissuraȝ que tendat ad trāsuersum parūper: vt dicebat Aui. cū ingenio bono vt non contingāt neruuȝ et facias scissurā minoreȝ mō possit educi lapis et tunc extrahe lapidē vel lapillos si fuerit plures vt nō remaneat in vesica oīno. ⁊ aliqñ lapis vt dicebat Aui. est magnus valde ita ꝙ non potest fieri scissio lata nō cōicādo ad vesicā ꝙ possit extrahi lapis ꝓpter ei⁹ magnitudinem: ⁊ tūc oportet cū tenaculis stringere lapideȝ vt rūpat paulatim ⁊ assumatur extrahēdo ꝙ frāgit vt nō remaneat de fractionib⁹ aliq̄d in vesica. nā si remanserit magnificabit ⁊ fiet magnus ⁊ tūc opor-

Empl'ȝ singulare ad hoc.

De accidētibus.

Nota bñ.

Nota.

Nota

ret complere operationem suendo ⁊ applicādo medicinas consolidatiuas ⁊ ligando conueniē-ter vt sciunt experti in arte: quia nisi bene expertis ⁊ ex multo tempore exercitatis nō est hec cura committenda propter timorem multiplicem ⁊ de vehementia doloris ⁊ de superflua emissione sanguinis vel de casu sanguinis in vesicam ⁊ de coagulatione eius de apostemate apto succedere: ad que omnia accidentia oportet occurrere.

De accidē-tibus super-uenientib⁹ post incisionem.

¶ Primo ne sequatur apostema ex compressiōe forti facta supra ventrem ⁊ ex dolore scissionis ⁊ est res timorosa: dicebat tunc Aui. ⁊ ex eis q̄ non permittuntur euenire est. clisterizare egrum ⁊ extrahere fecem eius sup. cum lenitiuo clisteri et infra diem lenire ipsum cum modico cassie vel manne ⁊ vti dieta satis tenui: que semper sit lenitiua ne sit necessaria compressio ad emissionē superfluitatum. Et si corpus esset satis plenum fiat flobothomia vel ante scissionem vel post p̱ diem: ⁊ quando pur starent accidentia de dolo-lore fiant fomentationes: etiam aliquotiens sessiones in balneo decoctionis rerum minuētiuz dolores vt maluarum ⁊ se. lini ⁊ furfuris. ⁊ calefiant aliqualiter partes vesice: quoniam membrum est neruosum debile cuz vnctione ex oleis de spica ⁊ de lilio: sed est maxime cauendum cū volunt mingere taliter perforati: quoniam vrina multum ledit eos in incessu: ⁊ proinde debet eis minorari potus: ⁊ cum volunt vrinare oportet vt vnus minister conseruet cum manu sua locum ligamenti vbi est facta scissio ⁊ comprimat eum ne vrina remaneat intra ligaturam.

Nota bñ.

¶ Aliud accidens quod sequi potest est superfluitas in fluxu sanguinis: ⁊ tunc oportet intendere constrictioni sedendo in aquis stipticis vt decoctionis rosarum myrtillorum sumach balaustiarum ⁊ absinthij: prius tamen ponendo super locum masticem thus ⁊ attramentum trita. ⁊ Antilis. 10. continentis dicit: si intensus fuerit fluxus sanguinis tere bene vitreolum thus ⁊ aloē spargendo ea super scissuram: ⁊ ponendo cottuz super ipsa: ⁊ postea accipe cottum vel petiam duplicatam ⁊ infunde in aqua ⁊ aceto ⁊ superpone Et stante corpore satis sanguineo fiat diuersio cum flobothomia: ⁊ quando cum his non cessat dicebat Antilis vt scribitur. 10. continentis. tūc sedeat infirmus in aceto potenti: ⁊ idem etiā posuit Aui. ⁊ ponere ventosas super vmbilicum et adiutoria brachiorum: ⁊ dicebat Auic. ⁊ fortasse necessarium est vt ponas super pectinem ⁊ inguina narcotica ad bene immobilitandum sanguinem stupefaciendo ⁊ constringendo: et cum his probabiliter prohibebitur sanguinis emanatio. ¶ Quod si aliquid de sanguine in hora incisionis fluxisset in concauitatē vesice ⁊ ibi coagularetur, ⁊ sic posset nocere ⁊ opilando ⁊ inducendo nocumenta veneni vt al's dictum est: tūc antequā suatur necessarium est vt intromittatur digitus in foramen ⁊ auferatur nocumentū ab orificio vesice: aut cum aqua tepida ⁊ aceto ī loco positis ⁊ calefactis discoaguletur: sed hoc eēt aliqualiter timorosum.

Nota.

¶ Si autem sanguinis non fieret emanatio cōueniens ita vt fit ibi timor apostematis ⁊ corruptionis membri ita vt alteretur collum ad corruptionem: dicebat Aui. oportet vt scalpelletur locus ilico vt currat sanguis: ⁊ vt ponatur desuper emplastrum cum sale ⁊ modico aceti in panno lini tādiu donec prohibeat corruptionem ⁊ occurrendo cum alijs que necessaria sunt in huiusmodi: ⁊ obseruetur quies per multos ⁊ multos dies cauendo a tussi sternutatione ⁊ similibus commotiuis ⁊ a vinis albis ⁊ speciebus ⁊c. Et cum his sanabitur si deus voluerit. Et sic sit finis huius capituli ⁊ tractatus de lapide renū ⁊ vesice. Et si fuerim longior dicaz cum Bordon̄. q2 ista cura est valde difficilis nullus dz habere pro malo si curam diligentissime ⁊ magis particulariter prosequutus sum ad laudem dei.

¶ De apostematibus renum et vesice. Cap. xv.



Apostema quod fit in renibus ⁊ vesica concomitatur febris p̱mixta que non est vehemētis caloris cum qua est horripilatio ⁊ rigor ⁊ frequēs mictus ⁊ dolor in inferioribus costis ⁊ grauitas: ⁊ cum impellitur videtur q̄ aliquid ibi sit suspensum.

datione ⁊ consuetudine: ⁊ iste eedem cause pos/
sunt esse cause debilitatis ab extenuatione re/
num sicut ⁊ omnes alie cause resolutiue ⁊ exicca
tiue. Et addit Aui. ꝙ huiusgeneris ad causandū
est ascellatio plurima: qm̄ per eam fatigantur lū
bi super quos iacent renes: et incessio precipue
pedibus: patet. ¶ Ponit etiam inter causas de/
bilitatis renum multitudinē administrationis
stupefacientiū: quā non credo adducere debili/
tatem per viam dilatationis ⁊ rarefactionis vel
exiccationis: sed per aliū modum minuendo spi
ritum ⁊ extinguendo caliditatē naturalem ipso
rum renum: vnde non possunt debite digerere ⁊
sequestrare: ⁊ cū sua naturalis caliditas sit istru
mentum conueniens virtutibus ad suas perfi/
ciendas operationes: et hoc est bene obseruan/
dum ⁊ memorie semper tenendum ne commit/
tatur error in quem incidunt sepissime practi/
ci: qui in omni mictu sanguineo ex nocumēto

Nota.

Not. bene

Nōte fūt cāe debilitatis retē/tiue renū.

Nota.

No. errorē sepe cōmissum a medicis.

renum applicant multum frigida circa renes: non consyderantes ꝙ etiam a causa frigida ⁊ a debilitate etiam renum exinde cōtingente possit fieri mictus sanguinis.

De causis mictus saniei.

¶ Cause vero mict⁹ saniei primo dimissis causis saniei contingentis ex emanatione ruptorū apostematū in membris specialibus vt aliquotiēs cōtingit: ⁊ ex ruptura apostematis epatis ⁊ maxime zirbi eius. Et aliquotiens a toto cretice vt cōtingit in febribus aliquotiēs pestilētialibus vel in dimittētibus exercitiū vt 2ª primi: veniendo tm̄ ad mictū saniei cōtingentis vitio membrorū vrinalium: dico ꝙ mictus saniei sequitur p° oēm solōnē cōtinui a quacūq; causa fiat vel primitiua vel corporea in renibus vl' vesica vel in vijs medijs qñ nō fit subita consolidatio: immo fit talis solutio cū deperditione substātie mēbri siue sit excoriatio siue sit scissura vene vel ruptura vt seq̄tur rupturaz apostematis saniati: ⁊ vniuersaliter sequit̄ omnes causas vlcerū vel vulnerū istorū mēbroꝝ vt est incessio lapidis soluentis dictas partes vel decursus hūorū colericorū excoriātiū ꝑ easdē partes: vel propter humores viscosos per easdem etiā partes transeuntes excoriationem facientes per eradicationem suam ex adherentia sua cuz labore: vt dicebat Aui.

De signis euentus.

Signa. Ueniēdo ad signa. p° pnostica euētus. Omnia signa pnostica apātuz ⁊ ardoris vrine ⁊ vniuersaliter solutionis contingentis in dictis membris cum tales possint omnes esse cause mictus sanguinis: sunt etiam signa pronostica futuri euentus mictus sanguinis vel saniei: patet conclusio: ad illum ergo locum recurratur.

De signis pnosticis ad bonum

¶ Signa vero pronostica ad bonum dicit Aui. de mictu sanguinis vel saniei in fine de mente Hyppo. Cum mingitur sanguis sine dolore ⁊ est paucus in horis quibusdam sup. cretice non est malum in eo sup. de quo sit timendum. Addit: ⁊ est malum cuz perseuerat: tunc fortassis accidet fe. ⁊ mictus puris.

De signis pnosticis ad maluz.

¶ Pronosticū in mictu sanguinis ad malū oīs fluxus sanguinis puri q̄ est multus est mal⁹: ptz q: significat rupturaz vene magne si subito fiat. ¶ Itē apparere sanguinē longo tpe in vrīa semper est malū. ptz cōclusio qm̄ signāt cām esse confirmatā. ¶ Aliud pnosticū: mictus sanguinis vl' saniei sequēs vlcera renū ⁊ est Aui. in ca° vlceꝝ renū est minoris malitie ꝙ̄ sequens vlcera vesice ⁊ ꝙ̄ sequēs vlcera meatuuz inter vtraq; vt poroꝝ euritidū. Et cā huius sumitur q: talis mictus sanguinis vel saniei q̄ seq̄tur vlcera renuz seq̄tur vlcera cōsolidabilia facilius ꝙ̄ sequēs vlcera vesice: ⁊ ēt q: cū vlceribus vesice ꝯiungitur maior dolor. Et hoc totū insinuauit Aui. in eodē ca° cū dicit. Et vlcera q̄dem renū minoris sunt malitie ꝙ̄ vlcera vesice. Et cā in hoc est qm̄ vlcera mēbri neruosi difficilioris sunt sanationis ꝙ̄ vlcera mēbri carnosi. Et infra dixit: ⁊ qñq; associatur dolor in vlceribus vesice cui est cōmotio omni hora sicut parturientis. Et addit: ⁊ significatur qñq; dr̄ia acq̄sita sup. inter vlcus vesice ⁊ renū ex hoc q° dolor in vlceribus vesice est difficilior: qm̄ mēbrū est membrū neruosum ⁊ fortis sensus. ¶ Aliud ēt pnosticū: sanies sequens vlcera corrosiua que est mali odoris cuz mixtione sanguinis ⁊ dolor est multo deterior ꝙ̄ sanies alba sequens rupturam apātis. Et ita mict⁹ sanguinis cum quo coniungitur vehementia doloris vel ex acuitate sanguinis in se vel q: sequat̄ corrosionem est minus malus ceteris parib⁹ in quantitate: ⁊ alijs ꝙ̄ iste qui est sine illis accidētibus: ptz conclusio. Et lz sanguis vel sanies sequens apāta vel vlcera renum absolute ceteris paribus sit minoris malitie ꝙ̄ vesice: tñ aliquotiens sanies sequens vlcus renum est incurabilis: qñ. s. sequitur vlcera corrosiua que tandē ducunt ad fistulas. Et de hoc dicit Auic. ꝙ multotiens quidem ꝓueniunt ex vlceribus renum fistule que nullo mō sanantur: ꝙ̄uis vt dixit sint de illis sup. quedam que cessant a cursu suo. i. ab emanatione saniei vel a cursu suo. i. a profundatione per aliq° tp̄s cū mundificatione corporis i. qñ mundificatur corpus cū medicis appropātis diuertendo ad contrariū: ⁊ currant sup. dicte fistule emanātes sup. saniē cū est ipsi⁹ corporis repletio ⁊ sup. nō mūdificantur.

De signis demōstratiuis.

¶ Ueniendo ad signa demonstratiua primo mictus sanguinis ⁊ saniei vt signa generis sunt ex se manifesta: sed signa specierū declarantur ex signis causarum. ¶ Primo si fuerint ex casu vel percussione vel ex alia offensione circa dictas partes: patet ex sensu. ¶ Si etiā fuerint ex acuitate vrine precedentis ⁊ corrodētis. ¶ Etiam si precessit talis vrine exitus per tp̄s ⁊ prius mictus sanguinis fuit ꝙ̄ saniei. ¶ Et si fuerit mictus sanguinis et saniei post apertionē apātis dubleti in renib⁹ vel vesica vel vijs medijs precesserūt signa apātis in dictis mēbris de quib⁹ dictū est supra in cap° apātū: ad illū locū recurre: ⁊ tūc simul emittitur sanguis cuz sanie. ¶ Sed vtrū specialiter penetrat ex renibus vel vesica dicebat Gal'. 6° de interioribus: scientiam locorum passionum non haberi per mictum sanguinis simpliciter vel per mictū saniei nisi adhibitis alijs significationibus. Quidam enim vt dixit sanguinem mingens plurimū dolorē sentit in renibus ⁊ inordinatū cum fe. rigorem: alij vero hoc idem in vesica habuerunt ⁊ nōnulli in diaphragmate ⁊ pectore: ⁊ quidam in dextro hypocundrio: vnde arbitrati sumus vt dixit eos apostema i loco doloris habuisse ⁊ per saniem eruptum fuisse: ideo oportet vt nos bene inuestigemus vltra mictum sanguinis et saniei ad intelligendum loca a quibus fluunt de dolore precedente in dictis locis et rigore: ⁊ similibus. Propterea dicit Auicen. fen. 9ª ca°. 21°. locus saniei vel sup. sanguinis cognoscitur per dolorem si fuerit dolor et per signa egritudinum aliarum in quibuscunq; membris existent.

Nota.

Proinde specialius loquens dicebat etiā Gal'. primo de interioribus. Si egreditur sanies de vesica emanabit vrina cum qua non admiscetur aliquid sup. de sanguine vel sup. modicissimum cum multum profundatur vlceratio: vel non admiscetur aliquid sup. de vrina cum ipsa sanie. Addit: sed residebit in inferioribus eius sola scilicet sanies similis squāmis et dolor erit in pectine et daret id est peritoneon. Et subdit: et si egreditur a renibus egreditur mixta cum vrina ⁊ egreditur cum ea quasi mollica carnium id est aliquid ad rube. declinans: ita dico similiter de mictu sanguinis. Nam si sanguis mictus est per rasuram vel rupturam venarum

vel dilatationem.s.violentam talis sanguis est
purus mundus ⁊ sup.cum dolore aliquo ⁊ subi-
to.Et si est ex apertione orificiorum est sine dolo
re ⁊ est paulatim emissus:sed sanguis ruptiōis
⁊ incisionis venarū fit plurimus.Et si est ꝓpter
subtilitatem sanguinis ⁊ resudationem eius di
cit Aui.ꝙ cognoscit̃ ex eo q:si fiat sꝉomia qđ ap
paret est tenue valde. ¶ Et si fuerit ab acuitate
etiā sanguinis ⁊ colore eius igneo tūc color ei⁹
est rubeus ⁊ exit cum mordicatione,maxime cir-
ca virgā.Et sanguis qui emittit̃ ex vlceri⁹ cor-
rodētibus est cū dolore vt dicit Aui.⁊ exit pau
latim ⁊ est declinis ad nigredinē:⁊ exit cū sanie
sepe ⁊ pure:⁊ precessit eum sanies:⁊ sepe est cū
eo fetor:licet maior multo fetor sit cum emittit̃
ex vlcere vesice corrosiuo si aliquid appareat de
sanguine.

De signis mictus sanguinis ex debilitate renum.

¶ Signa vero mictus sanguinei ex debilitate re-
nū absolute est vt dicebat Aui.q: vrina ante di-
gestionē sup.tertiā q̄ fit in venis ⁊ ad rētū sup.
nutrimenti ad venas s̄m plm̄ est aquosa:q: sup.
stāte cibo in stomaco vel in epate nō trāsit ad re
nes nisi aquositas subtilis:ideo tūc apparet vri
na aquosa.Addit:cum antē cibus ꝑuenit ad ve
nas.i.cum transit ab epate ad venas sanguis fa
ctus:tūc s̄m plm̄ fit exitus sanguinis ⁊ humidi
tatū grossarū cū vrina ⁊ est plm̄ vrine eius sicut
lotura carnis grosse:⁊ dans rationem hui⁹ signi
qđ est fortissimū signū ⁊ optimū ad hoc declarā
dū dixit:qm̄ ipse sup.ren nutrit̃ cū eo qđ ad ip̄m
currit sup.de sanguine:⁊ nō discernit̃ grossum a
subtili.i.sanguineum ab aquositate sup. ꝓpter
debilitatem ipsorum renū vt supponitur.Et ad
dit:⁊ accidit multotiens vt subsideat sanguinei
tas.i.in fundo stet vrinalis post mictum talis
vrine sanguineitas:⁊ apparet res similis spume
maris.i.res alba.s.supra in vrinali:⁊ hoc est fa-
cta aliqualis digestio in venis supra renes vñ
est facta aliqualis sequestratio sanguineitatis
ab aquositate vrinali:⁊ ideo cum est facta mi-
ctura fit aliqualis separatio de sanguineitate
ab aquositate:q: sanguineitas residet:⁊ hoc est
cum vene sunt incolumes sup.supra renes vel in
epate vt dicebat Aui.facientes ad digōnem con
uenientē in ipso sanguine supra renes.Unde ad
dit:cum vero non sunt incolumes sup.vene supra
renes:sed stat in toto ⁊ in epate mala dispositio
nō discernitur aliquid sup.in vrinali de ptibus
eius vrine:immo remanet cum dispositione sua
i.cum qua mingitur ꝓpter debilitatē digestio-
nis:⁊ ita cum vides separari sanguineitatē ab
aquositate in vrinali arguere potes supra bonā
epatis digestionē ⁊ venarum supra epar. ¶ Et
ex hoc bene notate quare op₃ modificare vnum
cōmune dictū:qđ ponit̃ ad declarandum si san-
guis veniat de longinquis vel de propinquo:⁊
ponitur etiam decimo continentis.Nam dicūt
ꝙ si sanguis vel sanies fuerit cum vrina cum ve
hementi admixtione,ꝙ illa venit de longinquo
⁊ cum separatur in vrina sanies:l₃ mixta minga
tur peruenit de renibus vel partib⁹ eis vicinis
⁊ si transmittitur sanies absq₃ vrina añ mictum
vrine erit vlc⁹ aut in veretro aut in aliquo alio
loco ei vesice ꝓpinquo.Qđ dictū vltimo est ma
nifeste verum:sed nō est necesse vt visum est pau
lo añ ex sniā Aui.ꝙ qñ mingit̃ sanguis cū vrina
vel sanies cū vrīa a membris superioribus ꝙ per
maneat permixtio sanguinis vel saniei in vrina
li:immo aliquotiens fit separatio stante inco-
lumitate venarum supra renes ⁊ a debilitate re
num fiat emanatio illius sanguinis:sed quādo
debilitate epatis vel venarum supra renes non
fiat debita digestio ⁊ sequestratio:tūc veru₃ est
qđ communiter dicitur.

De signis spālib⁹ debilitat₃ renum.

¶ Signa vero specialia debilitatis renum ha-
bētur ex signis causarum debilitatis renū.Na₃
si fuerit mala complexio calida in renibus stāt
signa caliditatis.s.de perceptiōe caliditatis in
locis renum ⁊ de tinctura vrine ⁊ de aqueitate
eius cum siti ⁊ per multitudinem vrine ⁊ freq̄n-
tem eius exitum.Item ꝑ vnctuositatē sup.appa
rentē in vrina vel arenam rubeā ⁊c.Nec obstat
si dicat̃ ꝙ de mente Aui.in signis de debilitate
renum in fine dixit.Cōcomitat̃ q̄dem debilita-
tē renū quomodocunq₃ fit ⁊ extenuationē eorū
paucitas vrine ⁊ defectus in coitu ⁊ debilitas
visus ⁊ dolor capitis ⁊c.intelligatur verificari
hoc verum esse nō semper:q: in mala complōne
calida non prosternente omnem virtutem ipso-
rū renū saltē vt plurimū cōcomitat̃ multitudo
vrine ꝓpter attractionem que fit a calido licet
aliquotiēs fiat multitudo aquositatis nō ꝑ viā
attractionis principaliter ab ipsis renibus:sed
ab expulsiua epatis ⁊ membrorum superiorum:
aliqñ ad ipsos renes stāte multiplicata materia
humida circa epar:sed bene verum est ꝙ vt plm̄
ad debilitatē renū sequitur paucitas vrine:tu₃
q: debilitātur in attrahēdo:tum q: stāte debili
tate in eis fit mlṫiplicatio oppilationū i eis:et
sic paucificatur vrina:ex oppositis signis decla-
ratur complexio frigida:⁊ ita ꝑ signa ꝓpria po-
tes declarare de humida ⁊ sicca.Ex dispositione
etiā dorsi ex pilositate vel nudatione pilorum:⁊
dispositione crurium:qm̄ similiter in eis supra
que membra multum influunt renes declarari
possunt complōnes renum ⁊ ex tactu.Et ex eo ꝙ
cōuenit ⁊ nō cōuenit:vt supra sepe declaratum
est. ¶ Signa vero extenuationis habētur ex ca

De signis extenuatiōis renum.

su appetitus ad coitum:nam ꝓpter extenuatio
nem ⁊ exiccationem minuit̃ sperma:⁊ sepe p̄ces-
serunt cause extenuantes ⁊ minuētes de substā
tia renū sicut cum fit innoluntaria emissio sper
matis in nocte ⁊ in die:vel etiā in frequenti coi
tu ex ꝓposito:vel qñ debilitat̃ cōtentiua renu₃
vñ freq̄ns fit mictus etiā cū extenuatione renū
apparet magna debilitas dorsi ⁊ iliorum:vnde
cū sedēt vel iacēt difficulter surgūt:⁊ hoc ē q: lū
bi exiccātur:immo quasi nō possunt se sustenta
re cū stāt recti:vnde apparet circa dorsum q̄da₃
dolor grauatiuus partibus supioribus grauitā
tib⁹ in dorsu₃:⁊ in flexione stat aliqualis dolor
circa lūbos:q: ꝓpter siccitatē eorū nō bñ patiū-
tur flexionē:⁊ talem exiccationē seq̄t̃ arefactio
quasi in toto ⁊ cōcomitatur sitis eam.

De signis debilitat. renū ex dilatatione meatuum.

¶ Debilitatē vero seq̄ntē dilatationē meatuum
ad modū.s.declatū.Pri⁹ stat istud sigm̄ cōe dcm̄
supra de exitu sanguis ⁊ humiditatū tpe trāsit⁹
nutrimēti ad venas ⁊ ad membra vbi ante ap-
parebat vrina alba subtilis:vt declaratū est su-
pra. ¶ Aliud sigm̄ qđ cum hac debilitate nō stat
dolor nisi qñ mltū intēdit̃ talis debilitas:⁊ pro
pterea dt.A.ꝙ nō ē dolor nisi cū miorat̃ i eo ap-
petit⁹.i.ꝙ i tm̄ ꝑ relaxationē ⁊ aptionē eñaro
multo sanguiē cōicat̃ nocum stō:⁊ tc satis sitrō

nabile q̄ ꝓpter plurimā extenuationē aut fiat
aliqualis solutio in cōtinuo aut minorato hūi/
do exacuatur caliditas ignea in renibus: et ita
fiat aliqualis dolor. ¶ Et si nō fuerit mala com
plexio calida in causa sed frigida vel humida vł
sicca: tūc paucificatur vrina ꝛ fit defectus in coi
tu, debilitatis ipsis renibus influentibus ad
ipsa vasa spermatica: etiā aliqualr̄ debilitat vi/
sus facta resolutione in humido ꝛ spiritibus cō
sequēter. Et forte qñq̃ cōcomitat dolor capitis
ex euaporatione ad caput ꝛ communicato nocu
mēto ꝑ colligātiā ad renes mediāte spinali me/
dulla. ¶ Et signū distinguēs inter talem mictū
sanguineū similem loture carnis ꝯtingētē ex de
bilitate sequestratiue renū ab eo qui sequit de/
bilitatē sequestratiue epatis vel venarū est qꝺ
talis mictus est magis defformis in substātia q̄
pendet a renibus q̄ qui pēdet ab epate. nam ta
lis est maioris albedinis in superiori parte vri/
ne: ꝛ ad grossitiem magis tendēs in fundo eius
vbi sequēs debilitatem epatis non habet tātaꝫ
difformitatem in partibus ꝛ est ad rubedinem
magis trahens. ꝛ proinde est subtilior ꝛ similior
sanguini. Et hoc est qꝛ cum est ex defectu epatis
non dedit epar totalem formam in sanguinem
separando ipsum ab aquositate: ꝛ sic peremanet
tota substantia commixta transiens per renes:
sed quando epar debite sanguificauit dādo for
mam aquositati separatam a forma sanguinis:
licet transeat mixtus sanguis cum aquositate
ad renes ꝛ ibidem nō debite separetur: tñ in vri
nali pars sanguinea grossior residet ꝛ aquosa su
pereminet: et hoc est qꝺ declaraui .ꝫ. contra illꝺ
commune dictum. Et hec de signis mictus san/
guinis sufficiant.

De signis distictiuis saniei a renibus vel vesica

¶ Signa vero saniei distinguēdo nunquid edu
cātur a renibus vel a vesica: sumuntur pᵒ ex Hi.
4ᵃ affo. in affo. Si sanguinem aut pus mingāt
ꝛ squamas ꝛ odor grauis vesice vlcerationem si
gnificat: quas squamas. A. vocat cortices ꝛ simi
liter Sera. Nam dixit si vlcus est in vesica egre/
diuntur cum vrina cortices qui sunt similes pā
niculis: ꝛ dixit Auic. q̄ tales sunt albi magni et
grossi: non sunt tamen grossi absolute cum deci
dantur a vesica immo sunt subtiles late similes
squamis piscium paruorum in subtilitate et la
titudine: sed sunt grossi comparatiue in compa/
ratione ad cortices egredientes ex vlceratione
pororum vritidum q̄ sunt albi parui subtiles.
¶ Differt etiam sanies vesice ab ea q̄ a renibus
vel poris vritidibus qm̄ sanies a vesica est feti/
da: non sic autem exiens a poris vel a renibus.
¶ Et inter ea ēt est differētia: qm̄ exiēs a renibꝰ
est maioris q̄titatis ꝛ minus alba q̄ q̄ exit a po
ris vritidibus: immo rubore participat: sed que
a vesica vel poris est alba vel liuida. ¶ Dicit ēt
Gal. pᵒ de interioribus vt etiā supra allegaui.
Si egreditur sanies de vesica remanebit vrina
cū qua nō admiscetur aliquid de sanie sꝫ reside
bit sola sanies in inferioribus. i. in vrinali. Naꝫ
egrediēs de vesica egreditur mixta cū vrina: sed
ꝓpter modicam permixtionem in transitu cito
separatur sanies ab aquositate vrinali: ita q̄ ap
paret vrina supra saniem clara non sic appare/
bit separata si sanies educatur de renibus: etiaꝫ
q̄ est a vesica est magis fetens. Et dicebat. A. qꝺ
locus etiam cognoscitur sup. distans vel propin
quus ex via commixtionis. Nam q̄to magis est
altior tanto est maioris commixtionis: ꝛ quāto
est inferior tāto est maioris separationis: vñ di/
cebat Rasis. 10. continentis. si vrina mixta cum
putredine vehementi fuerit ita q̄ in toto appa/
reat quasi concussa ꝛ ꝑcussa cum eo vrina ꝛ sic ꝑ
manens sup. tunc procedit a superiori parte su/
pra renes: ꝛ minus mixta de inferiori parte ꝓce
dit qꝺ est verum in sanie et non erat verum in
sanguine vel in vrina sanguinea ꝓpter diuersas
causas in vrina sanguinea ꝛ in vrina saniosa.
Nam sanies cum a longinquo venit magis com
miscetur cum vrina q̄ cum a propinquo: ꝛ eādē
formam recipit vel similem si generatur in lon/
ginquo sicut in propinquo virge. qꝺ non sic est
in sanguine vt dictum est: ideo inferas cōclusio/
nem non esse similem de sanie ꝛ sanguine. Et ꝓ
pterea sanies que emittitur a virga precedit vri
nam vt dicit Aui. ꝛ vrina cito clarescit subsisten
te sanie separata ꝛ elongata a virga postponit
vel admiscetur cum ea vehementer: ideo admix
tio mediocris significat qꝺ est a renibus vel a
poris. ¶ Sanies etiam que fit ex rupto aposte/
mate cum educitur est pluris q̄titatis q̄ que fit
ex corrosione vel vlcere: ꝛ si est ex vlcere ꝛ corro/
sione dicit Gal. in 6ᵒ de interioribus: qꝺ est cum
dolore. ꝛ postq̄ emissa fuerit putredo si emittat
sanguis tūc vlceratio est corrosiua: ꝛ si fuerit ex
alijs causis sanies precesserunt cause que dicte
sunt. Et hec de signis sufficiant.

Nota.

De pᵃ intētione curatiua mictꝰ sanguinis.

Cura mictus sanguinis. Jam veniendo ad
curam primo ponemus curam mictꝰ
sanguinis ꝛ consequenter curam mictus saniei
cuꝫ mictus sanguinis vt frequēter precedat mi
ctū saniei. ¶ De cura ergo mictus sanguīs dicat
q̄ vniuersaliter complet cū dieta ꝛ potione: dif
ferenter tñ de mictu sanguīs cōtingēte a cōmu/
nibus causis vt ex ruptura venaꝝ vel ex incisiōe
propter oppilationem vel causam primitiuam
ꝛ similibus causis ab eo qui fit ꝓpter debilita/
tem sequestratiue ꝛ digestiue renum.
Nam cura fluxus sanguinis a dictis primis cau
sis cōmunibus stat in ordinatione diete ꝛ medi
cinalium ꝫm quod dictuꝫ est in fluxu sanguinis
nariuꝫ ꝛ in sputo sanguīs. Et de hoc dixit Haly.
septimo practice capitulo. 45. Cum sanguinem
homo minxerit sup. a dictis causis basilicā mi/
nuere oportet. Egri quoq̃ curatio disponat re/
gimen quod in sanguinis sputi capitulo dispo/
suimus. Et ideo propter abbreuiare non ponam
hic curam quantum ad dietam vel medicinalia
seriosam de mictu sanguinis cōtingēte ab illis
communibus causis: sed recurratur ad capitu/
lum de fluxu sanguinis narium ꝛ de sputo san/
guinis ꝛ de dissinteria sanguinea: ibi ample ha
bes ꝛ dietam ꝛ medicinalia in hoc casu cōueniē
tia. ¶ Qꝺ tamen dictum est de mente Haly. qꝺ
apparēte mictu sanguineo supra a dictis causis
esse flobotomādū cū flōmia basilice. Circa hoc
vr̄ esse dubitādū breuiter. Nā Aui. in cura de mi
ctu sanguīs dās formā in cura illiꝰ q̄ est creticꝰ
laudauit flobotomiā saphene dicēs sic. Et scias
q̄ cretici ꝛ eius qui est ꝫm semitā expulsionis nō
est retentio necessaria: cum ergo indiges flobo/
tomia tunc magis confert saphene quam basili
ce. Et addit: et sunt bona verba: et non approxi/
mes stipticis sicut est cibus factus cum sumach

De dieta cōueniēti p̄tercp̄ in cretico non superfluo.

nisi postq̄ vrina significat mūdificationē: ⁊ ponēs rationē dixit. Stiptica em̄ congelant qd̄ inuiscatū est sup. in vijs vrinalibus ⁊ cōstringūt ⁊ cōsequēter sup. oppilant vias: quare vt dixit qm̄ q̄ reuertitur aquositas ad posteriora sup. facta oppilatione illarū viarū reuertit aquositas ad posteriora ⁊ in eo est timor: ⁊ ita laudauit flobotomiā in casu dicto esse fiendā de saphena ⁊ nō de basilica. ❡Quidā tn̄ indistincte ad modica aduertentes ex hoc textu colligūt in mictu sanguinis indifferēter cōuenire flōmiā de vena saphena. qd̄ dictū ita absolute ꝓlatum est multū erroneuz: qm̄ in mictu sanguis ex debilitate renū vt videbit in ꝓcessu nō semꝑ cōuenit flobotomia. Itē in cōtingēte ex ruptura venarū in rene vel in renibus vel ex percussione vel ex superfluitate sanguinis qm̄ est fienda flōmia ī dictis casibus vt est cōmunis quasi omniū doctorum snīa fienda est flōmia basilice vt expresse dicit Haly. ⁊ est satisratio ad hoc faciēs: qm̄ ꝑ flōmiā saphenaꝝ videt cōuerti sanguis ad membra inferiora ex situ taliū ptiū ⁊ ex colligātia magna quā habēt vene saphene cū membris vrine: vbi si fiat flōmia ꝑ basilicam fiet melior cōuersio ad oppositū ⁊ a membris a quib' emanat sanguis ad ꝓhibēdū superfluā euacuationē: qr nō ita inclinabit deorsum sicut etiam iuuat in isto casu vt partes superiores nō grauitent supra partes inferiores ne sanguis moueat ad inferiora: ⁊ ꝓinde laudant communiter practici vt disponat corpus sm̄ situm taliter vt partes inferiores eleuētur supra superiores: ita vt iacēs homo eger stans supra dorsum eleuētur nates equalr̄ cum humeris retrahendo vnū calcaneū post alium vsq̄ ad nates: ⁊ ita facta equatione in membris nō ita fluet sanguis de vena chilis in dorsuz: immo equalr̄ spargetur ad oēs partes ⁊ ita minuetur mictus sanguinis. Si igit stat intentio minorationis mict' sanguinei multo magis valebit ad diuertēdū flōia basilice vel cōis q̄ saphenaꝝ vt pz: īmo flōia saphenaꝝ addit ad fluxū sāguīs ad inferiora ⁊ ꝑ vias vrine: qd̄ aūt dixit. A. veꝝ ē si recte intelligāt ṽba sua loquēs de cretico tm̄ ꝯtigēte ex exuberātia sāguīs ī toto vel in ꝑticulari mēbro: nā tunc nō est fiēda flōia exq̄ nō est retētio necessaria nisi postq̄ vrina sigñat mūdificationē vt dixit: ⁊ sic solū c uz supfluit. Et qm̄ in hoc casu pur est necessaria flōia tūc ꝯuenit propter aliquas mās sanguineas retētas in dictis vijs forte opilātes vias vrine: ꝓpter quā causaz fit necessaria eūo dictaꝝ māeꝝ ne ꝓpter opilōnem reuertatur aquositas ad posteriora: vñ vituperauit ēt stiptica exhiberi ꝓpter istū qd̄ inuiscatum est. Et tunc cum est indigentia flōmie ad ipsum sanguinem eūandū qui est in vijs dictis ꝑter nām tunc conuenit flōia saphene propter ligationem illius vene ad dicta membra vrine: ⁊ ita fit soluta hec difficultas. Et ne cōmittatur error in hac tali flōia hec snīa est bene attēdenda: qm̄ si fuerit in prin° fluxus ⁊ mictus sanguinei flōia saphene esset ad magnū nocumentuz.

Uide qm̄ flōmia cōpetit ī hoc casu ⁊ de q̄ vena.

❡In cōi igitur dieta dictarum cōium causarū preterq̄ in cretico non superfluo valet regimen inuiscans sanguinem fluentē: occurrendo p̄mo cum omnibus causis contrarijs ad cās subtiliationis ⁊ emanationis sanguinis cum aere frigido cum statione in obscuro cum dimissione passionum inflammantium ⁊ cum quiete non tantum anime sed etiam corporis ⁊ cum similibus immobilitantibus sanguinem. Postea in cibis dicebat Auicen. adhibeatur regimen eius quod inuiscat sm̄ quod dictum est. Et de cibis est panis tritus in lacte de quo butyrum est extractū ⁊ cibus conditus cum granatis ⁊ cibus factus cum sumach sup. dimittendo carnes ⁊ cōfectiones calidas sup. constante virtute: ⁊ ita vinum ⁊ omnia restauratiua multum. Sed dicit Auic. Et si virtus fuerit debilis confortetur cum iure stipticorum: conforrato cum carne contrita. i. faciendo pistatas dissoluendo carnes cum iure stipticorum. Et ex carnibus sunt carnes turturum ⁊ perdicum cum modico succo granatorum vel aggresta. Et si preparentur dicte carnes cum artimisio ⁊ non sint pingues neq̄ frixe sed sint assate vel elixe: tūc fiūt remotiores a cōuersione superfluitatū ⁊ putredinis. ❡Et loco vini pro potu sit aqua decoctionis ordei excorticati et tosti cū modico vini granatorū vel seminis sumach: vel ponatur diadragātum in aqua decoctionis. Et qm̄ ꝓpter necessitatē esset exhibēdū vinū vel ꝓpter debilitatē vel ꝓpter maximū appetitum infirmi: tūc dicebat Aui. si nō fuerit excusatio vini propter casum virtutis aut desideriū egri ad ipsum: tunc detur sup. vinū ponticum grossum nigrum mixtum sup. cum aqua extinctionis calibis vel cum decoctione aliqua ex dictis supra. Et ita hec sufficiant quantum ad regimen illarū causarum communium. Et si volueris maiorem copiam recurre ad loca dicta supra.

De dieta ꝯueniēti ꝑterq̄ in cretico non superfluo.

❡Sed quādo mictus sanguinis fuerit propter debilitatem renum in digerendo et sequestrando de quo est nobis principalis consideratio. Primo si fuerit talis debilitas ex malitia cōplexionali debilitante digestiuam vel retentiuam: tunc cura est cum permutatione diete ad cōtrarium illius cause: vt in mala complexione calida cum infrigidantibus: ⁊ in frigida cum calefacientibus moderate: et ita discurrendo ad alias humidam vel siccam semper vitando acetosa salsa ⁊ acuta alterando ad contrarium ⁊ cum ebibitis vt etiam extrinsecis alterantibus siue sint epithimata siue inunctiones siue emplastra: et etiam per clysteria alterantia ad contrarium: in quibus tamen semper sit vis lenitionis enemationis ⁊ confortationis ⁊ alicuius aromaticitatis in cibis alterantibus tamen eligendo cibos facilis digestionis ⁊ etiam conuersionis in sanguinem cauendo ab omnibus diureticis maxime fortibus tanq̄ ab inimico interficiente: et si mala complexio conseruetur a materia: fiat euacuatio materie prius ipsa digesta cum suis appropriatis sepe dictis euacuando cū his in quibus nō fit agitatio ⁊ laboriosa eductio: sed cum his que a predominio leniunt cū quadā virtute cōpressiua vt mirabolanorū diuersorum sm̄ exigentiam diuerse materie: ⁊ clysteria appropriata in hoc casu sunt multi iuuamenti. ❡Quod si debilitas fuerit propter extenuationē: tunc regimen totum debet esse humectatiuū ⁊ substantifice restauratiuum: ⁊ quoniam vt plerisq̄ extenuatio sequitur caliditatē inclinetur regimen aliqualiter ad frigidum occurrendo ad omnes causas que efficere possunt extenuationē. De dimissione exercitij ⁊ vigiliarū ⁊ fluxibilitate vrine

De cura mict' sanguinis ꝑꝑ debilitatē renum.

De cura mict' sanguinis ꝑꝑ extenuationem.

τ dimissione omnis euacuationis τ maxime coitus: τ in casu isto est singulariter intẽdendũ cũ clysterijs humectãtibus de q̃bus scripsit Judeꝰ τ scribit in.10.continẽtis. Ex paucitate pinguedinis renũ accidit debilitas, supp. in renibus τ debilitas visus τc. vñ addit ꝙ tũc clystere fiat cum oleo vel sup. alio humectãte: qm̃ habet proprietatem faciẽdi illud qđ nõ facit aliud preter ipsum impinguãdo renes: aut cum oleo amig. dulciũ: aut cum butyro vaccino: τ si coniũgatur caliditas fiat clystere cum aqua oz. τ oleo cucurbite vel viol. τ si fuerit coniuncta frigiditas cũ extenuatione oleũ nucum est mirabile: de quo dixit Ras. 10. continentis in causa frigida in renibus fiant clysteria cum oleis calidis lenibus τ accipiat de pinguedine vaccina τ oleum nucũ τ oleo amigdalarum amararum τ aqua feniculi τ anethi: τ fiat clystere cum eis: τ in cibis fiat restauratio cum generibus lactis τ maxime cũ lacte ouino: de quo dixit Auic. τ lacti q̃dem ouino nõ est compar in egritudinibus renum. Oua etiam sorbililia sunt ad hãc intentionem valentia: τ brodia pinguia maxime facta de renibus pinguibus capretorum τ agnorum cõiũcta causa calida τ castratorum magis infra: τ de reliq̃s recurre ad ea que sunt dicta in caº de ptisi.

Not. de lacte ouino.

¶ Si vero debilitas sequat largitatẽ meatuũ renum q̃ communiter dicitur debilitas τ est debilitas vera: dicit tũc in hoc casu stat etiam dieta conueniens τ medicine appropriate: τ q2 cũ hac dilatatione magis cõiungit vt plurimũ caliditas: tũc dicebat Aui. opꝫ vt sit intẽtio prohibendi causas dilatationis τ glutinandi τ cõfortandi: τ ꝓhibitio q̃dẽ causarũ dilatationis est dimissio motus τ coitus τ odire balneationem plurimã: τ sup. quecunq̃ actualiter plurimũ humectãtia ꝓpter id qđ relaxãt: τ declinare ad q̃etem τ tranquillitatem abhorrere diuretica vt dicit Aui. Et dico obserua ꝙ tñ ad hoc qđ supra dixi de ardore vrine. Conglutinatio aũt et confortatio ꝑficitur cũ glutinatiuis τ stipticis frigidis vt in pluribus τ cibis quidẽ sicut sanich sup. ordei τ dactylis siccis τ zacarotis sup. aliqualiter immaturis: τ de cibo facto sup. ex milio panico τ rizo tosto impinguatis cũ adipe caprarũ: precipue τ de pultibꝰ oz. cũ milio τ cõgelatiuis factis cũ granatis ẽt vel succo eorũ acetosorũ vel muzorũ aromatizatis ẽt cũ coriandro τ corallis τ rosis si plꝫ τ cũ his q̃ sunt silia. Et administrent in potu gña lactis vt supra dicebat: abstracto butyro si cõiũgatur cã cal'a: sed nõ exñte malitia cõplexionali manifesta lac coctũ est ꝯueniẽs vaccarũ τ ouiũ: sed vaccarũ est ꝓprius: lac tñ asininũ τ camelle τ capre ẽt cõuenit: sed loco mediciẽ magis cũ nõ datur cũ alijs cibarijs exhibeantur. ℥. iiij. vel. v. dicti lactis cũ. ℨ. j. boliar. subtilissimi τ comedere renes cũ reliq̃s cibis ꝓpter ꝓprietatem τ maxie captorũ est plm̃ ꝯueniẽs in oĩ debilitate renũ. Carnes ẽt eritij syluestris τ danule laudant cũ ꝓprietate sua. ¶ Et si fuerit mictus sanguis ex vesica q̃ tñ raro euenit: tũc de ꝓprietate valẽt vesice capretorũ vt supra fuit dictũ: et fiat lenitio ventris cũ clistcribus et brodijs pinguibus sicut paulo ante dictũ est in debilitate ab extenuatione. ¶ Diuersio ẽt ꝑ vomitũ in oĩ nocumento renum est multum cõueniens vt supradictum est ex mente acutorũ. nam dicit Ser. in isto casu: τ ego non narro laudem vomitꝰ ꝓpter eñonem repletionis viscerũ tm̃: immo puto vt dixit ꝙ qñ homo vtitur eo assidue sanatur ex vlceribus que fiunt in renibus sanatione completa: τ sup. idem est de alijs morbis renũ: τ ideꝫ quasi dixit Aui. de vlcere renum dixit: lꝫ vomitꝰ sit melior quo vlcera renum medicantur: τ ꝙ est sufficiens adeo excusans ab alio qñ est vsus eiꝰ frequens modo laboriose nõ fiat: τ ẽt positio ventosarũ siccarũ sup. in spatulis est etiam cõueniẽs.

De cura mictꝰ sanguinis ex vesica.

¶ Sed in hac debilitate τ in ea q̃ est ab extenuatione debemus multum cauere a flõia nisi corpus sit multũ sanguineũ: sed vbi corpus sit mali coloris τ citrini: qđ vt plm̃ euenit ꝓpter factã esse magnam sanguinis eñonem: tunc opꝫ maxime cauere a flõia: vñ dicebat Ras. loco allegato: dico hec est species quedã de mictu sanguis sup. a debilitate: vnde suscipe significationẽ de cute τ colore eius: vnde sup. si fuerit citrinus addit: cautus sis in minutione sanguinis in hac vel ne minutionẽ sequaris in hoc qm̃ debilitas designat super epatis frigiditatem sup. ex causa mictus sanguinei saltem frigiditatẽ priuatiuã: tñ habita significatione sup. que dicta est addit: ꝓcede cũ eo qđ ꝯfortat epar sicut cum spica squinãto τ mastice τ cũ aliquibus frigidis mixtis de rosis corallis draganto τ similibꝰ. Per superius etiã valent ea que supra dicta sunt de fluxu sanguineo cũ causa aliqualiter calida sine corrosione exhibendo frigida stiptica conglutinatiua ex parte syruporũ cõfectionũ trociscorũ τ similiũ: vt syrupũ rosatum minã cydoniorũ τ syrupũ de ribes τ similiũ cũ aquis appropriatis: τ zuccharũ rosatũ inter cõfectiones τ dragagãtũ frigidũ et sic trocis. de spodio cum semine acetose τ fine sm̃ diuersitatẽ intentionis τ trocisci de cãphora si expedit. faciendo etiã inunctiones circa renes cũ infrigidantibus τ cõfortatiuis non tñ nimis stipticis ne fiat oppillatio nimia adducens aliquotiẽs ad lapidis generationẽ: sed paulatine ꝓcedat cũ cõglutinãtibus stipticitantibus τ leniter infrigidantibus τ confortantibus. ¶ Sed si fuerit mictus sanguinis de vesica dicebat Rasis. 10. cõtinentis: clysterizare cũ decoc. sumach rosarũ atq̃ portulace luto sigillato hypoquistidos τ similibus cũ eo quod adheret ei cõsolidat vulnus velociter sup. de sepo hirci vel mucilagine cydoniorum vel dragaganti. Addit: τ ponas cũ eo clysteri ista sup. si expedit: τ sedeat patiens in decoc. nucũ cupressi τ galle τ similiũ: τ emplã testiculos cũ huiusmodi simile vt. ℞. balaustiã τ achaciã τ tere cũ aqua gũmi arabici τ linire cũ eis testiculos τ partes circũstantes: τ reitera linitionem istam pluries vt dixit dum confortetur τ alleuietur super eum passio quoniam confert: hec ipse. Hoc totuꝫ intelligatur qñ fieret ex casu vel percussione vel forti corrosione in collo.

De cura mictus saniei.

Si vero mictus fuerit saniei siue sequatur excoriationem siue aliam causam de quibus supra: quantum ad curam stant intẽtiones que stant in curatione vlcerum renum τ vesice circa dietam in declinatione aeris ad frigidum declinando et ad siccum aliqualiter nisi sit causa vlcerationis τ consequenter saniei incessus humorum grossorum viscosorum adherẽtium per illas vias dimittendo etiã omnia acuta inflammantia τ omnia cõducentia ad renes

ſicut dictum eſt ſupra de cura apatum minoran
do potum ⁊ maxime vini qd̓ eſt in caſu multum
nocens. Sed tpe potus loco vini ad aliqualem
mundificationem ⁊ abſterſionem vꝫ aqua ordei
excorticati cum zuccaro albo et groſſo vel melle
ſecundum diuerſitatem materiei in ſubtilitate
⁊ acuitate ⁊ groſſitie: ⁊ decoctio liquiritie eſt p̄
cipua: vt fuit ſuperius dictum ⁊ cum aliquibus
paſſulis.

¶ Et in cibis vlr̄ ꝯſeruetur qd̓ dictum eſt ſupra
de ardore vrine ad remiſſionē acuitatis ipſius
ſaniei: ſed non debēt cibi tm̄ ad glutinoſum ⁊ vi
ſcoſum decliuare ſicut in ardore vrine: immo de
bent participare aliquali mūdificatione ſubti-
li ⁊ aliquotiens notabili mundificatione ſi ſa-
nies fuerit groſſa: nō tñ ſimplr̄ abſoluēdo ab ali
quibus confortantibus ne membrum reddatur
paratum ad aliunde recipienduꝫ ſupfluitates.
Propterea dixit Aui. in cura ſcabiei veſice in pn̄
cipio: opꝫ vt adminiſtrentur abſterſiua mundi
ficantia que ſint de exſiccatiuis ſup. aliqualiter
abſqꝫ mordicatione.

¶ In medicinalibus igitur ſingulariſſime valet
aqua lactis de qua ſcribitur. 10. cōtinentis. di-
xit Raſ. Dico ꝙ nō eſt aliqd̓ melius aqua caſei
in his locis: qm̄ lauat hec loca violēter dū albe
ſcit aqua ⁊ eſt bona ſilr̄ in his: lꝫ vlcera vt dixit
indigeant his ad ꝓuocādam vrinam ad mūdifi
cādum ſaniem. Addit: ⁊ ēt melius eſt vt educat
coleram rubeā ſup. p ſeceſſum ⁊ corrigit acuita
tem ſup. ſaniei. Addit: ⁊ hec oīa aggregantur in
aqua caſei. Lac ēt aſininū eſt in caſu cōueniens
ad mundificandū ⁊ confortandum maxime ſi vl
cera fuerint in veſica chronica: nam iuuat abſqꝫ
mordicatione: qꝛ ſup. talia mūdificātia non de
bent eſſe amara vel aliter acuta: ⁊ ideꝫ ſilr̄ eſt in
ſanie renum ſaluo: vt dicebat. A. loco allega. qd̓
abſterſiua de ſanie veſice ſint ita penitus fortio
ra ꝙ ea que ſunt in reliquis vlceribus: qñ dictū
trahatur ad oīa medicinalia apparente ſanie.
Nam de hoc ēt ſcribitur. 10. ꝯtineñ. de mēte Ale
xandri ad vlcera chronica in veſica in quib⁹ ceſ-
ſauit cura ſup. qꝛ alie non ſufficiunt medicine:
dandū eſt in potu de lacte aſinino rotul. j. in
die. ¶ Et purgandū eſt corpus ſed ante laxatio
nem p̄paretur cū his q̄ remittunt acuitatem in
toto: ⁊ in hoc valebit ſirupus factus vt infra. ℞
ſirupi violati ſimplicis ſirupi de fumoterre ⁊ ſi-
rupi de portulaca. añ. ℥. ß. cū aqua decoctiōis li
quiritie vel cū aquis endiuie acetoſe ⁊ boragis
fiat ſirupus ⁊ continuetur.

¶ Ad hanc ēt intētionem valeret ſirupus magi
ſtralis quē ordinaui in cōſilio meo facto de vlce
re renum ſerioſo p illuſtri dño ⁊ milite dño Jo-
anne de peſani frācigena: cuius deſcriptio ē vt
infra. ℞. lactuce epatice maluaꝝ ordei mūdi flo
rū fumiterre. añ. M. j. iuiubaꝝ ſeīs papaueris
alb. añ. M. ß. violaꝝ floꝝ cucurbite. añ. ʒ. ij. ſucci
liqritie ſem̄. altee. añ. ℥. ß. tamarindoꝝ. ℥. j. ß. pru
na numero. 10. facta ſufficienti decoctione colet
⁊ cū zuccaro ſirupizetur. Et ſi volueris exhibere
ad abſterſionē m̄aei coniuncte: exhibe cū aqua
decoctionis capil. vene. ⁊ maxime ſi educatur ſa
nies ex vlcere malo. Nam dicebat Auic. in malo
quidem ⁊ maligno ſup. vlcere renum opꝫ prepa
rare ad mundificandum ſup. cum eis que ſunt
ſicut capil. veñ. lꝫ ſit temperatus. ¶ Deinde fiat
eño ſemper leuis conuertendo m̄am ad inteſti-
na exhibendo caſſiam tm̄ vel mānam: ⁊ in forma
boli magꝫ placet ꝓpter cām ſupradictā: fiat igi
tur vt infra. ℞. caſſie noniter extracte de cānis.
℥. ß. pulpe ſebeſten. ʒ. iij. granorum berberorum
numero. v. ſe. malue. ʒ. ß. omnia ſimul malaſſent
⁊ cum zuccaro fiat bolus: quo vtatur oīb⁹ ſepteꝫ
vel octo diebus. ¶ Et poſtea vtatur cōfectioni-
bus alterantibus ⁊ remittentibus ſaniei acui-
tatem que ſunt ſimiles remittentibus acuitatē
vrine de quibus ſupra: non tñ ſic conglutinanti
bus ⁊ ſtipticis niſi facta mundificatione ſaniei.

¶ Qua expedita intentione veniendo ad abſter
ſiua ipſius ſaniei. Si ſordes eſt in vlcere dicebat
Aui. da in potu abſterſiuum in quo eſt fortitu-
do ꝓuocationis ſicut eſt aqua zuccari ⁊ aq̄ mel
lis cū aliquibus ſeminibus. ſ. diureticis donec
prouocent ⁊ lauent: ſed in hoc eſt habēda conſi
deratio ſm̄ diuerſitatem ſaniei. Nam dicit Ale.
inſpicienda eſt ſanies: ⁊ ſi fuerit pūgens tenuis
⁊ facilis expulſionis ꝓcede cū eis q̄ infrigidāt ⁊
abſtergunt modice ſup. ſicut eſſet aqua lactis vl
aqua decoc. ordei ⁊ liquiritie. Addit: ⁊ ſi fuerit
groſſa noli dare aliqd̓ infrigidatiuum ſm̄ vnde
cū non fuerit acuitas nec punctio da de lupinis
⁊ fenugreco ſup. in decoctione vel furfuris deco
ctione: ⁊ credo ꝙ cōueniat tunc ponere in deco
ctione aliquid de melle ro. ⁊ iſtud idem obſeruā
dum eſt apparente ſanie ex veſica: ſed cum eſt ex
veſica non tm̄ valent ea que exhibentur per ſu-
perius ſicut ea que abijciuntur in eam p ſyrin-
gaꝫ que ſint ꝓportionabilia his que dicta ſunt
prouocantia tñ debent eſſe fortiora.

¶ Completa aūt intētione mundificationis ⁊
abſterſionis: vt cū poſt ſaniē emittitur ſanguis
tunc ſuccedit intentio ꝯſolidationis. Et hoc di
cebat Aui. ſi aūt mundificetur ſup. vlcus: tūc ſis
occupatus in ſigillatione vt nō eueniat corro-
ſio ⁊ infra dixit: ⁊ opꝫ vt cōmiſceas cū medicis
vlceꝝ oībus ſup. facta mundificatione congluti
natione facientia ſicut ſunt amiliū dragagantū
⁊ gūme frigide: ⁊ ſup. vt eſt bolus armenus ⁊ ter
ra ſigillata ⁊ ſanguis draconis: qꝛ tñ talia ſunt
tranſitus difficilis ad mēbra vrine ſi ſumant p
ſuperius: idcirco opꝫ ſecū cōmiſceri aliqua con
ducētia ad vrinaꝫ de ꝓuocatiuis: lꝫ in ſe nocēāt
cōuertendo mās ad vias vt fuit dictum ſupra: ⁊
hoc etiam inſinuabat Aui. cū dixit cōtinuando
parū poſt ad verba antedicta: ⁊ opꝫ iteꝝ vt mi-
ſceantur in eis diuretica ⁊ medicine ſubtiliati-
ue vt faciant peruenire ad ipſa. i. membra vrine
medicinas rectificātes ⁊ ſigillantes: lꝫ in ſeipis
noceant ⁊ ſup. commoueant de dolore forte ni-
mis abſtergendo: ⁊ ideo parū de eis poni debet.
propterea Serap. ponens iſtam ſniam dixit: et
poſt mundificationem ſaniei ⁊ purificationem
vlceris bonam oportet vt adminiſtrem⁹ res cō
ferentes que incarnant ⁊ conglutinant vlcera:
⁊ paulopoſt addit: ⁊ oportet vt admiſceātur cuꝫ
eis etiam vna ex medicinis acutis velocis pene
trationis vt perueniat ad loca leſa cum facilita
te: ſignanter dixit vna: vt inſinuet parum de ꝓ-
uocatiuis in iſta intentione commiſceri debere
qm̄ facta mundificatione prouocatiua commo-
uent dolorem. ¶ Et tunc ſi dolor ſit fortis opor-
tebit primo intendere ad dolorem. nam de hoc
dixit etiam Aui. ⁊ de radicibus quas te opꝫ con

Not. de lacte aſinino

Sirupus magiſtralis hoc caſu cōueniēs.

Not. bñ de dolore.

siderare est vt cum dolor sit fortis curetur dolor prius: deinde vlcus: ppterea tunc aliquotiens necessariuz est vt cōmisceantur cū medicis alijs medicine stupefactiue q̄ iuuant in vlceribus dolorosis multipliciter: tum q2 remouent doloreȝ vel minuunt: tum q2 exsiccant ⁊ sic vlceri conferunt: tum q2 infrigidando repercutiunt ⁊ prohibent fluxum mãe: ⁊ hoc etiam Aui. expresse posuit in ter. dicens: ⁊ q̄ñq3 necessarium est vt ī his misceantur narcotica ex herbis sicut iusquiamum al. ⁊ mandragora ⁊ opium ⁊ insquiamum nig. ⁊ id propter sedationem doloris ⁊ exsiccationem et repercussionem.

¶ Oportebit ergo considerare exhibitis mundificatiuis ⁊ abstergentibus vt nō apponant nisi modica ꝓuocatiua vt dictum est. Sed intendamus cum sigillantibus ⁊ cū glutinantib9 ⁊ maxime si fuerit dolor: ⁊ de hoc dixit Rab. io. conti. dico sicut apparet ex quarto affo. q2 q̄to vlc9 est magis infectum: tanto magis operatio medicinarum ꝓuocantium insequatur: sed q̄ñ est mundum modice saniei aut multi sensus euitāda est oino. s. talium ꝓuocantium exhibitio: sed tunc indiget conglutinatiuis cum modica quantitate ipsoꝝ. s. ꝓuocantium inquantuȝ possint inducere ea ad locuȝ vlceris: de his conglutinatiuis tū sunt quedam que etiam apparente sanie aliquali ppter remissionem acuitatis saniei ab anctoribus laudantur vt sunt oua sorbilia recētia non cocta: de quibus Alex. in ca° de his qui mingunt p vrinam pus: dicit q2 oua gallinacea recētia accepta cruda multuȝ adiuuant. Addit: ego enim scio quendā qui q̄ñ nascebātur oua semp mox sorbebat ea: ⁊ sic se iuuari sciebat: nā ⁊ mordicationes ⁊ dolores qui in vesica erant mox sibi mitigari dicebat: ⁊ ita valet gummi arabicū ⁊ semen altee ⁊ mucillagines eorum ⁊ succus liq̄ri. immo ⁊ ipsa radix liquir. nam de ea dixit Auicē. ⁊ radici liquiri. inest exsiccatio ⁊ mundificatio ⁊ conglutinatio ⁊ consolidatio: ⁊ ita singularissime valet in omni vlcere ⁊ in euacuatione saniei cum sanguine ⁊ sine: modo veniat ex renib9 vel vesica. ¶ Et cum est apparens sanguis magis: vnde declaretur ꝓ magna parte factam eē mundificationem tunc singularissime vȝ si exhibeatur aqua lactis vel ipsum lac qd̄ debet sumi s̄m continuationem dieꝝ cum quantitate digestionis: cuius quantitas vt dicit Aui. in cura vlcerum vesice ad plus sit in renibus. ℥. iij. tantum ⁊ exhibeatur cum trocisc. de papauere stante dolore vel cum trocis. alchechengi vel de spodio cū bolo armeno ⁊ terra sigillata: ⁊ stante dolore in vesica ⁊ exeunte sanguine ex vesica: tunc si dissoluatur collyrium al. de quo dictuȝ est supra in de obtalmia per syringam in vesica dissolutum cū lacte mulieris vel fricatum super cotte multum ad hanc intentionem laudatur. Hic possem multiplicare ad hanc intentionem in remittēdo pūctionem ⁊ dolorem cuȝ medicinis appropriatis de quibus dictum est: ⁊ cum consolidantibus si ne sanies ex renibus fluxerit vel vesica: sed sufficiant que dicta sunt.

No. d ouis gallinaruȝ crudis.

¶ Nolo tamē obliuisci de vno electuario qd̄ fecit Nicolus satis excellenti ad mundificandum ⁊ consolidandum ⁊ sedandum dolorem: cui9 descriptio est vt infra. ℞. quatuor seminum frigidorum communium mundatorum: seminis papaueris albi seminis malue ⁊ portulace granorum myrti dragagant i gummi arabici pinearū mundatarum ⁊ iniubarum phisticorum amigdalarum dul. candi liqui mucillaginis psilij añ. ℥. s. boli armeni sanguinis draconis spodij rosarum myrthe. añ. ℥. ij. zuccari quantuȝ sufficit fiat el'arium: ⁊ exhibeatur cum aqua decoctionis liquiritie coclear. j. pro vice: ex hoc etiam si esset nocumentum in vesica dissolui posset cuȝ aqua zuccari vel cum melle vel cum lacte s̄m diuersas intentiones ⁊ mitti in vesicam cū syringa: ⁊ vbi esset profundatio vlceris ⁊ timeretur de fistula in instrumentis vrine.

No. des. cuiusdā el'ua rij ī hoc casu cōuenientis.

¶ Facit etiam trociscos consolidantes ⁊ minuētes dolorem in casu valentes vt infra. ℞. luti sigillati thuris sanguinis draconis charabe gummi arabici ana. partem vnam: seminis melonis partem. ʒ. se. apij ⁊ opij. añ. partem quartā vni9 dosis est. ʒ. ʒ. quolibet mane ⁊ sero cum aliquo liquore de appropriatis. Addit: ⁊ si volueris prohibere sanguinem violēter adde gallam immaturam. ¶ De extrinsecis autem applicandis nō existente vlcere maligno circa renes valet inunctio circa eos facta cum vnguento Sal'. vel fiat emplastrum cum farina ordei cum oleo rosato: ⁊ si timemus dilatationem vlceris addatur parum olei masticini cū puluere thuris: ⁊ possunt fieri clysteria cum lacte ⁊ bolo armeno ⁊ sanguine draconis iacendo supra dorsum vel vesicam s̄m qd̄ in altero eorum est maior lesio ⁊ maxime mundificata sanie pro magna parte. ¶ Et si plura volueris remedia ⁊ dietam magis claraȝ si sanies veniat ex renibus vel alijs medijs vide cōsilium supra allegatum de vlcere renuȝ. Et si fuerit sanies ex vesica vide cōsilium factum per me de vlcere vesice pro quondam nominatissimo mercatore in italia Alexandro bonromeo: ⁊ ibi habebis copiam remediorum. Et ista sufficiant de hac materia.

Des. troci. ad candeȝ intētionē valentiuȝ.

¶ De multitudine vrine. Cap. xviij.

Cum eger multum vrine emittit ⁊ in emissione ardorem non sentit aut mingit in somno suo nec patitur sitim nec corporis extenuationem incurrit: ea que vrinam cō stringunt danda sunt. ¶ Medicamen retinens vrinam. ℞. glandium. ʒ. l. olibani ʒ. xxx. seminis coriandri sicci boli ar. gummi ara. añ. ʒ. x. fiat ex eis puluis de quo in mane. ʒ. iij. ⁊ circa noctem totidem ad trāsglutiēdum dentur. ¶ Qd̄ si cum hac egritudine sitis fuerit validissima clamosa et aqua q̄ bibit cito egrediatur: aqua ordei cum psilio detur. ¶ Et nutriatur cum succo vue acerbe ⁊ sumach ⁊ similibus boruȝ nutrientium: ⁊ cum cibo qui fit de simula ordei ⁊ masal: et rob acetosum da ei in potu. ¶ Et prohibeatur a labore ⁊ cum muliere concumbere.

Des. medic. ne vrinā restringent.

¶ Isti q̄q3 trocisci in potu sumāt. ℞. spo

dñ.ʒ.x.lactuce seminis portulace.aña.ʒ.xv. coriandri sicci.ʒ.j.se.rob.rub. boli ar. añ.ʒ.v.balaustie.ʒ.ß.cāphore.ʒ.s.sumātur in potu cū succo granati acetosi. ¶ Herbe etiaʒ frigide terantur et super renes ponantur. ¶ Et caueat sibi a cibis calidis et vino et ab omnibus que vrinā prouocant. ¶ Illud autem quod ex nimio stolidorū errore prouenit: est qꝛ dant in hac egritudine medicinas calidas: vnde ilico ducūt ipsum ad ptisim.

Continuatio capli p̄sentis ad p̄cedentia.

sus siue sit exterius apparens siue occulte: ꝛ que
dā cū q̄bus non ꝯiungitur talis dolor ēt de pro
fundis quedā tendūt ad partem superioreꝫ ver
sus dorsum: ꝛ quedā tendūt ad partē virge vt ad
partem inferiorē. ¶ Et de emorroydibus fluēti
bus stant ēt diuisiones. nā quedā eaꝝ de fluenti
bus sanguineis sup̄fluunt in emissione sangui-
nis respectu corporis in quo repiuntur: ꝛ q̄dam
emittunt ip̄m in debita q̄titate ſm ꝓportionē
sanguinis abundātem in corpore cuius sunt: ꝛ q̄
dam deficiūt in eūando q̄titatē sufficientē: q̄m
si minor fuerit eūata q̄titas esset cōuenientior
illi corpori cū illis circūstantijs: ꝛ ita sicut dcm̄
est de q̄titate correspōdenter dici pōt de quali-
tate humoꝝ q̄ expellūtur cū sanguine: q̄m per di
ctas venas aliq̄n fluit sanguis debite qualita-
tis sibi: vt qꝛ grossus melic': ꝛ aliquotiens fluit
sanguis laudabilis vel colericus nō conueniēs
eūoni ꝑ dictas venas: ꝛ ita aliquotiēs fit flux'
in debito tp̄e ꝛ cōsueto periodo ꝛ aliq̄n non.
¶ Et ex hoc pꝫ ꝙ aliquotiēs fit fluxus talis q̄si
nālis ꝛ cōueniens respectu q̄titatis: vt q̄n esset
aggregata sup̄fluitas sanguinis boni in toto et
eūaretur ſm ꝓportionē de q̄titate sufficienti il
lius sanguinis: vel vbi ēt esset colericus: tūc ta-
lis eūo esset ꝯueniens ſm q̄titatē ꝛ nō ſm qua
litatē: qꝛ non esset grossus melencolicus: et ita
contingit esse fluxū cōuenientē in quali ꝛ nō in
quanto: vt cū eūaretur sanguis grossus ꝛ nō suf
ficienter: ꝛ aliquotiens est cōueniens eūo: qꝛ in
tp̄e consueto ꝛ periodo debito: etiam disconue-
niens in alijs circunstātijs duabus dictis: ꝛ ali
quotiens esset disconueniens in tempore quia
non fit in tempore consueto: ꝛ tñ erit conueniēs
in quantitate ꝛ qualitate: ꝛ ita potes fabricare
diuersas cōbinationes vt pꝫ. ¶ Iteꝫ de tali flu
xu quidam coniungitur in corpore naturali for
ti sanguineo vel colerico: ꝛ quidam in corpore
debili per complexionem vt flegmatico ꝛ melē
colico: ꝛ ita fac distinctiones ꝛ de etate ꝛ de sexu
Et hec de distinctionibus sufficiant.

Cause.

Iam veniendo ad tertium principa-
le de causis dicatur primo ꝙ causarū
quedam sunt corporales ꝛ intrinsece: ꝛ quedam
sunt extrinsece vel primitiue. Et de corporalib'
quedam sunt antecedentes ꝛ quedam coniun-
cte: ꝛ de antecedentibus quedam sunt comple-
xionales vel compositionales: ꝛ quedam humo
rales.
¶ Cause coniuncte emorroydaꝝ que sunt addi-
tiones vel tumores illaꝝ venaꝝ circa anuꝫ sunt
humores dictas venas ibidem intumescere fa-

De causis.

cientes: ꝛ ille eedem fluentes sunt cā coniūcta
fluxus illarum venaꝝ cū fluunt: ꝛ ita ꝓm diuer-
sitatem humoꝝ ibidem cōtentoꝝ: ꝛ etiam fluen
tium diuerse gn̄antur spēs ꝓm diuersitatez māe
sicut dictum est supra ꝙ fiūt morales ex sanguie
magis colerico: ꝛ verrucales ex sanguine magis
melēcolico: ꝛ vuee sunt inter istas. i. pendent ex
sanguine minus melīco ꝙ̄ verrucales: ꝛ magis
melencolico ꝙ̄ morales: nā oēs tales vt credit
pendent ex sanguine participante melencolico:
ꝛ nulle pendent ex melēcolia pura neqꝫ sangui-
ne puro de cecis intelligendo: sed oēs ex sangui
ne melencolico plus ꝛ minus ad modū expositū
ꝛ lz. A. dixerit ꝛ plm quidē gn̄antur emorroydes
ex melēcolia ꝛ sanguine melencolico nō intelle
xit ꝙ ex pura melīa gn̄entur: sed cū dixit ex me-
lencolia intellexit ex sanguine multū melēcoli-
co: ꝛ cū dixit: ex sanguine melēcolico intellexit
fieri ex sanguine participante melencolica mā
sed non multum. Immo aliqui dicunt qꝺ nulle
emorroydes fiūt ex flegmate tm̄: sed cū dr ꝙ fiūt
ex flegmate dicūt isti debere intelligi ex sangui
ne flātico a dn̄io: participante tn̄ mā melencoli
ca. Ego aūt crederem nō esse incōueniēs dictas
venas aliquotiēs intumescere ex pn̄tia flegma-
tis aquosi sine sanguine inclusi in dictis venis
vt ptz de vesicalibꝰ q̄ sunt similes vesicis pisciū
vt dicebat Aui. q̄ declinant ad albū simplr ꝛ nō
ad rubeuz. Sed hoc raro vt fuit dictū supra: qm̄
vene sunt locus sanguinis ꝛ nō flegmatis puri
ꝛ forte gn̄atur illa aquositas vel ad illum locuz
conuertitur q̄ est inter poros venaꝝ ꝛ pelliculā
cooperientem extrema venaꝝ: de qua dictuz est
supra circa textum: vbi declaraui modū dictarū
eminentiaꝝ: cū fiunt ꝓpter mām exire porosve
naꝝ ꝛ retineri intra illā pelliculā cum non dila
tantur vl' rūpuntur pori illius: ꝛ ita clausus san
guis ibidem ꝛ auctus per fluxum extēditur illa
pellicula violenter: ꝛ fit dolor ad quem locū re-
curre pro maiori intelligentia.

Nota

De cāis antecedētibꝰ

¶ De causis aūt an̄tibus cāe cōplexionales sūt
complexio calida ꝛ humida in toto vel in epate
multiplicans sanguinem vel complexio calida
ꝛ sicca inflammans ꝛ adurens precipue in epa-
te faciens ad gn̄ationem humoris melencolici:
vel mala etiam dispō splenis debilitans ipsum
in mundificādo epar est de causis huius. ¶ Et
de causis cōplonalibus sunt latitudo meatuuz
ꝛ situs illaꝝ venaꝝ deorsum vnde habilitat mo
tus illaꝝ māeꝝ ad eas. ¶ Et de causis materia-
libus antecedentibus sunt humores dicti rep-
ti in epate vel in aliꝭ viꝭ parati conduci ad di
ctas venas.

De cāis ꝓmitiuis.

¶ Cause aūt extrinsece ꝛ primitiue sunt omnes
cause facientes ad multiplicationem humoruz
grossoꝝ ꝛ etiaz sanguinis acuti: humores tamē
grossi magis faciunt ad fluentes. Et sic omnes
cause extrinsece que calefaciendo etiam rarifi-
cant meatus ꝛ ponūt humores in motu sunt de
causis ipsarum emorroydarum ꝓpter hoc in vē
to australi ꝛ in regione australi multiplicantur
emorroydes vt voluit Aui. ꝛ ita in aere calido ꝛ
humido per eundem modum: ꝛ ita motus ꝛ ex-
ercitium laboriosum: non tamen plurimum ex
siccatiuum est de causis huius: ꝛ etiam oēs cau-
se que faciunt ad apertionem meatuum ꝛ fluxū
māeꝝ vt sunt prouocatiua diuretica sunt de cau
sis: ꝛ ita etiam que extrinsecus conuertunt hu-
mores ad illas partes vt longa calefactio ani cū
pannis calidis: ꝛ longa fricatio ꝛ ventose si po-
nantur supra nates: ꝛ maxime in circuitu ani ꝛ
equitatio longa maxime laboriosa. ¶ Quedam
tn̄ sunt cāe que magis appropriantur emorroy-
dibus fluentibus vt est acceptio aloes: nō aliter
preparati: qm̄ per virtutem suam aperit orificia
venaꝝ: ꝛ etiam dactyli cuz ꝓprietate speciali fa
ciunt ad gn̄ationem emorroydaꝝ: vt dixit Rabi
22ª particula suoꝝ affo. ꝛ ita quecunqꝫ extrinse
cus occurrunt versus siccteri laboriose imprimē
do vt sunt suppositoria grossa faciūt ad eruptio
nem illius pellicule cooperientis illas venas: ꝺ
qua dictum est ꝛ sic ad fluxū: ita silr clisteria acu
ta siue suppositoria in quibus est virtus dilatā
di poros vel apiendi sunt de causis talibꝰ: ꝛ silr
egressio fecis dure que idem operatur vt cā simi
lis primitiua. ¶ Sed cause retentionis fluxus
in consuetis ad fluxum periodice maxime sumū
tur ex grossiori sanguine ꝛ sicciori fluxu ꝙ̄ ante:
vnde fit corrugatio pororum venaruz. Etiā hoc
aliquando accidit propter vstionem factam cuz
cauterio actuali vel potentiali circa orificia di-
ctarum venaꝝ ad retinenduz sanguinem super
fluentem. ¶ De cibis quecunqꝫ faciunt ad gene
rationem sanguinis melencolici ꝛ sanguis acu
ti plurimum: vt sunt carnes grosse ad generan-
dum sanguinem melencolicum. s. bonum ꝛ cer-
uorum ꝛ similium: ꝛ caseus antiquus ꝛ alia simi
lia sepe dicta sunt de causis huiusmodi: ꝛ simili
ter acuta mordicatiua: vt sunt cepe: pori: ꝛ reliq̄
acrumina sunt de causis saltem emorroydarum
ad fluxum ꝛ amara ꝛ salsa ꝛ similia. ¶ Composi
tio etiam naturalis de latitudine illarum vena
rum cum complexione calida siccteri est de cāis
ad gn̄ationem emorroydaꝝ. ¶ Propterea recte
dicitur a quibusdam ꝙ sit passio hereditaria ꝓ
pter similem compositionem ꝛ complexionē fuis
se in parentibus: ꝛ cōsequenter transfusam in fi
lios. Et summatim hec de causis sufficiant pro-
pter abbreuiare: potes tu si placet ad plīma ex
his discurrere.

Qualiter aloes apit emorroydas.

A q̄busdā dr passio hereditaria.

Signa. Consequenter veniendū ad signa ꝓ
mo de ꝓnosticis euentus sit hoc pri
mum qn̄ in parentibus prefuerunt emorroydes
ex dispōne naturali membroꝝ vt ex caliditate ꝛ
siccitate epatis simul cum compositione facien
te ad dictas emorroydas de qua dictū est: ꝛ ipa-
rum cause tales naturales fuerunt totales cāe ꝛ
non malitia regiminis: tunc in filiꝭ expectare
opꝫ similes emorroydes: ptꝫ conclusio cuꝫ a pa-
rentibus soleant imprimi in filios nāles dispō-
nes vt cōplexionales ꝛ cōpōnales. ¶ Scōm ꝓ-
nosticum magis spāle: in q̄bus gn̄atur sanguis
grossus siue per nām ex dispositione mēbroꝝ vt
epatis ꝛ splenis: vt dictum est supra: siue ex regi
mine gn̄atiuo talis sanguinis grossi vt ex cibis
sumptis talis dispositionis sicut est caro salita
ꝛ caro vaccina ꝛ lentes ꝛ fabe ꝛ caseus antiquꝰ
ꝛ huiusmodi: tūc in his expectare oportet emor
roydas ꝛ proprie cecas: patet conclusio conside
ranti. ¶ Alia conclusio etiam specialis ꝛ est Ra
sis in diuisionibus in capitulo proprio ad finez
de egritudinibus ani: in illo in cuius sanguinis
natura est acuitas: emorroydes necessario gene
rantur ꝛ tales sup. vt ꝓprius sunt currētes: ptꝫ

De signis ꝓnosticis et primo euentus.

q: talis sanguis sua acuitate penetrat p poros:
etiã a virtute expulsiua irritata expellitᷣ ab ipsis
venis: ⁊ ita fiũt hemorroides fluentes sicut di-
xit ex opposito. in habẽtibus sanguinem dulcem
⁊ carnes teneras humidas nõ fortasse generantᷣ
hemorroides. ¶ Alia cõclusio pximi euent⁹ qñ
nõ adhuc manifestantᷣ cũ accidit grauedo in in-
ferioribus dorsi ⁊ fit morsura q̃dã ⁊ dolor in ege
rendo cũ pruritu circa anũ qñ nõ prefuit fluxus
ventris neq̃ tenasmõ: signũ est euentus hemor-
roidarũ de proximo: qm̃ declaratᷣ materiã descẽ
disse ad illas partes que iã aliqualiter extendit
illas venas preter naturã: lʒ nõ adhuc sensibili-
ter vt supponitᷣ: sed in processu fluente materia
fiat manifestũ augmẽtũ in dictis venis ⁊c. Et si
cõiũgatur tristitia ⁊ aliquotiens iracũdia ⁊ in-
habilitas operationibus motiuis: illud erit for
tior significatio ad hoc significandũ: ⁊ maxime si
al's fuit ɔsuetus pati hemorroidas: ⁊ post cura-
tionẽ cũ succedebãt periodicando antecedebãt
signa que dicta sunt: tũc erit fortior significatio:
et etiã magis proprie si talis reditus periodicus
fuerit ordinatus: patet cõsideranti.

Quartum signum.

De pnosticis ad bonum. Primũ

¶ De pronosticis vero ad bonũ sit hoc primum:
hemorroides apparentes ceteris parib⁹ in ma-
litia materie sunt minus male q̃ latentes ⁊ pro
funde: patet qm̃ tales melius cognoscuntur de
qua specie sunt ⁊ ad eas melius possunt applica
ri medicine ad curationẽ que sunt manifeste q̃
ad occultas. ¶ Alia cõclusio in hemorroidibus
fluentib⁹: stante etiã paritate in materia remis-
siores fiũt dolores q̃ in cecis: patet qm̃ materia
purgatᷣ in fluentibus que retenta ⁊ quãtitate ⁊
qualitate nocet causando dolorẽ. ¶ Alia ɔclu-
sio: hemorroides intrinsece que sunt versus supe
rius vt versus dorsum etiã minus ledunt q̃ ille
que ɔtuntᷣ: vel etiã iacent in deorsum. Et de hoc
dicebat Aui. loquens de profundis: ⁊ sunt dete-
riores earũ proprie ille que tendũt ad partẽ vir-
ge: qñq̃ eñ sup. tales stringũt vrinã. i. prohibent
exitũ vrine cũ apostemate vt dixit sup. oppilãte.
¶ Aliud pronosticũ ad bonũ maxime in fluen-
tibus patientibus hemorroidas succedẽs flux⁹
sanguinis nariũ remouet fluxũ hemorroidarũ:
licet etiã nõ fluentes recipiãt inde iuuamentũ:
patet ɔclusio: qm̃ per fluxũ narium fit deriuatio
sanguinis qui per deorsuʒ fluebat ad partes na
riũ. ¶ Alia ɔclusio similis huic: in mulierib⁹ pa-
tientib⁹ hemorroidas fluentes si multiplicentᷣ
mẽstrua in eisdẽ curantᷣ hemorroides. ¶ Alia cõ
clusio ad bonũ posita etiã 11° ɔtinẽtis: etiam de
mẽte Hippo. dixit aptio. s. hemorroidarũ si san-
guis inde effusus fuerit niger curat cholerã ni-
grã. Propterea etiã dicit Aui. ⁊ scias q̃ i sangui-
ne qui currit ab hemorroidibus ⁊ ex ano est secu
ritas ab herpetestiomeno ⁊ mania ⁊ melia ⁊c.
¶ Aliud pronosticũ ad bonũ ⁊ est Hippo. 6ª par
ticula affo. Melẽcolicis ⁊ freneticis. vel vt dixit
Gal. in cõmẽto: hemorroides innate bonũ. patet
ɔclusio: qm̃ diuertitᷣ materia in deorsuʒ. ¶ Aliud
pronosticũ est Serap. de apparẽtibus ⁊ occultis
postea cõprehẽsione morales sunt minus male
saltẽ quãtũ ad sanitatẽ ⁊ accidentiũ ⁊ modũ ter
minationis que dicuntur sanguinee q̃ vueales
que magis ad adustũ attinent: patet cũ sanguis
fit mitior nõ adustus q̃ adustus: qm̃ etiã ad mo
dũ terminationis ⁊ curationis saltem per diuer

Secũdũ pnosticũ ad bonum.

Tertium

Quartum

Quintum

Sextum

Septimũ

Octauum

sionẽ ⁊ resolutionẽ sunt minus male q̃ verruca-
les immo sunt deteriores earũm vt dicit etiam
Aui. ad intellectum datũ: q: pendent ab humo-
re magis melencholico.
¶ Et ita possunt fieri signa pronostica ad malũ:
vt q: verrucales sunt deteriores ad intellectum
datũ: ⁊ morales quantũ ad seuitatẽ dolorũ sunt
deteriores: patet ex dictis. ¶ Aliud pronosticuʒ
ad malũ vniuersaliter in omnibus. Omnes egri
tudines ani ⁊ hemorroides inter eas nõ facili-
ter curantᷣ ppter multas causas vt dicit Gal. 10.
decẽ tractuũ 7° capitulo. Est enim sensitiua suf-
ficienter hec particula ⁊ faciliter irritatᷣ ab acri
bus ⁊ austeris pharmacijs vt dicit: etiã q: super
fluitas cibi trãsit per eã. que sepe est mordax et
acuta propterea dicebat Aui. 17. tertij de egritu
dinib⁹ ani in pn°: qm̃ est callis. i. via ad trãseun
dũ: ideo peruenit ad eũ fex suo incessu diminuit
eũ a quiete cũ qua completᷣ receptio iuuamenti
medicinarũ: que medicine imprimũt iuuamẽtũ
cũ persistũt supra mẽbrũ: ⁊ sic si nõ possunt mo-
rari supra mẽbrũ nõ iuuãt: ⁊ ita etiã suo incessu
multiplicatur dolor: ⁊ sic attrahuntᷣ materie ad
locũ doloris maxime cũ locus sit positus in infe
riori parte: vnde facilis fit descẽsus superfluita-
tis ad ipsum cõcurrente maxima debilitate illi⁹
mẽbri ppter presentiã hemorroidarũ ledentiũ:
vnde facilius recipit superfluitates. eãdẽ vel si-
milem sententiã posuit Rasis 11° cõtinentis.
¶ Alia cõclusio ad malũ ⁊ ponitur 11° cõtinẽtis
ca° 7° de mente Hippo. de morte veloci: in quo
fuerint hemorroides ⁊ inguini fuerint fistule su
perabũdãtes morietᷣ in die. 2°. ɔclusio probatur
per experta ab eo. ¶ Alia cõclusio est Hipp. aliã
cõclusionẽ etiã posuit Hipp. 6ª affo. in periculo
modi curationis earũ ⁊ maxime de fluentib⁹ an
tiquis loquẽdo dixit. Hemorroidas sanari anti
quas nisi vna relicta fuerit. s. qua sola possit fieri
purgatio de materia periculuʒ est fieri maniam
aut ptisim: ⁊ dicebat. Cõmentator in cõmẽto. est
periculũ fieri dolorẽ capitis ⁊ hydropisiʒ ⁊ alios
morbos melencolicos sicut est scabies et cancer
⁊ lepra ⁊ huiusmodi: ⁊ ratio est clara. Nã per re-
strictionẽ omniũ hemorroidarũ ɔsuetarũ efflue
re redit sanguis melencolicus feculentus supra
epar: ⁊ ita ei⁹ cõplexionẽ corrũpit: ⁊ ille sanguis
tandẽ educi potest ad alia mẽbra et causare põt
egritudines predictas ⁊ alias plures. hoc totum
intelligatᷣ nisi post retentionem hemorroidarũ
humor solitus est fluere frequenter euacuetur
aliunde aut diuertatur aut ipse iterũ hemorroi
des prouocentᷣ. ¶ Alia cõclusio cõmunis ad bo-
nũ ⁊ ad malũ: ⁊ ponitur etiã 11° cõtinẽ. de mẽte
Gal. Illi quorũ venarũ orificia in inferioribus
aperiuntᷣ siue sint ordinate a natura nõ patiuntᷣ
pleuresim peripleumoniã maniã corrosionẽ sca-
biẽ aut aliquẽ similẽ morbũ. Addit: q̃ hmõi ha-
bẽtib⁹ hemorroidas si nõ curantᷣ cũ ɔueniẽti or-
dine. s. q̃ restringantᷣ oẽs: vt dictũ est in cõclusio
ne superiori: ita q̃ nõ amplius effluet ab eis san
guis accidũt eis predicte egritudines. Et idẽ di
xit Aui. intelligatur nisi succurratur aliũde a na
tura vel arte vt in cõclusione superiori dicebatᷣ.
Et hec de pronosticis sufficiant.
¶ Signa vero demonstratiua: si hemorroides
sint extra apparentes sunt satis manifesta et
non tantum q̃ ibi sint hemorroides: sed etiam

De signis pnosticis ad malum Secũdum

Tertium.

Quartũ

De signis demõstratiuis.

declarant̄ species earū:⁊ si sint interiꝰ declarat̄
ex lesione incessus stercoris per illas partes cum
aliquali pōdere ⁊ pruritu: ⁊ imponat̄ digitꝰ in-
tra anū vt tāgatur ⁊ nō prefuerūt fluxus vētris
vel tenasmō. ꝙ si nō fuerint manifeste neq̄ fluē
tes ⁊ debeāt declarari species earū: opꝫ vt cōpri
mat̄ anus ⁊ exprimat eas egervt cōprehēdi pos-
sint. ⁊ Rasis in diuisionibꝰ iussit vt ponant̄ ven
tose supra anū ⁊ extrahant̄ ita vt videri possint:
⁊ tunc distinguuntur species per visum ⁊ tactū.
¶ Quod si fuerint fluētes manifestat̄ de eis per
exitū sanguinis ab eis differenter ab exitu san-
guinis ex fluxu vētris dissinterico vel tenasmo-
ne: qm̄ cū fluxu sanguineo tali mō nō stat fluxus
aliorū humorū separatorum a sanguine vel fecū
sicut in fluxu dissinterico neq̄ fit exitus illiꝰ cū
expressione vehemēti ⁊ conatu cū itur ad scellā
sicut fit in tenasmone: immo fluit sanguis distil
lando sine labore: etiā sanguis talis nō educitur
mixtus cū fecibus sicut fit in dissinteria. Itē in
pn° ascellationis in hemorroidali fluit sanguis
nō sic vtplurimū in dissinteria: lꝫ etiā in hemor-
roidali fluat aliquotiēs post egestiones: lꝫ non
cū dolore sicut in dissinteria ⁊ distillādo fluit vt
dictū est: ⁊ tergēdo anū apparet pecia maculata
sanguine: etiā ipso aliquotiēs sano apparente.

De colore habētium hemorroidas.

¶ Et dicebat Aui. plurimis quidē habētibꝰ he-
morroides adest color ꝓpriꝰ eis: ⁊ est citius decli
nās ad viriditatē: cuiꝰ causa sumitur ex hoc: qm̄
habētibus hemorroides si sunt de cecis dolor vē
hemēs fit vt cū sunt cece inflate: ⁊ inde sup. inflā
mant̄ humores ⁊ spūs ⁊ mēbra maxime epar: vn
de deducunt̄ humores ad cholericū ⁊ citrinū de-
clinantes: ⁊ sic citrinat̄ color earū. si aūt hemor-
roides sint fluētes ⁊ nō restringat̄ sanguis vt ple
rūq̄ fit superfluitās in euacuatione sanguinis.
vnde semper egredit̄ cholera saltem in ꝓportio
ne ad sanguinē: ⁊ ita fit color pur citrinus ⁊ ali-
quotiens tandē fit viridis. si tn̄ euacuaret̄ per he
morroidas sanguis melencolicus remanēte bo
no ⁊ ↄuenienti ⁊ nō superfluēte euacuatiōe: tūc
fieret color bonꝰ in cute sicut sepe ↄtingit in mu
lieribꝰ post mēstruatiōnē debitā. Nō incōuenit
tn̄ immo aliquotiēs accidit vt ex hemorroidibꝰ
fluat nō tm̄ sanguis: immo aliquotiēs aqua ci-
trina vel aquositas quedā lotiua: vt pꝫ ꝓprie de
hemorroidibꝰ que sunt sicut vesice piscium. ¶ Si
gna etiā specialia materierū inclusarū in hemor
roidibus siccis dixit Azaranius: signum earū ex
humoribꝰ grossis ⁊ viscosis est ꝙ stat ibidē de ru
gitu ⁊ inflatione vētris ꝓpter ascensionē vētosi
tatū in humoribus. i. ex ipsis. ¶ Signū vero hu
morū calidorū ex cibis ⁊ medicinis est: qr nō se-
quit̄ cū predictis accidētibus sup. appropriatis
hemorroidibꝰ tumor neq̄ vētris rugitus: sed se-
quit̄ cū hoc pruritꝰ in ano ⁊ pressura ad ascellan
dū de qua existimat infirmus ascellare tn̄ nō est
ita. ¶ Addit: ⁊ summa signorū est: qm̄ cū videas
eas grossas duras scias eas eē ex humoribꝰ vstis
⁊ siccis: ⁊ qn̄ vides eas molles calidas et hūidas
scias eas esse ex sanguine putrido: ⁊ si vides eas
molles absq̄ dolore scias eas esse ex flate grosso
⁊ si fuerit scissura ⁊ siccitas in ano cum acuitate
⁊ dolore vehementi scias esse eas tūc ex cholera
rubea acuta ⁊ calida.

Cura. Expedito de signis veniēdo ad curā.
primo ponet̄ regimen ad dietā perti
nens: ↄñr veniemꝰ ad medicinalia ꝟm diuersas
intentiones que haberi possunt in cura hemor-
roidarū ex multiplici distinctione earū ⁊ diuer-
sitate earum: de quibus visum est in distinctio-
nibus ⁊ causis ⁊ signis superius.

De prima intētione curatiua.

¶ Circa igit̄ dietā ꝓpter diuisionē generalem
que sumit̄ de eis ꝙ quedā sunt fluentes sangui-
nee ⁊ vtplurimū ex humore acuto: ⁊ quedā sunt
cece ⁊ vtplurimum pendentes ex materia grossa
melēcholica mixta sanguini: vt supra visum est.
Idcirco non pōt dari vna regula in dieta: immo
expedit eā variare ꝟm hanc diuersitatem que re
perit̄ in fluentibus ⁊ non fluentibꝰ: ⁊ hoc obser-
uauit do. Serap̄. in ca° proprio 3° breuiarij qui
ordinauit dietā in hemorroidibus nō absolutā
sed cū cōditione diuersam: immo ↄriā ꝟm diuer
sitatē ⁊ cōtrarietatē dispositionū earū dixit sic.
Cibi aūt ↄuenietes sup. in fluentibus si euacua
tio sanguinis est supra mēsurā: opꝫ vt sint pauci
stipticitatē facientes ex eis in quibus non sunt
superfluitates sicut sunt rizi ⁊ miliū ⁊ cādarusi
cū passulis contritis ⁊ granis granatorū sup. si-
mul decoctis. Postea paulopost addidit: et qui
habet hemorroidas oppilatas: tūc est cibus eiꝰ
ↄrius istis sup. ↄueniens sicut res que mouent
sanguinē et opprimūt ipsum sup. vt expellatur.
Ideo addit ⁊ cōferunt istis etiā res que prouo-
cant sanguinem menstruū. nā que prouocāt san
guinē menstruū prouocant etiā hemorroidas: ⁊
ita nō potest dari vniformis regula in dieta he-
morroidarū ↄuenienti: nō tm̄ in cibis ⁊ potibꝰ:
immo neq̄ etiā in reliquis rebꝰ nō naturalibꝰ.

De regimine hemorroidarum cecarū.

¶ Et hoc ↄsiderās Aui. in cibatione eoꝝ ordina
uit dietā quāsi ex ↄrijs extremis dixit: opꝫ sup.
taliter patientes: vt alienent a se omne grossuꝫ
ex carnibus ⁊c. postea addit: ⁊ omne adurēs san
guinē ⁊ sup. nō tm̄ adurens subtilians ⁊ acuens
nisi ꝟm quātitatem iuuamenti. Primū pertinet
principaliter ad cecas. 2m dictum principaliter
ad fluentes. Dixit signanter nisi ꝟm quātitatem
iuuamenti: quasi innuat ꝙ in materia grossa ali
quotiens ad subtiliationē ⁊ apertionē ↄueniūt
subtiliātia acuta: vt pꝫ: ⁊ ita fit aliquotiens ad
ꝓuocationē cōueniūt subtilia ꝓuocātia: lꝫ ab-
solute adurentia nō ↄueniāt neq̄ in cecis stāte
materia adusta grossa ne multiplicetur materia
grossa per adustionē: neq̄ in fluentibꝰ ne nimis
acuat̄ materia ⁊ dilatent̄ meatus ꝓpter nimiā
caliditatem in cibis et medicinis adurentibus.
Postea specialiter cōtrahēs ad diuersas causas
ipsum regimē ex parte cibi ⁊ potus: primo ad ce
cas ⁊ ad materiā grossam dixit: ⁊ oꝫ vt comedāt
ea quoꝝ digestio est velox: ⁊ fiat cibus eoꝝ bonꝰ
ex carnibꝰ ⁊ vitellis ouorū ⁊c. Postea cōtrahens
ad dietā que cōuenit in hemorroidibus fluētibꝰ
dixit: ꝙ si fuerit illic solutio ⁊ cursus superfluus
sanguinis conferunt rizi et cibus factus ex gra-
natis cū passis sup. cū arillis contritis. Et ita pa
tet quomodo varianda sit dieta: immo quasi cō-
traria est dāda ꝟm cōtrarietatem dispositionū.
¶ Aliqui tn̄ auctores respicientes ad hemorroi
das tm̄ cecas posuerūt dietā cōuenientē in oc-
cursu ad melēcholicū grossum vt fecit Rasis in
diuisionibus vbi principaliter ordinauit absti-
nentiam eorū que generant sanguinem grossum
dimittendo cibos grossos etiā acutos: et quidā
inspexerūt attendentes principaliter ad hemor

roidas fluentes magis periculosas ⁊ sic ordina
uerunt dietā ad frm̄ ⁊ stipticū declinātem. Et ita
obseruauit Rab. in textu nostro superius: ne er-
go committatur error oportet specialiter diuer
sificare dietam.

De regimine fluētiū.

¶ In fluentib⁹ igitur emorroydibus vitet aer
calidus siccus ⁊ inflāmatiuus: ⁊ inclinandū ad
aerē frm̄ ⁊ grossum magis vel siccū ⁊ humidum
ꝑm diuersitatē mãe: ⁊ ita vitetur motus ꝑcipue
laboriosus ⁊ pedes factus: etiaȝ eques maxime
trotando vel saltādo ⁊ vl'r ab oī multa eqtatio
ne: ⁊ maxime sup mala bestia vt dixit Aza. ¶ Et

Nota

ita cauendū a sup̄fluis vigilijs: lȝ et profundus
somnus noceat cōuertendo humores ad interio
ra. ¶ Et sil'r cauendū a passionibus aīalibus in-
flāmantibus ⁊ a coitu ⁊ sup̄flua inanitione ma
xime in ieiunijs. ¶ In cibis cauere opȝ ab oīb⁹
inflāmantibus ⁊ acutis ⁊ salsis ⁊ acetosis vehe-
menter ⁊ amaris inclinando ad frigida glutino
sa ⁊ stiptica cū est intētio ꝯstrictionis pauci nu
trimenti vel multi ꝑm exigentiam virtutis ꝑm
qd̄ dictum est circa lr̄am. Et si volueris spāliter
videre a q̄bus cauendū ⁊ q̄bus vtendum in hac
dispōne ⁊ accidentibus q̄ sepe sequunt̄ ad eaȝ ⁊
sup̄fluitatē fluxus sanguinis aliquotiens de sin
copi vel pulsu cordis ⁊ alijs: vide q̄ sunt sup̄ius
posita in prima parte in ca° de fluxu sanguinis
narium. Nā de his ampla habita est doctrina: ⁊
ꝑ tanto vlterius non curo me extendere. ¶ Sed

De potu euitetur vinum.

in potu in hac dispōne cū nō sit corp⁹ debilita-
tum: est in totū a vino cauendū ⁊ vtēdum aqua
ferrata deco. sumach vel dragaganti. vbi tn̄ stā-
te debilitate est dandum aliquid de vino nigro
pontico mixto cum dicta aqua.

¶ Sed vbi simus in casu emorroydaꝝ cecaꝝ in
prin° fluētis mãe cauendū et ab oībus cōmouē
tibus humores ⁊ ꝯuertentib⁹ in deorsuȝ ⁊ vitā-
do omnes causas que dicte sunt supra ⁊ stando
in quiete.

¶ Sed qn̄ mãe nō sunt fluxe doloreȝ causantes
⁊ fit intentio ad ap̄tionē emorroydaꝝ vt mã edu
catur dolorem causans: tunc regimē cōmotiuū
est aliqual'r in casu necessariū: magis tn̄ intēdē
dum erit ap̄tioni dictaꝝ venaꝝ ꝑ localia q̄ꝫ per
dietam cōmouentem ⁊ ꝓuocantem: ⁊ tunc vitā
da sunt quecūq̄ faciunt ad gn̄ationē humorum
grossoꝝ. Et ita aer grossus ⁊ nebulosus ⁊ habita
tio ī locis terrenis ⁊ paludosis: ⁊ ita nimia q̄es
est nociua: lȝ etiam forte exercitiū adurendo dis
cōueniat. ¶ Et ita discurratur ad reliqua faciē
tia aggregationem humoꝝ grossoꝝ dimittendo
omnia que faciunt indigestionem: ⁊ a superflua
repletione cauendum est: ⁊ ea oīa sunt vitanda
que ex se sunt sanguinis grossi gn̄atiua: vt sunt
legumīa carnes antique grosse pisces bestiales
⁊ paludestres ⁊ herbe maxime acute ⁊ amare et
eruca precipue ⁊ acrumina ⁊ sinapis ⁊ simīlia: eli
gendo ea quoꝝ digestio est velox boni chimi: et
vtendo pro potu vino satis temperato in substā
tia ⁊ in colore: mixto tn̄ cum aqua decoctionis
radicis buglosse: si etiam fieret aqua calibeata
erit multum conueniens in casu. Et pro haben-
do ampliorem notitiam de dieta in ista intētio
ne conuenienti recurre ad dicta superius de me
lencolia ⁊ de passionibus splenis: qm̄ dieta ibi
deȝ posita in hoc loco seruiet tibi vtiliter. Et hec
quantum ad dietam sufficiant.

Medicinalia.

Jam veniendo ad medici-
nalia vt habeatur recta do
ctrina ⁊ ordinata qm̄ tripliciter contingit cor-
pora ledi ex emorroydibus: vt dictum est in di-
stinctionibus. s. de cecis non consuetis fluere: ⁊
ex cecis fluere consuetis: sed iam natura fluenti
bus: ⁊ etiam ex superflue fluentibus. Prius inci
piemus ponere curam cecarum non consuetarū
ad fluxum: deinde aliarum consuetarum fluere
ledentium ⁊ non fluentium: tertio ponemus cu
ram fluentium superflue: qm̄ alie non sunt con
stringende precipue consuete fluere. ¶ Pri⁹ ta-
men ponemus vnum cano. obseruandum in ce-
cis: qm̄ non est necessaria curatio quam posuit
Aui. in cura earum cum dixit. Amplius si nō fue
rit dolor neq̄ ap̄a neq̄ inflatio sup. ledens non
erit tunc plurima necessitas curationis earum.
Nam earum curatio qñq̄ perducit ad fistulas ⁊
ragadias vt dictum est circa literam: ⁊ ita supp.
tunc sunt dimittende. ¶ Sed qn̄ est necessaria
curatio vel propter dolorem vel propter inflam
mationem vnde fiet ei impedimentum ex tumo
re earum: ⁊ si aliunde non sequatur nocumentū
tunc ponebat Aui. etiam duos cano. cōes in cu-
ra omnium emorroydaꝝ ledentium. Primus est
vt studium impendatur in lenificatione nãe. i.
vt sit venter mollis ex mã molli. Addit rationeȝ
dicens vt non noceat durities fecis ano sup. suo
incessu ⁊ magnificetur labor. i. nocumentum qd̄
sequitur in cecis inflatis nisi intēdamus ad flu
xum earum: ⁊ etiaȝ in fluentibus superflue: qm̄
si intenderemus fluxui egestio dura forte conue
niret. ¶ Alium can. posuit etiam cōem in prin°
cure: qui lȝ possit ampliari ad omnem lesionem
emorroydalem saltem ꝑm partem: tn̄ ꝓprius tra
hitur ad curam cecarum sua inflatione vel dolo
re ledentium dixit: oportet vt in inceptione sup
ple cure rectificetur corpus sup. in malitia com
plexionis ⁊ euacuetur sanguis malus sup. ali-
quotiens euacuando materiam melencolicam
vel aliam colericam que facit sanguinem malū:
⁊ aliqn̄ euacuando ipsum sanguinem maluȝ ita
vt flobothometur saphena ⁊ vene que sunt ī po
steriori parte calcanei sup. in parte domestica ⁊
vena abnadil: ⁊ est vena ī curuatura geniculi et
in parte domestica ⁊ est fortior vtriusq̄ eaꝝ vt di
xit sup. ad euacuandum mãm coniunctam contētā
in venis. Nam in cecis eductio sanguinis ex eis
vt fluant cum nocent qn̄ non remouetur dolor ꝑ
alia videtur esse prima intentio curatiua q̄ꝫ si nō
fiant fluentes saltem euacuetur materia cōiun
cta de sanguine malo qui est in eis: ⁊ hoc fit flo
bothomando venas que alligationem habēt ad
dictas venas īflatas quales sunt dicte vene: nā
educere sanguinem per eas venas fluxum earū
dilloem minuet.

Trib⁹ modis ledunt corpora ab emorroydibus ex cecis no fluere ꝯsuetis: ex cecis fluere ꝯsuetis ⁊ ex superflue fluentibus.

¶ Specialiter igitur veniendo ad curam earuȝ
cum sunt inflate dolorose tria occurrunt in intē
tione curatiua. Primum est vt mitigetur dolor
⁊ sic detumescant vt a virtute ꝯn̄r resoluantur.
Scd̄o vt exsiccentur cum medicinis istā intētio
nem complentibus qn̄ per hec duo nō remoueā
tur succedit alia intentio de ꝓuocando sangui-
nem contentum ad exteriora: vel educendo eum
cum omnibus ingenijs de quibus dicetur in cu
ra emorroydaꝝ cecaꝝ cōsuetaꝝ fluere: qm̄ tūc mi
nuetur dolor ⁊ detumescent dicte vene: ⁊ facili⁹

earum potest fieri exsiccatio.

De mitigatione doloris.

¶ Pro expedienda igit᷑ pᵃ intentiōe de mitigā
do dolorem: primū est diuertenda mā ne ꝓpter
dolorem fluat ad locū: ꝛ in hoc maxime facit flo
bothomia lenis basilice etiam in corpore nō sā
guineo: qm̄ in sanguineo dʒ esse copiosior. Nam
vt dicebat Aui. in caᵒ de apatibus calidis in fie
ri: ꝛ opʒ vt administretur flōia in prinᵒ hoꝝ apa
tū. ¶ Qñqꜫ em̄ sedat᷑ dolor solū sup. facta flōia:
ad hanc etiam intentionē multū facit si ponan
tur ventose in spatulis aliquotiens cū scarifica
tione aliquotiens nō ꝭm dispōnē corpoꝝ. Cōse
quenter fiat balneatio si flōia vel vētosa nō suf
ficit cū rebus minuentibus dolorem anodinis
facientibus ad aliqualē remissionem acuitatis
māe: ꝛ ad leuē resolutionem cū lenitione ꝛ mol
lificatione. Nam per mollificationem in emor
roydibus non consuetis fluere humectatur mā
que plerunqꜫ est melencolica: ꝛ sic preparat᷑ ad
resolutionem: qꝺ si nō resoluatur saltem ꝑ medi
cinas extrinsecus offerendas ad aptionē poroꝝ
vt effluat sanguis talis retentus ꝑparantur di
cte emorroydes vt in eis fiat bona ipressio a di
ctis medicinis: fiat ergo sessio in aqua decoctio
nis reꝝ vt infra. ℞. maluarum folioꝝ altee. ana.
M. ſ. ʒ. seīs lini ꝛ fenugreci: floꝝ cāomille ꝛ mel
liloti. añ. M. ſ. folioꝝ tassibarbassi ꝛ floꝝ eiꝰ: sti
cados. añ. M. ʒ. bulliant in aqua debite ꝗtita
tis aliq̄bus bullitionibus postea in ea tepida
fiat sessio vsqꜫ dum mitigetur dolor. Et Gordo.
dixit ꝙ apiū multū iuuat in mitigando doloreʒ
eaꝝ: ꝛ ita posset addi in decoctione: si etiaʒ velle
mus in forti dolore minuere sensum membri po
test addi de iusq̄amo ꝛ capitibus papaueris al.
aliq̄d in decoctiōe: ꝛ si tedeat balneari infundat᷑
pannus laneus grossus vel filtrū in dicta deco
ctione ꝛ supponatur locis dolentibus: si etiā ac
cipiatur fumus dicte decoctionis sub cathedra
iuuabit ad intentionē nostrā. Si ēt sumat᷑ pars

Emplʒ vtile.

de fece decoctionis ꝛ mascellet᷑ cōmiscendo cuʒ
oleo viol. ꝛ mucillagine seīs lini ꝛ cum medulla
cerui fiat emplm̄ ad intētionē multū ꝯueniens.

¶ Ad mitigationē ēt doloris in hisverrucalibꝰ
duris est vt fiat vnguētum ex vitello oui cōquat᷑
sato cū oleo amig. dulcium ꝛ mucillagine altee:
ꝛ si ponatur paꝝ olei chrysomillaꝝ ꝓpter conne
nientiam fiet in casu vnguentū multum vtile.

¶ In hac ēt intentione vʒ si fiat emplm̄ qꝺ po
nitur. IIᵒ continētis. coquatur corona regia siue
mellilotum forti decoc. deinde misceatur cum vi
tello oui ꝛ farina fenugreci ꝛ se. lini ꝛ cum viol.
postea cum oleo persicoꝝ fiat emplm̄. ¶ Et hic
qñ ista non sufficiant fiat emplm̄ positum circa
text. in quo ēt est virtus stupefactiua aliqualis
cum mollificatione ꝛ resolutiōe. ¶ Et qñ staret
manifesta caliditas cum punctione ignea: pōt
fieri emplm̄ de limacijs magnis que reperiūtur
sine testa in locis humidis que bulliant in du
plici vase in oleo de semine lini ꝛ violato ꝑ ho
ram vel circa: postea misceantur cum farina or
dei ꝛ seminis lini ꝛ supponantur ipsis contusis

Aliud emplastrum.

ꝛ massellatis adinuicem. ¶ Ualent etiam si su
mātur poma maciana remota parte interiori li
gnea: ꝛ coquantur in oleo de se. lini ꝛ vino cocto
vsqꜫ dum bene mollefiant: postea in toto eo in
fundat᷑ pulpa mollis panis: ꝛ oīa simul terātur
in forma emplastri superponatur. addendo paꝝ
vitelli oui si placet cum modico croci. Et Haly.
7ᵒ practice fecit emplm̄ mitigatiuuʒ in emorroy
dibus terendo sisamum cum oleo rosato ꝛ albu
gine oui bene commiscendo: ꝛ si apponeretur pa
rum de semine iusquiami esset magis mitigati
gatiuum stante multa inflammatione.

Unguētū. Nota

¶ Et qñ ista non sufficerent ad mitigandum do
lorem fiet linimentum Azarauij: de quo liniant᷑
emorroydes tales apparentes factum vt infra.
℞. olei rosati medulle bouis. añ. ℥. ſ. bdellij dra
gaganti al. ceruse achacie cere albe. añ. ʒ. iij. opij
ʒ. j. terantur ꝛ cū ol. rosato ꝛ medulla dicta reliq̄
misceantur donec bene incorporentur: addēdo
de oleo si expediet. nam hoc est multum efficax
in hac intentione. Et si emorroydes interius ex
titerint causantes dolorem administret᷑ de hoc
linimento cum lycinio intromisso ligato cum fi
lo. Hic possent multiplicari remedia ad stupefa
ciendum: sed qm̄ abunde de silibus dictuʒ est. ſ.
in curis ꝛ colice ꝛ doloris a lapide ꝛ in cura te
nasmonis proprius nō curo multiplicare: sʒ ad
illa loca si placuerit recurras.

¶ Hac expedita intētione succedit alia de exsic
catione dictaꝝ venaꝝ talr̄ tumefactaꝝ q̄ ꝯueniē
ter ꝑfici pōt: ꝛ quasi sine timore qñ ex eis vt sup
ponitur non cōsuenit nā als̄ sanguineʒ per eas
expellere: etiam si omnes exsiccentur ne ibi per
manentes parata recipere fluxum humoꝝ aliū
de a superioribus intumescant ꝛ dolorē causent
maxime qñ etiam corpus non est paratū ad me
lencolicas egritudines: nam si fit dispositū ad
eas vel in aliquam earum incidere consueuerit:
tunc eas in totum remouere esset periculuʒ: im
mo in dictis dispositionibus ꝛ in periculo euen
tus earuʒ nisi natura manifestaret emorroydes
essent artificio prouocāde vt fuit sententia hyp
po. in afforis. vt fuit allegatum supra in pronosti
cis melencolicis ꝛ freneticis siue nefreticis vt
reperitur alia litera emorroydes innate bonuʒ:
vnde si non fuerint debent prouocari: ꝛ tandem
per eas fiat expulsio sanguinis melencolici in
ducendo apertionem earum per modum infra
dicendum in emorroydibus consuetis fluere et
non fluentibus: sed quando nō stat talis timor
possumus in totuʒ eas remouere: ꝛ ita laudo fie
ri debere si possibile est vt in totum remoueant᷑
tales cece non als̄ consuete ad fluxum.

¶ Et ad hoc primum oportet mundificare cor
pus vltra flobothomiam ab humore melencoli
co vel als̄ humore flegmatico grosso ꝭm diuersi
tatem materie prius preparando materiam
cum sirupis digestiuis ꝛ equantibus dictā ma
teriam cū appropriatis sepe dictis vt cum siru
po de fumoterre vel de bisantijs ꝛ violato ꝛ oxi
melle simplici ꝛ sirupo de epithimo ꝛ similibus
cum aquis appropriatis vt buglosse et cicoree:
boraginis mellisse ꝛ similibꝰ. ¶ Deinde fiat eua
cuatio cum appropriatis medicis dictos humo
res respicientibus: vt cum diacatholicone elle
boro indo ꝛ confectionis hamech ꝛ similibus:
vel cum pillulis de agarico vel de epithimo vel
de fumoterre. et cum chebulis conditis in fre
quenti vsu: ꝛ cum triphetis appropriatis.

¶ Et hic ponam vnam descriptionem vnius so
luti multum singularis in hac intentione ꝛ mul
tum appropriati fortis ad educendum hu
mores tales terrestres et notabiliter correcti:

Nota.
Des. huius medicine.

quod ordinauit Auenzoar in capitulo de ver-
ruca: cuius est mundificare corpus proprie ab
humore frigido duro et sanguine grosso. cōposi-
tio est vt infra. ℞. aloes: agarici: polypo. recētis
croci orientalis mūdi: seminis vrtice: succi liqui
ritie lapidis lazuli preparati: bdellij: oppopona
ci. añ. ʒ. j. foliorū colloquintide et ipsius colloquin
tide. añ. pondus duorū granorum succi cucume-
ris amari siue asinini pondus granorū. ij. teran-
tur et distēperentur preter colloquintidā et foliū
eius: quia oportet eas incidi minutissime et misceri
cum. ʒ. ʒ. amigd. dulciū et cū pondere. iiij. grano-
rū gūmi dragaganti et fricentur bene amigdale
trite et gūmi dragaganti et bene mixte cū medici
nis cōficiātur omnia cū syrupo acetoso: exhibet
ipse vsque ad. ʒ. v s. ego darem. ʒ. iij. vsque ad. iiij. est
singularis compositio. ¶ Et ita mundificato cor
pore et rectificatis mēbris corde precipue et epa-
te cum confectionibus tyriacalibus et cū metri-
dato diabuglossato confectione de gemmis cō-
fectione muscata et similibus et obseruato debi-
to regimine humectatiuo: tunc possumus inten

Des. pillularum de bdellio.

dere ad exiccationē cū medicinis datis per inte
rius et per exterius. ¶ Per interius valēt pillule
de bdellio secundum descriptionē istam factam vt in-
fra. ℞. mirabolanorum belliricorū indorū et embli

Des. pillularū de sādaraca.

corū partes equales: nigelle partē. j. dissoluant
cum oleo de chrysomillis donec immergantur et
conficiantur cum melle: fit dosis. ʒ. ij. ¶ Lauda-
uit etiā Aui. specialiter pillulas de sandaraca fa
ctas vt infra. ℞. sandarace: corticū ouorū: fumi-
terre: seminis porri: partes equales: salis armo-
niaci pars media: scorie ferri preparate in aceto

Nota de galbano.

partes quatuor: fiant ex eis pillule: de quibus su
matur vna. ¶ Laudauit etiam Aui. et fuit Joan-
nicij prius exhiberi. ʒ. ij. galbani sicci. dixit sic.
¶ Et ex eis que experta sunt et electa est vt in po
tu sumatur galbani sicci pondus. ʒ. ij. in aqua sup.
buglosse vel alia simili ipsum remouet eas. Ad-
dit. et si in potu sumantur tribus vicibus non redi
bunt. Et mihi dixit fide dignus affinis meus no

Nota de pelle leonis.
Nota istud secretum.

stre facultatis prestans doctor quod ipse expertus est
verū esse. Ego non vsque hodie expertus sum: sed
est rationabile. Nā calidū est in 2° et siccū in 3°.
Itē scribitur quod sedere super pellem leonis curat
hemorroidas: sup. remouendo eas. ¶ Speciale
etiā experimentū posuit Lanfrancus Mediola
nensis: vt etiā alius scripsit ad cōsumendas hemor
roidas dixit: fit modus experimēti. quod hemor-
roidas adeo consumit: quod post nouem dies non
apparet vestigium et est de meis secretis vt dicit
℞. radicū tassibarbassi ad libitū: laua et exicca in
furno paulatine et non cōburantur: sed ipsorum ser
uata virtute fiet inde puluis de quo sumantur. ʒ.

Ab extra nota medicamē Gal.

ij. et vitellū vnius oui et farine tritici. ʒ. ij. incor-
porentur et fricentur in patella cū bono oleo: et fiat
crispella que sumatur in omni die in ieiuno vsque
ad dies nonē. ¶ Exterius autē Gal. fecit. 10. mei-
mir cōpositionē ad condilomata que sunt tales ce
ce nō fluentes quo nullum melius est vt dixit vt
īfra. ℞. aluminis scissi. ʒ. ij. cere. ʒ. vij. croci. ʒ. iiij.
opobalsami. ʒ. s. hyssopi. ʒ. viij. olibani aloes. añ.
ʒ. iiij. misce. Et thesaurus pauperum dixit: anthi
moniū cōfectum cum suc. tassi barbassi cum bō-
bice ponatur super hemorroides optime sanat
earū inflationes. ¶ Et 11° continentis scribitur
de libro absque auctore hoc esse expertū. ℞. cucu-
meres et capperes et fumigando eos frica cum
eis ipsas hemorroides. Suffumigium etiam fa-
ctum cum porris coctis et butyro et colloquinti-
da facit ad exiccationem. Et 11° continentis de
mente Diasco. folia myrti si coquantur et teran-
tur cum vnctuositate et fiat emplastrū ex eis va-
let. ¶ Et Auēzo. dixit in ca°. sū. allegato: si apposi
tū fuerit super verruca vel poro modicū de cha-
ruba viridi exiccabit illud donec cadet. Et Aui.
dixit. si in aqua silique submergatur lana et po-
natur super hemorroides: quoniam per eam de-
struitur omnino. Nam siliqua est charuba et ita
ad idem venit. Et idem dixit: et ex eis que currūt

De capite pisci saliti.

cursu proprietatis est vt sumatur caput piscis sa
liti et exiccetur: approximando igitur cum tanto
casei veteris quantum ipsum est et pulueri zetur su-
per circulum ani. ¶ Fumigium etiam factum ex
anacardis valet: de quo idem dixit quod de fumiga
tionibus fortior est anacardus solus aut cū reli
quis medicis. Et modum fumigij posuit Aza. dicēs
accipe de anacardo et teratur grosso modo et in-
uoluatur in pinguedine galline nigre: postea po
natur super pruna et recipiatur fumus per arun-
dinem. Dixit etiam. Quod autem facit cadere he
morroidas in longo tēpore est quod fumigetur cum
folijs myrthe et sedeat in aqua in qua cocta sunt
quoniam nigrescunt et cadunt. et similiter dixit Auēz.
si superponatur de oleo casei quod reperitur in
vegetibus in quibus reconduntur veteres casei
exiccabit illud donec cadat. ¶ Quibus sic factis
si taliter non remoueantur et dolorose permaneāt
vel tumide: quod tamen non credo: tutius erit veni-
re ad aliā intentionem de educendo sanguinē cō
tentū in eis. Que intētio principaliter vertitur
circa hemorroidas cecas fluere cōsuetas: quoniam in
eis cum sunt consuete fluere nisi inducatur fluxus
in eis cū sunt facte tumide esset periculū de in-
cursu egritudinū a quibus securantur per fluxū ea
rū: de quibus dictū est supra de quo dicebat Aui.
quando retinetur sanguis ex eis fluere consuetus vel
sup. est retētus timetur aliqua egritudinū sup.
dictarum et timetur hydrops propter id quod ac
cidit in epate de apostemate malo duro etc.

De 5a intē tione curatiua.

¶ Hec autem intentio de prouocatione sangui-
nis per eas perficitur primo cū flobothomia sa-
phene: de qua dictū est supra de mente Aui. quod fit
iuuamentū per flobothomiā eius ad apertionē
earū vel cū flobothomia vene curuature popli-
tis: et si flobothomia nō sufficeret talis: quia nō pro
uocentur dicte vene: licet aliquotiens illa flobo-
thomia suppleat fluxus earū: tunc ad prouocan
dū subtilietur sanguis in eis cum aperitiuis nō
fortis caliditatis adurētis. ¶ Nā talia multū for
tia īspissādo reddēt sanguinē nō fluxibilē. Fiet
igitur post balneū cū humectatiuis calefaciētibus et aliqua
liter apitiuis vt cū matricaria maiore paritaria fe
nugreco capil. veneris et passulis. Postea factā bal
neatiōe supponatur de fece earum emplastrum: et ita molli
ficata et subtiliata materia in eis fricentur dicte vene fri

Aliter nepita.

catiōe aliqualiter aspera cū folijs fic.: expresso tamen prius la-
cte de dictis folijs lōga fricatiōe donec hemorroi
des apiantur. vel et fricatio cū pitaria ad istā ītētio
nē. Matricaria ēt media que dicitur herba gatta: similiter si cū
ea fiat fricatio facit ad aptionē pororum: et prouocat sā
guinē. Et si vene sint iterius tumescētē: tunc fiat lyci
niū cū pulpa colloquintide et misceantur cū oleo amig
dalarū amararum et supponantur: quoniam emittet sanguis

vt est sententia ꝛ Rasis ꝛ Aui. post quinq̃ horas
si permutentur omni hora et fint quinq̃ lycinia
in quinq̃ horis vt dicit Aui. si fiat etiam suppo-
sitoriũ ex allio vel cũ cepe ꝛ infundat in oleo de
amigdalis amaris facit ad prouocãdũ. Et dixit
Aui. imponat aliquid de lacticinijs ꝛ staphisa-
gria ꝛ stercore colũbino: dixit ꝙ ipsum aperit p-
culdubio: q꞉ tñ talia fortiter imprimũt sua acui
tate ꝛ causant dolorẽ. Ego magis inhererẽ in mi
tioribꝰ vt in ponẽdo suppositoriũ factũ de hyera
vel de pasta pillularũ comuniũ: ꝛ si pur ducerẽt
ad dolorẽ tũc dixit Aui. cũq̃ dolor fuerit fortior
sup. per dictas medicinas ponat in ano lyciniũ
ex oleo ro. ſ꞉ ad ꝓhibendũ dolorẽ cũ executione
eductionis sanguinis in hemorroidibꝰ ꝛ prouo-
catione earum facit si ponant sanguisuge super
eas ꝛ proprie supra magis tumidas imponẽdo
sanguisugas electas: ꝛ que steterint in aqua cla
ra ad minꝰ per quatuor horas. postea ponat vna
earum in cannula ꝛ tingẽdo venã tumefactã cũ
modico sanguine pulli ꝛ cõuertẽdo cãnullã ſm
caput sanguisuge vsq̃ dũ adhereat ad ipsam ve
nã applicabit quidẽ sanguisuga ad venã ꝛ sug-
get donec impleat ꝛ cadat: qḋ si nõ ceciderit sed
stet supensa etiã repleta puluerizet super eã ali
quid salis ꝛ cadet et possunt poni tres vel qua-
tuor ſm exigentiã vt egrediat sanguis totꝰ qui
est in eis de sanguine malo qḋ est vt dicebat Se
ra. q꞉ qñ nos facimus hoc sedat dolor: et hoc est
electius remediũ: qḋ fieri potest in casu nostro.

No. de impõne sanguisuge.

Et ego nõ laudo cõmunẽ practicã vt aperiantur
cũ flomo: qm̃ sepe per flobothomũ perducit ad
fistulas: ꝛ ego vidi periculũ in hoc. Et ita fit com
pleta hec intentio que cõuenit cecis fluere con-
suetis ꝛ restrictis cum post restrictionẽ ledunt.
s. eas aperire vt fiat prouocatio.

Vitupat apertio hemorroidarũ cum flobothomo.

¶ Quia tñ aliquotiẽs post apertionẽ earũ vel
cũ medicinis vel cũ flobothomo superabundat
fluxus in eis: neq̃ tñ ad oẽm fluxũ ꝛ cũ est nota-
bilis cõuenit vt restringat: immo dicebat Aui.
vt fuit allegatũ circa tex. ꝙ opꝫ vt studiũ intẽda
tur in aperiẽdo surdas sup. ꝯsuetas fluere vel cũ
nocent per aliquẽ modũ dictoꝝ supra: ꝛ cum per
alias medicinas nõ curant faciẽdo vt currat san
guis ex eis quãtũ possibile est vsq; equo debili-
tet ꝛ egrediat sangui s rubeus clarus in quo nõ
fit nigredo ꝛc. qḋ quõ intelligi debeat visum est
supra circa literã: qm̃ etiã anteq̃ ad illud deue-
niat: interdũ oportet vt fiat restrictio sanguinis
ideo ad declarandũ hoc qñ superfluit ꝛ fit neces
saria restrictio: opꝫ hoc manifestari per colorem
patiẽtis cũ alteratur ad albũ vel citrinũ aut in
plũbinũ. Pro hoc dixit Rasis IIº ꝯtinẽtis de mẽ
te Hip. in 2º epidimiarũ. cui intẽsus. i. superfluꝰ
fuerit sanguis hemorroidarũ color cutis ipsorũ
in albũ cõuertitur aut in citrinũ aut in plũbeũ:
qm̃ ſm distinctionẽ qualitatis sanguinis sup.
remanentis cõdominabit color ꝛc. ꝛ in facta mu
tatione coloris in colore sensibili a colore natu
rali ad albũ vel citrinũ vel pallidũ: tũc si succe-
dat debilitas fit necessaria retẽtio: ꝛ de hoc di-
xit Rasis paulo ante ad v̾ba dicta. Dico ꝙ si fue-
rit rursus sic factus color ꝛ debilitetur inde cor-
pus: tunc sanguis egredit absq̃ volũtate sup.
media ꝛ expulsione nature: vnde incidendus est
statim. ¶ Cũ ergo stat intentio ad restrictionẽ:
tunc oportet alterare dietã ad stiptica ꝛ infrigi-
datiua: ꝛ vitãda omnia acuta amara salsa ꝛ mul
tũ dulcia vt fuit supra dictũ. de cibarijs stipticis
est bene cõsiderandũ ne cõmittatur error qui se
pe cõmitti cõsueuit: vt ꝙ talia nõ sumantur an-
te cibũ sed simul cũ cibo vel post ipsum ne exic-
cent feces: ꝛ tũc sua duritie ꝛ asperitate noceãt:
quo supposito diuertat sanguis a via hemorroi
darũ cũ apertione vene basilice vel saluatelle in
manu vt fuit supra dictũ: sed modicũ extrahatur
pro vice de sanguine. nã in hoc casu ad diuerten
dũ: vt al's dictũ est melior est multiplicatio nu-
meri multiplicatione quãtitatis.

De 6ª intẽtione curatiua.

¶ Est etiã at-
tendẽdũ ad equationẽ humoris dñantis in san
guine maxime subtili ꝛ acuto ꝛ ad eductionẽ il-
lius etiã nitrositatis in sanguine cũ his que su-
pra dicta sunt: ꝛ hic singulariter valet triphera
ad istã intentionẽ: de qua dicit Theodosius vt
scribit IIº cõtinẽtis. ꝙ incidit sanguinẽ hemor-
roidalẽ perfecte triphera parua mixta cũ parte
squãme ferri ĩfuse in aceto per hebdomadas an-
te hoc trite. Et Aui. dixit ex eis que bibuntur ad
hoc est triphera minor: ĩ qua posita est scoria fer
ri infusa in aceto hebdomada vna sup. ad minus
a qua postea coletur acetũ: ꝛ postea fricetur tor-
refaciendo in sartagine calida ita vt bibat. i. vt
exiccet ipsum acetũ: ꝛ deinde scoria teratur sicut
puluis subtilissimus: ꝛ põt rectificari aliter vbi
est necessitas accelerationis modo vt infra. R.
squãmã que reperit iuxta incudem et subtilissi-
me tere ꝛ bullire fac in aceto: postea colet ꝛ fri-
cetur torrefaciendo in sartagine calida: deinde
iterato puluerizet: ꝛ iterũ bulliat in aceto: et sic
ter fiat vel quater ꝛ vltimo puluerizando subti
lissime: deinde misceatur cũ reliquis in triphe-
ra positis minore: ꝛ est singularis ad hanc inten
tionem.

De 2ª intẽtione curatiua.

Nota ꝓparationem squame ferri.

¶ Et aliqui exhibẽt de isto puluere sco-
rie tantum cum modico vini sic rectificato ad bo
nificandum colorem: ꝛ ita ego vidi in facto ꝙ mi
rabiliter in hoc operabatur: quoniam humidita
tes superfluas ꝛ humorem melencolicum consu
mit: ꝛ in multum pinguibus vtimur isto pulue-
re ad diminutionem pinguedinis: ꝛ quidam di-
cunt ꝙ cancrum occidit ꝛ fistulam curat exiccan
do saniem: similiter ad intentionem nostram va
let triphera minor posita a Mesue.

Nota bñ de puluere squame ferri.

¶ Et de me-
dicinis datis desuper ad intentionem constri-
ctionis et prohibitionis fluxus sunt syrupi ap-
propriati stiptici in causa calida: et in causa fri-
gida dicti supra ad prohibendum fluxum mate-
rie ad venas. nam valent trocisci de terra sigil-
lata ꝛ de balaustijs ꝛ de carabe tãdem cũ aquis
appropriatis vt plantaginis ꝛ consolide maio-
ris: et foliorum myrti et burse pastoris ꝛ similiũ
et in aquoso flegmate reddente sanguinem
fluxibilem valet syrupus de mentha cum aquis
absinthij: buglosse: et cum decoc. masticis ꝛ simi
libus. ¶ Possunt etiam fieri electuaria et confe
ctiones cum diacydonitem de zuccharo sumen-
do ipsius. ℥. ß. trociscorum de charabe trociscorũ
de spodio cum semine acetose. añ. ʒ. ß. ℈. corallorũ
rubeorum margaritarum albarum. aña. ʒ. ℈. ꝛ cũ
syrupo de acetositate citri fiat confectio in cau-
sa calida: ꝛ in causa humida non calida possunt
addi species diaolibani Rasis nono Alman-
soris de passionibus stomachi vel species diaga
riofilati. ¶ Debẽt etiã rectificari mẽbra vt epar
ꝛ stomachus extrinsecus cum appropriatis alte

ratiuis cõfortatiuis vnctionibꝰ emplastris ce-
rotis calidis vel frigidis ꝫ exigẽtiã sepe dictã.
¶ Postea de localibus. Primo valet vt fiat ses-
sio in aqua decoctionis rerum stipticaruꝫ vt ro
sarum plantaginis foliorum rubi cum sumach
⁊ balaustijs ⁊ corticibus granatoruꝫ ⁊ gallis hi
poquistidos achacia ⁊ sitibus. Et si fiat dicta de
coctio in aqua cisterne in qua extinguatur prius
ferrũ aliquibꝰ vicibꝰ erit magis iuuãs ad intẽ
tionẽ nostrã: ⁊ si placet cõfortare cũ aliq̃bus ca
lidis decoquantur in ea absinthiũ ⁊ nux muscata
⁊ thus ⁊ mastix. ¶ Postea fiãt inunctiones suꝑ
hemorroidas vt infra ⁊ est Gerardi. ℞. aloes suc
cotrini: sanguis draco. thuris: pilorum leporis
subtiliter puluerizatoruꝫ. añ. ʒ. ij. tele aranee. ʒ.
j. albuminis oui bene agitati: qđ sufficit incor-
porẽt ⁊ misceantur extẽdãt suꝑ pannũ. ¶ Põt ẽt
facta inunctione cum oleo myrtino ⁊ rosato su-
aspergi puluis factus de semine rosarũ cuꝫ myr
tis ⁊ sumach ⁊ modico thuris. ¶ Consequenter
possunt fieri emplra ex alijs stipticis: semꝑ tñ cõ
memorãdo ꝙ cum talibus stipticis difficiliꝰ fit
cura ꝓpter dispositionẽ loci: qm̃ vt dicebat Ga.
io. meimir. Nõ potest locus mordicitatẽ medi-
cinarũ stipticarum tolerare existẽs facile sensi-
tiuus. Unde addit: ꝓpter qđ idonea pharmaca
sunt ei metallica q̃cunqꝫ neqꝫ acria neqꝫ põtica
omnino existũt: etenim cum lota fuerit vt dixit
oꝑantur absqꝫ mordicatione. Et ita in hoc casu
valet cerusa. lythargirium: anthimoniũ cũ dra-
gaganto ⁊ lycio ⁊ thure singulariter. Nã si incor
porẽtur cum oleo ro. vel myrtino, vel cum succo
plãtaginis vel portulace est singulare si fiat ex
eo inunctio: possunt ẽt apponi pecie intincte in
succo tassibarbassi cum oleo chrysomillarum.
Nã hec vtraqꝫ appropriate valẽt. ¶ Quidaꝫ di-
cũt ꝙ si teratur turtur vsta ⁊ sumatur ex ea cũ balau
stijs ⁊ gummi arabico assis cum oleo de chryso-
millis multũ valet: ⁊ꝙ aristologia vsta pulueri
zata etiã trita restringit statim superposita.

Nota bonum restrictiuum.

Nota hoc experimentũ.

¶ Possem hꝰ infinita multiplicare remedia. sed
nõ curo. ista sufficiãt vt electiora. ¶ Dixit etiaꝫ
Nicolus ꝙ experimẽto mirabili inuẽtum est ꝙ
cinis buffonis applicatus hemorroidibus solꝰ
vel cum aliquo cõueniẽti tollit dolores earum
sanguinem sistit ⁊ exiccat eas si etiam indurate
fuerint: nec opꝫ vereri venenositatem ipsiꝰ: qm̃
remouetur per vstionem sicut etiam tollitur a
scorpionibus.

¶ Et si hemorroides sint de intrinsecis ⁊ ꝓfun-
dis que fluunt fiat lycinium intinctum in com-
positione vt infra ⁊ intromittatur. ℞. thuris: sã
guinis draco. boli armeni: pilorum leporis. añ.
ʒ. j. cineris testarum oui: ⁊ foliorum oliue. añ. ʒ.
ʒ. tele aranee. ℈. j. omnia incorporentur cum se-
po castrati ⁊ cum succo tassibarbassi ⁊ superpo-
natur lycinium quater in die: ⁊ cum his mate-
rialibus curabitur si deus voluerit.

¶ Modus autem sistendi sang. ⁊ remouẽdi he-
morroides in totum cum ferro. vel ligatura po-
situs est circa tex. ad illum locum recurre. Et hec
sunt expedienda per dominum chirurgicum.
Et hec sufficiãt pro ista mã de hemorroidibus.

¶ De exitu siue egressione ani: deinde matricis alijsqꝫ dispositionibus eiusdem. Capitulum. xxj.

Cum anꝰ exit egreditur carẽs apate
⁊ ita disponitur ꝙ si impellatur
ingreditur: cerufe: balaustie: galla
rũ: alumis: anthimonij: oĩum
partes sumantur equales ⁊ in puluere redi
gantur: ⁊ super locum ex oleo ros. calefacto
inunctũ puluerizentur ⁊ anus intromittatur
⁊ constringatur: qđ tamẽ fieri cõuenit post
q̃ eger a scella reuersus fuerit: ne eũ cito ad
scellaꝫ surgere sit necesse. ¶ Sumãtur etiã
galle balaustie cupule glandiũ: folia myrti:
⁊ coquãtur in aqua donec rubea fiant et
sedeat in ea et lauetur ex ea. ¶ Qđ si anus
qui apostemosꝰ est ingredi minime potest
eger aquã calidam frequẽter ingrediatur
⁊ in ea sedeat ⁊ vngat anum ex cera et oleo
camomillino aut anbetio donec ĩgrediatur.
Cumqꝫ intromissꝰ fuerit ex bis que nomi
nauimus curetur.

Iam cum dei gratia decla-
rato prius capᵒ textualiter de hemor-
roidibus ⁊ alijs passionibus eis vici-
nis vt de ragadijs ⁊ fistulis ani: ⁊ pñr ampliata
materia ad declrationem ampliorem de ipsis he
morroidibus propter intricationẽ ⁊ difficulta-
tem cognitionis ⁊ cure earum factus est spãlis
tractatꝰ de eis ponẽdo species diuersas in eis ⁊
causas diuersas ⁊ signa ⁊ vltimo curã. Nũc cõse
quẽter pro complemẽto doctrine de dispõnibꝰ
preter nãm q̃ circa anum accidũt. d. Rasis fecit
capitulum de egressione ani sup. intelligẽdo ẽt
mollificationẽ eius. ⁊ hoc recta cõtinuatiõe ha
rũ passionum adinuicem: Nam ad hemorroides
multiplr̃ solet sequi egressio ani ⁊ mollificatio
eius precipue cum ad eas sequatur dolor vt freq̃n
tius: ⁊ ita solet mã multa fluere ad illas partes
q̃ sepe fit cã relaxatiõis ⁊ mollificatiõis lacerti
cõtinẽtis intestinũ rectum in debito situ ꝫm ex
tremũ inferius: ⁊ ita faciliter fit exitus ani. per
alios etiã modos seq̃tur hec passio ad ꝓcedentẽ
vt pleniꝰ infra habebitur in causis loco suo: ⁊ qm̃
egressio matricis ꝑ easdẽ quasi ⁊ omnino siles
causas fieri põt ꝑ quas fit egressio ani ⁊ nõ nisi
parũ diuersificatur in cura eiꝰ. Jđ Ra. cũ fuit bre
uiloquus ĩ hoc libello placuit eidẽ vnicũ facere
capᵐ de egressione ani ⁊ matricis vt dicit rubri
ca: ⁊ ita determinãdo in capᵒ duo facit. qm̃ ꝑmo
determinat de egressione ani. Secundo in vlti-
ma parte capituli determinat de egressione vul
ue siue matricis. scđa incipit versus finem. ibi.
(Uulua ꝓterea si egressa fuerit.) Prima adhuc
in duas: qm̃ ꝑᵒ determinat de egressione ani si-
ne apostemate. 2ᵒ de egressione eius cum aposte
mate 2ᵃ ibi. (Qđ si anꝰ qui apostemosus est ⁊c.)
Non determinabo secundam partem huius ca-
pituli in hoc capᵒ. s. de exitu matricis: qm̃ illã ꝑ
tem reseruabo vt principalem ad tractatum de
dispositionibus matricis qui est specialis ⁊ pro
prius tractatus distinctus a dispositionibꝰ mẽ

Nota cõtinuationeꝫ pñtis capituli ad ꝓcedentia.

broꝝ q̄ sunt receptacula supfluitatū mēbroꝝ nā
lium principaliter: ⁊ ita mihi sufficiet hic sentē
tialiter declarare capitulū de egressione ani vt
litera iacet remittendo amplificationem mate-
rie ad ea q̄ dicētur in sequēti cap° de egressione
matricis propter vniformitatem causarum ⁊ p
portionalem modum curationis in vtrisq;. Pri-
ma pars igit hui⁹ capituli etiā diuidit in duas
partes. Nam p° declarat p signa egressionē ani
cōtingētem ex relaxatione ani siue sicteri vt mu
sculi ipsius intestini recti cōtētiui. 2° ponit mo
dum curationis eius. 2ª ibi. (Ceruse balaustie
⁊c.) ¶ De pª parte dicit. Cum anus extra egre-
diatur apostemate carens: ⁊ ita disponitur qd̄ si
impellat ingredit sup. sine difficultate ⁊ dolore
⁊ sup. ad tactū pcipitur mollicies: tūc sup. decla
rat q̄ talis exitus pēdet ex mollificatione lacer
ti ani ⁊c. ¶ Pro intellectu cuius partis est notā
dum q̄ licet a diuersis causis vt ante dicebatur
pendere possit talis exitus: vt etiam infra dicet
de causis exitus matricis: cum tn̄ sit exitus eius
sine apostemate: quantum ad ppositum ptinet
deductis causis primitiuis ⁊ solōnis continui
ipsius lacerti ani: talis exitus a duabus princi-
paliter causis pendere potest. s. aut ppter vehe-
mentiam mollificationis lacerti ani constrigen
tis anum ⁊ contrahentis intestinum rectum in
sursum cum lacertus nō est mollificatus ⁊ rela-
xatus ipsum ad inferiora ppter paralysim con-
tingētem in eo ex humiditate subtili imbibita
ſm plurimū in ipso. cum qua humiditate aliqn̄
cōiungit caliditas: q̄ coadiuuat ad attractionē
⁊ imbibitionem dicte humiditatis in lacerto: ⁊
aliqn̄ subtilitate sola penetratiua etiam cōiun
cta remissa frigiditate paralyticat ⁊ mollificat
dictus lacertus. ¶ Et hui⁹ signa sunt que dicta
sunt circa literam vt q̄ si impellit sup. a medico
cū digito ingredit anus faciliter in sitū suum si
sit carēs apate vt supponit. Et est ad; tactū mol
lis vt dicebat: p qd̄ signū distinguit ab egressio
ne ani cōtingētis ex spasmo ⁊ extensione lacerti
cōtrahētis ppter humiditatē magis grossaȝ in
cōcauitatibus ꝓtētā magis dilatantē ⁊ tēsionē
facientem. Nam ad tactū tales partes pcipiūtur
dure ⁊ nō obediūt vt facile remittātur ad situm
suum: ⁊ proinde talis est difficilis curatiōis re-
spectu illius que est ab humiditate subtili para
lyticāte: cum qua cuȝ impellit ingreditur anus.
¶ Etiam iste due cause p signum speciale distin
guuntur. Nam cum accidit ex mollificatiōe ani
sepe fit exitus fecis inuoluntarie: vbi cum sequi
tur tensionem in neruo cōstrictiuo cōstringitur
anus ⁊ phibetur exitus fecis: vn̄ sepe ad eaȝ cō-
sequitur colica vt dicit Aui. ¶ Discernitur etiā
si cum humiditate coniungatur caliditas vl' nō
ex pceptione caliditatis illaꝝ ptiū ad tactū vl' nō.
Ideo Rasis hic vt etiam breuiloquus posuit si-
gnum speciale maxime declarans causam cōmu
niter contingentem in exitu ani sine apostema-
te vt ipsam mollificationem differenter a causa
ppter tensionem per hoc qd̄ facilis fit reductio
eius. Et ita de ea posuit curaȝ principaliter per
duas medicinas locales. vnaȝ q̄ magis respicit
dictam mollificationem pendentem ab humidi
tate cum frigiditate: ⁊ aliam ad eam mollifica-
tionem cui cum humiditate cōiungitur calidi-
tas. secundam ponit ibi. (Sumantur etiam gal
le ⁊ balaustie.)
¶ Dic̄ ergo de pª parte supponēs causam dictā
ceruse: balaustie: gallarum anthimonij: alumis
oīum sumantur partes equales ⁊ redigātur in
puluerem ⁊ super anum ⁊ ex oleo ro. calefacto in
unctum sup. prius puluerisentur su. ⁊ hoc facto
anus sup. comprimatur ⁊ intromittatur cuȝ ma
nu ⁊ constringātur supp. nates ⁊ coxe qn̄ an⁹ fue
rit reduct⁹ sup. cuȝ bindis: vel patiēs cū ratiōe
determinet sic stare vt medicine longo tempore
possint suum effectū operari. Et ideo ordinans
tempus qn̄ debet applicari hoc medicamen vt
vtiliter seruiat: q2 multo tempore permanere
possit sup loco addidit: qd̄ tn̄ fieri ꝯuenit postq̄
eger a scella reuersus fuerit ne eum surgere ad
scellam cito sit necesse: pȝ eīm q̄ tūc multo tp̄e p
sistēt medicine in loco aliter si foret necesse ipm̄
frequēter surgere ad scellam cum dictis medici
nis vbi similiter fieret exitus ani. Addit de scd̄a
parte sumātur etiam galle balaustie cupule glā
diū: folia myrti ⁊ coquātur in aqua donec rubea
fiat ⁊ sedeat in ea ⁊ lauet ex ea. ¶ Pro intelligē-
tia huius partis ⁊ totius capituli est aduerten
duȝ q̄ in cura huius passionis: p° opȝ recurrere
ad ea que dicta sunt supra in cap° de paralysi et
spasmo in pª parte: ⁊ q̄tum ad dietā ſm magnā
partem ⁊ medicinalia: dico signāter ſm magnā
partē i dieta: qm̄ in isto casu stat necessaria mo
derata ventris lenitio: q̄ non sic esset necessaria
in ppria paralysi vnius lateris. nam facta mol-
lificatione vl' paralysi in sicteri vel i lacerto ani:
si vēter fieret stipticus foret necessaria compres
sio ad emissionem superfluitatum: ⁊ tūc ad com
pressionem sequeretur exitus ani: qui timor nō
esset in paralysi vera non cōiuncta mollificatio
ne ani: ideo in casu isto preterq̄ in cibis stipti-
cis vel medicinis stipticis que non debent exhi
beri ante cibum: immo aliqd̄ modice lenitiuum
est preponendum: in reliquis omnib⁹ debet ser-
uari dieta sicut in paralysi vel spasmo materia-
li ab humiditate declinādo ad siccū ⁊ in aere et
in reliquis n ō nālib⁹ rebus: ⁊ ita etiam in ci-
bis eligēdo cibaria q̄ ſm totā summā declinēt
ad siccū: ⁊ dimittēdo acetosa omnia ⁊ vina alba
⁊ subtilia: ⁊ breuiter obseruentur que dicta sunt
in dieta supra loco allegato. Et ita dico in medi
cinalibus oportet equare materiam ingrossan-
do ⁊ aliqualiter inspissando liquiditatem illi⁹:
⁊ euacuare materiam antecedentem in cerebro
⁊ nucha ⁊ neruis existentem: ⁊ diuertere p vo-
mitum ⁊ cōfortare cerebrum ⁊ membra neruosa
cum his que exiccando etiam cum proprietate
dicta membra confortant: ⁊ ita elige de his ⁊ cir
ca dietam ⁊ circa medicinalia q̄ posita sunt sup̄
loco allegato. ¶ Quibus canonice factis: q̄ om-
nia supponuntur hic a Rasi fieri debere. Venie
do ad localia stante egressione ani ex mollifica-
tione quod cognoscitur ex exitu fecis inuolunta
rie vt dictum est supra: tunc fiant localia que po
sita sunt circa literam: sed regulare esset si calidi
tas esset in causa. ¶ Primo fiat absterſio ⁊ mun
dificatio intestini quod est extra cum aqua deco
ctionis ordei excorticati ⁊ zucchari vnius cocte
postea lauetur locus absterſionem aliqualiter
confortando vt cum vino nigro: vl' meli⁹ fiat ses
sio i vino nigro decoctiōis corticū granatoꝝ ba
laustiaꝝ sumach ⁊ modico nucū cupssi vl' absin-

Declaratio pe ptis pre sentis ca pituli.

Declaratio 2e pticule pe partis principal.

ad cōfortationē membri neruosi: deinde fiat in-
unctio cum oleo rosato ⁊ modico camomillino
quo facto etiā superaspergatur puluis qui posit⁹
est in textu pulueri∫ando ea que ponūtur in de-
coctione cū sunt sicca vt. ℞. gallaruꝫ balaustia
rum: cupularū glandiū: foliorū myrti. an̄. partē
vnā: spice masticis. an̄. partem mediam: postea
claudatur orificium ani cum fuerit intromissum
intestinū cum digito: ⁊ si difficilis fiet introit⁹
cum digito: ponatur ventosa sicca sup cutim supe
rius. nam est forte remediū ad eleuandū sursum
intestinū: ⁊ tūc vt dictū est intromisso intestino
stet cū coxis strictis vel ligetur cum institis stādo
sup dorsum. ¶ Sed si humiditas cōiūgatur cū fri
ditate prius facta absterfione ani cum aqua de
coctiōis furfuris ⁊ bletis ⁊ in modico mellis: cō
seq̄nter fiet sessio in aq̄ decoctionis absinthij:
spice: saluie: sauine rosaꝝ ⁊ sumach: vel ponatur
spōgia infusa in dicta decoctione ⁊ supponatur
loco: ⁊ si apponatur aliq̄d vini nigri in decoctiōe
erit melius. postea reducatur facta inunctiōe cuꝫ
oleo ro. ⁊ cum oleo camomillino prius ⁊ postea
pulueri∫atione cum puluere facto a Rasi in pᵃ
parte vt ex cerusa: balaustijs: gallis: ātimonio
alumine: ⁊ si ponatur modicū thuris vel myrrhe
etiā iuuabit ad intētionē nostrā. ¶ Et ita q̄ñ cū
ꝯtingit ꝓpter ascellationē exire anū fistula fiāt
abstergēdo prius anū cum abstersiuis dictis. de
inde descēdēdo i decoctionē diuersificādo eā i ma
gis fridis ⁊ min⁹ fridꝫ ſm qd̄ ꝯtingit ī mā de cali
ditate: semp tn̄ apponēdo aliqd̄ confortatiuum
aromaticū ꝓpter dispōnem mēbri neruosi: dein
de fiat inunctio: ⁊ postea superaspergatur puluis
qui dictus est: ⁊ singularē puluerem posuit Gal.
lo. meimir. positū ab Asclipiade: vt infra. ℞. sco
rie plūbi sumach. an̄. ʒ. viij. rosaꝝ. ʒ. iiij. myrrhe.
ʒ. ij. applica vt dixit talē puluerē siccū p̄lauans
anum cū vino austero aut cū decoctione lenti-
sci: ⁊ si dictus puluis vel alius reducatur in for-
mā suppositorij vel cum succo hypoquistidos vel
cum oleo myrtino ⁊ teneatur facta reductione
forte magis iuuabit.

¶ De secunda parte huius partis ponit curam
exitus ani cum cōiungitur apā q̄ñ nō potest cō-
uenienter remitti intestinum ꝓpter apa: ⁊ p̄mo
ponit modū cure ad intromittendum. Scd̄o po
nit curam postq̄ est facta reductio. Dixit ergo p̄
mo ꝙ si anus qui apostemosus est ingredi nō pt
eger aquam calidam frequenter ingrediatur: et
ita sup. minorato dolore ⁊ mīorato apate remit
tatur ad situm suum. Addidit de scd̄a pte. Cunqꝫ
intromissus fuerit ex his q̄ noīauimus curetur.

¶ Pro intelligentia huius partis est notanduꝫ
ꝙ aliquotiēs stāte mollificato lacerto ani fit exi
tus eius facilis ipso nō exñte apato: sed coniun
cta caliditate in mā reductio difficilis erit maxi
me corpore existente repleto: qm̄ trahuntur mãe
ad locum ⁊ apatur locus: aliquotiens tn̄ p⁹sq̄
descendat apatur intestinum: ⁊ tunc sua graui-
tate ponderat versus extremitatem eius: vn̄ eo
mollificato precipitatur deorsuꝫ cum apate gra
uitante quasi queratur locus latior: ⁊ aliquali-
ter extra eductum intestinum apatum aliquali-
ter magis induratur ⁊ difficilis fit remissio ei⁹
ad interius: ideo oportet tunc intendere vt ha-
bilitetur ad reductionem cum mollificantibus
⁊ remittentibus dolorem sedendo in aqua tepi-
da: vt dicit tex. Et si in aqua fuerit decocta mol-
lificatiua vt malua altea: semen lini magis pro
ficiet ad intentionem ⁊ remissionem doloris et
indurationis eius: qua facta mollificatione vi-
deatur si facilis fiat remissio: ⁊ tunc facta abster
sione fiat inunctio vt supra: ⁊ postea pulueriza-
tio vt dictuꝫ est. Qd̄ si aliquali difficulter remit
tatur: ponatur ventosa vt dictum est supra.

¶ Sed si apparuerit exitus ani coniuncta tēsio
ne vel spasmo: tunc dicebat Aui. administras le
nificātia ⁊ supp. ex balneis talibus ⁊ ex oleis et
alijs sup. mollificatiuis: ⁊ facta sup. mollificatio
ne oportet administrare stiptica ſm qd̄ dictum
est reducto prius intestino. Nā hic precipue sūt
necessaria lycinia cōstrictiua: qm̄ an̄ reductio-
nem illi pulueres non ita tute applicantur pro-
pter tensionem ⁊ spasmum membri. Et qm̄ i hac
causa coniungitur retentio fecis oportebit ali-
quotiens iuuare naturam clysteri∫ando cū acu
tis ⁊ resolutiuis ⁊ subtiliatiuis vt cum aqua de
coctionis cartami ⁊ cum aqua salita ⁊ similib⁹:
nam excitabunt virtutem ad expulsionem et si-
mul exiccabunt materiam que fuit causa nocu-
menti. Ideo Aui. ad textum allegatum cōtinuā
do dixit: ⁊ in fine illi⁹ oportet. i. facta mollifica
tione ⁊ reductione vt administres stiptica ⁊ mo
uentia. i. educentia fecem cum eis in quibus est
subtiliatio ⁊ resolutio ad excitandam virtutem
sup. expulsiuam ⁊ ad euacuandam materiam si-
cut aqua salsa sup. mineralis ⁊ aqua salita ⁊ col
loquintida ⁊c. Et hec sufficiant quantum ad de
clarationem huius capituli de istis causis p̄mi
tiuis que aliquotiens sunt cause horum nocu-
mentorum ⁊ curis earum causarum, ad capitu-
lum etiam sequens de exitu matricis: qd̄ tn̄ capi
tulum Rasis posuit vt partem huius capituli
propter causam dictam supra.

Descr. pul. in textu positi.

Declaratio 2ᵉ p̄ticule p̄ᵉ partis principal.

Declaratio 2ᵉ p̄tis p̄n cipalis.

De curatione exit⁹ ani cū spasmo

¶ Pars quarta principalis huius noni libri que est de exitu ⁊ dispōnibus matricis. Capitulū. xxij.

Vulua preterea si egressa fuerit similiter erit medicanda. Est tamen necesse vt fortiter ligetur vt egra semper supina iaceat et coxa superius eleuetur.

Accipiēdo ergo istam par
tem vt capᵐ speciale vbi dicit. Vulua
p̄terea ⁊c. Hec ps est principalis pars
hui⁹ noni Almansoris. Nam est 4ᵃ pars princi-
palis eius in qua determinatur de passionib⁹ ac-
cidētib⁹ mēbris gn̄onis i mulierib⁹ vel de nocu-
mētis ꝯtigētib⁹ seq̄ntib⁹ ad dictas dispōnes. s.
matricis. Et diuidit pᵃ diuisione in octo ptes: qm̄
p̄ᵒ ponit caᵐ de exitu matricis breuiter ⁊ in epi
logo. 2ᵒ facit capitulū de superfluitate mēstruo
rū constringenda sicut de constrictione eorum:
cū superfluunt. 3ᵒ ponit curam in retētione mē
struorum vt de prouocatione eoꝝ. 4ᵒ ponit curā
de scissuris q̄ fiūt in vulua. 5ᵒ de nascētijs. i. apo
stematibus que fiunt in vulua siue plaga. 6ᵒ po
ponit curam plagarum q̄ fiunt in eadem 7ᵒ de-
terminat de p̄focatione matricis. 8ᵒ ⁊ vltimo fa

cit capᵐ de mola matricis. ¶ Primum caᵐ bre
niter diuidit in duas. p° ponit vnā curam gene
ralem ⁊ cōem fieri debere cum fit egressio matri
cis cū cura etiā q̄ debet exitui ani. ⁊ hoc ꝓpter
rōnē dictā sup̄: q: ab eisdē ⁊ silib' causis fieri pñt
exitus ani ⁊ matricis. 2° ponit vnū spāle fieri in
exitu matricis: qd nō sic fieri potest cōuenienter
in exitu ani. ibi. (Est tamen necesse vt fortiter li
getur.) ⁊ ex hac diuisione capituli patet recta cō
tinnatio huius capituli cum precedenti.

De anathomia matricis.

Anathomia matricis. Et qm̄ hic vt dictū
est agit de passionib' matri-
cis ⁊ ꝯsequētibus ad eas: iō ad rectā intelligen-
tiā dicēdoꝝ opꝫ p° ponere anothomiā matricꝭ ⁊
eius cōpositionē ⁊ partes eius ⁊ eius iuuamen
ta ⁊ vtilitates. Breui' tñ qd fieri poterit dimis-
sis multis late dictis ab Ari. precipue 15° ⁊ 17°
de aīalibus: ⁊ ab Aui. 6° aīalium ca° p° vltra ea
q̄ dicta sunt ab eodē 21ª tertij. ⁊ ab alijs auctori
bus medicine in diuersis locis nō necessarijs ad
intelligētiā dicēdoꝝ. ¶ Prius tñ vt euitet equi

Hic termin' matrix diuersis modis accipitur.

nocatio de matrice, est notandū ꝙ auctores me
dicine vtunt hoc termino matrix diuerso mō.
Nam aliquotiēs ꝑ matricē intelligūt solam cō-
cauitatē vel sinū in quo generat embrio ⁊ reci-
pit materia gñatiōis eius: aliquotiēs accipiūt
matricem nō pro illa tm̄ vacuitate: sed ꝑ mem
bro organico composito ex diuersis mēbris etiā
ſm spēm differētibus ad vnū finē principaliter
ordinatis vel seruiētibus vt ad gñationem. Et
hoc tale membrū est de quo dicebat Aui. ꝙ ma-
trix est instr̄m gñationis mulierū. i. in mulieri-
bus. s. effectiuū ⁊ subtiuū ⁊ instrumētale. Naꝫ ꝑ
quasdā partes eius est effectiuū pñᵐ lꝫ nō suffi-
ciēs ⁊ totale vt ratione testiculoꝝ ipsius de q̄
bus dicet: q: ſm positionē Gal. ⁊ medicoꝝ sper
ma muliebre qd in testiculis in matrice mulie-
ris gñatur nō tm̄ passiue sed etiā effectiue ad ge
nerationē cōcurrit. Et ſm hoc ab Auer. 4° colli-
get: dr̄ ꝙ matrix obtinet aliquo mō principatū
inter membra principalia: ⁊ ſm cōcauū eius vl'
sinū in matrice est instrumētum receptiuū ⁊ ſm
collum: cuius os extrinsecum vocat ꝓprie vul-
ua: ⁊ os extremum eiusdem colli versus matricē
qd opponitur ori extrinseco in directū appella-
tur hodie os matricis. qd totum collum instr̄a-
liter seruit ad deferendum materiā seminalem
viri in ꝯcauitatem matricis ꝓpter ī se recipe in
strumētū virile: ⁊ ita matrix taliter sumēdo vo
cat instr̄m gñationis in mulieribus ⁊ effectiuū
⁊ organicū instrumentale.

Os extrinsecū matricis vocat vulua.

¶ Et nota vt etiā tollat alia equiuocatio: q: est
dictū ꝙ os extrinsecū colli matricis proprie ap
pellatur vulua quod est verum cum sit sicut vul
ua vel porta faciēs ad introitū in gñatione. tñ
Aui. ⁊ reliqui auctores in diuersis locis ꝑ vuluā
sepe intelligūt matricē totalem vel cōcauitatē
eius. ¶ Loquēdo igit de matrice declarādo eaꝫ
ꝑ tria genera causarum: vt ꝑ causam formalem
materialem ⁊ finalem: matrix q̄tum ad formam
dicebat Aui. 21ª tertij. ꝙ in radice creationis est
similis instrumento gñationis qd est in viris. s.
virge ⁊ osseo cōtinenti testiculos pendēti. Naꝫ
virga in viro ꝓportionat collo matricis in mu-
liere: ⁊ osseum in viro ꝓportionatur syphac et
cōcauitati matricis in muliere: sed in viro ista
membra sunt completa ad exterius prodeuntia
⁊ manifesta: vbi corespōdentia sibi membra in
muliere sunt retēta in interioribus vñ collū ma
tricis videt sicut qddam oblongum ad interius
terminatū ſm cōcauū: ⁊ cōcauitas matricis vi-
det vt membrum ad posterius terminatū: ⁊ ita
cōcauū matricis est ꝓportionatū osseo viri po-
sterius situato ⁊ collum anterius ad virgā. Naꝫ
matrix ſm collū ⁊ cōcauū est quasi instrumētuꝫ
cōuersum ad respectū virge ⁊ ossei viroꝝ vt di-
cebat Aui. est eñ osseum syphac matricis ⁊ qua
si virga est collum matricis: ⁊ est eius figura ob
longa ad rotunditatē decliuis diuisa principa-
liter in duas partes ſm cōcauitateꝫ terminatā
ad collum vnū sicut ad vnum pñᵐ: q̄ due partes
vidētur sicut due matrices q̄ cooperiuntur tuni
ca vna: q̄ cōiūgit eas loco vno: vnde per hāc par
tem cooperientē vnā dicit matrix membrū vnū
⁊ nō plura. Et de hoc dixit Rabi. particula pª v'
sus finē: facte sunt in muliere due matrices ten-
dētes ad vnum pñᵐ ⁊ illud est collum matricis.
Addit: ⁊ corpus matricis est exterius circūdatū
pellicula q̄ cōiungit ipsas duas matrices in lo-
co vno ad quem cū ꝑuenit ligat eas. Et de hac
etiā tunica extrinseca cooperiente ⁊ duabus in
trinsecis coopertis dicebat Aui. ⁊ tunica quidē
extrinseca pura est ⁊ vna ⁊ intrinseca est sicut di
uisa in duas diuisiones quasi distinctas non si-
cut cōsolidatas: ita ꝙ si excoriaretur tunica exte
rior earum duarum excoriaretur quasi a duab'
matricibus in quibus esset vnum collum ⁊ non
sicut a matrice vna.

Matrix dr̄ mēbruꝫ vnū ⁊ non plura.

De quantitate mr̄icꝭ.

¶ Quantitas vero eius in puellis non perfe-
ctis neq; aptis ad concubitum est multum par
ua: immo minor veficis earum: sed cum ꝑueniūt
ad augmentum ⁊ perfectionem sufficientem ad
generationem tunc completur quantitas eius
sicut etiam ⁊ q̄titas mamillaruꝫ in mulierib'.
Nam ante horum membrorum complementum
erat vanum: ⁊ tunc eius extēsio ⁊ longitudo est
quasi sicut extensio colli eius: cuius longitudo
eq̄lis. i. cōiter ꝯtingēs in mulierib' est vt dice-
bat Aui. inter sex digitos ⁊ inter vndecim: q̄ñq;
tñ abbreuiatur ⁊ prolongatur ꝓpter vsum coi-
tus ⁊ dimissionē eius. Et ita multo magis ma-
gnificabitur in parientibus ⁊ concipientibus ⁊
multiplicantibus partus: ⁊ maxime parienti-
bus gemellos ⁊ proprie cum sit superimpregna
tio propter necessitatem: ⁊ ꝓpterea aliquotiēs
extenditur vsq; ad vmbilicum: licet communi-
ter veniat ad eius propinquitatem.
¶ Et locus eius est qd est stans in medio inter
vesicam ⁊ inter intestinum rectum. Nam iacet
super intestinum rectum tanq; supra culcitram
vt sit status eius lenis et in parte posteriori su
perfluit ad vesicam. i. ascendit vltra vesicam: et
sicut supra extenditur ad vesicam: ita vesica de-
orsum elongatur infra eam. i. concauitatem ei'
quod dico signanter: quia collum matricis lon-
gius est collo vesice inferius: immo terminatur
orificium colli vesice in mulieribus ⁊ intra col-
lū matricis versus os extrinsecum illius. ¶ Et
licet figuratio eius dicta sit oblonga ad rotūdi-
tatem declināns: tñ videt ad figurā quadrāgulā
declinare ꝑꝑ cornua ei' q̄b' alligat ad anchas
⁊ ad duo ilia: q̄ quidem duo cornua sunt arcua-
ta ⁊ incipiūt in directo testiculorum q̄ sunt car-
nes quedam albe plane rotunde parue. nam te-

sticuli in mulieribus sunt circa mediū matricis situati: q̄ ligamēta ⁊ cornua sunt iuxta matricē grossa ⁊ lata ⁊ iuxta anchas q̄bus alligant̄ sunt subtilia. nam ita se habēt ad matricem in ortu eius ⁊ terminatione ad anchas sicut sunt procedētia cornua bouis a capite eius: ⁊ ideo m̄ricis cornua vocata sunt ⁊ ꝓpter latitudinē eorū circa ipsoꝝ p̄n^m a matrice matrix ibidē videt̄ dilatata: ⁊ ita apparet quadrāgula: ⁊ hoc est manifeste videre in anathomia.

Quare vt plm nō generant̄ nisi duo gemelli.

¶ Ultra tñ duo receptacula manifesta de q̄bus dictū est ꝙ sunt due partes principales m̄ricis: dicit Auic. ꝙ in medio matricis est quasi semita sup. diuidēs illas duas ꝑtes in q̄ semita sunt additamēta incidētia rugosa ꝑ quā semitā tāꝙ̄ ꝑ viā diuidētē inter dextrā vacuitatē ⁊ sinistram fit aptio dictaꝝ duaꝝ cōcauitatū in q̄b⁹ cōcauitatibus recipit̄ mā̄ gñationis p̄ncipal̄r: vnde si fieret gemellorū ꝯceptio haberet vnusq̄sq꞉ locū distictū ab alio: ⁊ iō vt m̄l̄tū cū multiplicat̄ fet⁹ nō sunt nisi duo ꝓpter duas manifestas ꝯcauitates ⁊ m̄rices: de q̄b⁹ dcm̄ est: q꞉ tñ aliquotiens visum est plureꝫ gñari fetus ⁊ manifestari quasi monstruose vt voluit Alex. 9° de hystorijs. Idcirco ꝯsentiūt medici de mēte Ga. 14° de vtilitate ꝑticulaꝝ. Q̄ð in tota m̄rice sunt septē cellule: nō tñ manifesta diuisione separate: quaꝝ tres sunt in dextra ꝑte eius: ⁊ tres in sinistra: ⁊ vna est in medio eius in illa semita: de q̄ dcm̄ est supra. et in q̄libet eaꝝ pōt spma recipi ⁊ aggregari: et ita possunt cōcipi septē fetus in vna impregnatiōe vt dicūt. Dicūt ēt q̄dam posse plures multo gñari fetus ⁊ iam est experiētia visum ꝙ sunt plurimi formati fetus vltra septē ad magnū numerū vñ opꝫ dici de necessitate: ⁊ ita dicūt q̄daꝫ ꝙ in vnaq̄q꞉ cellula decē sunt rugositates. Iō ⁊ pl̄es in quarum vnaquaq꞉ rugositate pōt embrio generari: ꝙuis hoc raro cōtingat. Q̄ð tñ frequentius cōtingit de dictis mōstruositatib⁹ est vt generent̄ tres propter duas cellulas manifestas ⁊ illam viā mediā: postea ꝙ gñentur quinq꞉: q꞉ in qualibet duaꝝ vacuitatū manifestarū sunt due vacuitates: aliqñ tñ pl̄es gñant̄ vt dictuꝫ est: q꞉ etiā in eadem chisti plurimi gñantur. Et de hoc dixit Aui. in ca° de grauitate partus ponens ꝙ numeratio embrionū aliquotiēs comprimit et difficultat exitū. Et ibi addit: fortasse em̄ in ventre vno sunt quinq꞉. Addit: immo qñq꞉ est nūeratio maior illa q̄ parui sunt ⁊ diuersi .i. distinstincti. Addit: ⁊ qñq꞉ est nūmeratio plurima valde in chisti vna. Et hec sufficiant quātum ad formam illius.

Ultra septē fet⁹ vix sunt generari.

Quid sit matrix.

¶ Iam veniēdo ad modū compositionis ⁊ gen⁹ cause mālis cū quo simul ponētur iuuamēta et vtilitates modi substātie ipsius ⁊ partium componētiū ipam matricem. ¶ Primo igit̄ dicat̄ ꝙ matrix est substātia dura neruosa ex duabus tunicis cōposita: sed tunica intrīseca est grossa diuisa q̄si in duas matrices vt dictū est: extrinseca est tunica subtilis quasi vt cooperimētū illarū duaꝝ intrinsecarū: ⁊ in intrinseca sunt disseminate multe vene. ⁊ de ea loq̄bat̄ Aui. commēto de aīalibus. cū dixit. Et creabat̄ matrix ex m̄l̄tis venis ⁊ ramificat̄ ex venis p̄noīatis vt sint ibi ad sustētamētū creature: ⁊ orificia haꝝ venarū q̄ figūt̄ in m̄rice siue diuidūt̄ noīant̄ foramīa m̄ricis: ⁊ eis ꝯtinuātur pāniculi embrionis mediātibus cotilidonib⁹ ⁊ tandē ꝑ pāniculos alligātur ad venā vmbilicalem infātis: ⁊ ita mediātibus istis venis fit nutricatio ⁊ sustētamētum fetus: q̄ gñatio fuit in vita necessaria ꝓpter bonū vniuersi ad gñationē aīalium quorū conseruatio in indiuidius particul̄r nō pōt ꝑpetuari nisi ꝭm successionem ⁊ ꝓpagationē eoꝝ. et hanc sñiam posuit Ari. 2° de gñatione aīalium. ꝓpe p̄n^m cū dixit. Iā scimus ꝙ aīa est nobilior corpe ⁊ animatū nobilius inanimato ꝓpter aīam: et q꞉ est ens nobilius non ente: ⁊ q꞉ vita est nobilior priuatione vite: ⁊ nā̄ in reb⁹ cōtingētibus vt res diuina est causa melioratiōis ꝓpter hoc fuit gñatio aīaliū: ⁊ qm̄ nā̄ huius generis nō potesse eterna vel nō posset ꝯseruari vsq꞉ ad diē iudicij ꝭm fidē nr̄am: opꝫ ergo ꝑ aliquē moduꝫ vt ꝯseruet̄ cū nō possit idē numero esse eternum in forma aūt est possibile. propter hoc fuit gñatio aīaliū ⁊ creatio maris ⁊ femine propter generationē. Per easdē etiā venas educit̄ superfluitas menstruosa descendēs ꝑ illas quaruꝫ alique terminātur ad intra cōcauitatem vel sinum matricis nō existēte pregnatione: ⁊ ita tandem ꝑ collum expellit̄: ⁊ aliq̄ terminātur ad colluꝫ matricis: ad partes tñ ꝓpinquas ori intrinseco colli: ⁊ ita fluit sanguis ꝑ collum ⁊ expellitur ꝯñr. Et ista est cā ꝓpter quā aliquotiēs in p̄gnātib⁹ stāte p̄gnatione emittit̄ sanguis mēstruus vt exp̄sse dicebat Ga. 5° affo. in cōmento sexti. illi⁹ aff. Mulieri i vtero habēti si purgatiōes exierīt ⁊c. lꝫ os intrinsecū colli matricis fiat in dispōne cōceptionis in summo ꝯstrictionis: quā fortasse nō ingredit̄ extremitas acus vt dicebat Auicē. 21. tertij. qð postea orificiū dilatat̄ p̄cepto dei excelsi hora part⁹ ⁊ eius exit⁹: sicut est illð orificiū extrinsecū .i. vulua cum osse sacro aperit̄ ad exitū fetus: dilatat̄ tñ ēt intrīsecū orificiū colli hora cōcubitus ad suggēdū spma ēt stāte p̄gnatione: qm̄ plurimum delectat̄ matrix in receptione ei⁹ vt stati dicet̄ max^e tꝑe supimpregnationis q̄ aliquotiēs fit vt probat Ari. loco al. ⁊ ibi ponit pulchrā hystoriā de hoc dicēs. Et iā accidit cuidā mulieri impregnate gemellis ⁊ post imp̄gnata fuit 2°. ⁊ cum venit tempus pariendi peperit duos saluatos ⁊ peperit tertium in quinto mense ⁊ mortuus est subito. Addit idē etiā accidit cuidam alteri mulieri qð peperit vnū filiuꝫ in 8° mense: ⁊ in vltimo cū complebat̄ tp̄s imp̄gnationis peperit duos filios quoꝝ vnus erat mortuus subito: alius vixit ⁊ cibabat̄. Addit: ⁊ q̄dā mulieres abortiunt ⁊ impregnātur siml̄r ita ꝙ vnus exit de matrice ⁊ ali⁹ ꝯcipit̄. ¶ Substātia tñ matricis ⁊ partiū intrinsecaruꝫ ⁊ tunice extrinsece est neruosa sicut ēt ⁊ colli ⁊ intrinseca est aspera ad modū lingue bouis vt meli⁹ cōtineat sperma. ⁊ hoc ꝓpter illa additamenta de q̄bus dictū est supra incedētia ꝑ illam semitam mediā: proinde licet in ea sint disseminate multe vene: nō tñ ꝓprie debet dici venosa neq꞉ composita ex villis venarū: ⁊ in extrinseca sunt pauce vene. Et proinde dicebat Aui. ⁊ extrinseca propinquior est ad hoc vt sit neruosa. facta est ergo neruosa substantia eius vt sit extensibilis dilatabilis ⁊ constringibilis ꝭm diuersas necessitates. Nam opꝫ eam dilatari tempore impregnationis vt prestetur locus cōueniens extensioni fetus: ⁊ etiam tempore partus cuꝫ necessaria sit

De substātia m̄ricis qual̄r est neruosa.

reuolutio infantis ĩ vtero. Nã tũc dilataꝛ ꝛ eiꝰ dilatatio est ẜm dilatationẽ ꝛ reuolutionẽ embrionis. Est etiã necessaria cõstrictio eiꝰ aliquotiens vt tempore partus facta reuolutione embrionis. nam tũc cõstringiꝛ matrix posterior cõprimẽdo ad anterius ad adiuuãdũ exitũ fetus.

De ligamẽtis mꝛicis

¶ Ligamẽta etiã eiꝰ q̄ sunt multiplicia: sunt ẽt talr̃ neruosa extensibilia ꝛ laxa vt sil'r possit dilatari ꝛ cõstringi: matrix. q̄dam tñ sunt magis laxa: ꝛ q̄dam minus. Nam ligamẽta q̄bus alligaꝛ dorso sunt ligamẽta fortia ꝛ pura ꝛ minus laxa ꝙ alia ligamẽta q̄bꝰ alligaꝛ anchis q̄ dicebanꝛ cornua: de q̄bꝰ dcm̃ est supra. ꝛ q̄dã alia: vt q̄bꝰ ligaꝛ a pte suminis ꝛ vesice ꝛ ossei lato. nam illa sunt magis laxa extensibilia magis. oĩa tñ sunt aliqualr̃ laxa vt obediãt dilatationi matricis ꝛ compressioni tempore necessitatis dicte. Et pro tãto nõ est negãdũ quin matrix aliquotiẽs moueaꝛ corporaliter ꝛ situaliter eleuãdo se superiꝰ a situ sibi cõnaturali: vt ꝓpter vapores vel vẽtositates inclusas in sursum eleuãtes: vñ comprimaꝛ diaphragma saltem mediate etiã situaliter a matrice mota vt infra videbiꝛ de suffocatione matricis: verũ est tñ ꝙ non multum eleuaꝛ neqꝫ recipiꝛ in stomaco vel in gula vt q̄daꝫ bestiales mulieres affirmãt: qm̃ ad talem motũ ꝓhibent ligamenta q̄bꝰ alligaꝛ ad mẽbra dicta: q̄ ꝛ si possint aliqualr̃ extẽdi: nõ tñ multũ vt ptꝫ: ꝛ hoc ẽt probaui 6° interiorꝝ. penultimo ca°. ¶ Sed hic opꝫ bñ notare ꝙ cum diciꝛ matrix esse neruosa ꝛ habere ligamenta nõ debet intelligi ꝙ sit neruosa: qꝛ eius compositio sit ex neruis ex cerebro veniẽtibꝰ: sed dꝛ neruosa ꝓpter siĺitudinẽ membrorũ neruosorꝝ vt dixit Joannes alexandrinus ꝑ° commẽto libri epidimiarũ. Nam sicut nerui dilatãtur ꝛ cõstringũtur: sic ꝛ matrix dilatatur ꝛ cõstringiꝛ: vt dcm̃ est. Nam si ex neruis a cerebro ortis componereꝛ multum cõicaret cerebro in doloribus eius ꝛ ecõtra: qꝺ nõ videꝛ ad sensũ lꝫ aliquotiẽs fiat cõicatio nocumẽtorum matricis ad cerebrũ vt stãte apostemate calido in matrice vl' facta retẽtione mẽstruorum ꝛ supueniẽte febre. Nam exñte apostemate calido ꝑ alligationẽ ꝑ cornua ad anchas vicinitate spine et nuche cõicaꝛ nocumẽtũ cerebro: ꝛ ita retentis mẽstruis facta euaporatione ꝑ diuersas vias ad caput põt fieri nocumẽtũ: nõ est tñ negãdũ q̄n ad matricẽ veniãt q̄dã nerui sensitiui ex cerebro q̄bus sentit ꝛ interdũ dolet ꝛ voluptuaꝛ tpe receptionis seminis. Et hãc sñiam totã etiaꝫ posuit Aui. 20ª tertij cum dixit. Et cũ dꝛ matrix neruosa nõ intelligiꝛ ꝑ id qꝺ eiꝰ creatio sit ex neruis cerebri: immo ꝙ creatio eius sit ex substãtia siḿi neruis alba priuata sanguine viscosa extensiua sup. sicut sunt nerui. Addit: ꝛ nõ adueniunt ei. s. matrici ex cerebro nisi nerui pauci q̄bus sentit. Et reddẽs rõnẽ dixit: ꝛ si esset vehemẽtiꝰ neruosa sup. ꝑ dictos neruos ad eam veniẽtes vehemẽtius communicaret cerebro. Et hoc totũ bñ mẽti tenete: qm̃ matrix nõ est vere neruosa: sed ẜm siĺitudinem vt dictum est. ¶ Et qꝺ dictuꝫ est de matrice idem intelligaꝛ de collo eius. Nam est neruosum ad intellectum dictum quasi sit cartilaginosum etiam asperũ: quasi sit in eo ruga supra rugam vt fiat maior delectatio in actu coitus. ¶ In matrice etiam sunt duo oua: vt dictũ est supra. q̄ sunt dicte carnes glãdose: ꝛ sunt duo testiculi mulieris ad rotunditatem magis declinãtes ꝙ testiculi viri ꝛ minores sunt testiculis virorũ: ꝛ in eis fit generatio spermatis sicut ꝛ in testiculis viri ẜm sñiam medicorꝝ: etiã cooperiuntur tunicis ꝓprijs sicut testiculi viri tunica intrinseca ossei: qm̃ iacent inter duas tunicas matricis ita vt exterius manifestẽtur ꝓpter tenuitatem extrinsece tunice: ꝛ ad testiculos alligantur vasa seminalia: per q̄ euomiꝛ materia spermatica q̄ vasa seminalia terminãtur ad collum matricis prope orificiũ intrinsecũ: ꝛ ita recipiꝛ mã spermatica muliebris intra collum mꝛicis. Et dicebat Auicen. 9° aĩalium: ꝛ opus est in hoc qm̃ orificiuꝫ matricis sup. intrinsecum festinat ad suggendũ cũ sentit ꝓpriũ sperma ꝛ tunc sugget sperma maris cuꝫ ambo succederint in vnũ: ꝛ operabitur in vna hora duplex iuuamẽtũ vt dixit. s. sup. mulier. s. eiectionem ꝓprij spermatis ꝛ attractionem alterius: ꝛ ita melius ꝯñr colligiꝛ matrix ꝓpter magnum desyderiuꝫ sup vtrũque sperma ꝛ hoc est maxime iuuans ad generationem: lꝫ Auer. 2° colliget non assentiat huic positioni medicorũ in ca° de iuuamẽtis testiculorum. Nã ibi dixit ꝙ testiculi mulieris non habẽt effectuꝫ in gñatione: ꝛ ꝙ sperma qꝺ generaꝛ in mulieribus in gñatione habet intentionem ꝛ probat ꝑ sensum: qꝛ homo videt ꝙ mulier impgnaꝛ absqꝫ eo qꝺ spermatiꝫet vt dixit: ꝛ ibi põit hystoriã de illa sua vicina de cuius sacramento ꝯfidere poterat vt dixit: q̄ iurauit in anima sua: ꝙ impregnata fuit subito in balneo lauelli in q̄ spermatiꝫauerant mali homines cuꝫ essent balneari in illo balneo ꝛc. ꝛ tãdẽ ponit vnã sñiam sibi placẽtẽ q̄ fuit Auedani q̄ dixit ꝙ vulua sine matrix trahit sperma ꝑ vnã ꝓpriã virtutẽ q̄ est in ea a tota specie: ꝛ ꝙ ad hoc non est necessaria delectatio vt dixit. Hec tñ opinio nõ cõiter acceptaꝛ neqꝫ ego ei assentio: sed sto cũ positione cõi medicorꝝ. Et Aui. cõmẽto animalium ꝙ sperma muliebre iuuat ad gñationem per diuersos modos ꝛ ad delectationem cõueniẽtẽ: ꝛ ad gñationem etiã passiue ꝛ materialr̃ cõcurrendo ad formationem embrionis. Sed istud in hoc loco latius declarare nõ curo: qꝛ nõ est presentis ꝓpositi. Tamẽ istam sñiam visus est saltem olfacere Auer. 4. colliget cap° vltimo vbi loquens de signis ꝓprijs egritudinũ vulue. i. matricis dixit ꝙ hoc membrũ est principale ẜm aliquẽ modũ principalitatis: qꝺ non videtur aliter posse intelligi nisi ex parte testiculorum eius ꝛ spermatis ꝯsequẽter. Et hec de matrice sufficiant.

Mouetꝛ interdũ matrix corporaliter ꝛ situaliter.

Mulieres hñt duos testiculos vt viri.

Precipitatio mꝛicis dꝛ motꝰ eiꝰ ad dextrã vl' sinistrã partem.

Nota hystoriam.

De q̄ddita te rei dispõnũ mꝛicis.

Quid nominis

ꝛ q̄d rei q̄rũdã dispõnũ mꝛicis. Declarata sic anathomia mꝛicis q̄ ab aliq̄bꝰ vt scribiꝛ ꝑ° ꝯmẽto epidimiarꝝ: dꝛ adelphis ꝓpterea ꝙ orientia ab ipa adelphi. i. frẽs dñr. adelphos em̃ grece latine dꝛ frẽ. q̄dã aũt appellãt eaꝫ tumorẽ cõiter aũt appellaꝛ matrix ꝓpter id qꝺ est sicut mater quedam embrionis. Hec autem moueꝛ qñqꝫ a loco suo ꝛ situ nãli sibi q̄ incõueniẽs est dispositio cõpositionalis siue moueaꝛ in sursum siue in deorsum lateraliter declinãdo: siue etiã elongeꝛ extra orificium eius extremum inferius absoluto vocabulo vocatur dislocatio matricis ꝛ de hac dislocatione ꝛ speciebus eius que diuersa nomina sortiuntur vt statim dicetur ꝑ ampliatione mãc erit sermo. Nã lꝫ. d. Ra. ꝑncipalr̃ loquꝛ

De cãis generalibus

tus fuerit:in cap° nostro de egressione matricis q̄.ab aliquibus vocaẗ lubricitas matricis:⁊ ab aliq̄bus lapsus matricis ad exteriora:vt a Se. ⁊ ab. A. appellabaẗ talis dispositio augmētum matricis ⁊ exit' eius:⁊ a Bordonio dr casus matricis ⁊ aliquotiēs cōuersio ei':⁊ hoc ideo fecit qꝛ hec dispō freq̄ntius euenit q̄ alia mala situalis dispositio:tñ ēt aliq̄tiēs cōtrahiẗ matrix in sursum opposito mō motui deorsum:⁊ appellaẗ proprie suspensio matricis ad modum Aui. de q̄ fecit paruū cam:lꝫ ab aliq̄bus appelleẗ suffocatio:vt qꝛ in suffocatione matrix aliq̄ñ aliqualr cōuertiẗ in sursum:nisi tñ cōiungaẗ in ea eleuatione matricis accñtia similia epilepsie non debet dici ꝓprius suffocatio:qꝛ tale nomen est ꝓprius nomē accidētis q̄ morbi vel cause ei' vt videbiẗ. Aliq̄ñ etiā cōuertiẗ a suo situ nāli versus alterū laterū:qꝛ vel ad dextrā vel ad sinistrā partem ⁊ tunc appellaẗ ab aliq̄bus proprio nomine precipitatio sicut fecit Bor. qui cum fecit capm de precipitatione matricis in pn° capituli dixit. Matrix precipitatur aliq̄ñ ⁊ declinat v̄sus alterū vertebrorū versus alterā ancharꝫ ⁊ tūc appellaẗ vt vult precipitatio lꝫ iste termin' p̄cipitatio aliq̄ñ sit cōis ad quācūq̄ mutationē matricis a naturali suo situ:⁊ sic pꝫ quid nominis harū dispositionū. ¶ Et ita sumēdo illū terminū precipitatio qd idem sonat sicut dislocatio matricis tūc declarādo quid rei talis dispositiōis dici potest q̄ talis precipitatio est declinatio siue motus matricis a situ sibi naturali ⁊ ꝯuenienti ad innālē:siue aliq̄lr se eleuādo siue declinādo ad alterā partē.s.vel dextrā vel sinistrā siue ad orificium vulue:siue fiat exitus eius manifestus siue non:⁊ hic sumitur declinatio non solum pro motu:immo ⁊ pro fine eius ad quem vt situ tali propter quem malum situm sit impedimentum ⁊ lesio matricis sensibile in operatione principalissima vt generationis vl' cōceptionis siue debite receptionis materie seminalis virilis ⁊c. vt patet discurrenti. Et hec de primo p̄ncipali sufficiant.

Precipitatio mficis & mot' ei' ad dextrā vel sinistrā partem.

Distinctiones.

Ueniēdo ad scōm principale de distōnib' sit hec prima distō:q̄libet talis situalis mutatio diuersa:de qua dictū est in distōne:aut est recens ⁊ nouiter facta:aut est antiqua ex multo tp̄e talis. ¶ Scōa distinctio:in tali situali mutuatione:aut siẗ cōiungiẗ apā in matrice aut nō:⁊ ita aut ꝯiungitur in ea retentio menstruoꝝ aut nō:immo aliquotiēs sup̄fluitas eoꝝ. ¶ Alia distō:aliquotiens cum tali situ coniungitur dolor in pectine ⁊ in partibus circūstantibus magis ⁊ aliquotiēs nō. ¶ Alia distō:q̄ñq̄ ꝯiungiẗ cuꝫ hac dispōne febris:⁊ aliquotiens non. ¶ Ultima distinctio:talis dispō q̄ñq̄ cōiungiẗ in muliere iuuene q̄ñq̄ in sene vel in etate media ꝯstituta: et quedam est coniuncta viro ⁊ quedam non. Et hec sufficiant.

De cāis generalibus

Cause.

Ueniēdo ad tertiū de cāis sit ista cā ḡnalis.s.oīs cā potēs imprimere notabile nocumentum in ipsam matricem siue cōplexionale siue cōpositionale siue soluōnē ꝯtinuitatis maxime si fiet impressio in determiāta p̄te matricis singulariter:omnis talis cā pōt efficere dislocationem siue precipitationem ei' diuerso modo:vt statim dicetur.

¶ Sed spālius veniēdo ad diuersas differētias ⁊ spēs dislocatiōis:p̄mo ad suspēsionē ei' dicebat. A. q̄ q̄ñq̄ accidit suspēsio ei'.i.eleuatio in sursum ꝓpter clausurā.s.orificij matricis.nā talis clausio orificij ei' ꝓhibēs debitā euētatiōnē disponit matricē vt moueaẗ ad locū ad q̄rēduꝫ debitū spiraculū sibi ꝯueniens ⁊ moueẗ in sursum in p̄tē cōtrariā clausioni:vel meli' dici pōt s.q̄ stāte orificio clauso ꝓhibita euaporatione fieri consueta per dcm̄ orificiū repleẗ matrix vaporib' malis eā cū ventositate sursum eleuantibus:⁊ ita matrix in sursum eleuatur ⁊ hec est ꝓ prior cā. ¶ Aliam cām posuit Aui. dixit:et q̄ñq̄ accidit sn. talis suspēsio matricis ꝓꝑ apata cala ⁊ dura:q̄m tunc matrix si fuerit apata circa partem inferiorem matricis versus collum ei' mouebitur in partem oppositam loco apato:⁊ ꝯñr mouebitur in sursum ⁊ fiet suspēsio eius.nā matrix declinat ad cōtrariū loci apati ꝓpter id: qꝛ percepto nocumēto in latere apato matrix ibidē ꝯhiẗ ⁊ decurtaẗ ꝯuertēdo se versus partē oppositā vnde sequiẗ declinatio eius ad latus oppositū etiā nō obstāte grauitate apatis ad ꝯhēdū ipsam ad lat' suū. ¶ Aliā causam posuit Gal'. talis ascēsus. 6° interiorū. ca° 3° ⁊ penultimo vltra mediū capituli reducēs ad causas spasmi repletionalis hāc eleuationē. Nā dixit rñdendo questioni q̄ si interrogenẗ cur vulua intra saliat.i. sursum eleueẗ vel lateraliter moueaẗ ⁊c. dixit rñdemus ideo qꝛ vulua se cōstringente.i.matrice: collū ei' etiā ꝯstringiẗ:⁊ hoc ex sanguine venarū ad eā ⁊ cathenis veniētiū.i.ꝓpter repl'ōnē venarū ipsi' matricis ex sanguine:⁊ ita fit spasm' de plenitudine:⁊ est sententia affo. Hip. de spasmo ex plenitudine extēso corpore b̄m latū absolute lōgitudo abbreuiaẗ ⁊ curuior efficitur ⁊ sup. b̄m plenitudinis q̄titatē dilataẗ ꝯcta parte inferiori. talis aūt repletio venarū sepe fit ex ꝓhibitis mēstruis ꝓpter causas ꝓhibitionis: de quibus loco suo diceẗ maxime si extensio venarū in oīb' fiat equaliter tunc fiet motio vulue equaliter et ad superi'. Nā vbi fieret inequalis repl'o vt in p̄te dextra magis vel in sinistra: fieret inclinatio magis matricis ad alterā partē vt statim diceẗ. Et hec eadē snīa plani' scribiẗ 9° ꝯti. 2° ca° satꝫ ad prinm dixit. Declinationē matricis ad latera ⁊ ei' coadunatio ad superi' accidit ex cursu mēstruorū ad venas ⁊ oppilatione orificioꝝ ipsarū venarū:⁊ inducit eā ad cōcauitatē matricis vnde declinationē patieẗ ⁊ adunabiẗ:⁊ inde matrici accidit spasm' ex extēsione. ¶ Sed si fuerit eq̄lis coadunabitur ad superius. Tñ si fuerit in vna parte ⁊ nō in alia:causa ipsi' passionis erit retētio mēstrui quod nō currit de matrice.

De causis spālibus

¶ Et ex his patēt alique cause precipitationis matricis ad alterū laterū:vt si fuerit apa in latere dextro:declinabit matrix ad lat' sinistrū per modū supra declaratū. ¶ Q̄ñq̄ etiā cā est duricies alteri' duarū partiū: sed nō apostemās.vñ ꝓpter materiā ibi vel ꝓpter grauitatē acquisitā sit tractus alteri' partis ad eā:vnde in altera p̄tiū grauitate ⁊ pōdere acq̄sitis illa trahit alterā ⁊ ꝓprie si altera p̄s ab hūiditate fuerit mollificata:nā tūc ꝯuerteẗ illa pars ad aliā oppositā: q̄ si fuerit spasmata ꝓpter replentē materiā multo magis ꝯuerteret aliā p̄tē habilitatā ad casuꝫ ad eā:⁊ ita aliq̄tiēs vlcera ⁊ relaxatiōes ligamē

De causis p̄cipitationis mficis

torũ vnius partis stãte essentiali sanitate in altera faciet casum partis egre supra sanam ⁊ ita adducere põtes causas diuersas diuerso modo occurrẽtes q̃ dicte sunt supra in pᵃ parte in caᵒ de tortura oris.

De causis descẽsus mr̃icis ⁊ p̃mo de primitiuis.

¶ Cause ṽo descẽsus ⁊ lubricitatis ipsiꝰ matricis ⁊ aliquotiẽs cõuersionis eiꝰ: q̃dã sunt primitiue ⁊ q̃dam sunt corpales. Et de primitiuis sũt casus ab alto ⁊ maxime si fiat supra pedes suos: ꝓpter quem casum rumpũtur ipsius ligamenta aliqua: ⁊ sic descẽdit matrix in directũ: ⁊ ita per cussio supra regionẽ matricis cuꝫ pede calcitrãdo vt aliquotiẽs faciũt q̃dã mariti bestiales circa vxores suas: ⁊ ita vehemẽs conatus in sublenãdo res multũ ponderosas est de causis huius rumpẽdo. Et accidit etiã aliquotiẽs vt d̃r Asa. hoc ex frequẽti sessione in locis frigidis aut propter submersionẽ in aquã fridã vt dicebat Bor. aut inunctione ex vnguẽtis fridis: aut q̃ exposuit se vẽto frido. Nam debilitantes tales cause mr̃icẽ possunt esse causa exitꝰ illiꝰ: ⁊ ita tristitia ⁊ timor nõ inquãtũ reuocãt ad interiora: sed in q̃tũ infrigidãt ⁊ paralyticãt vt dicebat Bor. et sil'r comestio fructuũ frigidoꝝ ⁊ multus potꝰ ẽt virtual'r humectatiuꝰ ẽ de causis p̃mitiuis huiꝰ nocumẽti matricis. ⁊ iste oẽs vel sil'es cause pñt adaptari si recte ꝯsyderabis ad exitũ ani etiam in viris. ¶ Sunt etiã alie cãe p̃mitiue q̃ magis appropriate faciũt ad exitum mr̃icis vt est vehemẽs vociferatio vel vehemẽs sonitus ⁊ ꝑceptio eiꝰ ꝑ auditũ vt ex tonitruo vel bombarda ⁊ his sil'ibꝰ: q̃re terrefacta fit matrix vt dicebat Aui. ⁊ ita cõmotione eiꝰ descẽdit: ⁊ ita ꝑ eundẽ modũ etiã multa sternutatio ⁊ tussis vehemens cõmouẽdo violẽter matricẽ in deorsum ⁊ excutiẽdo põt esse cã fortis ad hũc effectũ: partus etiaꝫ cũ fit difficilis ꝓpter vehemẽtiam cõpressionis in expellẽdo fetũ ẽt dolor inde ꝯtingens vt voluit Sera. est de causis: ⁊ magnitudo fetus cum sua grauitate ponderando est de cãis sed maxime ad hunc effectũ faciẽtibus. Aut etiã contingit ex exitu fetus subito vt dicebat Aui. et similes cause vel proportiones ad exitum fecis difficilẽ aut ad quãtitatẽ eius grauãtem cuꝫ labore expressiuo vt fit aliquotiẽs ĩ tenasmone pñt esse cause exitus ani ⁊ ad exitũ etiã matricis. De primitiuis etiã causis est maxime mala oꝑatio obstetricis ⁊ labor eius ĩ extrahẽdo fetũ ⁊ secundinaꝫ: q̃m vehemẽter ⁊ violẽter quasi cũ secũdina extrahit aliquotiẽs matricẽ.

De causis intrinsecis descensus matricis.

¶ Aliquotiẽs aũt cadit ⁊ descẽdit matrix ꝓpter causaꝫ intrinsecaꝫ et corporalem vt dicebat Aui. ꝓpter humiditates mollificãtes sup. ligamẽta eiꝰ vnde ipsis paralyticatꝭ ⁊ relaxatis vel stãdo vel modice ĩcedẽdo matrix sua grauitate deponitur: ⁊ hoc cõtingit aliquotiẽs nõ solũ ꝓpter humiditates relaxãtes: sed ꝓpter humiditates putrefaciẽtes accidẽtes ligamẽtis: et ita descẽdit matrix. Et hec est principalissima cã cõiter cõtingẽs: que causa proportionari põt ẽt ad exitum ani correspõdenter vt patet. Et ad hanc causam cõmuniter occurrũt medici tanq̃ ad cõem cãm cõtigẽtem.

¶ Et matrix aliquotiẽs exit scd̃m orificiũ extrinsecũ tm̃: aliquotiẽs quasi scd̃m totũ collũ. Et dicebat Aui. ꝙ q̃n̄q̃ egreditur tota supple p̃terq̃ cõuertatur vel reuersetur: ⁊ q̃n̄q̃ cõuertitur: q̃ fundus matricis exit stãte collo in debito situ: ⁊ hoc contingere põt ꝓpter vlcera ⁊ corrosiones ligamentoꝝ indebite ligantiuꝫ sinum matricis ⁊ fundum eius stante bonitate ligamentoꝝ ipiꝰ colli: ⁊ tunc inuersabitur matrix ꝫm sinum: ⁊ credo ꝙ iste fuerit casus de quo narrat Auen. 39ᵒ. tertii. in caᵒ ꝓprio de latitudine matricis: cũ dixit. Cum essem iuuenis vidi mulierem cuiꝰ matrix exiuit ad modũ plumaceoli parui ⁊ permãsit sic tempore longo ⁊ nesciui vt dixit ad q̃d deuenerit negocium: q̃ non amplius vidi eam: et in processu capituli dixit ponens mulierem posse viuere etiam sine matrice: ⁊ narrauerunt medici ꝙ possibile est putrefieri chordas matricis i. ligamenta matricis sup. totius ꝓpter qd̃ cadit matrix ⁊ permanet mulier viuens non impediẽte ipsam. s. mulierem aliquid a sui vita. Addit: ⁊ postq̃ insperi hoc in libris narrauit mihi hoc fide dignus ꝙ vidit mulierem cui hoc accidit ⁊ ꝑmansit exercens opera sua longo tp̃e nihil lesa ab illo accidente. Et ego vidi vnaꝫ in Papia de qua dicebatur qd̃ ab ea exierat tota matrix ꝫm partes putrefactas in diuersis temporibꝰ ⁊ supuixit ꝑ aliquot annos post ⁊ erat ex nobili genere. Et hec de causis sufficiant.

No. hystoriam.

Mulier viuere põt sine mr̃ice.

Nota hystoriam.

Signa. Jam veniendo ad signa. p̃ᵐ ponẽtur q̃dam signa pronostica euentus ꝫm ordinem nostrum: deinde ad bonũ ⁊ ad malum: ꝯsequẽter demõstratiua generis: postea specierũ. ¶ Primũ ergo ꝓnosticum euentus generale sumit ex precessione causarum primitiuarũ adducere potentium maxime ad precipitationem in deorsum ex calcitratione in ventrẽ mulieris vel ex saltu vehementi ⁊ frequentato vel ex precessione aliarũ: de q̃bus dcm̃ est: q̃ aliquotiens adducere possunt nõ tm̃ ad precipitationẽ ⁊ ad casum: sed etiã ad latus. ¶ Aliud magis speciale ꝓnosticũ euẽtus dislocationis in sursum vel deorsum vel lateral'r sumit ex omni causa pueniẽte siue sit primitiua siue sit corporalis de se parata notabile nocumentũ inducere in matricẽ: ⁊ hoc mõ fumigatio rei male ⁊ fetẽtis per deorsum adducere põt ad saltũ ⁊ motũ matricis ⁊ sil'r omnis causa faciẽs sol'onẽ in cõtinuo circa matricem vel in matrice adducere põt ad diuersum motũ matricis: vt esset cõcubitus cũ viro sibi nõ ꝓportionato vel habẽte instrumentum recedẽs a mediocri in longitudine ⁊ grossitie sicut in aliq̃bꝰ aliq̃tiẽs reꝑitur q̃ ꝫm illõ mẽbruꝫ q̃si monstruosi exñtes magis sunt de nã asinina q̃ hũana: ⁊ ita ẽt oẽs alie cause q̃ adducere pñt ad ap̃ata matricis cũ occurrũt ex his possumꝰ ꝓnosticari. s. p̃cipitationẽ mr̃icis sumẽdo large illũ terminũ. ¶ Alia ꝯcl'o. cũ apparuerit mulieres nã fl'atice ⁊ dederit multum se ocio cũ regie hũectatiuo ĩ talibꝰ expectare oꝫ p̃cipitationem mr̃icis pꝫ cũ in talibꝰ parate sint abũdare materie circa mr̃icẽ multe q̃titatis q̃ replẽtes cõcauitatẽ mr̃icis ibi grauitatem causantes cũ mollificatione ligamẽtoꝝ facient ad descensum matricis. Et si in alteram partium magis recipiantur q̃ in altera facient precipitationem ad latꝰ ⁊ si claudatur os matricis intrinsecum facta ex vtraq̃ parte laterali distensione fiet retentio vaporum ⁊ ventositatum in matrice: ⁊ sic fient causa ascensus ⁊ suspensionis matricis. ⁊ si tu consyderabis poteris alia multiplicare pronostica euentus ex his q̃ supra dicta sunt: ⁊ ista causa q̃

De signis ꝓnosticis ⁊ p̃ᵒ euẽtꝰ.

dicta est magis adducere pōt ad p̄cipitationez in mulieribus q̄ iam iuuētutē transierūt q̄ͥ i iuuenib⁹ vt ptz: ⁊ ita magis expectare opȝ has passiones in autūno q̄ͥ in aliꝭ tpibus anni: ⁊ i tpe frigido ⁊ humido ⁊ flāte vento boreali: lȝ etiam vētus australis ad hoc adducat p aliū modū vt ibi patebit consideranti: iste oēs cōclusiones p̄nostice adaptari possunt etiam ad exitum ani si considerabis.

De signis euẽtꝰ pxie venturis.

¶ De pnosticis vero euẽtus pxime primũ sigᵐ est difficultas in anhelitu sepe cũ pulsu cordis ꝛ debilitas sustẽtationis su ijpsiꝰ cũ quadã pigritia ꝛ paruitas in pulsu cũ aliquali tẽsione ꝛ aliquotiẽs dolor capitis ꝛ somnolẽtia: ꝛ alteratio coloris faciei aliquotiẽs ad citrinitatẽ aliquotiens ad ruborẽ ſm qd̓ vapores eleuati a liqñ resoluunt̃ a sanguine retẽto ad rubeũ declinãtes: vel ex mã magis malitiosa imprimẽte in cor: vñ incipit fieri retractio spũs versus cor: ꝛ ita fit inclinatio ad citrinum vel pallidum: ꝛ ita aliquotiens fit sitis ex caliditate vaporum ascendẽtiũ per os stomaci: ꝛ ꝙ plurimum euenit est ꝙ mulier imaginatur quasi aliquid eleuetur ex pectine eius: ꝛ quãdoq̃ mouentur huc ꝛ illuc quasi inuoluntarie propter nocumenta communicata lacertis ex vaporibus: ꝛ impeditur eis quasi loquela ꝛ intellectus vt ipse fatentur: ꝛ mihi sepe narrauerunt propter misceri vapores cũ spiritibus animalibus cum ad cerebrum p̃ueniũt: ꝛ dicebat Serap. cum appropinquat hora paroxismi accidit debilitas consilij ꝛ pigritia ꝛ corruptio cogitationis ꝛc. Et si hec accidentia antecesserunt que dicta sunt de pronosticis longinquioribus: tunc ista signa sunt euidentiora paroxismi euentus: ꝛ ista omnia possunt verificari ex communitate vaporum eleuatorum ad cor vl̓ ad cerebrũ anteq̃ in sincopim cadant vel in epilepsiam. Et cum magis approximat paroxismus sepe apparet mulieri vt habeat aliquid glandulosum in gula quasi paratum ipsam suffocare: dicunt sepe mulieres ꝙ hoc est matrix que ascẽdit ad gulam: ꝛ hoc accidens prouenit communicato iam nocumento diaphragmati facto aliqualiter inobediente in dilatatione: vñ fit principiũ prefocationis. Et ista sufficiant de pronosticis euentus.

¶ De pronosticis vero ad bonum sit hoc generale cum stant signa euentus menstruorum post retentionem menstruorum vnde successit prefocatio matricis est significatio bona. Et cum iam fit euacuatio ipsorum menstruorum ex multo tempore retentorum est etiam melior: quia est significatio citioris solutionis. Et ita si fuerit ex spermate retento dicebat Rasis nono continentis loco allegato de mente Gal. in libro humorũ sperma si acciderit in ore matricis laborãtis suffocatione matricis mitigatur inde passio eius statim. ¶ Aliud signum pronosticum ad bonum nõ simpliciter sed secundum quid prefocatio contingens ex retentione menstrui vel alijs humiditatibus etiã corruptis: ꝛ frequentius est minus mala q̃ contingens ex retentione spermatis: patet cõclusio ex superius declaratis. ¶ Alia cõclusio: cũ accidit suffocatio matricis in pregnante: qd̓ tñ raro euenit succedẽte partu preseruatur a casu in paroxismos prefocationis. nam dicebat Aui. ꝙ non accidit prefocatio in partu cum motus partus fit laboriosus sup. ad inferiora expellendo sup. superfluitatem per deorsum: quarum presentia in matrice tempore pregnationis fiebat euaporatio ad superiora: ꝛ hoc verum est vt in pluribus: quoniam non repugnaret: ꝛ ego vidi in facto ꝙ etiam in actu pariendi vel post partum de proximo euenisse suffocationẽ matricis ex euaporatione etiam ad superiora de materiebus que cõmouentur in partu ꝛ si earum materierum corpulentia moueatur ad inferiora.

¶ Alia cõclusio. dicta dispositio accidens in muliere frigide complexionis naturaliter vt in flegmatica vel melencolica ceteris paribus in malitia materie est minus mala q̃ si cõtingat in muliere calide cõplexionis. patet cõclusio: qꝛ diminutio vel quasi prohibitio anhelitꝰ citius fit ad mortẽ ceteris paribus in muliere cuiꝰ cõplexio sit calida vbi est indigẽtia maioris euentationis q̃ in opposito modo disposita: pꝫ consideranti.

De pnosticis ad malum.

¶ Et ex his possunt formari cõclusiones pnostice ad malũ opposite his que dicta sunt vt ꝙ deterior est prefocatio ex spermate contingens q̃ ex menstruo ꝛ similes: ꝛ ꝙ dicta accidentia sunt difficiliora. Et quando durat per vnam diem naturalem vel vltra illa est deterior q̃ quando accidẽtia sunt remissiora ꝛ paroxismus est breuior.

¶ Et potest formari alia conclusio ꝙ illa preso

catio est deterior in qua accidētia magis cōmunicāt cum syncopi vera q̄ q̄ communicāt cū epilepsia: pꝫ cōclusio ex quo syncopis est morb' deterior q̄ epilepsia ceteris paribus. ¶ Aliud pronosticū ad malum ⁊ vltimū: in muliere cui accidit p̄focatio matricis frequēter vt quasi bis in hebdomoda cum grauibus accidētibus ⁊ cū difficili releuatione ab eis etiā cum bona obseruātia in regimine diete ⁊ medicinarū in hac expectare opꝫ subitam mortem: pꝫ cōclusio ⁊ declaratur futura mors in paroxismo cuꝫ fit pulsus paruus diuersus itercisus ⁊ cutis corporis videat quasi sudore modico irrorari ⁊ occultat in totuꝫ anhelitus ⁊ facies ⁊ vngues manuum denigrantur. Et hec de pronosticis sufficiant.

De signis demōstratiuis.

¶ Veniēdo ad signa demonstratiua paroxismi suffocationis. p^m est casus subitus sicut contingit in epilepsia ⁊ in syncopi. ⁊ fit cum eo defect' sensus saltem exterioris ⁊ quasi ablatio anhelitus: ⁊ si in totū non defecerit anhelitus vt clare dicit Ga. 6° interiorū cap° sepe allega. ⁊ mulier patiēs in actu casus est post casum vt vult Sor. tenet manus compressas supra ventrem ⁊ tenet genua reflexa. Et dixit Ras. 9° continentis loco alle. ⁊ accidit inflatio hypocundriorum ⁊ ascensio matricis ad superius sup. apparet mulieri q̄ ascendat ⁊ apostema fit in pectore. i. apparenter fit tumor in gula: ⁊ si vocet ꝓprio nomine lꝫ intelligat respōdere nō pōt: sed post paroxismum de oībus recordatur. Et hoc dictū sumitur etiaꝫ de mente Ras. in diuisionibus cum dixit: q̄ mulieri in hac egritudine nō deficit ratio sua neq̄ currit ex ore spuma sup. vt in pluribus horis vt statim dicetur. Addit: ⁊ sentit sup. mulier q̄dam eleuari ex parte pectinis vsq̄ quo perueniat ad os stomaci; deinde cadit ⁊ superuenit ei sincopis ⁊c. Et hoc verū est vt in pluribus qđ dico signanter: q̄ ex nono ꝯtin. videtur quasi colligi sn̄ia cōtraria immo de facto ꝯtraria. Nā ibidē dr̄ loco allegato q̄ suffocatio matricis est vehementior sincopi: qm̄ laborans p̄focatione audit qn̄ appellatur ꝓprio noīe: ⁊ qn̄ datur in aurib' ei' vox terribilis: qđ tn̄ nō est cōiter cōtingens in sincopi forti. Nā cū sunt releuati a paroxismo non recordātur se aliq̄d audiuisse. Sed Ra. loco allegato cōparabat suffocationē fortem ⁊ pessimā ad sincopim non fortē. Nā verū est q̄ in aliqua sincopi audiūt cū vocātur ⁊ memorant post paroxismū immo aliquotiens ēt in paroxismo rn̄dent: sed hoc est in debili ⁊ ita in p̄focatione forti aliquotiens neq̄ audiūt neq̄ intelligūt: ⁊ ꝯṁr post releuationē a paroxismo nihil dicere pn̄t de dictꝫ ⁊ factis circa eas. Si igit fiat cōparatio ſm debitam correspondentiam terminus latitudinū malitie p̄focationis ad sincopim per essentiam cordis accidentia sincopis sunt vehementiora ⁊ difficiliora accidentibus p̄focationis: lꝫ nō tanto tp̄e duret paroxismus sincopis sicut suffocationis: q̄ tn̄ cum fit suffocatio matricis sepe cōiunguntur non tm̄ accidentia sincopis sed etiaꝫ epilepsie. Idcirco dicit Aui. comparando eaꝫ ad sincopim quod est fortior sincopi pura sup. q̄tuꝫ ad pluralitatem accidentium in ea q̄ in sola sincopi: differt tn̄ a sincopi: qm̄ sincopizata sepe respondet interrogata qn̄ non sic respondet prefocata. In prefocatione etiam mediocri maius nocumentum communicatur diaphragmati ⁊ mēbris anhelitus q̄ in sincopi pura mediocri: ⁊ differt a sincopi ⁊ epilepsia in hoc. vt dicebat Aui.

De dr̄ia inter suffocationē ⁊ sincopim.

¶ Et licet ipsa sit similis epilepsie in pluribus indicijs in hoc quod subito accidit: tamen inter ipsum ⁊ epilepsiam distinguit retentio eius qđ eleuatur ex matrice ⁊ pectine. i. percipit in suffocationem aliquid eleuari vt dictum est. Etiaꝫ addidit quia ratio in hac non minoratur valde ⁊ semper: immo solum in dispositionibus vehementioribus valde: ⁊ quando euadit suffocata narrat quod plurimuꝫ eius fuit in ea nisi sit maxime immoderata: ⁊ spuma non currit sicut est discursus eius in epilepsia difficili ex cerebro: vt etiam dixit Ras. in diuisionibus vt paulo ante dicebatur. Et si currit. s. spuma sedat egritudinem statim ⁊ non indiget q̄ excuset ab ea vt dicit Auicen. etiam sepe non spasmantur neq̄ os eis torquetur in hac dispositione sicut in epilepsia: qn̄ sup. cum hac passione non coniungit vera epilepsia: qm̄ cum coniungitur etiam tūc coniunguntur accidētia vere epilepsie.

De dr̄ia inter suffocationē ⁊ epilepsiam.

¶ Et addit ponēdo differentia inter ipsam ⁊ apoplexiam. Differentia vero inter ipsam ⁊ apoplexiā est manifestior ⁊ quomodo non cum sensus nō destruatur in ea sed plurimū integre. s. in suffocatione sicut in apoplexia: ⁊ non fit gemitus sup. vel clamor in ea sicut in apoplexia. Et dicebat Ras. 9° cōtinen. cū apoplexia nō cōicat in runkatione vel in stertere fit cū apoplexia: ⁊ laborans apoplexia nō sentiet aliq̄d omnino: ⁊ in hac sensus est supstās.

De dr̄ia inter suffocationem et apopliam.

¶ Quomodo etiā differat a subeth ꝓprie sumpto nō coniicta suffocatione: qm̄ aliquotiēs cū suffocatione cōiūgit subeth: vt etiaꝫ dicit Aui. ⁊ etiā ꝑmixtio rationis dictū est sufficiēter supra in ca° de subeth: ⁊ in capl'is de epilepsia ⁊ apoplexia: ibi ēt inuenies signa differētia q̄lia harū dispōnū adinuicē: ⁊ etiā a lythargia q̄ cōicāt sepe in insultu paroxismi: ⁊ q̄ homo iacet velut mortuus: sed in passionibus cerebralibus sepe nō mutat color faciei a colore quasi sibi nālī ꝑ notabile tempus: qn̄ tn̄ in syncopi vel suffocatione matricis videt color earum quasi mortuorum ꝓpter id qđ dictum est locis allegatis: ad illa loca recurre in prima parte.

Nota

De signis spērum.

¶ Signa aūt spērū: vt nūq̄d fit ex retētione mēstruoꝝ vl' spmatis. Si ex retētione mēstrualis significat retētionē mēstruoꝝ ⁊ seq̄t eā. s. retētionem mēstruoꝝ qn̄q̄ exuberatio lactis ⁊ corpus eius est grauius ⁊ sensus debiliores vt dicebat ⁊ dolores oculoꝝ ⁊ colli: q̄ omnia sunt declarata supra de retentione mēstruoꝝ: sed hec signa opꝫ intelligi a muliere in tempore quietis ⁊ non paroxismi suffocationis.

¶ Spermaticam autem dicebat Aui. significat elongatio spatij a coitu cum desyderio: ⁊ castitate: sed de desyderio male confitebūtur mulieres Sed quādo fit in mulieribus manifesta euacuatio menstrui ⁊ cum hoc sunt orbate viris vl' sunt virgines in tempore sufficienti ad coitum et potentes ⁊ vtūtur regimine delitioso. Et si fiat tūc suffocatio matricis: tunc probabiliter cōcludere possumus q̄ causa eius est retentio spermatis. Et si fuerint tales humores in causa mmalitiosi facti cum sanguine peccantes. si fuerint humores grossi flegmatici vel melencolici declaratur ex his que sepe dicta sunt de significationibus

De cu... suffoc... nis a ... tione ... struor...

horum humorum. Et si fuerint colerici similiter ⁊ accidentia sunt fortiora ⁊ sepe in hac perueni-tur ad permixtionem rationis ⁊ sincopim fortez vt dicebat Aui. ꝓpter cōitatem fortem cerebri ⁊ cordis: has etiaz materias declarant antecessio regiminis ⁊ dispositio vrinarum ⁊ reliqua nota Et si fuerit repletio venarum inequalis in ma-trice in dextra vel in sinistra vel ante vel retro: signa sunt posita supra in capitulo precipitatio nis matricis: similiter si causa huius fuerit apo stema in matrice vel cancer vlceratus vel nō vl ceratus signa sunt posita supra in capitulis ꝓri mis. Et hec de signis sufficiant.

Cura. Ueniendo ad curam ipsa diuiditur in eam que debetur tempore quietis in muliere parata ad suffocationem ⁊ in illaz que debetur tempore paroxismi: ⁊ illa que conuenit in tempore quietis diuersificatur ſm diuersita-tem causarum ⁊ ex parte regiminis in dieta ⁊ ex parte medicinarum. Ideo nō specialiter discur-ram ad particularia regimina: qm̄ de regimine causarum huius accidentis dictum est in capi-tulis proprijs dictarum causarum: ⁊ commune regimen debet esse subtile saltem ex parte quan titatis cibi vt multitudinis eius: lz aliquotiēs debeat esse resumptiuum bone qualitatis: sed in superfluo menstruo retento ⁊ retentione sp-matis debet regimen esse extenuatiuum: qꝺ nō sit multiplicatiuum sanguinis neqꝫ consequen ter spermatis. Ideo tunc cauendum est ab ouis ⁊ a vino precipue: licet vinum in omni disposi-tione tali discōueniat propter eius euaporatio nem sicut ⁊ alia omnia euaporatiua in casu no-cent de sursuz exhibita via cibi ⁊ potus. ¶ Sed non est etiam omittendum vt caueatur ab oīb⁹ que conuertūt mās ad interiora. Et ideo caueat ab aere frigido ⁊ a vento: ⁊ ita quies ⁊ nimius sō nus nocent: sed vigilie ⁊ exercitium maxime pe-des factum si non ducant ad super inflammatio nem est multum conferens in casu ad preseruā-dum a paroxismo. Gaudere etiam ⁊ bene spera-re est iuuans sicut tristitia est maxime nocens.

¶ Conseruare etiam ventris lenitionem singu la die est multum cōueniens: si nō cū alio saltez cum clisteribus. Nam si supueniat paroxism⁹ fa cilius alleuiabitur: immo etiam stante paroxis mo dicit Rasis loco allegato de mente Pau. qꝺ si longus fuerit insultus passionis. s. paroxismi durantis confert eis illud quod extrahit vento sitates sup. per anum sicut cyminum ⁊ nitrū sup ple incorporata cum melle: vnde supponenduz est de eis in ano vt dixit. Addit: etiam fiat cliste re ad emittendum stercus ⁊ ponit iuuamentum dicens. Cum inde. i. propter clistere largitas at-tribuatur matrici. i. reddat liberior matrix ad expurgandum materiam per inferiora: ⁊ ita le-nitio ventris multum iuuat in preseruando ꝓ prie cum clisteribus ⁊ suppositorijs deorsum at trahentibus.

Nota

Medicinalia. Ueniendo magis ad me-dicinalia etiam breuiter ⁊ summatim: quoniam cura causarum posita est supra in specialibus capitulis.

De cura suffocationis a retē-tione menstruorum.

¶ Si fuerit causa huius retentio menstrualis recurratur ad dicta in caplo ꝓprio de retētione menstruoꝝ: tn̄ spāliter dicebat Aui. in hoc cap° qꝺ in isto casu fiat flōia ex basilica: ⁊ postea ex sa phena ſm cas. sup. supra datos: ponit bonā cau telam qn̄ non est fienda flōmia de basilica dicēs si non est illic albedo superflua ⁊ cā retentionis nō est multitudo humiditatis grosse viscose in nuens ꝙ in dicto casu abundante flegmate: li-cet fiat retentio menstrui non est fienda flōmia saltem de basilica neqꝫ de saphena a principio: sed predigesta materia flegmatica ⁊ eūata dcā mā cū appropriatis medicinis subtiliatiuis et aperitiuis ꝓuocatiuis: nā tunc possumus post-ea intendere ad cōuertendum sanguinē ad infe-riora ⁊ dilatandū meatus venaꝝ matricis cum flōia saphenaꝝ ad modum supra declaratum.

¶ Digestio aūt materie flegmatice pficitur cuz subtiliantibus aperientibus dandis ꝑ superi⁹ nō aromaticis neqꝫ gratis infirme: ⁊ in hoc siru pus acetosus ⁊ oxymel valet: ⁊ oxymel squilliti cum est fortioris potentie ⁊ sirupus de bizātijs cū aceto cū aquis appropriatis dictis vt supra pulegij ruthe ⁊c. ⁊ si fiant decoctiones cū rebus taliter subtiliatiuis ⁊ ꝓuocatiuis siml' habenti bus vim cordialitatis ⁊ ꝓhibitionis venenosi-tatis vt est decoctio singul'r diptami ⁊ cicoree et radicis buglosse apponēdo temp aliqꝺ deriuās ad matricē vt siler montanū ⁊ arthemisiā: fiet cū his digestio cōueniens ⁊ appropriata: etiā dice-bat Aui. ꝙ sumere in potu succū agni casti cum vino ⁊ oleo sup. aliquo ꝓuocatiuo ⁊ tyriacali vt esset oleum de lilio esset in casu conueniens.

Non sunt digestiua aromati-ca neqꝫ isir mis grata

¶ Et facta digestione dicebat Auic. fortasse ne-cessariū erit post septimuz soluere ventrem. i. cū facta est digestio ꝑ septem dies exhibeatur solu tiuum cum appropriatis vt est hiera magna ⁊ hiera ruffi ⁊ sil'es: ⁊ pillule fetide in hoc casu cō-mendātur ⁊ bn̄dicta ꝑcipue ⁊ pillule eius ⁊ aga ricus est medicina singularis in casu ⁊ digestiua eūatiua. Nam de hoc dicit Aui. in hoc caplo. Et agaricū est valde bonū in hac egritudine qn̄ po tatur cum vino. ¶ Postea intendendū est facta eūone cū prouocātibus sanguinē mēstruū retē-tum cū medicis supra dictis multis: ⁊ diamar-te multū singul'r in casu laudatur. naz de hoc di cit Ras. 9° contin̄. dico cōfert suffocationi mri-cis. i. parate ad suffocationē diamarte si freqnē ter datum fuerit in potu cum aqua faseoloꝝ ru-beoꝝ cū pauca rutha ⁊ pauco oleo nucū ꝑ dies ⁊ dicebat Aui. ⁊ castoreū qnqꝫ sanat integre sup. datum in potu: ⁊ sir blacte bizantie: dixit etiaz ponendo cōpositionē vnius electi in casu: ⁊ iteꝝ sumat pōdus. ʒ. j. oppoponaci: ⁊ tertia. ʒ. j. casto rei. i. ℈. j. detur in potu cū vino: est em̄ iuuatiuū valde ⁊ diureticū vt dixit. ¶ Est ēt intēdendum subtiliationi sanguinis ⁊ aptioni meatuū cum balneis ⁊ sessionib⁹ de qbus dictū est. Et etiam cum emplastris ⁊ euaporationibus eligendo ea que subtiliant sanguinem ⁊ faciunt eum coleri-cum: vt dicebat Aui. ⁊ imponendo aromatica su pra fundum matricis versus vuluam: sed supra matricem situaliter ad fundum stomachi debēt apponi ea que subtiliant ⁊ calefaciunt cū eua-poratione fetida: ⁊ in hoc galbanum ⁊ aspaltuz mollificata in aceto ⁊ succo ruthe si extendātur super corio subtili lato quatuor digitis ⁊ longo occupando totum vētrem per transuersum mul tum iuuat in casu preseruando a paroxismo: cū tn̄ de recenti apponitur sit prius facta mundifi-catio ⁊ de mēbus cōibus totius in toto: ⁊ etiaz

No. bn̄ hoc empl'm qꝺ ēt laudat christofor⁹ barzizij.

ex matrice cum appropriatis pesarijs attrahen
tibus ꝛ aromaticis in vuluā imponēdis: de qui
bus supra habita est copia in ca° retētiōis men
struoꝝ. ¶ Et his factis si matrix declinat ad al-
teꝝ latus fiat tunc flōia in saphena eligendo sa
phenā partis opposite parti declinationis vt si
declinat ad dextrā fiat flōia de saphena sinistra
ꝛc. ¶ Et si fuerint tales humores putrefacti no
cētes in matrice colerici siue melēcolici fiat eoꝝ
digestio ꝛ eūo cū appropriatis sepe dictis desu-
per datis in q̄bus semꝑ sit vis ꝛ ꝓprietas aper-
tionis ꝛ ꝓuocationis ꝑ deorsum sine aromatici
tate vt supra fuit cañ. Auenz. de retētione men-
struoꝝ: ꝛ in hac cā oportebit frequētare eūones
semꝑ ꝓdigerendo mām postea facere sessiones ꝛ
balnea cum appropriatis non nimis calefacti-
uis: immo cum caliditate humectatiuis aroma
ticitate participantibus: ponendo etiam in em
plastro posito supra stomacuꝫ de galbano aliqđ
stipticum non aromaticum frigidum ꝛ compres
siuum remissiuum caliditatis gummi dicte vt
galle myrti ꝛ sumach: ꝛ ita debet confortari con
sequenter os stomaci cum vnguentis conuenie-
tibus sed non aromaticis propter cano. dictuꝫ
contra quem sepe incurrunt medici: ꝛ si pur veli
mus ponere aliquod aromaticum: dicebat Aui.
ꝙ gariofili iuuatiui sunt.

De cura suffocationis mricis ab apate.

¶ Qđ si cā fuerit apostema vel cancer curetur ꝑ
inferiora curatione dicta supra in capitulo pro
prio semper cauendo ab euaporatione ad su-
periora cum conuertentibus in deorsum ꝛ cum
prohibentibus euaporationem applicatis mē-
bris superioribus fetidis ꝛ cum emplastro dicto
de galbano. Sunt etiaꝫ confortande minere ꝓn
cipalium membrorum interdum cuꝫ appropria
tis calefacientibus viuificantibus ꝛ vapores ꝛ
ventositates dissoluentibus: ꝛ in hoc tyriaca et
metridatum ꝛ diacyminum sunt maxime facien
tia: semper etiaꝫ imponendo aliquid sileris mō
tani pro appropriato iuuamento ad matricem.
¶ Et si causa fuerit retentio spermatis vt sepe
euenit: tunc si mulier nō est maritata nuptui de
tur nisi votum vel aliud impediat. Nam cōmix-
tio cum viro conuertet mām spermaticaꝫ ad in
ferius qđ si velit continenter viuere vtatur regi
mine extenuatiuo minorando cibum ꝛ potum ꝛ
maxime nutritiuos ꝛ laboret exercitio labo-
rioso dissolutiuo ꝛ tristetur considerando de pe
nis inferni ꝛ caducitate perditionis humane ꝛ
similibus: ꝛ hoc nisi cum sit proxima paroxismo.
Nam tunc oportet ab his diuertere et gaudere
bene sperare quantum possibile est.

Des. trocis. cōpositorū a Ras.

¶ Et oportet vt vtatur medicinis exsiccatiuis
spermatis ꝛ minoratiuis eius. Et Ra. dedit vnā
bonam compositionem 9° continentis loco al-
legato faciendo trociscos in hac forma. ℞. folio
rum agnicasti folioꝛuꝫ ruthe seminis cicute mē
tastri montani siseleos aristologie ꝛ rubee ticto
rum. añ. fiant inde trocisci ꝛ exsiccentur ꝛ detur
in potu vnus. ʒ. j. cum decoctione mentastri et
ruthe. Istis potest vti bis hebdomada vel ter.
¶ Et vltimo debet fieri id quod dictuꝫ est supra
circa tex. ꝙ statim dicetur de fiendis in paroxis-
mo de commotione vulue imponendo digitum
obstetricis inunctum prius in oleo aromatico
de lilio ꝛc. faciendo titillationē per modum di-
ctum commouendo portam vulue ꝛ portam ma
tricis commotione plurima leui ita vt associet
ei cum delectatione dolor: ꝛ dicebat Aui. ꝛ supra
fuit allegatum: ꝛ hic aliqui imaginantur vt su-
matur vnum intestinum longitudinis cōis mē
bri virilis: ꝛ ita impleatur vento ꝛ bene sit ten-
sum: ꝛ ita imponunt commouendo vt dictuꝫ est
Aliqui vtuntur alijs ingenijs ꝛ instrumentis de
quibus matrone ꝛ obstetrices sunt medicis pe-
ritiores: ꝛ hic non est omittendum quod dicebat
Aui. Et caue in huiusmodi dispositione flōmiaꝫ
sup. saphenaꝝ sed proprius basilice. Naꝫ ex quo
sperma retentum nocet venenositate per flōiaꝫ
esset timor de conuersione venenositatis ad in-
tra venas: sicut etiam in venenatis prohibetur
flobotomia propter istam causam.
¶ Cura ergo que proprius debetur est quasi si-
milis illi que debetur sincopi preseruatione cū
his que excitant caliditatem ꝛ confert ad id di-
cebat Auicē. ꝛ accidentia huius mala confectio
nominata confectio iuuamenti: qm̄ iuuamētuꝫ
eius est mirabile ꝛ vehemēs vt dixit: ꝛ similiter
tyriaca commendatur: ꝛ ita exterius possunt fie
ri sacculi ꝛ epithimata supra cor que viuificent
innatam caliditatem confortando semꝑ dimit-
tendo aromatica preter eam aromaticitatem q̄
in gariofilis reperitur: sꝫ spica ꝛ been ꝛ folia lau
ri sunt de his que apponi possunt etiam in deco
ctione epithimando. Et si vellemus inclinare ad
frigidum dixit Rasis 9° continentis ꝙ succ⁹ fo
liorum plantaginis confert ei.

De agēdis dū mulier est in paroxismo.

¶ Veniendo nunc ad ea que in paroxismo fieri
debēt oportet repetere que dicta sunt supra cir-
ca tex. fiat fricatio pedum ꝛ ligatio tibiaꝝ: imo
dicebat Rasis loco allegato de mente Pau. in tē
pore insultus liganda est tibia cum fascijs ꝛ fri-
canda: etiam regimen fiat vt regimen sincopis
dum reuertatur anhelitus sup. tamen non ap-
ponendo aromatica supra vt in sincopi sola: im-
mo vt dixit appropinquatis malis rebus fetēti
bus ad nares ꝛ appositis ventosis supra ingui-
na ꝛ supra inferiora ventris. ¶ Addit: qđ si lon-
gus fuerit insultus passionis confert eis illud
qđ extrahit ventositatem sicut cyminum ꝛ nitrū
vnde supponendum est de eis in ano ꝛ imponē-
da sunt olea boni odoris in matrice ad mollifi-
candum eam sup. cum digito imposito vt cōuer
tatur ad inferius vt est oleum camomille maio-
ris ꝛ oleum folij vel sup. de lilio. Addit: ꝛ imposi
tio in naribus fiat cum sinapi vel sup. alio acu-
to ad sternutationem inducendam ꝛ emplastrā
di sunt pedes supple cum aromaticis post frica
tionem ꝛ ventosas positas in cruribus ꝛ coxis.
¶ Addidit: ꝛ voces magne dentur in auribus ꝛ
acute ꝛ terribiles. ¶ Et excitandus est vomitus
supple infundendo pennam intinctam in oleo
intra guttur vel forte immittendo aliquod vo-
mitiuum lene violenter inter os mulieris vt de
coctionē anheti ꝛ raffani cum oxymelle simplici
Et nota ꝙ licet vomitus videatur cōuertere ad
superiora ꝛ sic nocere in casu: ꝑ q̄to tñ est mot⁹
fortis excitat virtutem ad exteriora ꝛ sic diuer-
tit a paroxismo. ¶ Fumigationes etiam fetide
ꝑ superius ꝛ odoramenta grata ꝑ inferius mul
tū valēt: ēt excitatio facta in portā vulue cū di-
gito vel alijs ingenijs vt dictū est ēt in paroxis-
mo iuuat. Et dixit Rasis 9° continentis de mē-
te Ruffi: ꝙ serapinum si olfatur cuꝫ aceto soluit

suffocationē matricis ⁊ ꝙ aspalt⁹ bonus est suf-
focationi matricis positus in igne ad suffumigā
dū olfatus: ⁊ ꝙ galbanus etiā positus ad fumi-
giū restituit ꝟtutē sup. oppressam in paroxismo.
Et per inferius dixit ꝙ est vngendū os matricis
cū oleo laurino ⁊ fiat fumigatio cū xyloaloe vel
sup. cū ambra ⁊ musco incorporatis cum cera. Et
Dias. dixit ꝙ rutha trita cū melle: ⁊ sic linita sup
vuluā vsqꝫ ad anū cōfert. ¶ Et Aui. iussit ꝙ tene
re anhelitū per os ⁊ nares ipsi⁹ est multū iuuās:
sed mihi apparet timorosum aliquotiens in pa-
roxismo. ¶ Et ponit canonē Aui. cōtra quē sepe
faciūt mulieres: dixit: ⁊ caue ne in paroxismo ne
des ei in potu vinū. ¶ Et laudauit etiam Aui. vt
fundat super caput ei⁹ oleū odoriferū calefactū
ꝯfortatiuū ⁊ calefactiuū valde sup. distillādo in
parte anteriori capitis ad excitādū caliditatem
naturalē ⁊ cōuertendū exterius simul ad resolu-
tionē vaporū cerebro cōmunicatorū: ⁊ hoc ma
xime verū est qn̄ est cōmunicatū nocumentū cere
bro magnū: ꝓpterea dicebat Rasis nono conti-
nentis loco allegato de mēte Judei ꝙ si priuata
fuerit mens in ea infunde desuper de oleo musce
lino calido ⁊ aliqui faciunt cauteriū potentiale
cū oleo calido supra cōmissuram anteriorem ca-
pitis: ⁊ aliqui cū ferro ignito profundando qua-
si vsqꝫ ad craneū: sed ego ad istud non auderem.
Et sic sit finis istius capituli cum dei laude.

Nota cañ. Aui. ꝯ̃ quē sepe faciūt mulieres.

¶ De mola matricis. Capi. xxix.

Mulierib⁹ plerūqꝫ accidit passio ex qua pregnātiū dispositionis similitudinem incurrūt: vēter nāqꝫ crescit ⁊ discolorate fiunt ⁊ retinentur menstrua: motus tamē qui est in hac egritudine non est vt motus infantis: licet quādoqꝫ de suo moueatur loco cū duriter tangitur: ad vltimū vero cum angustia ⁊ dolore frustū carnis infirma ac si pareret emittit: plerūqꝫ vero solūmodo ventositas et humorū multitudo emittuntur: et deinde minuitur venter et remouentur accidentia. ¶ Postq̄ vero tempus preterierit in quo scitur puerū debere moueri si adesset: trocisci de myrra dandi sunt ⁊ apozima de seminibus ⁊ oleum de rasin ad bibendum: ⁊ pesariū ex rutha ⁊ mentastro ⁊ alia pesaria predicta in. cap. de alleuiatione partus sunt immittenda doses quoqꝫ de pillulis fetidis frequenter tribuende sunt: cum hoc enim cito euadunt.

Hoc est vltimum capitulum de dispositionibus non naturalibus que matrici accidunt in mulieribus intitulatū capitulum de mola matricis: ⁊ sic est vltimū capitulum quarti tractatus huius noni quod continuatur ad precedentia in hunc modū. Nā postq̄ in precedenti capitulo supiore mediate determinauit de apātib⁹ matricis que sunt vera apāta in substantia matricis existētia ad bonum intellectū: ⁊ in capitulo immediate precedenti determinauit de quodā accidenti difficili sepe sequente ad dicta apāta vt de suffocatione matricis. Nūc cōsequenter vltimo determinat de quadā apparēti dispositione apōsa matricis vt de extensione matricis preter naturā simili extēsioni naturali pregnantis: ⁊ simili aliquotiens apōse vere que nō ex vero apāte ꝯtingit: sed ex materia corpulēta quandoqꝫ carnosa dura contenta in cōcauitate matricis ⁊ est que proprie appellatur mola: et qn̄qꝫ ex alijs humiditatibus vel ventositatibus etiam in concauitate matricis vel vacuitatibus venarum cōtentis ex quibus fit extēsio tumorosa ⁊ apōsa: sicut fit etiā ex apostematib⁹ veris qn̄ materia recipitur vel aggregatur in substantiā mēbrorū: ⁊ aliquotiens generatur ex carne addita in cōcauitate matricis augmētata etiā quādoqꝫ animata inherēte matrici vel poris venarū eius vt videbitur infra loco suo de causis. Et hec extensio ex talibus membris causata similis extensioni que apparet in vera pregnāte appellat̄ mola non vera: qm̄ vt dicebat Azar. dicit̄ mola matricis ad similitudinē lapidis molaris in matrice qui mouetur ad diuersas differētias in matrice cadendo sicut lapis ꝯm resolutionē mulieris ad alterā partiū eius: ⁊ hoc proprie verificat̄ de illa substantia apparenti carnea in concauitate reperta eius ⁊ non de alijs vt patebit infra. Quelibet igitur alia ab ista faciens extensionem ad similitudinem pregnantis dicitur mola non vera: propter ergo dispositionem istam esse non naturalem ⁊ apostemosam: quia cum manifesta extensione ventris a causa non naturali communicat cum capitulo de apostematibus matricis licet improprie: ⁊ quoniā etiam cum accidēti de suffocatione matricis sepe cōiungitur mola nō vera ex retentione materierum malarum in concauitate matricis ⁊ aliquotiens etiam mola vera vt videbitur. Fuit igitur conueniens post capitulum de apostemate matricis ⁊ de suffocatione matricis facere capitulum de hac dispositione que appellatur mola matricis: ⁊ ita sit declarata rubrica capituli.

Quare dicitur mola matricis.

¶ Diuiditur autem presens capitulū prima diuisione in duas partes. Naꝫ primo declarat hāc dispositionē per signa quedā. secundo ponit curam illius. 2ª ibi. (Postq̄ ergo tēpus preterijt.) Prima etiā in duas. nā primo declarat qn̄o hec passio assimilatur dispositioni pregnantiū per quedā accidētia. 2° manifestat per quoddam signū differentiā inter hāc dispositionē ⁊ pregnationē: declarando etiam modum terminationis illius. 2ª ibi. (Motus tamen qui est in hac egritudine ⁊c.) ¶ Dixit ergo primo. Plerumqꝫ accidit mulieribus passio ex qua pregnantium dispositionis similitudinem incurrunt: et declarans hoc addit. Uenter enim crescit sup. paulatine sicut in pregnatione: ⁊ discolorate fiunt et retinētur menstrua sup. in eis ⁊ sup. fit grauitas in toto: et alia accidētia quedam pregnantium vt infra videbitur loco suo de diminutione appetit⁹ vel corruptione eius: quoniam per presentiam harum materierū in matrice cum paulatine augetur in matrice paulatine intumescit venter et aggrauata natura ꝓpter rē incōsuetā fiūt discolorate sicut pregnantes in principio: ⁊ ꝓpter op

pilationē ⁊ debilitatē fit retētio mēstruorū ali-
quotiens in totū vt exhalatione malorū vaporꝝ
a dictis materieb⁹ ad stomacū vel alia membra
fiūt alia accidētia pregnātiū: ⁊ tñ nō sunt ꝑgnā-
tes: ⁊ ponēs signū ad declarādū ꝙ nō sunt ꝑgnā
tes. p° ponit vnum stāte tali tumore simili vt in
pregnātibus dixit: motus tñ qui est in hac egri-
tudine non est vt motus infantis: sup. in vtero:
q̄ sup. nō mouet̃ subito ⁊ ex se faciēdo impressio
nē manifestam muliere exñte quieta lꝫ qñqꝫ de
suo moueat̃ loco cū duriter tangit̃. i. imprimit̃
in muliere supra vētrē vel se circūuoluit vt dcm̄
est: huius tñ oppositum videt̃ sentire. A. vt vide
bitur infra loco suo. Addit: ponēdo aliud signuꝫ
distinctiuū sumptū ex parte terminationis ta-
lis dispōnis dicēs. Ad vltimū xpo cum angustia
⁊ dolore frustū carnis sup. verū vel apparens in
firma ac si pareret emittit. Addit: plerūqꝫ solum
mō vētositas ⁊ humorū multitudo emittuntur
⁊ deinde minuit̃ vēter ⁊ remouētur accñtia su.
de extēsione vētris ⁊ alia q̄ sequebātur. ¶ Tota
litera est clara satis. Tñ ad clariorē intelligētiā
debetis notare ꝙ in hoc textu dñs Rasi. manife
stauit causas q̄ vtplerūqꝫ sunt cause huius acci
dētis. s. false pregnationis ex mō terminationis
huius dispōnis ꝑ hoc qđ nō terminat̃ ꝟ inflatio
ꝑ exitū fet⁹: sed ꝑ exitū frusti carnis aliquotiēs
in xpa: vel sup. ꝑ exitū substātie sanguinee coagu
late apparētei carnee vel ꝑ exitū vētositatis vl̃
aliarū humiditatū: ⁊ sic pꝫ ꝙ si ꝑ exitū istaꝝ ma-
terieꝝ fit terminatio dicte apparētis impregna
tionis ꝙ tales fuerūt cause huius tumefactiōis
⁊ sic exprimit molā verā ⁊ nō verā: sicut dictū est
prius. Sed nota ꝙ mot⁹ harū materierū per ma
tricē in nō vera mola nō est similis motui fetus
in vtero neqꝫ sil̃is ei qui fit in vera mola. Nā cū
humores vētositates vel vera caro addita gñat̃
in ꝯcauitate matricis ⁊ fiat mot⁹: tūc nō fit mo-
tus istarū materierū situalis ī matrice: q̄ aliqñ
fit ſm reuolutionem mulieris talis ꝙ dicat̃ sil̃is
motui lapidis molaris in matrice si esset: qm̄ ta
les materie nō mouerent̃ nisi vel per cōpressio-
nē factā in vētre mulieris vel per reuolutionem
eius: ⁊ tñ nō moueret̃ tūc motu forti sicut moue
ret̃ lapis vbi in matrice esset cū mulier cōuertit̃
de latere ad latus. nā lꝫ humiditates et materie
humorales mouerent̃ ad motum mulieris ad di
uersos situs: cū tñ est manifesta extēsio vētris ab
humiditatib⁹ vel vētositate propter plenitudinē
vacuitatis matricis nō fiet mot⁹ situalis fortis
⁊ impetuosus sicut esset motus lapidis: ideo que
libet talis vocat̃ mola nō vera. ¶ Sola igit̃ di-
spositio que est pendens ex sanguine inspissato
vel ex alia materia corpulenta dura non innexa
matrici: sed in cōcauitate inspissata siue per viā
coagulationis a frigido siue per viā adustionis
a calido vt infra videbit̃ in causis: talis dicitur
mola vera que emittit̃ sicut frustū carnis: ⁊ talis
est que maxime cōicat cū pregnatione in accidē
tib⁹: maxime in retētione mēstrui. nā sequit̃ se-
pius hec dispositio ad eam: cōicat etiā ꝙ crescit
paulatine grauitas ī matrice ⁊ pōderositas dor-
si sicut in impregnatione: nō etiā fiūt manifesta
accidentia preter naturā tāta de corruptione ap
petitus ⁊ discoloratione ⁊ malitia forme ab hac
causa: sicut etiam ab alijs humiditatibus malis
retentis: ideo magis vicinatur pregnationi natu

Mola ma
tricis vera
magis cō-
uenit cum
vera ipre-
gnatione
ꝙ nō vera.

rali. Hec etiā magis cōicat in motu vehemēti et
impetuoso facto in matrice cū motu infantis si-
tualiter cōmouendo de loco ad locū ꝙ̄ alie ma-
terie: vt patet: tñ differenter a motu fetus: quo-
niā etiā talis materia nō mouet̃ ex se: sed per re-
uolutionē mulieris vel per cōpressionē factā su
pra ventrē eius tantū: saltē vt in plurib⁹ vt vide
bitur: quod dico propter quedā dicenda infra lo
co suo. Et hec est que frequentius decipit medi-
cos: licet etiam stent signa distinctiua ad decla-
randū inter hanc ⁊ pregnationem verā que infra
ponent̃ loco suo veracius: ⁊ talis materia cū edu
citur cū maiori dolore emittit̃ ꝙ̄ cum humidita
tes vel ventositates emittuntur: q̄ sepe fit dura
resistens diuisioni multū: etiā cū ferro vt ponit
Aristo. 18° de animalibus quod latius dicet̃ lo-
co suo: ⁊ inde tunc stante clausione ossis sacri cū
labore multū emittitur. Alie tñ etiā materie cū
synthomatice tantū expellantur stimulata natu
ra ⁊ nō naturaliter aperto osse sacro ꝑcepto dei
excelsi sicut fit in partu naturali: et sint plurime
ꝙ̄titatis stante strictura meatus ⁊ violenta im-
pulsione facta a natura stimulata multum: labo
riosa etiā de eis fit eductio et dolorosa magis ꝙ̄
in partu naturali vbi ꝯcurrit ad partū virtus di
rigens cum dilatatione ossis sacri mirabiliter ⁊
motus fetus inclinante appetitu eius ad exitū:
licet ruptio cotilidonū aliqualem dolorē causet
etiam in partu naturali simul cū reuolutione in
fantis. ¶ Est tñ vna alia species false impregna
tionis vt qñ causa est caro generata in matrice
⁊ augmentata vere per susceptionē nutrimenti
ex venis matricis ⁊ fit verū animal motū habēs
manifestū que cū emittit̃: laboriose multū emit
titur quare preter causas dictas ꝙ nō aperitur
os sacrū oportet vt remoueat̃ a matrice cui cōti
nuat̃: ⁊ talis nō fit nisi cū magno labore nature
rationabiliter. Et ego vidi in facto bis ī vna mu
lieri nobili que visa est ꝑgnās vere: ⁊ in decimo
mēse cū grauibus accidētib⁹ partus: immo gra-
uissimis ⁊ intēsiue ⁊ extēsiue que eduxit frustum
carnis magnū durū habēs duo additamenta se
parata in parte tenuiori: postea in alia ꝑte erāt
rotūda ⁊ grossa ad lōgitudinē duorū digitoꝝ et
vltra mouebat̃ nō habēs al̃s distinctiones: ego
tñ infra narrabo vnā hystoriā: que cōtigit in vxo
re mea: ⁊ fui deceptus etiā in accidētib⁹ ⁊ in mo
tu: immo ex parte mot⁹ in totū assimilabat̃ mo-
tui infantis: dicā īfra. Et sic pꝫ littera nr̃a clara.
¶ Cōsequenter ponens curā hui⁹ dispositionis
duo facit. Primo docet cautelā ad accelerandum
curationē huius dispositionis ne antiquetur. 2°
ponit curā ꝯtinuādo per medicinas. ibi (Trocis.
de myrra dādi sunt.) ¶ Dicit ergo primo: postꝙ̄
ergo tp̄s preterierit in quo scitur puerum debere
moueri si ad esset: alia litera habet deberet nasci
si adesset: sup. tunc debemus incipere ⁊ nō tarda
re curationē: tp̄s aūt mot⁹ erit triū vel quatuor
mensiū vsqꝫ ad quinqꝫ ad vltimū manifeste etiā
in fetu muliebri. tēp⁹ vero partus est nonus vel
decimus mēsis vel vndecimus vsqꝫ. ad. xiiij. Quā
do ergo non mouetur in tēpore determinato id
quod est in vtero quia ad vltimū in quinto men
se maxime muliere aliter existente sana ⁊ debitū
cibum sumente: tunc fit coniectura rationabilis
ꝙ non est vere pregnans ⁊ maxime si fuerint que
dam accidentia false pregnationis de maiori pi-

Nota hā
hāc speciē
false imp-
gnationis

Nota hy-
storiā.

gritia ꝛ grauitate mēbroꝝ toti⁹ ꝙ in vera p̄gnāte ꝛ fuerit inflatio pedū maxime ꝛ maior malitia forme ꝛ magis discolorata: tunc sup. debem⁹ intendere ad curationē mole. Si ēt transiuerint mēses partus nālis ad vltimū ad. xiiij. mensem nō oportebit amplius sperare imp̄gnationē qꝛ nō est repertum apud pħos vel medicos ꝙ mulier transiuerit illū terminū in p̄gnatione vera: licet Halya. ponat vnā hystoriā tertio tegni de fetu nato cū barba ꝛ dentibus: sed nō fuit rōnale ſꝫ mōstruosum: sicut de nato cū duob⁹ capitib⁹ vñ nō cōcludat̄ p hoc qꝺ stetisset in vtero duob⁹ vl̄ tribus vel quatuor annis. In falsa ēt p̄gnatione accñtia ita crescent p. x. ꝛ. xiiij. mēses in malitia qꝺ fiet satis manifestū de egrotatione ꝛ non de priuatione nāli. Ideo credo ꝙ prima lr̄a sit verior ad insinuandū ꝙ virtute mulieris exñte adhuc forti cū citius cōstet nobis mulierē nō esse p̄gnantē vt in q̄nto mēse si nō fiat motus vehemēs ꝛ impetuosus ꝛ ex se in muliere ēt q̄eta existente ꝙ tūc intēdam⁹ cū medicis ad curationē mole siue vere siue nō vere. ℭ Ideo ꝯtinuādo in cura tūc dixit trocis. de myrrha dādi sunt ꝛ apozima de seminib⁹ ꝛ oleū de rasin. i. de balsamo vt reperi expositū in lr̄a exteriore adhibēdū: ꝛ pesarium ex rutha ꝛ mētastro ꝛ alia pesaria que facilem faciūt partū sunt immittēda. Addit: doses quoqꝫ de pillulis fetidis frequēter tribuēde sūt cū hoc em̄ cito euadet vt dixit. ℭ Hic nota ꝓ intelligētia hui⁹ totius ꝙ. d. Ra. hic ponit diuersa ingenia curatiua ſm diuersitatē māeꝝ q̄ efficere pñt molā verā ꝛ nō veraꝫ. Nā in sanguinea per retentionē mēstrui laudat trociscos de myrrha qui offerri debēt canonice ſm al's dicta de retētione mēstrui prius faciēdo balnea ꝛ sessiones ꝛ dādo subtiliantia ꝛ apientia vt apozima de seminib⁹ vt dixit: postea laudauit oleū balsami ad dilatandū meatus ꝛ vētositatem resoluēdum qñ vētositas esset in cā ēt ad minorandum ꝛ exsiccādū mām inspissatam vel discoagulādū mām coagulatā q̄ fit in mola vera ꝛ excitandum virtutē ad expulsionē: nā tale oleuꝫ in oī specie ad educēdū conuenit. Laudauit postea pesariū ex rutha ꝛ mentastro ꝓprius in ventosa: postea gn̄alia ordinauit pesaria q̄ facilē faciūt partuꝫ de q̄bus dictum est supra in ꝓuocatione menstrui difficilis: ꝛ ad eductionē fetus mortui. Nā illa eadē valēt ꝛ in mola vera qñ canonice medici operantur ꝛ interpolate vt loco suo dictū est: laudauit postremo pillulas fetidas frequenter dari debere ꝛ in hoc vbi in cā essent māe humorales ꝛ maxime viscositate participantes vt sepe euenit: ꝛ dixit doses debere dari frequēter ad insinuandum ꝙ non sufficit vna sola purgatio: sed oportet multas exhiberi mūdificationes cū pillulis dictis ꝛ similibus ad curam perficiēdā semper preparando cum digestiuis appropriatis de quibus dictum est maxime in capitulo p̄cipitationis matricis supra. Et hec sufficiāt q̄tum ad expositionem literalem huius totius capituli.

Rephēdit hystoriam Haly.

Nota hāc speciē false imp̄gnationis

Nota hystoriā.

Iam ad maiorem declarationē capl'i ſ molā opꝫ primū videamus de q̄d noīs ꝛ rei ipsius: deinde veniemus ad spēs ꝛ ad cās ꝛ ad signa ſm morem: ꝯſr ad curam.

De q̄ddita te nois.

Quid nominis. Circa primū de q̄d noīs pħs. 10. de aīalib⁹ ad finē appellauit istā dispōneꝫ molin: ꝛ penultimo de gn̄atione aīalium appellat hanc dispōnē malaginē: appellauit ēt eā molā ibidē. Et Gord. dixit ꝙ apud quosdā vocatur pecus: ꝛ apud alios alpit. Aza. aūt vt dictū est circa lr̄am appellauit eā molā ad sil'itudinē lapidis molaris ꝛ ex pōdere ꝛ grauitate ꝯtingente in vētre mulieris ac si ibidē esset mola vel si ibi esset lapis: ēt ex motu huius māe p ventrē ſm reuolutioneꝫ mulieris vel cōpressionē factā supra ventrē ad sil'itudinē motus lapidis. ℭ Aui. aūt cū reliq̄s magis q̄d rei declarātes de mola dixerūt ꝙ mola est mēdosa ꝛ falsa imp̄gnatio. Nā dicit ꝙ accidūt mulieri dispōnes sil'es dispōnibus p̄gnātiū in accidētibus de retētione mēstruoꝝ ꝛc. vt videbit̄ infra in signis: ꝛ tñ sup. nō sunt vere p̄gnātes qꝺ insinuauit p hoc qꝺ dicit: accidit dispō sil'is pregnationi: ita dixit Ra. ēt 9° ꝯtineñ. scꝺo ca°: ꝛ scꝺm istū modū accipiēdi molā large nō solū mola sumitur ꝓ frusto carneo vel falsa p̄gnatione ꝓpter frustū dictū carne ſꝯtingentem in matrice vt ꝓprie sumitur: ꝛ cōiter sic declaratur ab auctoribus: sed pro omni falsa pregnatione simili in accidentibus saltem in quibusdam communibus cum pregnatione vera.

De quiddi tate rei.

Species ꝛ distinctiones. Et sic sumēdo veniendo ad spēs ꝛ distinctiones q̄dā est mola vera: q̄dā est mola nō vera. Per molā verā intelligēdo illā apparentē p̄gnationem q̄ seq̄tur frustū carnis vel sup. sanguis coagulati vel inspissati in matrice. Et alia est nō vera mola: ꝛ hoc d'r de oī falsa p̄gnatiōe q̄ seq̄tur aliā cāꝫ ab ista: siue sit vētositas in matrice siue alie sup fluitates ibidem aggregate. Et istud insinuauit Aui. in tex. cū dixit declarās modū terminationis haꝝ spēꝝ a muliere: ꝛ qñ ꝙ deponit sup. mulier frustū carnis: cui est forma quedā cui⁹ spēs nō cōprehendūtur. i. nō est vna determinata forma in tali frusto sed diuerso mō figurat̄. ℭ Addit: ꝛ qñqꝫ est id qꝺ egredit̄ vētositas tm̄: ꝛ qñqꝫ sunt sup fluitates aggregate sup. in matrice: q̄re egrediunt̄ cū sanguine plurimo q̄ retinet̄ vl' sup. retinebat̄. Addidit: ꝛ mola ex oībus istis est diuisio scꝺa. i. est mēbruꝫ diuisionis: qꝺ ꝑtinet mole nō vere. Et ꝓ tanto auctores ꝛ Arist. locis allegatis: ꝛ Albertus. 10. de aīalibus cū reliquis cōiter auctorib⁹ loquentes de mola inuestigantes cās inq̄runt cās mole vere: ꝛ ita descēdūt ad curam illi⁹: lꝫ Ra. in tex. nostro sup̄ius vt visuꝫ est in lr̄a de vtrisqꝫ fecit specialem mentionem.

ℭ Alia distinctio maxime cōtrahēdo ad molaꝫ verā lꝫ ampliari possit ad oēm: quedā est modici tp̄is ꝛ q̄dā multi tp̄is. Nā quedā remansit sic vt dicebat Aui. quatuor annis vel q̄nqꝫ ꝛ qñqꝫ ꝓtenditur vsqꝫ ad finē vite ꝛ nō recipit curationē vt dixit. Et sil'em sn̄iam posuit Arist. loco alleg. 18° de aīalibus. qꝺ forte durabit illa infirmitas quousqꝫ senescat mulier ꝛ forte vsqꝫ ad morteꝫ.

ℭ Alia distinctio de mola ꝓpria q̄dam est dura multum: quedā non sic dura. Et de duritie forti dixit philosophus loco allega. de isto frusto carnis ꝙ istud est valde durum ita forte ꝙ non diuidetur a ferro nisi difficile. Et Anglicanus dixit ꝙ tantum induratum est tale frustuꝫ carnis aliqñ ꝙ vix posset scindi cum securi.

ℭ Alia distinctio necessaria in mā de qua breuē feci mentionem supra circa textuꝫ preter molas

dictas que faciunt apparētē impregnatiōez: est vna tertia species de qua non faciunt mētionez cōiter auctores q̄ est frustū carnis in matrice generatum aīatum qđ nō omisit Aristo. 10. de aīalibus. nam ibi dixit ꝛ veniemus ad tertium p̄ncipale de causis generalibus.

De causis ḡnalibus.

Cause. Qđ accidit tale frustū a calore: qm̄ qñ matrix fuerit calida ꝛ sicca attrahit spma sup. ꝓprium ad se ꝛ retinet illud. Addidit: ꝛ si illud sperma non fuerit admixtum ex duobus sup. maris ꝛ femine: nō ḡnatur ex eo aīal: ꝛ tūc fit sicut caro ēt sicut ouum venti ꝛ non est aīal: qm̄ non est ex duobus spermatibus neqꝫ est aīatum vt dixit: non negat tñ quin fiat mola: ꝛ tale frustū etiam per concubitum mulieris cū viro. Sꝫ qñ non cōmiscentur illa spermata cōmixtiōe bona: tunc ḡnatur vt dixit res non cōpleta: neqꝫ tñ oīno extranea a natura vt dixit: ꝛ ibi p̄onit hystoriam quam etiam repetit. 18. de aīalibus ꝙ q̄dam mulier coiuit cum viro: ꝛ putauit ꝙ eēt impregnata: qꝛ tumor vētris augmentabaṫ oī die: ꝛ cū ꝑuenit tps partus nō peperit neqꝫ diminuebatur tumor: ꝛ ita remansit ꝑ tres vel quatuor annos: ꝛ post accidit ei dissinteria ita ꝙ fere moriebatur: quousqꝫ peperit frustū carnis qđ dicit̄ mola vt dixit: ꝛ ita videtur innuere nō posse generari frustuꝫ aīatum: sed expientia manifestat oppositum in multis. Et ego vidi bis vel ter in facto frustum aliqualiter figuratum qđ mouebatur: ꝛ ita vixit ꝑ horas: cū tñ credidisset mulier se esse p̄gnantem vere: quo emisso cessauit p̄gnatio cū accidētib⁹ eius: ꝛ hoc est rōni cōsentaneū qm̄ si ex carne apparēter nō aīata in matrice generata pñt fieri accidētia p̄gnationis vere vl' similia eis: per eundem modū pñt fieri ex vera carne ḡnata p̄ter nām in matrice aīata ꝛ recipiēte nutrimentū veꝝ ꝑ cōtinuitatē cū venis matricꝫ vel est ḡnata ipsa mā in cōcauitate matricis ex sanguine attracto ibidē in via putrefactionis: exñte cū digōne tñ quadā ꝛ p̄paratione faciēte ad formā aīalis impfecti: sicut dicebaṫ supra in ca° de ḡnatione vermium. Cū ille mãe rectificātur ad id qđ tolerant vt suscipiant de forma aīalis: ꝛ q̄ intelliget modū ḡnationis vermiuꝫ qui pñt in matrice ḡnari. vt ētvoluit Gor. in isto ca° de mola: lꝫ vermes raro ibidem ḡnantur: et ipse etiam admittit ꝙ in matrice pōt generari aīal erronee: qđ potest appellari mola seu arpia ex semine mulieris corrupto etiam cum carētia spermatis viri vt statim spālius declarabiṫ. Poterit tñ intelligere ḡnationem fieri posse de aīali imperfecto in matrice alio a vermibus ꝑ modū similem generationi vermiuꝫ. Et ego audiui mirabilia sed non vidi de animali generato in matrice cum alis quod cum exiuit matricem volauit: multa tñ dicuntur ꝙ non semper vera sunt: ꝛ forte ꝙ Aristo. verbis suis non voluit negare simpliciter posse generari animal in matrice nō concurrente vtroqꝫ spermate: sed intellexit animal quod est homo non posse generari vtroqꝫ spermate non concurrēte maxime per hoc quod dixit ꝙ generatur res non completa: non tamen omnino extranea a natura: per hoc videbaṫ innuere ꝙ potest generari aliquod animal imperfectum non concurrente vtroqꝫ spermate: maxime cum fit retentio menstrui in mulieribus: nā abscisio menstrui ꝛ aggregatio ipsius in cōcauitate matricis est de principalibus causis ad generationem huius carnositatis: qm̄ ibidem repto menstruo cum vehementia caliditatis sup. ex spermate ꝓprio muliebri vel ex alia cā extenditur illa mā cum nutrimento ꝛ propter defectū virtutis masculinitatis nō concipit vt dixit. A. i. non producitur fetus humanus.

Not. hystoriam.

De causis spālibus.

¶ Et. A. x. de animalibus. duobus modis dixit posse fieri molam vt vel ex semine mulieris non concurrente semine viri: ꝛ hoc euenit in somno qñ emittit mulier sperma ꝓpriuꝫ ꝛ permiscetur cum menstruo vel emittitur semen viri cū semine mulieris: sed aut egreditur semen viri: aut si retinetur non sterit debito tempore cū circūstātijs facientibus ad conceptuꝫ fetus humani qđ euenire potest ex omni cā reddente ipsum impotentē ad generandum cum spermate mulieris: ꝛ tunc generatur a caliditate ipsius aliqualr̄ digerente frustum carnis diuerse forme cui⁹ spēs nō cōprehendūtur vt dicebat Aui. supra sicut fit generatio ouorum venti: vt etiam dicit pħus loco allega. 10. de animalibus.

¶ De causis ergo spālibus esset si sanguis menstruus esset ineptus ad recipiendum impssiōes facientes ad formam fetus humani: ēt si vtraqꝫ spermata maris ꝛ femine essent conueniētia ad debite agendum vel debite patiendum: vel si stāte p̄paratione in sanguine menstruo conueniēti non esset conueniens dispositio in spmate virili ad generandum vt aliquotiens ꝯtingit in senibus ꝛ infrigidatis coeuntibus cuꝫ muliere iuuene bone dispositionis ex parte principiorū in ea ad ḡnandum vel ex sīlibus alijs causis positiue impedientibus vel deficientibus necessarijs facientibus ad debitaꝫ generationem fetus humani stante menstruo reperto in cōcauitate matricis: naꝫ tunc si coniungatur frigiditas dn̄ans fiet coagulatio sanguinea: ꝛ frustum apparēter carneum: non tñ aīatum ꝑ viam inspissationis ꝛ coagulationis: qđ si coniungatur caliditas faciens ad digestionem aliqualem ꝛ permixtionē deficiente aliquo prin° de actiuis vel nō sufficiēter concurrente fiet ḡnatio alicuius aīati diuerso mō figurati ſm p̄parationes acq̄sitas in mā ex cāis supiorib⁹ astralib⁹ ꝛ ex cāis inferiorib⁹ ꝛ ita fiet ḡnatio hoꝝ impfectoꝝ de q̄b⁹ dcm̄ est.

De causis mole nōve.

¶ Fit ēt alia apparētia p̄gnationis ꝛ falsa pregnatio ex inclusiōe aliaꝝ mãeꝝ ex matrice nō sic indurataꝝ de q̄bus aliquotiēs est vētositas sola ḡnata in matrice siue in cōcauitate ei⁹ siue in venis extendēs eā p̄pter nām: ꝛ ḡnatur ex humiditatib⁹ ibidē inuētis clausa matrice: de qua dicebat. A. ꝛ qñqꝫ accidit ei sicut hydropisis ꝛ inflatio vētris sicut q̄ tēdit ad duritiē sup. ꝓpter primā extēsionē factā a vētositate cū humiditatib⁹ vñ sup. fit son⁹ obtusus cū ꝑcutiṫ ꝛ nō assilaṫ ad ad tympanitē sup. hydropisim clamantem voce tympani. i. nō fit son⁹ acut⁹ sīlis sono typani cū ꝑcutiṫ in tali mola vētosa cū hūiditatib⁹ sicut fit in hydropisi y̆a tympanite. Et q̄dā est magis hūoralis in qua stat multitudo humoꝝ vel hūiditatū in matrice q̄ sunt ibi longo tpe in matrice ꝛ multiplicate alie a sanguine menstruo ꝑ diuersos modos aggregatiuos eaꝝ in matrice de q̄bus dictū est supra de p̄cipitatione mēficis: iste sunt cāe satis immediate ꝛ prime talis false impregnationis. ¶ Sed cause magis remote sunt

cause cõplexionales ⁊ cõpositionales ipsius matricis faciẽtes ad gñationẽ vel retẽtionẽ dictarũ materierũ humoraliũ in matrice de quibꝰ sunt mala cõplexio frigida matricis ⁊ obstructio vel clausio oris matricis vel pororũ venarũ mřicis: etiã cause primitiue faciẽtes ad prohibitionem resolutionis materierum vt aer frigidus inspissans: ⁊ faciẽtes etiã ad aggregationẽ materierũ flegmaticarũ viscosarũ vt sunt cibi frigidi viscosi ⁊ nauseatiua repletio ⁊ similes: de quibꝰ sepe supra dictũ est. Et hec de causis sufficiãt.

De signis ꝓnosticis euentus.

dilatatione: ⁊ consequenter a dolore sequēte di-
latationem vt dicebat textus noster. Et sic sit ex
pedita ista pars.

Nota.

Nota de fabis.

Nota hūc canonem.

¶ Loco p̄terea.) In hac 2^a ꝑte huius ꝑtis ordi-
nās curā ꝑ localia saltem ad ꝓhibēdum dilata-
tionem duo facit. Primo ponit vnū generale ob
seruandum ad istam intentionem cōseq̄ndaꝫ. 2°
sp̄alius ponit emplm̄ optimū valens: ordinans
etiā debitum vsuꝫ eius. 2^a pars incipit ibi. (Cō
fectio empłi ad rupturaꝫ.) ¶ De p^a parte ponēs
curam. Dixit p^o loco preterea aliquid supponen
dū est ⁊ obstaculum stringendum supp. ne aliq̄d
descēdat: ⁊ p̄cipue cum se mouere voluerit vt di
xit. Addit: grossus q; vel supp. pinguis si fuerit
sup. eger ⁊ ventrem habuerit grauem non debet
vti motu nisi prius vēter sub vmbilico ampla ci
gaꝶ fascia. s. ad sustētandū dicta mēbra ne graui
tent in deorsum ⁊c. ¶ Consequēter ponēs cōpō-
nē empłi siue ceroti faciētis ad ꝓhibitionem di
latationis: imo ad ꝯsolidationem si fieri sit połe
dixit. Cōfectio empłi ad rupturā. ℞. gallaꝝ cup̄s
si ꝑtes duas: myrre cipi sansuci achacie olibani
gummi ara. oīum añ ꝑtē vnā. gumme prius ī vi-
no resoluantur supp. nigro stiptico: deinde alia
his admisceāꝶ ⁊ sup rupturam. i. locum rupture

Declaratio 3^e ꝑticule p^e partis ꝑncipalis.

egro supino iacēte ponātur.i.reductis prius di-
ctis mēbris ad locū suū ꝛ nō apparēte eminen-
tia: ꝛ stringatur locus: sup. cum brachali appro-
priato: ꝛ nō soluat.i.non remoueat vsq; ad tres
vel quatuor dies: postea egro supino iacente et
illo dicto emplo͛ p͛o eiecto: q: ꝯsumpta v͛tute p͛us
de eodē emplo͛ supponat: ꝛ su. et stringat locus.
Addit: ex hoc enī ꝓhibet ampliari su. dilatatio
vel vulnus ipsius syphac.

Nota.

¶ Pro recta intelligē-
tia hoꝝ dictoꝝ essent hic multa dicēda vtiliter ꝛ
subtilr: sꝫ qm̄ ea late scripta sunt loco al. 22ª ter-
tij ad illū locū vos remitto summatim annotā-
do qd̄ dominus Rasis in hoc textu per hoc quod
dixit ex hoc ꝓcessu in medicatiōe ꝓhibebit am-
pliari solo͛ facta in pāniculo voluit nobis insi-
nuare duo. Primū est vt ꝙ oī ingenio debemus
cauere ne ampliemus foramē. nā dicta āpliatio
fieri nō pōt sine vehemētia doloris: etiā stāte fo-
ramine dilatato multū aliquotiēs descēderent
illa mēbra ī magna ꝗtitate: vñ difficillima for-
tasse fiet reductio ipsoꝝ supius intestinorum: et
ita sepe fit ꝓhibitio exit͛ fecis: ꝛ ꝯñr colica ma-
la q: ex inguīali ꝓuenit ad bursalem facta ma-
gna ruptura: ꝛ ꝯñr sequitur aliquotiens mors.
¶ 2m qd̄ innuebat est ꝙ tales hernie cū sequun-
tur solōnē pāniculi difficile multū curant. nam
antiq͛te ꝛ in corpe duro ꝛ ꝓuecte etatis siue al's
melencolico vix vl' nūꝗ curant ꝓpter siccitatē
labioꝝ vulneris ꝛ debilitatē restauratiue illius
mēbri nervosi: vñ difficilis fiet applicatio labio-
rū adinuicē ꝛ difficilis glutinatio ipsoꝝ cū exic-
catione faciēte ad ꝯsolidationē. illa aūt q̄ curat
vt maxime accidit in pueris mollibus quorum
virtutes nāles sunt fortes: sed qm̄ ad ꝯsolidatio-
nē est necessaria quasi ꝯtinua q̄es ꝛ iacere supra
dorsum cū reliquo regimine de ꝓhibitiōe fortis
loq͛le ꝛ clamoris ꝛ alioꝝ multoꝝ: ꝛ talib͛ obser-
uantijs subijci pueros est multū difficile: iō etiā
in eis cōsolidatio difficulter inducit. Et ꝓinde
stāte difficultate cōsolidationis vel quasi ipos-
sibili ꝛ timore de magno nocumēto apto seq̄ ad
dilatationē vulneris insinuauit hoc regimē ꝓn-
cipalr deberi ad ꝓhibēdū dilatationē vulneris
dilatatio aūt vulneris ꝓhibet cū his q̄ ꝓhibēt
descēsum mēbroꝝ supioꝝ ad inferiora: ꝛ q̄ sustē-
tant ne sic mēbra cōprimant deorsum vt faciāt
extēsionem in panniculo facientē dilatationeꝫ.
Et qm̄ aliquotiēs necessario vel quasi oportebit
patientē stare rectū vel ambulare vel coire cum
vxore ꝓpria: ꝛ ita ad cōplēdas consuetudinales
opationes disponi vt intestina cōprimāt ī deor-
sum. Ideo in hoc casu ne fiat violēta extēsio pā-
niculi: opꝫ vt patiēte iacēte supra dorsum appo-
natur aliq͛d supra locū scissure qd̄ faciat ad ag-
gregationē labioꝝ vulneris ꝛ exsiccationē sup-
flue humiditatis ꝓhibētis cōsolidationē: et ēt
faciēdo glutinationē cū aliquali exsiccatiōe cuꝫ
q̄bus forte fiet vera cōsolidatio pāniculi coad-
iuuata ēt nā ꝑ aliquas medicinas datas per su-
perius ad hoc faciētes: de q̄b͛ loco allegato ha-
bebitis copiam. Exterius ergo ꝯuenit applicare
empl'm positū in lr̄a extensum sup coriū. nā v͛tu-
te simpliciū intrantiū sunt oēs intēriōes de ag-
gregatione labioꝝ ꝑ medicinas stipticas vt ī nu-
cibus cupssi ꝛ in gallis ꝛ myrrha ꝛc. Sunt etiaꝫ
virtutes exsiccatiue humidi supflui ꝓhibentis
cōsolidationē: ꝛ cū calefactione ꝛ cū exsiccatiōe
ipsoꝝ: in gūmi ēt est virtus glutinatiua ꝛ inspis-
satiua cū leui exsiccatione: ideo empl'm est ad in-
tentionē nostrā faciens. Cōiter tñ vtunt medi-
ci hoc ceroto de pelle arietis ꝛ sup emplo͛ exten-
so sup corio posito supra locū rupture supponat
lamina plūbea ſm eandē formā circūuoluta pe-
tia ad laminā: deinde decēter ꝛ cōueniēter ligē-
tur cū brachali hñte plumaceolū satis mollem
planū nō acutū in medio: ita vt debite applica-
ri possit plumaceolus ꝛ adequari ad cerotū vel
empl'm suppositū: ꝛ ipsius formā ꝛ figurā posui
loco alleg. Et hoc est obstaculū de quo dicit Ra.
in tex. qd̄ astringendū est debite saltē ad ꝓhibi-
tionē descēsus laboriosi intestioꝝ supra syphac
ꝛ ad ꝓhibitionē dilatationis vulneris. Et si ēt
hō sit pinguis cui͛ vēter sit magnificatus bonū
est ingeniū vt q̄ñcūq; dꝫ patiēs surgere siue ad
scellā vel alias operationes exercere cū quibus
intestina grauitent in deorsum vt cum fascia li-
getur venter inferius ad sustentandū dicta mē-
bra ꝛ dicta sustentamenta siue de fascia ventris
siue de brachali semper debite custodiantur ad
prohibitionē descensus ꝛ in tēpore maxime cum
patiens debet ascellare vel aliqualem motū pro-
gressiuū efficere: immo cum hoc debet etiā ere-
ctus stare. Et cū istis sit clarificata ista pars.
¶ Cū aūt intestinalis fit ruptura ꝛc.) Hec est 2ª
pars principalis huius capituli in qua dñs Ras
determinat de ruptura siue eminētia: que nō tm̄
in inguine: immo de ea que in osseo siue bursa te-
sticuloꝝ manifestat: ꝛ duo facit. Nā primo decla-
rat causas a quib͛ vt frequentius ꝯtingit talem
tumorē vel eminētiā fieri in osseo. 2º ꝓsequit de
vna tali cā vt de ea q̄ fit ꝓpter descēsum intesti-
noꝝ. 2ª ibi. (Si vero ꝑꝑ descēsuꝫ intestinoꝝ ꝛc.)
¶ De prima dixit. Cū aūt in testiculis fit ruptu-
ra.i. apparentia eminentie circa testiculos: testi-
culorum pellis.i. bursa testiculoꝝ augmētatur:
ꝛ ponens causas huius augmēti ꝛ tumoris bur-
se testiculoꝝ dixit ꝙ fit vel propter ventositatē
vel propter aquā que ibi cōgregatur: vel q: inte-
stina: vel sup. etiā zirbus descendunt ad locū il-
lū: ꝛ sup. ex presentia eoꝝ augmentatur bursa te-
sticuloꝝ.

Declaratio p͛e pticule 2e ptis pn-cipalis.

¶ Pro intelligentia huius partis de-
betis notare ꝙ. d. Ras nō posuit hic omnes cau-
sas herniarū bursaliū. idest tumoꝝ apparentiū
circa bursas testiculoꝝ q̄ cōmuniter a medicis
numerant. Nā vltra descēsum intestinoꝝ vel zir-
bi ad bursam testiculoꝝ: vnde fit hernia bursa-
lis intestinalis: ꝛ preter congregationem aque
vel ventositatis intra tunicam vel tunicas ossei
vel burse testiculoꝝ: vnde fit hernia aquosa vel
ventosa ponunt medici alias species vt varico-
sam que fit per aggregationem sanguinis vt plu-
rimū melencolici extendentis venas que circū-
uoluuntur testiculis ꝛ sunt deferentes nutrimē-
tū testiculis etiam que ab aliquibus appellātur
vasa seminalia: vnde intumescentib͛ illis venis
que descēdūt per dydymū ꝛ sustētāt testiculos a
dicta materia iclusa in venis fit illa species q̄ va-
ricosa dicit. nā percipiunt ille vene tumefacte si-
cut varices q̄ sunt sicut vene inflate tibiarū tor-
tuose incedētes. Nō etiā fecit mētionē de carno-
sa q̄ aliquotiēs fit per gñationē carnis circa te-
sticulos vel coagulationē sanguinis circa illas
ptes: neq; etiā de aposa ꝯtingēte etiā ex apatib͛
testiculoꝝ: de quib͛ specieb͛ etiā alij auctores

mētionē fecerūt: ꝛ credo ꝙ de istis nō tractauit
Ra. qm̄ sepe tales: immo vt frequētius recte cu
rari nō possunt sine abstractione testiculi vt pa
tebit tibi si recte ꝯsyderabis: ꝛ declaraui hoc lo
co allegato superi⁹. Alia aūt spēs vt aquosa ven

Nota bn̄.

tosa ꝛ intestinalis ēt si intestina ꝑueniāt ad con
tractū testiculoꝝ recte curari possunt sine absci
sione testiculi: lȝ multi imperitoꝝ chirurgicorū
in tali intestinali in qua nō est necessaria extra
ctio testiculi ad curationē faciāt extractionem
eius in magnū p̄iudiciū patiētis qui alr̄ curari
potuisset vt declaraui loco suo. ¶ Nota 2° ꝑ hoc
qđ dicit de aquosa vētosa ꝙ iste fiunt: qm̄ tales
materie in bursa cōgregātur: ꝑ ibidē cōgregari
nō itellexit tales mās ibidē paulatī aggregari
ꝑ viā indigestionis ꝛ impotētie resolutiue ꝟtu
tis vt dicimus aliquotiēs apostemata fieri per
viā paulatine congestionis: sed ꝑ tales mās ibi
cōgregari intellexit eas ibidē multiplicari: siue
hoc fiat ꝑ modū dcm̄ siue fiat ꝑ moduȝ defluxus
māe ex supioribus ad dicta receptacula testicu
culorum siue kistis testiculorum. Nam si intesti
na descēdere possunt desuper in bursam testicu
loꝝ: multo magis aquositas ꝛ ventositas ꝑ eas
dē vias descendere possunt: ꝛ hoc totuȝ insinua

Declaratio 2e ꝑticule 2e partis principal.

uit in ista parte. ¶ De 2a parte determinās de
vna specie taliū herniaꝝ: vt de ea q̄ est ꝓpter de
scēsum zirbi vel intestinoꝝ: p̄° ponit signa ei⁹ ad
distinguēdū eā ab alijs. 2° ponit curā. Dicit ergo
p̄°. Si ꝟo ꝓpter descēsum intestinoꝝ contingat
eger erit grauis ꝛ tristis ꝛ sentiet dolorem cū tā
geꝭ. Et ponēs curā dixit: taliter itaqȝ patientes
sicut p̄diximus regēdi sunt sup. q̄tū ad quietem
ꝛ ꝓhibitionē humectātiū ꝛ cū appositione ob
staculi de brachali ꝛc. ꝛ empl̄m predictum super
ponēdū est: ꝛ locus cū ligatura semꝑ est stringē
dus. i. nō tm̄ in incessu: immo ēt stando ꝛ iacēdo
Adducit rōnem dicens: ruptura em̄ cū nō strin
gitur. i. stricta remanet sup. cū ligatura dilataꝭ
ꝛ augmētatur semꝑ qđ verbū est multū notabi
le. Et ratio huius sumitur ex hoc: qm̄ semꝑ ꝑtes
superiores grauitant supra inferiores: ꝛ sic sem
per faciunt descēsionem panniculi suꝑ quo pon
derant: ꝛ p̄ñr ad dilatationē vulneris. ¶ Pro in
telligentia huius partis est ēt notandū qđ hic
d. Ra. ponit curam hernie intestinalis bursalis
ꝛ illā declarat q̄ est maxime difficilis cure: vt eā
s. q̄ fit ex ruptura panniculi. Nā aliqua est her
nia bursalis ꝛ intestinalis q̄ nō fit ꝑ rupturam

De hernia intestinali q̄ fit ꝑ dilatationem.

panniculi: qm̄ quedā fit ꝓpter dilatationem dy
dimoꝝ tm̄ siue dilatationem illoꝝ foraminū nā
liter factoꝝ in syphac ꝑ quos transeūt vasa semi
nalia vel vene circūuolute ad testiculos de q̄b⁹
dictū est: q̄ foramina nālr se hñtia debēt esse tm̄
stricta p̄cise vt ꝑ ea transire possint dicta vasa:
ita vt foramina adequenꝭ vasis in ꝯtinēdo: si igi
tur dilatenꝭ maiori dilatatione dicta foramina
cū supra ea iaceant zirbus ꝛ intestina: ꝑ ea ergo
foramina tūc intestina ꝛ zirbus descēdēt: et ista
mēbra sic descēdentia nō descēdēt ꝓpter ruptu
ram panniculi: sed ꝓpter dydimoꝝ dilatationē
tm̄ forte paulatine factā vñ in tactu nō fit dolor
sicut si esset ex ruptura pāniculi: ꝛ hec est ruptu
ra q̄ appellatur ramex ſm̄ quā ꝑueniūt intestīa
ad cōtactū testiculoꝝ: ꝛ curatio eius fiet cū exsic
cātib⁹ ꝛ cōstringētib⁹ positis supra locū ossis fe
moris: facta tñ prius reductione istoꝝ mēbrorū
in locū suū: nā cōstrictis his meatib⁹ siue dydi
mis ad dispōnē sibi nālē ꝑ medicinas cōstringē
tes ꝑ supius ꝛ ꝑ inferius localr̄ oblatis poterit
fieri debita cura lȝ aliquotiēs fit necessaria opa
tio chirurgica: non tñ cū extractione testiculi: ꝛ
modus curationis positus est in loco suo.

¶ Alia est spēs ēt hernie bursalis ꝛ intestīalis
vel zirbalis: q̄ neqȝ seq̄tur rupturā pāniculi ne
qȝ dilatationē dydimoꝝ: sed solā relaxationem
panniculi syphac ꝛ dilatationē myrach ab osse
femoris de qua dicebaꝭ in ꝑticula supiore d̄ her
nia inguinali. nā ex tali inguinali sepe fit bursa
lis elōgato syphac in deorsum ꝑ bursam: sed hec
intestina nō ꝑueniūt ad ꝯtactū testiculi: immo
semꝑ remanēt clausa ꝛ cōtēta in syphac mollifi
cato ꝛ relaxato deorsum in osseo: ꝛ raro elongaꝭ
talis eminētia vsqȝ ad fundū burse: sed ꝑmanet
extēsio vsqȝ in certā partē burse: ꝛ hec est q̄ paula
tim magis aduenit: sicut etiā que aduenit per di
latationē dydymorū: sed illa que est ex tali dila
tatione dydymoꝝ trāsit vsqȝ ad fundū burse: sed
ista q̄ est ex relaxatione non profundaꝭ deorsum
nisi forsitā in multo ꝓcessu ꝛ lōgo tꝑe: ꝛ ista etiā
faciliter curaꝭ cū exiccātib⁹ ꝛ glutinationē faciē
tib⁹ facta semper prius debita reductione illoꝝ
mēbroꝝ ad sitū ꝓpriū cū quiete: postea ꝯsequēti
etiā brachali ꝯtinuo ꝛ reliq̄s late dictis loco suo
ꝛ hec sufficiant ꝑ expeditione hui⁹ ꝑtis. Signa
spālia distinctiua iter has spēs herniarū bursa
liū itestinaliū cū curis spālib⁹ habes loco dicto

De hernia intestinali q̄ fit ꝓpter rupturam panniculi.

¶ Sequiꝭ illa pars (Si aūt causa aque fiat ꝛc.)
Hec est 3a pars principalis capl̄i supra diuisa: vl̄
forte ꝛ meli⁹ est 2a pars 2e ꝑtis p̄ncipalis capitu
li i q̄ determinaꝭ de hernijs bursalib⁹: q2 postq̄ i
ꝑte p̄cedēti determinauit de hernia bursali ite
stinali vel zirbosa: iam determinat in hac ꝑte de
alijs duab⁹ spēb⁹ hernie bursalis vt de aquosa ꝛ
ventosa ꝛ duo facit. Nam primo determinat de
aquosa ponēdo ei⁹ signa ꝛ curā. 2° de ventosa. 2a
ibi (Cū aūt hec egritudo vētositatis cā ꝯtingit.)

Declaratio p̄me particule 3e ꝑticule p̄ncipalis.

¶ Dicit ergo primo ponens sigā hernie aquose.
Si aūt causa aque fiat. i. talis eminētia bursalis
fiat ꝓpter aquā ibi cōgregatā q̄ fit cā ei⁹ loc⁹ ap
paret lucidus ꝛ tersus. i. equalis ꝑ totū clar⁹ ꝛ tē
sus. Sȝ nota ꝙ aliquotiēs tāta est tēsio in loco
ꝓpter plenitudinē aque ꝙ dubitauerūt etiā ali
quotiens periti medici vt ego vidi in facto ꝙ qm̄
ad tactū ꝑcipiebaꝭ durities ꝓpter multā tensio
nē que nullomō cedebat tactui ꝙ illa hernia nō
esset aquosa: ꝛ tñ de facto vt narraui hystoriā lo
co suo 22a tertij de vno nobile ciue papiēsi facta
aꝑtura cū flomo exiuit q̄titas aquositatis vltra
vnā taciā: sȝ declaꝭ manifeste ꝙ fit aquosa si i ob
scuro accepto lumine candele posito lateraliter
ad osseū inflatū in alia parte apparebit claritas
seu luciditas aquea manifeste vt dicit tex. stāte
multa tensione vt dictū est. ¶ Consequenter po
nens curā dixit: huic itaqȝ cōfert epithimari ex
epithimate. i. fomētatione qđ in ca° de hydropisi
nominauim⁹ quod est epithima pl̄m exiccatiuū
fcm̄ cū farina ordei ꝛ cyperis ꝛ stercore ouino ꝛ ni
tro ꝛ bolo ar. ꝛ sil̄ib⁹: ex his pōt fieri empl̄m cui⁹
est vt dicit Raꝭ loco alle. magnā partē aque de
siccare: ꝛ ita possum⁹ fieri facere famētationes
ex decoctiōib⁹ rerū calefaciētiū ꝛ exiccātiū. ꝟ. g.
ex decoctione
l cū cymino folijs agni casti cū cyꝑis anheto ꝛ so
ꝛ sebuli ꝛ sil̄ib⁹; ꝛ ita valēt ēt inūctiōes ꝛ sacella

tiones que valent in hydrope asclite ⁊ in vndimia de q̄bus habes copiā loco suo:semꝑ tñ ordinabis dietam cōuenientē dimittendo humida ⁊c. ❡ Addit:aqua quoqꝫ in hac egritudīe plerūqꝫ petit ad inferiora ⁊ fluit inde sup. aliq̄tiēs resudando vel melius fluit inde cōuenienter si ibidē ꝑforetur inferius cum flōmo:eleuato ꝑus in sursum testiculo ne ad ip̄m ꝑueniatur cuꝫ flōmo:nam ⁊ sic facta aptura fluit inde aqua cōuenienter ⁊ facile cōsolidatur:vñ eger ꝑ aliq̄d tp̄s vt dicit sanus efficietur. Addit:sed postea redit egritudo sup. aliquotiens non obseruato debito regimine neqꝫ bene in totū exsiccata mā vel nō cōfortato mēbro sed debili exñte parato aliūde recipe aquositatē ꝑ viam fluxus vel multiplicare in seipso aquositatē ꝑ indigōnē: ꝓinde ad ꝓhibēdū recidiuā vel reditum huius morbi addit. R. in tex. postq̄ꝫ aqua fluxerit sup. facta ꝑforatione curandus est eger ex coctura. i. cum canterio ⁊ modū ingeniauit. A. ēt de faciendo ꝑforationem cū ferro ignito q̄d sit subtile in quo sint vncini ⁊c. modū declaraui loco suo. Nā per tale ferrū ignitū facta eūone aquositatis acq̄rit exsiccatio q̄ facit ad remotionē totius humiditatꝭ s. qualis portio remāserat in bursa q̄ cuꝫ remanet est cā recidiue:acq̄ritur ēt ꝑ canteriū fortitudo in mēbro ad resistēdū aliunde māe defluēti vt al's supra est declaratū. ❡ Hanc eandē vtilitatē vel silem affert si facta eūone de aquositate supra bursam testiculoꝝ vltra parteꝫ solonis apponat emplm exsiccatiuū ꝑ duos vl' tres dies ad exsiccādū reliquas humiditates si qua remāsit ⁊ apponēdo supra partē ꝑforatā medicamen cōsolidatiuū stante semꝑ hoīe iacēte supra dorsum ⁊ eleuatis cruribus: ⁊ hoc emplm exsiccatiuum est illud medicamē acutū de quo dixit Ra. in tex. factū sup. ex cymino ⁊ baccis lauri ⁊ stercore ouium ⁊ silibus. nā tale erit exsiccatiuum ⁊ consumptiuū totius māe q̄ remāserat ⁊ supplebit vices cauterij: ⁊ ego magis laudarē istud q̄ꝫ cauteriū actuale. Sed nota q̄ꝫ vbi esset acq̄sita ꝓpter ꝑforationem cōplo cal'a in osseo esset tardanda applicatio huius empli vsqꝫ duꝫ esset remota mala complexio.

❡ Tandem laudat Gerar. ⁊ est bonū dictū ad ꝓseruandū ne aliunde fluat mā deorsum postq̄ꝫ ꝑfecte est eūata mā vt fiat emplm stipticū q̄d extendatur supra coriū ꝑforatū: ꝑ q̄d possint trāsire virga ⁊ testiculi: ⁊ ita apponat vt transeat ad radicem testiculoꝝ versus os femoris ⁊ retineatur illic multo tp̄e ad cōfortandū ⁊ cōstringēdū meatus illos ꝑ quos cōsueuit trāsmitti mā ī deorsum vt nō amplius fluere possit. Cōpōnē ceroti facit vt infra. R. masticis. ʒ. ij. nucis cupssi. ℥. ß. dragaganti: gūmi ara. añ. ℥. ß. pulnerizāda pulnerizent ⁊ cū pistello calo relique cōmisceantur ⁊ massellent cū modico olei ro. sufficeret medietas istius: ⁊ si forte loco olei poneret devrina iuuenis colerici magis valeret ad intētionem nostram: ⁊ hoc totū est q̄d insinuauit in lra cum dixit. Postq̄ꝫ aqua fluxerit curandus est eger ex coctura: ⁊. i. ex medicamine acuto: ex hoc eñ prorsus curabitur neqꝫ egritudo redibit: q̄ꝛ tamē vti cauterio ꝑtinet ad chirurgiā addidit: de hoc tñ loqui plus est q̄ꝫ hic noster requirat liber.

Declaratio 2e particule 3e partis principalis

❡ (Cū aūt hec egritudo ⁊c.) Hec est vltima ꝑs huius ꝑtis in qua dñs Ra. ponit curā alterius hernie bursalis. s. vētose q̄ in extēsione ⁊ equalitate cōicat cū aquosa. Sed in hac non est grauitas sicut in aq̄sa: neqꝫ apparet illa lucididitas que apparet in aquosa ⁊ est alijs leuior ad curandū: ⁊ breuiter dixit. Cū aūt hec egritudo vētositatis cā cōtingit: loc' fricādus est sup. cū pānis calis fomētādus ⁊ leuiter fricādus ad dissolutionē vētositatis: ⁊ ex oleo sambucino in quo castoreū ⁊ euforbiū dissoluta fuerint inungēdus: ⁊ ex eo intus virgā guttatim distillādū. Hec oīa intelligant ꝓsupposito debito regimine ⁊ in dieta ⁊ in medicinalib' circa mās in toto exñtes q̄ possent esse cāe cōseruatiue vētositatis vel multiplicatiue eas digerēdo ⁊ eūando postea cōfortādo stomacū ⁊ epar in digōnibus eoꝝ ꝓprijs: ⁊ vtendo cōfectionib' dissolutiuis vētositatis appropriatis sepe dictis. ❡ Sed circa localia nota q̄ꝫ ego insisterē cū fomētationib' ⁊ vnctionibus ⁊ emplastris supra osseū ⁊ nō auderē ad impōnē illi' olei talr calidi ꝑ virgā. Nā impositio dicti olei nō ꝑuenit immediate ad testiculos vel bursā: sꝫ ꝓfundat ad vesicā: vñ lꝫ mediate eius virt' vicinitate mēbroꝝ possit iuuare in casu: tamē forte posset inducere spāle nocumētū in vesica ⁊ iuia cāne: vñ laudarē nō esse hoc admittendū nisi in corpore multum frigido ⁊ cōplonaliter ⁊ etatiue. Emplm aūt q̄d cōiter fit in casu est empl'z de fabis excorticatis lēto igne bullitis cū modico aceti: postea massellaris ⁊ cū cymino desuꝑ posito reducatur ad formam empli: et possunt fieri alia empla appropriata ex farina orobi cū anheto ⁊ cymino rutha sicca ⁊ cū oleo nardino vel costino ⁊ silibus q̄ cōtinuentur donec in toto resoluta sit mā ventosa faciendo aliquotiens pri' fomentationes appropriatas infundēdo spōgias in decoctione vini albi ⁊ aque in qua decoquantur folia ebuli rutha calamentum cū seminib' siseleos cymini ⁊ silium. Et ista sufficiant ꝓ expeditione huius capli summatim expositi.

Nota

❡ De doloribus iuncturarum. Cap. xxxi.



Um in iuncturis fuerit dolor ⁊ apā ⁊ locus cū tāgitur fuerit tactu calidus ⁊ color rubeus: eger si dolet in dextro pede ex dextra manu flōmet: ⁊ si in sinistro ex sinistra est flōmandus. ❡ Et locus ex hoc medicamine est leniēdus. Epithima. R. ros. ru. sandali fauf el fief memithe boliar. apij oīm partes equales: ex istis in aqua ⁊ aceto dissolutis fiat epithima.

De epithimatis.

❡ Psilium quoqꝫ aceto infusum in charta missum superponatur ⁊ cū tepuerit mutetur ⁊ loco eius aliud superponatur.

❡ Venter ꝓterea ex apozimate mirabo. et hermodactilis soluatur. Apozima. R. mirabo. citri. ʒ. xv. pulueris turbith fricati polypodij amborū añ. ʒ. iij. sene se. fumiterre. ana. ʒ. iij. hermodactyli al. se endiuie sem. apij ros. omnium añ. ʒ. ij. coquantur in tri

bus lib aque donec ad vnam redeant: deinde manibus fricētur ⁊ colentur ⁊ bibantur cū zuccari tabarzeth. ℥. x. ¶ Si q̄s aūt apozima fastidiuerit pillulas istas sumat que in lecto iacētes surgere ⁊ īcedere faciūt ⁊ pedibus ambulare. ¶ Pill. q̄ nō valentes incedere faciūt surgere. ℞. aloes. ℥. j. scamo. quar. ℥. j. rosa℞ ru. trita℞ sextā. ℥. j. bermodactyli alib ℥. ß. informentur ex eis pille q̄ erūt dosis. j. ¶ Eger vero nutriat ex cibis frigidis ⁊ stipticis ⁊ abstineat a vino ⁊ cōfectionibus q̄ ex melle fiūt ⁊ carne.

Des. pillularum.

¶ Cū aūt apatis calor quieuerit ⁊ eius inflāmatio: ex his q̄ calidorū apatum resoluunt reliq̄as curetur. Quo℞ vnū. ℞. ceraz in oleo de lilio resolutā cui admisceatur mucillago fenugreci ⁊ se. lini: deinde terant̄ sil' donec vniātur ⁊ fiat ex eis epithima.

¶ In tpe aūt sue incolumitatis ⁊ proprie circa tp̄s in quo egritudo inuadere cōsueuit ⁊ ꝙ maxime in vere assuescat flōia ⁊ vētris solone ⁊ ex his q̄ colerā expellunt rub. Et a potu vini abstineat ⁊ a comestiōe eoruz q̄ ex melle cōficiūtur ⁊ a carne ⁊ sint ei⁹ cibaria acetosa ⁊ stiptica ⁊ his siſia ex his que infrigidant. ¶ Membra aūt q̄ hanc cōsueuerūt incurrere passionē minus solito laborem pati assuescant: ⁊ ꝑcipue cū tēpus inuasionis timetur ⁊ cū corpus fuerit plenū ⁊ vene plene: ⁊ fuerit diu ex quo neq̄ minutus neq̄ solutus fuerit.

¶ Cum aūt cum dolore iunctura℞ neq̄ calor neq̄ rubor in colore fuerit: fueritq̄ eger frigide cōplexionis ⁊ locus tactu sentitur frigidus: in principio curationis eius pillule maiores de hermodact. sumantur.

Des. pilla℞ hermodactylo℞ maiorum.

¶ Pillule maiores de hermodact. ℞. hermodactylo℞ satirion meisabara. oīm añ. ℥. v. bi: rapi. ℥. x. colloq̄ntide centau. mi. amborum añ. ℥. v. euforbij. ℥. ij. turbith. ℥. x. seitaragi indi. zinzi. sinapis piperis castorei. oīm. ℥. j. informētur ex eis pillule ex quib⁹ a duabus. ℥. ß. aut. iij. sumatur: he nāq̄ pille valde conferunt: q2 nō valentes surgere incedere faciunt. ¶ Epithima ad podagraz frigidam. ℞. castorei storacis liquide euforbij myrrhe aloes acacie oīum partes equales: ex his omnib⁹ vino veteri admixtis fiat epithima. ¶ Cum itaq̄ dolor quieuerit succurratur patienti ex distillatione multe aque calide ab alto ⁊ inūctio fiat ex oleo de lilio: ⁊ emplastrum de bdellio molli ⁊ storace ac fenugreco ⁊ semine lini ⁊ armoniaco supponatur. Qd hoc mō ꝯficiatur armoniacum ⁊ bdelium in vino veteri resoluantur ⁊ alia oīa eis admisceant̄ ex quib⁹ fiat emplm̄ ⁊ superponatur. ¶ Hec nāq̄ egritudinis spēs est q̄ in lapidis duritiem transit ⁊ reddit membra ⁊ iūcturas fungis similia. Quapropter hanc habens passionem a fastidio ⁊ ab aqua frigida et a cibis grossis abstineat ⁊ a frequēti ebrietate custodiatur: eiq̄ ꝑcipiendum vt dum sanus est motu vtatur ⁊ a coitu abstineat ꝑcipue cū satur fuerit: neq̄ balneum ingrediatur neq̄ exercitetur post comestionez. Vinum preterea vetus ⁊ puruz bibat: eis quoq̄ dum sanus est vtatur que vrinam prouocare consueuerunt.

De ꝯtinuatione ꝑtis capli ad ꝑcedentia.

Post determinationem de herniis ſm diuersas species earum: cōsequenter dñs Rasis recta cōtinuatione determinat de doloribus iuncturarum sepe sequentibus ad curationem herniaruz maxime ad herniam aquosam vel ventosam. Nam cū sit cōe in omnibus herniis ad curationem vti longa quiete que de se est multiplicatiua superfluitatum in toto: ⁊ in dictis herniis maxime inuentosa fit necessarius vsus medicina℞ subtiliātiū calefacientium ⁊ aperitiuarum: per quas ꝑparatur trāsitus māe℞ ad iūcturas: ⁊ in vētosa et ⁊ in aquosa post resolōnē vētositatis ⁊ exficcationē māe ꝯiūcte cōtente in bursa testiculo℞ fit necessaria cōfortatio illo℞ mēbro℞ burse ⁊ mēbrorū vicino℞ ad ꝓhibendū fluxū māe ad dicta mēbra: ⁊ cū nā cōsueuerit trāsmittere ad ea sup̄fluitates ipsis fortificatis ⁊ resistētib⁹ cū aggregabunt̄ māe in toto ⁊ nō possint expelli ad dcā membra ⁊ dilatatis meatibus ad iuncturas per medicinas dictas dissolutiuas ventositatis datas per superius: consequenter natura transmittet dictas superfluitates ad iuncturas: ⁊ sic ꝑ hunc modum ad curationem herniaruz euenire solet dolor iuncturalis. ¶ Determinando ergo de doloribus iunctura℞. d. Ra. duo facit. Nam primo determinat de doloribus iunctura℞ pedum vt de podagra: secundo determinat de sciatica passione: ⁊ de his duobus determinat tanꝙ de frequentius euenientibus ex natura situs mēbrorum deorsum ⁊ differenter de his fecit duo capitula: qm̄ curationes saltem quantuz ad locales medicinas in sciatica respectu alia℞ infirmitatum iunctura℞ vt videbitur: sunt multum differentes. scđa ps incipit in ca° sequenti ibi. (Dolor vero q̄ vocatur sciaticus.) Prima ps etiaz in duas diuiditur: qm̄ primo ponit signa ⁊ curam podagre a cā calida: ⁊ etiam modū ꝑseruandi in

corpore cōsueto ad dictā podagrā in tēpore sue sanitatis a casu in eā.2° ponit curam podagre a causa frigida.2ª ibi.(Cum aūt cū dolore iuncturarū.)Prima etiā in duas:qm̄ primo ponit signa et curā actualis podagre calide.2° ponit modū preseruādi tēpore sanitatis.2ª ibi.(In tempore vero incolumitatis ⁊c.)Prima etiā in duas.Nā primo ponit curā ipsius in p̄n° ⁊ augmēto cōuenientē.2° ponit curā illius post augmētū.2ª ibi (Cū autē calor ap̄atis quieuerit.)Prima etiā in duas.Nā primo ponit curā per medicinas.2° ꝑ dietā.2ª ibi.(Eger ꝟo nutriat̄ ⁊c.)Prima adhuc in duas.Nā primo ponit signa ad declarādū talē dolorē podagricū esse a causa calida.2° ponit curā illius.2ª ibi prope p̄nᵐ.(Eger si dolet in vētre ⁊c.)¶Dixit ergo primo.Cum in iūcturis supple pedū fuerit dolor ⁊ ap̄a ⁊ locus cū tangit̄ calidus sentitur ⁊ color rubeus vel supple citrinus sup.apparet:tunc sup.indicandū est ꝙ talis dolor est pendens ex causa calida.

Declaratio p̄me particule p̄me p̄tis p̄ncipalis

De q̄ddita te nois.

Quid nominis ⁊ quid rei harū passionū. Quia notādū pro intelligentia terminoꝝ vt plene declaraui 22ª tertij super generali cap̄.de dolorib⁹ iūcturarū: ꝙ apud auctores medicine tales dolores sortiunt̄ diuersa nomina.nā reperiunt̄ ista noīa gutta arthetica chiragra sciatica ⁊ podagra.¶Gutta aūt dicitur cū talis dolor iūcturarū fit potissimū per defluxū humorū ad iūcturas:⁊ non fit cōiter talis dolor per viā paulatine cōgestionis humorū in talib⁹ mēbris:cū sint mēbra mot⁹ in quib⁹ resolutiua mēbroꝝ debet sufficere ad resoluēdū superfluitates proprij nutrimēti eorū:sed propter motū ⁊ concauitatē iuncturarū disponunt̄ ad recipiendū aliunde superfluitates ⁊ sic cū gutta idē sonet qꝺ stillicidium:cum he passiones maxime fiāt per viam defluxus vel stillicidij cōmuni vocabulo omnis passio iuncturalis appellat̄ gutta:⁊ lꝫ multi alij morbi a morbis iuncturalium mēbrorū etiā sepe fiāt per viā defluxus : ⁊ vt frequentius vt est squināntia pleuresis obthalmia.nā tales proprij morbi sicut dolores iuncturarū a simili causa defluente pēdentes nō dicunt̄ gutta.Et hoc q: trāsit⁹ materie ad iūcturas per viā defluxus fit quasi guttatim in dictis iūcturis:in quibus licet sit concauitas manifesta receptiua superfluitatum:q: tñ natura muniuit iūcturas neruis ⁊ musculis desuper miro modo contextis ad eas roborandas ⁊ fortificandas vnde non fit liber transitus materie ad concauitatē:sed quasi distillando cadit in concauitatē iuncturarū:⁊ sic cōuenienter gutta dici potest nō sic est de fluxu materierū ad alia mēbra qm̄ ad ea liberior fit trāsitus et penetratio de materia fluente ad ea.¶Arthetica aūt q̄nqꜫ synonyme sumit̄ vt gutta q: omnis dolor iūcturalis appellari p̄ot arthetica ab artos qꝺ est iunctura vel cōcathenatio: quod idē est:q: iuncture cū ligamentis cōcathenantur:⁊ teneo tenes:quasi idē sonet arthetica quod dolor tenens artus vel concathenationes vel iuncturas:proprie tñ sumendo artheticā cōtrahitur ad dolorem iuncturarum cōmunē pluribus iuncturis:vt cum simul dolent diuerse iūcture vt dorsi manuum pedum ⁊ similium.

¶Chiragra autē proprie est dolor in iuncturis manuum cum cubitis vel digitis:⁊ dicitur talis a chiros qꝺ est manus ⁊ gradior graderis quasi supergradiens manus.¶Sciatica vero proprie dicitur dolor circa anchā maxime cū a iunctura anche incipit ⁊ descēdit ad coxam:vt infra dicet̄ loco suo.¶Podagra autē est dolor in articulis pedum ⁊ calcaneis contingens:vnde dicitur podagra quasi dolor pedum super gradiens: et hoc quod dicitur de podagra ⁊ chiragra maxime intelligitur quando dolores horum membrorum fiunt reuersiui:vt q: incipiat dolor in pede:postea remoueatur per curationem : vel deinde post tempus reiterato reddit:tūc talis debet dici podagra:⁊ maxime non concurrente causa primitiua manifesta secundi reditus.Sed vbi accideret dolor in pede:exempli gratia:in poplite pedis ⁊ p̄cessisset aliqua causa primitiua que nūq̄ postea reuertetur non est dicendus podagra.

¶Hic essent multa dicēda generalia vt si tales morbi sint hereditarij:⁊ que est deterior dispositio iūcturalis vel podagra vel sciatica vel chiragra:⁊ si tales morbi in p̄n° sunt facile curabiles vel ne:⁊ similes questiones multiplices possent hic moueri ⁊ declarari de quib⁹ nō faciā mentionem:quoniam eas ample tractaui 22ª tertij : et longam questionem feci de hereditate harū egritudinū : ibidem etiā declaraui istam materiam in consilio magno per me facto de podagra pro magnifico domino Thoma de Bononia ducali consiliario:videat ista curiosus in locis dictis.

Signa in causa calida.Ueniendo ad textum nostrum est notandū ꝙ licet aliquotiens fiat dolor iuncturalis a mala complexione sine materia maxime calida vt est manifestuꝫ ex causis doloris:tamen quia talis dolor rarissime est contingens:idcirco de eo non fecit hic mētionem dominus Rasis sicut nec etiam fecit mētionem de dolore ventoso sicut inter materiales dolores tanq̄ breuiloquus in hoc libello:sed solum determinauit de dolore materiali humorali a causa calida vel frigida absolute tanq̄ de frequentius contingentibus.

De signis

¶Dixit ergo declarando eum a causa calida. Cum in iuncturis fuerit dolor ⁊c.sup.notabilis ⁊ intensus.nam secundum hoc distinguitur a dolore a causa frigida.nam in causa calida est acutior cum punctione vel pulsatione:non sic in frigida stat punctio vel pulsatio : et per punctionem et pulsationem distinguitur etiam a dolore a mala cōplexione calida sine materia: in quo necꜫ est grauedo necꜫ talis pulsatio necꜫ manifestus color significans materiam determinatam : sed de materialibus in sanguineo: tamen est maior pulsatio q̄ in cholerico et in cholerico maior inflammatio ⁊ punctio.Addit: et apostema manifestat sup. dolorem materialem differēter ab immateriali.Declarat etiam apostema materiale a causa calida differenter ab eo qui a causa frigida:quoniam materie calide citius cōuertuntur ad exteriora ⁊ sic faciunt manifestum tumorem:non sic materie frigide:immo sua grauitate magis resident in profundo iuncture non sursum eleuate.

¶Sed nota ꝙ in principio doloris in podagra non semper manifestatur apostema et tumor vt cum incipit materia fluere et per venas resudat transiens vt gutta descendendo ad profundum iuncture : et tunc propter extensionem ligamentorum et neruorum fit vehe-

mens dolor in iũctura anteꝙ̃ sursum materia cõuertat̃ ad cuti: ideo tũc nõ apparet apa circa mẽbrũ: sed dolor fiet vehemens in iũctura: immo cũ incipit manifestari tumor exterius incipiũt minui dolores: qm̃ ꝯuertit̃ materia ad partes minꝰ dolorosas. Cõmuniter tñ ĩ causa calida cito manifestat̃ tumor ꝓpter ebullitionẽ in ea cito cõtingentẽ: ⁊ ideo declarauit etiã talẽ materiã per apa iũcture sup. subito apparẽs: declarauit ꝯñr eã per locũ cũ tãgit̃ calidus: q2 ad tactũ manifestat̃ materia calida differẽter a materia frigida vbi locus nõ calet saltẽ per aliquos dies. Declarat ꝯñr ex colore loci. nã si color fuerit rubeus vel ad rubeũ inclinatus declarat̃ supra causam calidã: q2 materiã sanguineã vel cholericã: lꝫ nõ semper etiã in causa calida a prinº appareat color rubeus: nã aliquotiẽs est vehementis profunditatis: qñ nõ adhuc apparet color in cute sibi correspõdens vt declarauit Aui. in cap. ꝓprio. 22ª ter tij de signis dolorũ iũcturarũ: qd̃ est caplm multũ excellens ⁊ vidẽdũ in ista materia: in processu tñ manifestabit̃ color diuersus a colore cutis et ad rubeũ inclinatus qui sic non manifestabit̃ in causa frigida. ¶ Sunt etiã alia signa ad distinguendũ que cõmuniter ponunt̃ maxime signum quod sumitur a iuuantibus ⁊ nocẽtibꝰ vt ꝙ dolor a causa frigida iuuat̃ per calida; ⁊ econtra a causa calida iuuat̃ per frigida: sed qm̃ hoc signũ est multũ fallax: ⁊ per ipsum sepe deciperet̃ medicus propter impressionẽ accidẽtalẽ. Nã medicine calide aliquotiẽs iuuãt in causa calida resoluendo partẽ materie: et aliquotiẽs medicine frigide iuuãt etiã in causa frigida ⁊ nocẽt in causa calida ꝓpter id qd̃ inspissant materiã calidã in ꝯuertẽdo eã ad loca magis dolẽtia. Propterea dicebat Aui. 4ª primi. de hoc signo ad cognoscẽdũ materias caue ne te decipiat impressio accidẽtalis. de hoc ergo tãꝙ̃ signo fallace nõ fecit Rasis mentionem in tex. Et sic sit declarata ista pars signorũ a causa calida.

De signis sumptis a iuuantibꝰ ⁊ nocentibus.

Cura in causa calida. Cõsequẽter ponẽs curã horũ dolorũ in pñº et augmẽto tria facit. Nã primo ponit curã per flõmiã. 2º ponit curã per medicinã localẽ vt per epithimata vel linimẽta ponẽda super loco vel in circuitu eius. 3º ponit curam per medicinas solutiuas. 2ª ibi. (Et locus ex hoc medicamine.) 3ª ibi. (Ueterũ preterea ex apozimate ⁊c.) ¶ De prima parte dixit: sup. suppositis his que dicta sunt. Eger si dolet ĩ dextro pede ex dextra manu: ⁊ si in sinistro ex sinistra est minuẽdus ⁊c. Circa quã partẽ etiã multa dici possent de flõmia fiẽda ⁊ ex qua vena. Sꝫ qm̃ etiã ibi ample determinaui istã materiã in loco suo quedã breuia tm̃ ponã. nã stãte corpore pleno vt fuit sententia Gal. 3º techni. anteꝙ̃ fiat diuersio opꝫ euacuare a toto. Sed vbi corpus nõ fuerit multũ repletũ vt dicebat ibi Plusꝙ̃ cõmetator. In apate calido vnius mẽbri primum fiat tractus materie ad oppositũ: deinde fiat repercussio. vt etiã ordinauit. d. Rasis in textu. ¶ Ad diuersionẽ ergo aliqualiter euacuatiuã que vocat̃ diuersio minoratiua est flõmia facta per eãdẽ partẽ: ex parte tñ opposita vt de deorsum in sursum vbi est quasi diameter integer oppositionis: ⁊ iste est multũ cõueniẽs. Nã si fieret ex parte opposita nõ tm̃ ẜm lõgitudinẽ sed etiã ẜm latitudinẽ: vt exẽpli gratia. si esset dolor in dextro pede fieret flõmia ex sinistra manu. i. brachio tũc fieret quasi impossibilis attractio et diuersio de materia fluẽte que est proxima membro leso nõ correspõdentibꝰ habiliter meatibꝰ in tali diuersione: sed si fiat ẜm vnã oppositionem tm̃ vt dixit Rasis multũ iuuat̃ patiẽs per eã. Nã primo iuuat̃ q2 minorat materiã ad cõtrariũ trahẽdo: et ita ꝓhibet̃ quasi ẜm totũ fluxus materie ad locũ lesum. 2º iuuat qm̃ etiã euacuãdo ⁊ nõ solũ diuertẽdo reddit̃ corpus paratũ ⁊ mẽbra vicina loco egro vt possint recipere materiã fluentẽ cum repercutit̃ cũ medicinis repercussiuis: quã recipere nõ possent si vasa forent plena. Unde dicebat Gal. loco allegato. ꝙ corpꝰ repletũ nõ recipit nõ incõuenit etiã vt per talẽ diuersionẽ euacuatiuã: maxime cũ sit copiosa: ⁊ q̃ debet̃ in sanguinea: vt attrahat̃ aliquid de materia fluxa iã ad mẽbrũ per modũ cõmunẽ ne detur vacuũ. in cholerica etiã ꝯuenit talis flõmia ꝓprius cũ cholera nõ separat̃ a nã sanguinis: etiã qñ esset separata a natura sanguinis ⁊ essent dolores vehemẽtes circa mẽbrũ patiẽs ad prohibendũ cõuersionẽ materierũ ⁊ sanguinis ad mẽbrũ dolens etiã ꝯueniret flõmia. ex eadẽ parte: sed minutiua diuersiua tm̃ ⁊ nõ euacuatiua. In reliquis autẽ materiebus ⁊ in doloribꝰ pẽdẽtibꝰ ab eis nõ cõuenit flõmia nisi corpꝰ fuerit plenũ: immo tunc flobothomia facta in principio doloris multũ nocet vt fuit cañ. Aui. qm̃ materias cõmouet ⁊ eas per corpꝰ fluere facit. Et hec sufficiãt de ista parte. ¶ De 2ª parte dicit sic. Et locus ex hoc medicamine epithimãdus sup. facta flõmia. Et cõpositionẽ ponit epithimatis: dicẽs: cõfectio epithimatis. ℞. rosarũ ru. sandalorũ sup. rubeo ꝯfaufel est auellana indica: fiet memithe: boli armeni: opij. ana partes equales. ex his in aceto et aqua dissolutis fiat epithima. ¶ Addit ponẽdo aliud psiliũ quoqꝫ aceto infusum in pergameno immissum vel sup. super pecia superponat̃: ⁊ cũ tepuerit mutet̃ sup. aliud renouãdo frigidũ. ¶ Pro intellectu huiꝰ partis est aduertẽdũ ꝙ post diuersionẽ cõueniẽter fit repercussio supra locũ dolẽtẽ ⁊ ad stringẽdũ meatus partiũ vicinarũ ĩ pñº fluẽte materia ⁊ ingrossando materiã: ⁊ ad cõfortãdũ vniẽdo mẽbrũ ne recipiat que repercussio cõpleat̃ ꝑ frigida ⁊ stiptica: forte etiã fiet de materia fluxa aliqualis repercussio ad venas proximas maxime cõfortata etiã mẽbri virtute ad expellendũ a se ⁊ nõ recipiẽdo materiã aliũde. hec tñ repercussio nõ equaliter ⁊ cũ eisdẽ medicinis semper fieri debet. Nã in materia sanguinea dominãte minus frigida debent̃ ꝙ̃ in cholerica in repercutiẽdo: ⁊ magis frigida in cholerica: ⁊ magis stiptica in sanguinea: propter id qd̃ materia colerica est calida et sicca magis: et ita si fuerit materia mixta cũ his vt sepe ꝯtingit de materia flatica mixta: tũc etiã ad repercutiẽdũ minꝰ frigida deberent̃. Rasis tñ vt breuiloquus vt sepe dictũ est ponit medicinas ad aliquã intẽtionẽ: que semper fortiores sunt in eadẽ intẽtione presupponens medicũ esse canonicũ et regularẽ in offerẽdo prius mitiora remedia anteꝙ̃ ad fortiora deueniat. Istud aũt epithima siue linimẽtum maxime primũ est multũ forte ⁊ verẽdũ propter fortẽ stupefactionẽ illiꝰ. 2m est magis mire lꝫ sit forte satis: neqꝫ debet medicus immediate occurrere cũ his a pñº doloris: sed qñ reliqua nõ suffi

Declaratio 2e particule prime partis principalis.

cerent in acutissimo dolore posset medicus ꝓsu
mere sup. ista: ⁊ vtẽdo prius illo de psilio infuso
qđ est egregiũ remedium: qm̃ ꝑ infusionẽ extra/
hitur mucillago eius frigida exñs: ⁊ in virtute
aceti fit eius virtus penetrans ꝓfundũ iũcture
⁊ ponit̃ inter leuia stupefaciẽtia: sed primũ epi/
thima est forte multũ: vt ptꝫ ꝑ intrãtia declara/
ta in prin° huius operis in p̃mo cap°. esset ergo
incipiendũ a mitioribus remedijs: de q̃bus me
dicamẽ p̃cipuũ est vt extrahatur pulpa cassie fi.
⁊ dissoluatur cũ aqua solatri vel oleo ro. vel cuꝫ
aceto ſm diuersas intẽtiones ⁊ extẽdatur super
petia ⁊ ponat̃ supra mẽbrũ: nã hoc est singulare
multũ ad mitigationem doloris. Uel fiat ẽpl̃m
cũ farina ordei vel lentiũ excorticatarum ⁊ cum su
mach ⁊ bolo armeno: facta decoctione plãtagis
⁊ rosarum ⁊ cũ oleo rosato ⁊ modico aceti ⁊ est sin/
gulare: sed qđ est cõe ad mitigandũ dolorẽ fortẽ
est vt sumatur medulla panis siliginis ⁊ infun
datur in lacte vaccino ⁊ addatur opij. ʒ. ß. croci
grana. v. ⁊ supponantur: folia ẽt iusquiami cale
facta supra tegulã aspersam cũ modicissimo ace
ti cõiter laudantur ad minuendũ dolorem.

¶ Sed nota hic ꝙ id qđ dictũ est de diuersiõe ꝑ
flõiam ⁊ de repcussione in doloribus horum mem/
brorum intelligitur regulariter: qm̃ in certis casi/
bus spãlib⁹ quos posui loco suo nõ semp opor/
teret taliter opari: verbigrã. vbi talis dolor iun
cturarum etiam a cã calida esset factus ꝑ viam
crisis vel expulsionis cretice in febre acuta vt se/
pe fit maxime in pedibus non debemus in isto
casu diuertere cõuertendo sursum ad p̃ncipalia
neqꝫ repercutere cũ fortibus propter imminẽs
periculum vt vides: sunt ⁊ alij casus videbis lo
co suo. Et hec est de ista parte.

Declaratio 3e particule p̃e partis p̃ncipal.

¶ De tertia parte dixit ordinans solutiua. (Uẽ
ter p̃terea.) In qua duo facit. Nã primo ordinat
vnum solutiuũ ꝑ viam decoctionis ⁊ potionis:
scđo ordinat solutiuum in forma pillularum si pa/
tiens fastidierit sumere apozima. ¶ Dicit ergo
primo. Uẽter p̃terea ex apozimate mirabolano
rum ⁊ hermodactylorum soluatur: ⁊ faciens cõpo/
sitionem eius dixit. ℞. mirabo. citri. ʒ. xv. pulue
ris turbith albi ⁊ sup. pri⁹ fricati: polypodij am
borum añ. ʒ. iij. sene seminis fumiterre: amborum añ.
ʒ. iiij. hermodactylorum alb. se. scariole. i. endi/
uie: se. apij rosarum añ. ʒ. ij. coquantur omnia in
quatuor lib. aque: alibi reperitur in trib⁹ donec
ad vnam redeant: deinde cum manib⁹ fricẽtur ⁊
colentur exprimẽdo ⁊ dentur cũ zuc. taberzeth.
i. albissimi. ʒ. x. ¶ Ponit aliam descriptionẽ pil/
lularum ad hanc intentionem dicẽs. Si q̃s autem
apozima fastierit. i. talẽ potionẽ dictas pill'as
sumat: ⁊ ponens vtilitatem earum dixit: que nõ va
lentes surgere faciũt incedere. ℞. aloes. ʒ. j. sca/
monee. ʒ. j. partem quartã. s. gra. xv. rosarum ru.
tritarum sextam. ʒ. vnius. i. gra. x. hermodactylorũ
alborum. ʒ. ß. formẽtur ex his pillule que erunt do
sis. j. vt dicit. ¶ Pro intelligẽtia huius. De solu
tiuis est primo notandum ꝙ lꝫ dñs Ras. ordĩet
hic solutiua in cã calida cõuenientia vt pꝫ ex se
rie textus: tamen in his compositionibus solu/
tiuorum intrant multa que mãm flegmaticam
etiam respiciunt: ⁊ maxime in decoctiõe vł apo
zimate vt turbith polypodiuꝫ ⁊c. Et hoc fecit ad
insinuandum ꝙ in morbis iuncturalibus a cã
calida non oporteat solum dictum humorẽ eũa

Des. pillu/larum.

re. s. coleram vel flegma tantum in pendentibus
a flegmate: sed semper eũare de colera aliq̃d cuꝫ
flegmate dñante: ⁊ econtra dñante colera eũa/
re etiam aliquid de flegmate. Nam pl̃m quideꝫ
qđ fit de doloribus iuncturarum vt dicebat. A.
fit a flegmate cum colera ⁊ raro fit a sola colera
qm̃ colera sola non facile ꝓfundatur in iunctu/
ras sed sui leuitate ⁊ igneitate mouetur magis
ad superiora membra: flegma etiam solum pro/
pter frigiditatem ⁊ grossitiem eius per viam de
fluxus raro facit dolores iuncturarum nisi i vir
tute colere subtiliantis ⁊ iuuantis flegma in pe
netratione ad ip̃as iuncturas: ⁊ ita humores se
iuuant ad causandum dolorem iuncturarũ: qm̃
colera fit tanq̃ vehiculum flegmati vt penetret
ad iuncturas ⁊ flegma sua mixtione cum colera
retardat vel prohibet eleuationem eius ad mẽ/
bra superiora. Et ideo medicine q̃ cõueniũt eũa
tiue iuncturis debent participare medicis eua
cuantibus coleram ⁊ euacuantibus flegma sal/
tem vt pl̃m: immo ẽt si fit dñans multuꝫ flegma
vt aliqñ contingit saltem in doloribus q̃ fiunt
per viam paulatine cõgestionis: ⁊ tunc etiaꝫ eo
casu non dꝫ eũari solum flegma: qm̃ lꝫ tunc per
eũonem de proximo fieret curatio illius doloꝫ:
tñ ꝓbabiliter post fiet redditus alterius dolo/
ris ꝑ viam defluxus postea flegmatis cum cole
ra. Et istum casũ insinuauit Aui. in prin° capitu
li de solutiuis in curatione gñali de dolore iun/
cturarum cum dixit. Oportet vt in eis nõ educatur
solutione flegma solum immo cũ colera. Et ad/
dit rõnem dicens: nam cũ in eis solum fl'a solu/
tione educitur iuuantur statim ⁊ redit colera et
facit currere ad membrũ flegma vice alia. Et ita
dñs Ra. hic ordinans compositionem huius so/
lutiui in formam apozimatis fecit cõpositioneꝫ
ex diuersis simplicibus habentibus respectum
non ad coleram tm̃ sed etiam ad flegma: ⁊ eã re
ctificauit cum multis infrigidantibus: vt patet
Propterea ꝙ tales medicine eũantes a iunctu
ris non debẽt esse vehementis caliditatis ne li
quefiant humores ⁊ disponãtur ad fluxũ ad iũ/
cturas: ⁊ maxime posuit hic rectificãtia frigida
vt principaliter fit intentio ad eũonem humorum
frigidorum. In hac etiam cõpositione ponunt̃ me/
dicine quarum ꝓprietas est vt ꝓfundentur acuita
tes medicinarum solutiuarum vsqꝫ ad iuncturas: de
q̃bus est semen apij. Et de solutiuis sunt hermo
dactyli qui etiam eũant a iuncturis ⁊ cum hoc
habent iuuamentum necessarium in omni me/
dicina solutiua a iuncturis: qm̃ faciunt succede
re solutioni stipticitatem in meatibus iunctu/
rarum ⁊ confortant iuncturas: quarũ non fit tunc
possibile propter stipticitatem ⁊ confortationẽ
eorum vt redeant superfluitates que remanserunt
post medicinam ad dictas iuncturas: qꝛ tamen
hermodactyli per naturam nocent stomaco: in/
trant in compositione mirabolani ⁊ ros. rectifi
cantes nocumentum ipsorum: ⁊ cyminum tñ ẽ me/
dicina ⁊ similiter mastix que multum minuunt
de nocumentis hermodactyloruꝫ: ⁊ ita ptꝫ quo
modo hec compositio est multum excellẽs: ⁊ cre
do posset dari ad minus. ℥. vj. vsqꝫ ad. viij. cuꝫ. x.
ʒ. zuc. albissimi sine timore de ista decoctione.
¶ Aduerte p̃nr ꝓpter pillulas quas ordinauit
ꝙ lꝫ respectu simpliciũ ⁊ modi cõpositionis sint
iste pillule multũ singulares in casu nostro: tñ

Nota

Not. hunc cano.

Hermodactili nocẽt stomaco.

sunt fortes nimis ꝑ vna dosi: immo sufficerent ad tres vel quatuor doses propter scamoneam intrantẽ vt ptz: q² tñ expsse Rasis dicit ⁊ est dosis vna Genti. glosando istã descriptionez dixit ꝙ fuit error translatoris in ponendo dosim scamonee. Nã vbi dicit tex. debere sumi quartã ptẽ ʒ. j. scamonee: debuit dixisse quartam partez. ∋. j. tm̃ vt gra. v. vel. vj. ⁊ ista via est satis tuta: lʒ ẽt esset dosis satis fortis supra quam ego nõ auderem pro vna dosi nisi in corpore multum forti.

Not. hunc errorem.

Questio.

¶ Utrũ aũt exhibitio istaꝝ medicinaꝝ vel sibi similium acutaꝝ ⁊ a ꝓprietate soluẽtiũ in doloribus iũcturaꝝ debeat fieri in prin° hoꝝ doloꝝ vel post digestionẽ mãe est bona ⁊ subtilis difficultas in qua laborauerũt illustres medici. Nã sententia. A. videꝛ ꝯtraria põni Sera. ⁊ Haly. in hoc qm̃ ipsi vidẽtur innuere tales medicinas laboriose soluẽtes nõ esse exhibẽdas a prin°. Sed si sunt necessarie medicine dãt medicĩas leues añ digõnẽ ⁊ lenitiuas ꝑ magna parte. Nã dicit. A. ⁊ de hoib⁹ sunt loquẽtes de eis q̃ describunt initium. i. q̃ dicũt in initio cũ facili post facile sup. esse eũandũ: ⁊ sigillãt cũ forti sup. medicĩa post maturationẽ. Postea addit Aui. ⁊ rectius q̃dem est in hoc. i. in hac difficultate. Si sit mã subtilis colerica festinare eũonem sup. cũ forti medicina cum videtur maturatio. i. q² in tali videtur maturatio etiam a prin° propter facilitatẽ euacuationis eius. In grossa aũt q² cõiter conifigitur plenitudo in ea ad minorandum mãm etiaz bonum est facere ẽũonem minoratiuam a prin° cũ medicinis appropriatis plenitudini supp. sicut fit ẽt a prin° in flegmatica. Non est tñ malũ premittere qđ eam subtiliet ⁊ maturet ⁊ ꝑparet ipsam ad hoc vt expellatur. i. simul eũare ⁊ aliq̃liter digerere: eũando tñ a prin° cum medicinis appropriatis debilibus: tñ in soluendo in dosi ⁊ ꝯñr in processu magis digesta mã eũare cum fortioribus gradatim ascendendo: ⁊ ita melius est ad istum intellectum vt blande tractaretur: in prin° tñ incipe a re forti vt dicebat Aui. forti. scʒ cum virtute ad euacuãdum a longinquis: ꝙuis facilis sit incolumior. i. sit fortis debilis in forti dosi: non quidem facilis: q² lenitiua vt multi faciunt empericorũ: qm̃ talis medicina nihil euacuat de mã coniuncta neqꝫ sigillat solutionem post factam euacuationem sicut necessarium est fieri vt dictum est supra constringendo meatus ⁊ confortando membra patientia: immo de tali loquens Aui. dicebat ꝙ ipsa mouet mãm et non facit currere aliquid de quo sit curandum sup. de cã coniuncta. Addit: immo fortasse subtiliat mãs cõgelatas alias ⁊ facit eas currere ad membrũ ⁊c. Hanc difficultatem ego late declaraui loco suo que est necessaria vt recte intelligatur ad debite curandum in his passionib⁹: eã videbis loco suo. ¶ Conuenit tñ anteꝙ̃ fiat euacuatio cum fortibus eradicando vt fiat digestio cum appropriatis ad mãm. Et in mã calida valent sirupus roŝ. mel ro. semper cauendo a sirupis lenitiuis cum aqua endiuie ⁊ cicoree vel plãtaginis vel in multum inflammata cuʒ aqua solatri: postea in processu cum aqua saluie: ⁊ veniẽte statu cum modico sirupi de sticados: etiaʒ de soluentibus appropriatis sunt pillule de hermodactylis minores Mesue: quas oportebit nõ semel tantum dari sed forte bis vel ter vsqꝫ ad eradicationẽ materie: ⁊ ista sufficiant pro expositione huius partis remittentis me ad multa q̃ essent hic necessaria ad dicta loco allegato.

¶ Qd̄ si is qui hanc patitur egritudinem.) Hec est secunda pars huius partis in qua. d. Ras. ponit curam talis dispositionis a materia liquida flegmatica in corpore non parato sustinere medicinas solutiuas vt in etate infantili: ⁊ breuiter dicit quod si is qui hanc patitur egritudinẽ puer fuerit balneetur solum supple embrocãdo cum decoctione dicta pauloante: ⁊ infictiones ex his que supra diximus sufficiunt dimittendo purgationem: postea supple rectificando membra ad debitum situm secunduz plicationem ad anterius in gibbo: vt iacẽte exempli gratia puero supra tabulam planam secundum dorsum et paulatine comprimendo vel cum plumaceolis ⁊ fascijs ligando conuenienter comprimendo in partem oppositam: ⁊ si forte esset necessaria aliqualis mollificatio ad faciliorem reductionem fiat cum aliquo humectante moderate oblato: postea facta reductione fiat exiccatio cum medicinis exiccatiuis confortatiuis. Et ex hoc textu collige contra multos medicos qui in omni casu materiali: etiam in pueris ⁊ infantibus volunt vti medicinis solutiuis: ⁊ tamen male operantur cum aliquotiens sufficiant sola alteratiua in etate tenera. ¶ Et hec sufficiant de hac parte.

Declaratio 3ᵉ partis principal.

¶ Si autem cum gibbositas incipit ⁊c.)

¶ Hec est tertia pars principalis huius: in qua ponit curam gibbositatis ex apostemate pendẽtis maxime a calido quod exterius manifestatur ad sensum quãdo cum eo propter dilatationem lacerti incipit manifestari gibbositas. naz si tunc fiat dolor acutus in parte ⁊ pungitiuus cum extensione ⁊ febris concomitetur: tunc supple declarandum est talem gibbositatem pendere ab apostemate: ⁊ tunc dicebat Rasis in textu quod a predicto regimine omnino abstinenduz est. s. a datione pillularum. De hermodactylis: ⁊ ab aposimate de seminibus calidis: ⁊ ab vnctionibus calidis de quibus est dictum: patet tota ratio. nam per talia fieret inflammatio in materia ⁊ commotio eius ⁊ consequenter augmentum in apostemate. Ideo in hoc casu conuenit regimen quod debetur in apostematibus calidis in principio cuz flobotomia partim diuersiua partim euacuatiua. nam tunc cum incipit gibbositas saltem apostema est in augmẽto manifesto: quia non nisi cum notabili quantitate materie in apostemate incluso potest fieri tractus musculi alligantis spondiles ad interius: ita vt manifestetur gibbositas. Ideo tunc competit flobotomia etiam partim euacuatiua vltra diuersiua etiam reliquis consentientibus: ⁊ exhibeatur regimen tenue dimittendo calida ⁊ vtendo frigidis aliqualiter ad stipticum declitibus in principio magis dimittẽdo ex toto vinum: ⁊ dande sunt medicine lenitiue ⁊ aliqualiter solutiue materierum calidarum per secessuz vt cum cassia ⁊ tamarindis cum decoctione herbarum frigidarum vt endiuie lactucarum solatri et huiusmodi cum modico capillorum veneris et apponere supra locum repercussiua moderata cum debilibus resolutiuis: ⁊ tandem procedere secundum omnia tempora apostematis vsque ad declinationem variando medicamina secundum canones sepe dictos in alijs apostematibus: et postea facta cura apostematis intendere comprimẽdo leuiter dorsũ ad interiora cũ diuersis ingenijs de q̄bꝰ dcm̄ est: ⁊ ita si fuerit struma ⁊ cõuersio spondiliuz ad interius ꝓpter apostema in pleura vel in mediastino vł in alijs membris alligationẽ habentibus ad spondiles tũc fienda est cura sicut dictum est in locis suis: postea facta curatione dictorum apostematum ingeniãdũ est cum attractiuis positis supra dorsum ad cõuertẽdũ spondiles ad debitũ situm: et ita ẜm hos modos fiet possibilis cura si occurratur in pñº harum dispositionum: alˢ nõ fit bene

possibilis reductio cum antiquaꝝ. Et istã curaꝫ breuibus expediuit in litera cũ dixit. Si autem cum gibbositas incipit affuerit ꝛc. a predicto regimine sup. calefactiuo omnino abstinendũ: sed apozima. i. potio ex herbis frigidis factum cum aq̃ tribuẽdũ est. Addit: minutio ꝙ̃ ex basilica faciẽda est. Empl'a vehemẽtia loco superponenda i. vehemẽtis ꝟtutis in ꝓfundatione ꝓpter mẽbra esse iũcturalia: vel empl'a vehemẽtia su. ad attrahendum facta curatione apostematis siue apostematũ membrorum interiorum vt struma cum stat intentio conuersionis spondilium ad exteriora ad debitum situm. Et hec de capitulo sufficiant.

¶ De varicibus. Capi. xxxiiij.



Cum vene grosse ꝛ plene ꝛ diuerso mõ curuate ꝛ virides in crure apparuerint: egritudo q̃ vitis vocatur esse significatur.

¶ Hec autem egritudo frequentius accidit his q multũ pedib⁹ laborare consueuerunt ꝛ q cibaria que coleram nigram generant sepe sumunt. ¶ In principio itaq; curationis huius passionis basilicam minuere conuenit: ꝛ ventrem ex his que coleram educunt nigram soluere: quoꝝ mentioneꝫ fecimus in capitulo de melencolia: hec aũt sepe facienda sunt: ꝛ ab oĩbus a quib⁹ melencoliam patientes custodiuntur in hac egritudine abstinendum.

¶ Postq̃ vero hoc regimen diu adhibitum fuerit ex venis quas ĩ crure apparuisse diximus minutio fiat: a quibus sanguis tamdiu fluere dimittatur donec quicquid in eis est euacuetur.

¶ Deinde huiusmodi patiens coleraꝫ nigram expellentibus vtatur ꝛ ex basilica minuatur ꝛ caueat sibi ab omnibus que coleram generant nigram.



Hec est secunda pars principalis huius partis de nocumẽtis cõtingentibus in membris manifeste exterius apparentibus infra membra naturalia principaliter ꝛ seruientia dictis membris: ꝛ cõtinuatur ad precedentia de gibbositate ꝛ dolore iuncturarum per hunc modum. Naꝫ postq̃ in eis determinatum est de dispositionibus dictorum membrorum iuncturalium dolorosis vt frequentius ꝛ q̃nq; non dolorosis: ꝑñr in hac parte determinat de quibusdam etiam dispositionibus que exterius in membris apparere consueuerunt. Et tria facit principaliter: nam ṗmo determinat de duabus dispositiõibus que in cruribus accidunt: que sunt male dispositiones in compositione: maxime in augmento cruriũ: non tamen equaliter ꝛ sine vulnere vel vlcerib⁹. Secundo determinat de quadam dispositione vulnerosa siue vlcerosa sepe sequenti ad diuturnuꝫ accubitum ꝛ longam moram in lecto: que longa mora sepe fit necessaria in patientibus dolores iuncturarum etiam in curatione varicũ vel elephantie vt de vlceribus lumborum ꝛc. Cum aliquis longo tempore supinus iacuerit ꝛc. Tertio pro complemento huius doctrine totius ꝛ none partis. Raß. determinat de doloribus absolute qui accidunt in exterioribus membris maxime manuum vel pedum in quib⁹ accidere nõ consueuerunt: ita quod non sunt redditiui sicut dolores podagrici. vel chiragrici: secunda pars incipit. (Cum aliquis longo tempore supinus iacuerit.) Tertia in principio vltimi capituli. (Cum dolor in manu aut in pede fit.)

Continuatio ꝑ̃sentis capli ad ꝑ̃cedentia.

¶ Prima pars etiam in duas. nam primo determinat de varicibus quantum ad declarationem eaꝝ ꝛ curam: secundo determinat de elephantia dispositione vicina multum in causis dispositioni varicum ibi. (Hec passio postq̃ mãsiua ꝛc.) Prima pars etiaꝫ in duas: primo declarat que dispositio dꝫ dici varix vel vitis cruriuꝫ manifestando etiam que corpora sunt parata ad hanc dispositionem. secundo prosequitur ponendo curam huius dispositionis. scđa ibi. (In principio itaq; curationis ꝛc.)

Declaratio ṗme partꝫ ṗ̃ncipalis.

¶ Primo ergo ponit declarando quid intelligimus per varices dicens. Cum vene plene ꝛ grosse diuerso modo curuate ꝛ virides valde in crure apparuerint: egritudo que vitis dicitur adesse significatur. Dicit. secundo declarans quibus magis accidit: hec autem egritudo frequentius accidit his qui multum pedibus laborare consueuerunt: ꝛ qui nutrientia choleram nigram generatiua frequenter sumunt.

¶ Pro intelligentia horum duorum pũctorum nota primo ꝙ manifestat has varices ex quibusdam eas concomitantibus essentialiter: et ex quibusdam etiam accidentaliter ꝛ separabiliter concomitantibus. Essentialiter autem concomitantia varices sunt grossitudo venarum protensarum per crura incipiendo a coxis descẽdendo plerunq; tortuose existentes: et hoc est propter presentiam materie grosse recepte in dictis venis: que cum nõ possit recipi in venis minoribus propter grossitiem: sed tantum in ramis magnis: venarum magnarum continetur in eis et magis aggregatur: et ita extenduntur dicte vene ꝛ magnificantur: ꝛ cõsequenter fiunt sensu apparentes: vbi prius non tumefacte neq; replete sensibiliter apparebant: ꝛ hec manifestatio proprius accidit quando crus secundum reliquas partes maxime carneas minoratur: quod sepe contingit in varicibus: quoniam talis materia plerũq; est grossa melencolica vel flegmatica grossa cũ sanguine peccãs: vñ sanguis talis nõ põt recipi ĩ poris venarũ minutarũ neq; labi

per venas minutas supra membra ad debitam nutricationem membrorum: et sic cum tumore et grossitie venarum magnarum ꝑpter inclusionẽ materie grosse in eis fit extenuatio dictoꝝ membrorũ ꝑpter subtractionem nutrimẽti eorum: et ꝑ cõsequẽs ille vene magne per crus disperse nõ recte incedentes grossiores apparẽt ad modum ramoꝝ grossorũ vitis: vnde varices ꝑpter hanc silitudinem vites appellantur. ¶ Nota tñ ꝙ lz dictũ sit tales dispositiones maxime pẽdere a sãguine melencolico grosso tardi motus: q: talis est qui maxime conseruatur in dictis venis magnis non paratus transire ad alias venas minutas. Et ꝑinde Ras. declarauit talem mãm ꝑ colorem apparẽtem in dictis venis vt per colorem viridem sup. declinantem ad obscurum: tamen aliquotiens: vt etiam voluit Aui. expresse in capitulo ꝑprio: sanguis mundus nõ melencolicꝰ est causa eius. Nam propter multitudinem sanguinis aliquotiens tanta fit repletio et extensio dictarum venarum: vt consequenter fiat oppilatio in poris earum vt non possit recipi materia sanguinea in venis minutis. Sanguis autẽ subtilis colericus vel sanguis flegmaticꝰ aquosus propter ipsius facilem penetrationem ad venas minutas: nõ ita aggregatur in venis magnis vt faciat dictam dispositionem. ¶ Et ex his patz verificatio eius qḋ dictum est in secundo ꝑsicto ꝙ hec egritudo frequẽtius accidit his qui multum pedibus laborare consueuerunt puta itinerantibus et saltantibus vel cursoribus et coram regibus astantibus. Nam in talibus omnibus conuertuntur materie multe ad venas crurium caliditate acquisita in eis propter motum: et cũ descendunt materie grosse vt fit in corporibus melencolicis et vtentibus regimine melencolico: ille mãe retinentur ibidem per modũ dictuz supra: et sic nõ putrefacte: sed solũ tales ibidẽ retente faciunt dictam extensionem apparentem. Nam si dicte mãe essent putrefacte non saluaretur cum eis dicebat Aui. pes. i. crus ab vlceratione et apostematibus malignis. Et hec de ista parte: lege literam.

Not. q̊bus frequẽtiꝰ hec egritudo accidit

¶ (In principio itaq3 curationis.) Hec est scd̃a pars principalis istius capituli in q̃ dominus Ras. ponit curam dictaꝝ varicũ: et diuidi potest pars in tres partes: q꜡m primo ponit curam haꝝ habita indicatione ad mãm in toto existẽ antecedentem ad has dispositiones: secundo ponit regimen curatiuuz materie coniuncte in dictis venis existentis: tertio redit ad ponendum ingenium in preseruando a recidiua facta detumescentia illarum venarũ et euacuatione facta materie coniuncte. secunda ibi. (Postꝙ̃ vero hoc regimen diu adhibitum fuerit.) tertia ibi. (Deinde hmõi patientes.)

¶ De prima parte ponens curam habita indicatione a materia in toto existẽte: primo ponit curam per euacuationem fiendam per flobotomiam et solutionem ventris. secundo per regimẽ commune pertinens ad dietaz. secunda ibi. (Et ab omnibus a quibus conseruantur patientes melencoliam.)

Declaratio pᵉ pticulᵉ scd̃e partis principalis.

¶ Dicit ergo de prima parte. In principio itaq3 curationis huius passionis basilicam minuere conuenit supple aliquotiens et ventrem ex eis que coleram nigram educunt soluere supple cõuenit facta supple prius digestione colere nigre cum medicinis digestiuis cum appropriatis ad eam siue fuerit naturalis siue fuerit adusta: et postea cum solutione cum appropriatis quoruz mentionem fecimus in capitulo de melencolia vt dixit: vt exempli gratia. in materia grossa melencolica valeret pro euacuatiuo hiera pigra cũ lapide lazuli preparato cum aqua buglosse: et in materia adusta minus grossa valeret infusio epithimi in aqua lactis caprini cum alijs similibꝰ: de quibus euacuatiuis et digestiuis habetur copia in capitulo de melencolia vt recte dixit Rasis. Et ego etiam feci specialem tractatuz de his medicinis valentibus in morbis melencolicis post expositionem capitulorum de varicibus et elephantia. 22ª tertij. quem vide si placet.

¶ Addit: et est egregium verbum: hec sepe faciẽda sunt supple de flobothomia si sit expediens et de solutione ventris cum appropriatis supple anteꝙ̃ veniamus ad euacuandũ materiam coniunctã: quoniam si corpus non fuerit bene mundum cum fieret euacuatio de materia cõiũcta facilis fieret reditus aliarũ materierũ antecedentiũ ad crura propter sitũ mẽbrorũ et habilitatem in recipiendo simul cũ grauitate materie ponderantis ad motum deorsum: flobothomia tñ non semper est necessaria: vt cũ esset sanguis a dñio multum melencolicus receptus in dictis venis vel flegmaticus de flegmate grosso et vbi tũc habitudo in toto esset illis proportionalis. Sed quando habitudo esset sanguinea a dñio vt sepe contingit abundante humore melencolico naturali qui est fex sanguinis: cũ postea fit lesio in operationibus splenis in hoc casu et in multis similibus esset necessaria flobothomia ex alijs sepe declaratis. ¶ Addit vltimo quo ad hanc partem summatim ordinãdo regimen dicens. Et ab omnibus a quibus obseruantur vel sup. obseruare debent patientes melencoliam in hac egritudine abstinendum est. Patet cõclusio cum huius egritudinis materia vtplurimum sit melencolica vt dictum est. Ideo etiã et a leguminibus et a carnibus grossis et a vino grosso nigro et caseo veteri et similibus multiplicatiuis humoruz melencolicorum est abstinendum: et ita a solitudine et habitatione in locis tenebrosis et a vehementibus cogitationibus cauendum est: et a motibus progressiuis laboriosis: et a statione longa et ad contraria est conuertendum. ¶ Consequenter dominus Rasis ponit curam propriam respicientem materiam coniunctam in dictis venis contentam dicens: postꝙ̃ vero hoc regimen diu adhibitum fuerit ex venis quas in crure apparuisse diximus minutio fiat a quibus sanguis tandiu fluere dimittatur donec quicquid in eis est euacuetur. ¶ Nota ꝙ signanter primo dixit postꝙ̃ regimen dictum supra diu adhibitum fuerit ꝛc. vt innuat modicum proficere ad curationem varicum euacuare cõtentum sanguinem in eis nisi primo sit facta completa euacuatio de materia in toto et obseruato longo tempore debito regimine prohibitiuo generationis sanguinis melencolici. Ad quam sententiam male docti modicum attendentes sepe incurrunt infamiam: quia faciunt flobothomias in dictis venis euacuantes sanguinem actu contentum in eis credentes complete curam esse factam: et tñ

infra biduum vel triduum fit recidiua: ita ꝙ ve
ne remaneant ita tumefacte sicut prius propter
id quod denuo fluunt materie ad dictas venas
aptas recipere. Proinde Rab. non tantum con-
tentus de euacuatione prius facta per tempus
⁊ cum flobothomijs ⁊ pharmacijs ⁊ cum debito
regimine anteꝗ. fiat euacuatio dicti sanguinis
per eas venas etiam iussit post continuari de-
bere euacuationes ⁊ aliquotiens flobothomiā
secundum exigentiam cause ne fiat redditus et
recidiuatio dictarum varicum: ⁊ proinde addit
ad literam precedentem: deinde supple euacua
to sanguine de venis huiusmodi patiens cole-
ram expellentibus vtatur ⁊ minuatur ex basili-
ca ⁊ obseruet ab omnibus que coleram nigrā ge
nerant: sicut etiam ante dixerat. ¶ Ex quib⁹ ver
bis nota Gerar. ꝙ consideratis istis omnib⁹ qd
melius sit non tangere cum ferro in varicibus:
nec aliquid cirurgicum operari nisi solummo-
do euacuare materiam ⁊ abstinere a cibis melē
colicis. quia vt dixit varices non impediunt pa
tientem in vita: si pur tamen volunt curari pro-
pter decorem ⁊ non propter necessitatem: vt ali
quo tiens faciunt iuuenes galantes quibus ap
paret indecorem eis videri ab amasijs suis cum
dictis venis inflatis in cruribus vt fuit in quo-
dam domino Sebastiano de valperga nobili pe
demontano prospero ⁊ forti qui ꝓpter ignomi-
niam tantum me sepe sollicitauit vt curaretur:
⁊ ego ostendi sibi periculum curationis neqꝫ ꝑ
manus meas transiuit: sed pertinaciter sollici-
tus quesiuit vnum empericum magistruꝫ Spe-
rantiam qui tandem cum cauterio actuali per-
duxit illum ad mortem: cuius hystoriam posui
22. tertij. in capitulo de varicibus.

Nota egregiam sniaz Gerardi.

Not. hystoriam.

¶ Modus tamen recte operandi esset vt facta
euacuatione de materia in toto cuꝫ obseruatio
ne boni regiminis fiat flobothomia in dictis ve
nis deorsuꝫ apud cauilā in ꝑte domestica vt i. sa
phena si fuerit vena tumefacta ī ꝑte domestica
vt frequentius euenit. Et in sciatica apud caui
lam exteriorem si fuerit vena tumefacta in par
te syluestri: ⁊ ita comprimendo suauiter a sur-
sum in deorsum exprimatur totus ille sanguis
grossus a loco flobothomie: quia flobothomia
debet esse multuꝫ lata propter purgari inde san
guinem grossum: ⁊ si natura terretur in euacuā-
do totum vna vice fiat dicta euacuatio in pluri
bus vicibus vsqꝫ dum totus sanguis fuerit eua
cuatus complete ⁊ non videatur vena aliquali-
ter tumefacta: postea vero fiat ligatura cuꝫ bin
da lata quatuor digitis infusa prius in aqua ci-
neris cum modico aceti ⁊ sursum ligando stri-
ctior sit ligatura in fundo: ⁊ postea ascendendo
minus stringat. Et si materia fuerit ad calidum
declinans que euacuata est apponantur in de-
coctione rose ⁊ balaustie ⁊ sumach myrthi ⁊ hu-
iusmodi. Et si fuerit ad frigiduꝫ declinans vt ad
melencoliam naturalem inclinetur: apponātur
in decoctione lupini ⁊ fiat aqua cineris ex deco
ctionibus caulium ⁊ corticum quercus: ⁊ si pul
uerizetur desuper aliquid de tamarisco magis
iuuabit ante ligaturam vel fiant inunctiones
cum oleo absinthij ⁊ myrtillorum: ⁊ stet in quie
te cum crure eleuato: faciendo etiam infra duos
vel tres dies leuem flobothomiā si materia fue
rit sanguinea: ⁊ euacuando etiam materiā gros
sam cum appropriatis ⁊ obseruatione boni re-
giminis contrarij multiplicatiui humor grof-
sorum: ⁊ ita singulis duobus diebus renouan-
do ligaturam vsqꝫ ad quindecim dies ipso sem-
per iacente: ⁊ postea cum voluerit surgere fiat
caliga de pelle canis stricta que saltem attigat
vsqꝫ ad genu: ⁊ ita paulatine assuefiat tempera
to motui fortassis curabitur.

¶ Et si primo modo curari non potest sunt alia
ingenia fortiora ad curationem scindendo in di
recto varicis ⁊ extrahendo varicem: postea per
transuersum vniendo: ⁊ de his sunt diuersi mo-
di quos posui in loco supra allegato 22ª ter-
tij ad enm locum recurre. Ego tamen non aude-
rem supra aliquo illorum propter timores eue-
nire potentes: ⁊ sic starem contentus in miriori
bus de quibus dictum est. Et sic sit finis.

Nota

¶ De elephantia. Cap. xv.



Ec passio postꝗ̄ mansiua fue
rit incurabilis est. Cum autez
incipit: si ei subueniatur et vt
debet medicata fuerit aut sa-
natur aut manet sic nihil addens.

¶ Cum ergo pedis grossities augeri vide
tur ⁊ color offuscari: vene quoqꝫ que vites
vocantur apparere ceperint: eger quoti-
die cogendus est vomere ⁊ custodiendus
ab ambulatione ⁊ statione ⁊ venter vomi
tu precedente ex pillulis maioribus de her
modactylis soluendus est: deinde ad vomi
tum redeunduꝫ post illud hoc quoqꝫ mul
totiens fieri oportet. ¶ Eger preterea a ci
bis grossis est abstinendus: ⁊ tibia a calca
neo incipiendo sursum vsqꝫ ad genu strin
genda: ante tamen constrictionem epithi-
manda est ex aloe ⁊ myrrha ⁊ achacia ⁊ hy
poquistidos et alumine cum aceto forti
dissolutis.

¶ Ex basilica quoqꝫ manus cōtrarie par-
tis minutio facienda est: neqꝫ erectus stet
nisi pes strictus ligatus fuerit: neqꝫ epithi
ma vllo modo dimittat: vomitu quoqꝫ fre
quenter vtatur.

¶ Quod si paruum intercesserit spatium
a precedenti vomitu: ⁊ appetit quiescere
vapora ipsum cum seminibus caulium et
sticados arabico cinere de vitibus ⁊ lupi-
nis et mentastro et stercore caprino ⁊ fa-
rina fenugreci: et liniatur etiam ex aqua
cineris per spatium vnius diei aut duo-
rum. Ipse enim huius egritudinis ma
ximam resoluit partem atqꝫ leuiorem
reddit.

Continuatio p̄ntis capl'i ad p̄cedentia.



Oc est capitulum de elephantia quod recte sequitur capitulum precedens de varicibus: cū iste passiones in multis communicent maxime in essentialibus: naz vtraq; est dispositio proprius compositionalis in augmento crurium: nam sunt passiones cruribus appropriate: qm̄ si in alijs membris fieret tumefactio venaꝝ: ita q̄ essent vene plene ꝛ grosse ꝛ diuerso modo curuate: ꝛ aliqualiter ēt ad fuscū declinantes: nō ꝓpterea deberent dici varices qn̄ tales in crure non apparuerint. Idem dico de elephantia si mēbra intumescerent ꝑm totum'alia a cruribus: ꝛ color etiam offuscaret nō ꝓpterea deberent dici tales dispōnes elephantie: sed solum cum in cruribus apparēt tales tumescentie. Nam vt dicitur. 22ª. tertij. de mente Auenz. taliter disponūntur pedes in hac passione vt assimilentur pedi vel tibijs elephantis.

¶ Cōicant ergo he due dispositiones varices ꝛ elephantia q̄ sunt egritudines augmēti appropriate cruribus. Cōicant etiam in causis: qm̄ ex omni humore grosso vtraq; fieri possunt: ꝛ vt plerunq; ex melencolico humore: sed ex sanguinis plenitudine nimia vtraq; fieri possit. Cōueniūt etiam in curabilitate vel in nō curabilitate: qm̄ vtraq; eaꝝ cum est cōfirmata fit incurabilis ꝓpter mām fieri terrestrem in ꝓcessu ꝛ virtutem crurium debilitati. ¶ Sed differunt in hoc qm̄ in varicibus est augmentum inequale ꝑm crus qm̄ ille vene tm̄ intumescunt ꝛ forte relique partes extenuantur: in elephantia aūt totum crus ingrossatur quasi equaliter cum pede: ꝛ si iā stat maior durities imprimendo in toto crure q̄ in varicibus vbi stat durities magis in venis.

De drīis varicum ꝛ elephantie.

¶ Et ꝓpter duritiem ꝛ colorem fuscuz in crure differt elephantia ab vndimia: qm̄ vndimia est apā album molle: q2 a mā flegmatica molli dependens: ꝛ ita vbi fit in crure tm̄ ꝛ nō cōicetur alijs membris tumor ꝑm totum crus ꝛ nō fit durities in comprimendo neq; color ad fuscum declinans: ibidem declaratur vndimia differenter ab elephantia: in qua est grossities cruris cum duritie ad imprimendū ꝛ inclinatione coloris ad fuscum. Et distinguitur talis vndimia a cacesia per hoc qd̄ in cacesia cōicatur tumor etiaz in alijs membris vt faciei ꝛ palpebris. Et licet varices ꝛ elephantia cōicent in mā vt qd̄ pendent ex mā grossa, vt p'lm melencolica plerunq; adusta ꝛ non putrefacta tn̄ differunt dicte māe: q2 in varicib⁹ mā melica vt plerūq; est ex sanguīe adusto ꝛ in elephantia plerūq; ex flāte adusto: lz ex eadem spāli mā fieri possint: ceteris tn̄ paribus in specie māe grossior apparet mā varicū q̄ elephantie: maxime in frigidis per viam defluxus: nam ꝓpter grossitiem māe in varicibus clauditur mā tm̄ intra venas magnas vbi in elephantia subtilior transit ad venas paruas vsq; ad mēbra aliquo mō nutrientia: ꝛ sic apparet conueniens tractatus de elephantia post capitulum de varicibus.

De drīa elephantie et cacesie.

¶ Diuiditur aūt p̄ns capl'm prima diuisione in duas partes. Nam primo ponit de elephantia, q̄ fit curabilis ꝛ que incurabilis: scd̄o prosequitur ponendo curam curabilis vel saltem ad ꝓhibēdum augmentum eius, scd̄a ibi. (Cum ergo pedis grossities augeri videtur ꝛc.) De prima parte dixit. Hec aūt passio postq̄ mansiua fit. i. lōgi temporis incurabilis est: rō dicta est supra. Si aūt cum inceperit ei subuenitur ꝛ vt dz curata fuerit sup. cum omni diligentia ꝛ canonice aut sanatur aut manet sic nihil addens. Ex quo verbo potes hic colligere q̄ etiam cum occurrit in prin° ꝛ curatur ꝑm qd̄ opz aliquotiens nō sanatur perfecte propter passibilitatem membrorū ꝛ debilitatem crurium: sed solum preseruat ab augmento.

Declaratio p̄e ptis.

¶ De secunda parte ponens curam ponit diuersa remedia curationis quedam pertinentia ad euacuationem materie maxime per vomitum quem multum laudat frequenter debere fieri et per solutionem ventris: et etiam per diuersionē aliquotiens per flobothomiam: ordinat etiam regimen conueniens cum cura particulari fienda cum ligatura ꝛ cum fomentationib⁹ ad crus ꝛ cum his que superponuntur cruri ad exsiccandum: ꝛ singulariter laudat fomentum in vltimo capituli: legendo ergo literam continuam ꝛ secundum partes sententiando dixit. Cum ergo pedis grossities augeri videtur: scilicet in principio: ꝛ color offuscari sup. ipsius pedis vel cruris: vene quoq; que vites dicuntur apparere ceperint: ita q̄ hic ponit curam vtriusq; etiam applicatis dispōnibus: eger assidue cogatur vomere: ꝛ custodiendus ab ambulatione nimia ꝛ statione propter causas dictas in capitulo superiore: ꝛ venter vomitu precedente ex pillulis maioribus de hermodactylis soluēdus: deinde ad vomitum redeunduz. Addit: hoc quoq; multotiēs fieri oportet. s. vt cogatur vomere supple cū vomitino satis forti: postea vomitu precedēte soluatur cum pillulis de hermodactylis: ꝛ postea iterato vtatur vomitu. Et ita ptz quomodo multipliciter laudat vomitum in casu sepius replicans de eo: propterea q2 per vomitum fit euō et diuersio ad partem oppositam parti cruriū: nō sic aūt per medicinam solutiuam secessiuam fit diuersio vt ptz: immo per eam videntur conuerti māe ad crura: ꝓinde propter timorem conuersionis māe ordinat pillulas de hermodactylis que faciunt succedere stipticitatem post solonē: ꝛ si in eis apponatur aliquid de lapide lazuli in mā melencolica vel de epithimo ꝛc. a proprietate magis valebunt. ¶ Prius tn̄ q̄ fiat vomitiuū forte vel solutiuum laboriosum per secessuz per medicinas desuper datas oportebit prius leniri ventrem cum clisterijs aliquo modo appropriatis: etiam materia digeratur cuz digestiuis ꝑm qd̄ expedit ꝑm diuersitatem materierū quaꝝ distinctiones per signa ꝓpria colligere potest ꝛ particularia digestiua ꝛ vomitiua ꝛ solutiua appropriata posita in tractatu proprio: de varicibus ꝛ elephantia loco allegato. ¶ Addit. ponendo curam pertinentez ad dietam. Eger preterea a nutrientibus grossis est abstinendus ꝛ supple oībus gn̄antibus humorem melencolicum.

Declaratio 2e partis.

Not. hunc cano.

¶ Addit: ꝛ est cura particularis ꝛ tibi a canilla incipiendo sursum vsq; ad genu stringenda sup. si tumor fuerit tantummodo vsq; ad genu: sed si extendatur per totam coxam oportebit fiat strictura cum ligatura cum fascia etiam per totam coxam vsq; ad radicem natis vel cum calcia de pelle canis vt dicebatur.

Declaratio 3^e partis

¶ Addit ⁊ est notabile verbū: ante tamen ꝙ fiat strictura vel ligatura epithimanda est sup. tibia tota ex aloe ⁊ myrra ⁊ achacia ⁊ hypoquistidos ⁊ alumine cum aceto dissolutis. Ista sunt exiccatiua ⁊ confortatiua membri maxime aloes ⁊ myrra ⁊ alumen achacia ⁊ hypoquistidos cum frigiditate reprimunt acuitatem ⁊ adustionē in materia: acetum ponitur ad profundationem virtutum medicinarum ad intra humorem melencholicum.

Declaratio 4^e partis

¶ Addit: ex basilica quoqꝫ manus contrarie partis minutio fienda est: supple. si expedit vt esset in causa sanguinea ⁊ in corpore pleno ad diuertendum. sed non semper est fienda flobothomia: vt patet ex dictis supra. ¶ Addit. neqꝫ stet rectus sup. patiens sup. multo minus ambulet nisi prius pes fuerit ligatus: neqꝫ epithima vllo modo dimittat sup. quod dictum est ante ligaturam.

Declaratio 5^e partis. Nota d̄ vomitu ī hoc casu.

¶ Addit: etiam vomitu quoqꝫ frequenter vtatur: ecce quomodo multipliciter laudat vomitum: ne tamen intelligas quasi singula die fieri debere vomitum: quoniam per ipsum si frequenter factū fuerit fieret stomachus lacuna flegmatum: vt patet decimatertia tertij. Addit: ꝙ si paruum intercesserit spatium a precedenti vomitu sup. facto: ⁊ appetit quiescere sup. infirmus et a vomendo ⁊ a medicinis solutiuis ordinat quedā localia tunc dicens: superponantur semina caulium sticados arabicum cinis de vitibus ⁊ lupini ⁊ nitri ⁊ stercus caprinuꝫ ⁊ farina fenugre. oīa sup. talia mascellentur cum vino ⁊ aceto ⁊ aqua ad formam emplastri: ⁊ sup. superponantur.

Declaratio vltime partis.

¶ Addit vltimo: fomētum quoqꝫ ei fiat ex aqua cineris. i. ex liscinio facto de cineribus vitis per spatium vnius diei vel duorum id est notabili; ⁊ extenso tempore sup. recipiendo fumum ex liscinio calefacto: vel infundēdo spongias nouas in dicto liscinio ⁊ superponendo per diem vel duos anteꝙ superponatur emplastrum dictum. Nam talis fomentatio multum preparabit ad operationem dicti emplastri: ⁊ etiā resoluet de materia ⁊ exiccabit. Proinde laudans hanc fomentationem addit. Ipsa enim sup. fomentatio' huius egritudinis magnam minuit partem ⁊ leuiorem reddit sup. eam consequenter ad magis patiendum: et si in dicto liscinio ponatur aliquid de vino albo credo etiam magis iuuabit. Et sic sit finis huius capituli cum dei laude.

¶ D: rubore ⁊ vlceratione lumborum seu renum. Capitulum. xxxvj.



Cum aliquis longo tempore supinus super dorsum iacet loca renum plurimumqꝫ rubent et mala ibi fiunt vlcera. ¶ Cum ergo loca ista rubere cum augmento visa fuerint: milium siue panicum aut folia salicis sub eo sternenda sunt: ⁊ ipse in die multotiens est eleuandus: loca quoqꝫ que rubent aqua roſ. super niuem infrigidata roranda sunt ⁊ flabellanda.

¶ Quod si calor perseuerauerit imponatur epithima de alubrati quod in capitulo de apostematibus nominauimus.

¶ Et si vesice et vlcera ibi exorta fuerint ex vnguento de cerusa curentur.

De continuatiōe p̄sentis capituli ad precedentia.



Stud paruum capitulum recta continuatione continuatur cum precedentibus maxime ad curam varicum ⁊ elephantie: ⁊ etiā ad dolores iuncturarum. Nam cum in his doloribus multum prosternatur virtus: ⁊ corpora ita debilitentur ⁊ macrefiant vt necesse sit eos multo tempore accumbere in lecto. Et idem dico in cura elephantie ⁊ varicum: oportet eos quiescere in lecto cum frequētatis euacuationibus vt dictum est: vnde corpora macrefiunt ⁊ extenuantur: ⁊ quoniam ad diuturnam moram in lecto cum extenuatione membrorum ex iacendo supine vt cōmuniter iacent corpora debilitata taliter iacentibus solent accidere rubores ⁊ vulnera vel vlcera circa lumbos in musculis extrinsecis propter contactum pānorum ⁊ caliditatem que acquiritur in dictis locis sicut fit frequenter in prificis prius ꝙ moriātur: ideo fuit conueniens hic Rasim ponere curam huius ruboris vel vulneris vel vlceris sepe contingentis ad precedentes dispositiones: et duo facit. Nam primo manifestat hanc dispositionem. secundo ponit curam illius. secunda ibi (Cum ergo loca illa.) Dicit de prima parte ⁊ est clara. Cum aliquis longo tempore supinus iacuerit loca renum id est exteriora puta musculi exteriores in directo renum plerumqꝫ rubent et mala fiunt ibi vulnera. (Cumqꝫ loca ista ⁊c.) Iam ponit curam primo ad preseruandum ne fiant vulnera vel vlcera. secundo ponit curam cum iam sunt facta ad consolidandum. ibi (Et si vesice ⁊ plage ⁊c.) ¶ Dicit ergo primo. Cum ergo loca ista rubere visa fuerint: milium siue panicum vel melius farina eorum vel folia salicis vel sup. plantaginis vel vitis et aliorum similium infrigidantium ⁊ aliqualiter lenientium sub eo ponenda sunt id est super linteamine molli et plano.

¶ Addit: et ipse sup. eger multotiens in die voluendus est: ne supple secundam illam partem calefactam fiat adherentia et contactus pannorum. ¶ Addit: loca quoqꝫ que rubent aqua rosata super niuem infrigidata irroranda sunt vel sup. aliquo sibi simili vt esset succus lactuce vel solatri. nam per hanc irrorationem remittitur complexio calida acuta et ingrossatur cutis ne fiat vulnus vel vlceratio. Sed quando corpora propter debilitatem extremam non possent nisi supine iacere. tunc bonum esset vt sumatur bombix carminatus ⁊ perforetur ad modū strati perforati et locus calefactus ponatur in perforato bombice ne contangat alios pannos ⁊ ne consequēter fiat iflāmatio dicte partis: ⁊ ita cū his i-

frigidantibus applicatis parti ꝛ cū regimine in dieta ad frigidum inclinato. ꝛ constante virture aliquotiens faciendo flobothomiam minutam infrigidatiuam: vel etiam euacuando nitrositatem ex sanguine interdū cum manna vel cum succo rosarū poterit preseruari ab excoriatione vel vlceribus dictorum membrorum.

declaratio 3e partis.

¶ Consequenter dicit q̄ si calor perseuerauerit imponatur epithima de alubrati vel alibi dicit de homera quod in capitulo de apostematibus nominauimus: ꝛ est epithima infrigidatiuum multum cum aqua ros. ꝛ camphora ꝛ succis frigidis: ꝛ ibi valeret vnguentum de plumbo positum supra de cancro vlcerato matricis singulariter. ¶ Addit vltimo ponendo curam quando facta sunt vlcera dicens. Et si vesice ꝛ plage ibi exorte fuerint ex ceroto albo curentur. i. ex vnguento de cerusa curentur vel cum vnguēto de lythargirio quod est positum supra in 7° huius in capitulo de medicinis generantibus carnem quod fit ex lythargirio ꝛ oleo rosa. ꝛ cum aceto aliquotiens ꝛ cum modico camphore quod generat carnem in estate cum in vulnere calor ꝛ ardor affuerit vt dixit. Et sic est finis huius capli.

declaratio vltime partis.

¶ De doloribus membrorum extremorū siue exteriorum. Cap. xxxvij.

Cum dolor in manu aut i pede fit: eger interrogandus est si ex percussione hoc ei accidit: aut si aliquid super ipsum membrū cecidit: aut super ipsum diu iacuit: aut si contingit ex causa extrinseca.

¶ Si autem ab exteriori causa non contigerit: locus dolens considerandus est an sit magis rubeus q̄ reliquum corpus: aut non: si eñ toto corpore rubicundior fuerit ex calidi apostematis medicamine cu an dus erit.

¶ Et si membrum neq̃ fuerit calidū neq̃ rubeum: sed iam quotidie offuscatur et siccatur: aqua calida ab alto super ipsum distillanda est ꝛ ex oleo ꝛ cera resoluta inungendus ꝛ dimittendus sic donec dolor sedetur.

¶ Quod si locus grossior videatur ꝛ tactu etiam frigidior sentiatur frequenter erit fricandus: ꝛ aqua calida in qua sansucus ꝛ camo. ꝛ sticados arabicus cocta fuerint: ab alto vt diximus sup ipsum erit distillāda ꝛ ex oleo de cheiri citrino inungendus. Regimen quoq̃ subtiliandum erit. Ipse vero vtatur exercitio ꝛ in balneo sudet. Si autem ista nō suffecerint venter ex his soluatur que humiditates educunt.

¶ Membrum preterea si tactu sentitur frigidum fricetur prius: ꝛ deinde inungatur ex oleo costino et sambucino et oleo de been tepidis et his similibus.

¶ Quod si ista non suffecerint: ex vnguentis que in capitulo de paralysi nominauimus inungendus erit donec sanetur.

Istud cum dei laude cui in infinitum regratior q̄ me Joan. matheum ex ferrarijs de gradi mediolanensem perduxit ad finē huius operis est vltimum capitulum huius noni Almansoris: ꝛ est complens doctrinā de doloribus mēbrorum exteriorum vt dicit rubrica: et ita recto ordine fuit vltimum huius noni: quod prima diuisione diuiditur in duas partes. Nam determinando primo de cura exteriorum dolorum: docet inuestigare primum causam doloris istius. secūdo cognita causa prosequitur in cura secundum diuersitatem causarum. secunda ibi (Si enim toto corpore rubicundior fuerit.) supple cutis.

Continuatio presentis capli ad precedentis.

¶ Dicit ergo de prima parte ꝛ est tota littera clara. Cum dolor in manu aut pede fit idest incipit manifestari: eger interrogandus est si ex percussione hoc ei acciderit: aut si aliquid super membrum ipsum cecidit: aut super ipsum diu iacuerit: aut si ꝯtingat ex causa extrinseca supple alio quouis modo: ꝛ tunc supple si ex tali' causa manifesta contigerit est occurrendum cause primitiue vel impressioni eius mitigando dolorem cū mitigatiuis aliqualiter contrarijs cause: ꝛ prohibendo humores a fluxu in corpore pleno cum diuertentibus et euacuantibus s͞m sepe dicta. nec in hoc est habendus magnus timor.

¶ Addit: si autem ab exteriori causa non contigerit: locus dolens considerandus est: an sit magis rubeus q̄ reliquum corpus aut non. Consequenter facta ista consideratione ponit curam secundum diuersitatem causarum: ꝛ posset diuidi in tot partes quot dicuntur esse cause: qu arū curam talis doloris ponit: partes patebunt legendo. ¶ Dicit ergo primo. Si enim toto corpore rubicundior fuerit supple locus: ex calidi apostematis medicamine curandus erit: sicut supra dictum est in capitulo superiori: et ita fiet cura vniuersalis et particularis sicut dictum est in apostematibus calidis. ¶ Addit ponēdo signa apostematis frigidi vel doloris a causa frigida. Quod si membrum neq̃ calidum neq̃ frigidum fuerit: sed iam quotidie offuscatur ꝛ siccatur: q2 coniungatur aliqualis siccitas cum frigiditate: aqua calida supple temperata ab alto super ip̄m distillanda est. nam talis est mitigatiua doloris remouendo etiam siccitatem: ꝛ ex oleo supple cōmuni vel amigdalarum dulcium vel sisamino ꝛ cera resoluto inungatur: ꝛ dimitendū est sic donec sedetur.

¶ Quod si locus grossior videatur ꝛ tactu est frigidus sentitur. Ponit curam talis doloris a causa frigida ꝛ humida que manifestatur per tactū frigidum ꝛ grossitiem cum aliquali mollitie nō

rubificato loco: ⁊ tunc ponens curam huius cãe dixit ꝙ frequenter erit fricandus. Intelligatur tñ moderate ne fiat attractio materierum ad locum: ⁊ aqua calida in qua sansuccus.i. maiorana ⁊ camomilla ⁊ sticados arabicus cocta fuerint: ab alto vt diximus super ipsum est distillãda. Patet enim ꝙ talis fomentatio est mitigatiua doloris simul cum resolutione materie ⁊ confortatione membri. Addit. ⁊ ex oleo de cheiri.i. viola citrina que est calefactiua resolutiua ⁊ cõfortatiua est inungendus. Addit: regimẽ quoqꝫ subtiliandum id est vtendum regimine subtiliatiuo calefactiuo ⁊ exsiccatiuo. Addit: ipse vero multo vtatur exercitio: ⁊ ĩ balneo sudet: ista oĩa sunt nota. ¶ Addit: si aũt ista non suffecerint: qꝛ localia tantum: tunc supple erit signum ꝙ ĩ corpore erit repletio de materia proportionali humida fouente ⁊ conseruante dolorem. Ideo dixit ꝙ tunc venter ex bis soluatur que humiditatem supple flegmaticam educunt: vt sup. cũ turbith vel agarico ⁊ alijs similibus.

¶ Consequenter etiaꝫ ad localia rediens dixit. Membrum preterea si tactu sentitur frigidũ fricetur prius: deinde inungatur cum oleo costino ⁊ sambucino ⁊ oleo de been tepidis ⁊ his similibus. Patet enim ꝙ omnia ista sunt calefactiua resolutiua ⁊ exsiccatiua. ¶ Addit postremo ꝙ si ista non sufficiant exvnguentis sup. fortioribus que in capitulo de paralysi nominauimus locꝰ inungatur: vt verbi gratia esset vnguentum de bdellio ⁊ similia. Et sic sit iam omnium factori laus ⁊ gloria per infinita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Et hic completur feliciter totum opus ⁊ physicum ⁊ practicum excellentissimi artium ⁊ medicine doctoris Joannis Matthei ex ferrarijs de gradi super nonum Almansoris.

¶ Excellentissimi artium ⁊ medicine doctoris Antonij de gradi Mediolanensis tractatus insignis de febribus: signa: causas ⁊ curas febrium cõplectens: qui in alijs practicis dñi Joannis Matthei de gradi hactenus impressis non habetur.

¶ De diffinitione feb. ⁊ eius diuisione: ⁊ de feb. effimera. Cap. j.



Quantum ad secundam partem hui⁹ opusculi q̄ est de egritudinibus communibus ⁊ primo de febrib⁹ aliquid summarie valde dicam solum vt socij habeant aliqualez ingressuz ad opus practicū vt premissuz fuit in phemio partis p̄e.

¶ Unde feb. est calor innaturalis cursum superegrediens nature procedens a corde in arterias suoq; ledens effectu. Et propter hoc quod dicitur calor separatur ad alijs dispositionibus preternaturalibus que non sunt feb. que etiam non sunt solutiones apātū per ly innaturalis separatur a calore naturali similiter procedente a corde ad alia membra: ideo subiungitur cursum superegrediēs nature. i. mouet temperiem naturalis caloris: quia quacunq; causa distemperetur calor: nec vitio spiritus vitalis distemperet fe. tūc nō poterit esse fe. licet fiat alia egritudo: ideo dicitur suoq; ledens effectu. i. sensibiliter lesionem inducens. ¶ Sunt autem consequēter genera tria feb. vnum fit a vitio spiritus et dicitur effimera: aliud fit a vitio humoris: et dicitur communi nomine putrida: aliud fit ex principali vitio membrorum: et ethica nūcupatur: et hec tria genera comparantur tribus causis repertis in balneo. Aui. ponit primo cap. prime quarti. Incipiendū tamen ab effymera: ideo quod facilius fit: et facilius recedit: et aliarum feb. sepe est causa. ¶ Effimera itaq; est feb. ex distemperantia spiritu͂ū procedens ⁊c. Et dicta est effimera ab effimeron pisce: cuius vita vltra diē nālē non protēditur: sic effimera saltem veravix vltra vnuz diem extenditur: sed tamen medico non interueniēte: aut nimia grossitudine materiei: aut nimia opilatiōe intrinseca seu extrinseca ad tertiū vel ad quartum diem durat. Que si vlterius protenditur in putridam: vel ethicā conuertitur: natura effimera est morbus per se: vt cum ex calore: aut est accñs insequens alias egritudines: vt quando cum bubonibus superuenit: et hoc scdm Auicē. ¶ Cause feb. effimere sunt multe. que tamen omnes ad quattuor reduci possunt. ¶ Prima causa sumitur ex causis extrinsecis actu vel potentia calefacientibus vel opilantibus poros: vt caliditas solis vel ignis balnei sulfurei: aut stuffe cuz rebus calidis: aut aqua frigida: et breuiter omne quod claudit poros: retinet vapores. ¶ Et nota q scdm diuersitatem vaporum retentorum diuerse feb. retinētur: nam si vapores retenti sint calidi similiter ⁊ corpus fit calidum: ⁊ sic faciliter fit effimera: si humores seu vapores qui retinentur sint calidi ⁊ humidi: similiter corpus fit putrida si calidi ⁊ sicci: similiter ⁊ corpus fit effimera: ⁊ de ipsa faciliter fit tertiana: ⁊ de tertiana sepe fit ethica.

¶ Secunda causa effimere sunt cibi ⁊ potus et medicina calida actu ⁊ potentia vt vinum ⁊ piper. ¶ Tertia causa motus animalis ⁊ corpore⁹ vt exercitium ira tristitia vigilia ⁊ motus q̄ videtur corpori ex motu temperato ⁊ accidentib⁹ anime ⁊c.

¶ Quarta causa sunt egritudīes materiales superuenientes corpori vt apostema emunctoriorū mēbrorꝫ nobiliu͂ vt inguinu͂ ⁊ assellarum.

¶ Signa gñalia effimere primo sunt nō de q̄titate siue de humore non a cāis añtibus sed p̄mitiuis: ⁊ vt plm non fit cū horripilatione neq; cū rigore nisi sit effimera facta ex opilatione a materia humorali: q: est media inter effimeram verā putridam approqinquans tamen putride.

¶ Itē calor nō est acutus pūgens nec mordicās ad tactū: sed est lenis ⁊ suauis: ⁊ cū peruenit ad statum nullam aut modicam facit angustiam et vt plm curatur cum sudore humoroso naturali: ⁊ p hoc differt a putrida. vnde dicit Auicē. si ponatur eger in balneo ⁊ sibi nō adueniat aliqua horripilatio nec aliqua dispositio a sua dispōne tūc est sig^m effimere ⁊ si sic significatur putrida.

¶ Item in effimera pulsus ⁊ vrina parum a sanis ⁊ naturalibus differunt: differt ēt ab ethica q: cā esse est ex paruo tpe ⁊ simul paꝝ durat ⁊c.

¶ Signa specialia causarum primitiuarum sumuntur ex relatione egri. vt si ex mora in sole caput ⁊ cor ⁊ facies sunt calida: ⁊ si tangat pulsus declinat ad velocitatem. si ex frigiditate color cutis ⁊ facici est obscurus aut liuidus. ¶ Si ex vigilijs ⁊ vigilie antecesserint. adest grauitas capitis ⁊ oculorum rubedo sepe cum lachrymis: et lassitudo in capite: et in alijs membris pulsus est frequens cum eius debilitate ⁊ duritie arterie. Si ex sollicitudine facies declinat ad citrinitatem. pulsus fm plurimum diuersificatur in dilatatione ⁊ constrictione, penes diuersitatem sollicitudinis.

¶ Si ex labore. antecessit labor cum calefactione precipue iuncturarum: cū lassitudine ⁊ siccitate corporis. Pulsus vero debilis ⁊ paruus aliquantulum durus vrina semper citrina ꝑpter motum. Si ex catarro vel coriza a calidis: est rubedo facici ⁊ oculorum: inordinatio sentitur in gutture. Acuitas cum adustione gutturis. Si ex catarro qui descendit est frigidius cum vērosita te ⁊ oppilatione: ⁊ qđ spuitur est viscosum.

¶ Si ex somno precessit somnus profundus. adest inflatio oculorum raucedo vocis cū oppilatione in naso: grauitas ⁊ pigritia totius cum debilitate memorie.

¶ Si ex vitio spiritualium: vt ex ira p̄cedente: adest velox anhelit⁹: ⁊ frequēs rubedo oculorū: ⁊ maxillarum: ⁊ tremor. quidem: ⁊ sic de alijs.

¶ Si ex tristitia vrina est ignea. acuta propter siccitatem: facies declinat ad citrinitatem: pulsus est debilis cum duritie oculi submersi ⁊ resoluti cum quiete.

¶ Si ex obmissione balnei cõsueti: aggregatur sudor: ⁊ superfluitas in cute ⁊ toto corpore vrina est spissa turbida: coloratur cum grauitate anhelitus: ⁊ lassitudine totius corporis: aliquando diminuitur appetitus: q2 superfluitates ꝯsuete non expellũtur. ¶ Si ex balneo ⁊ aquis termarum balnea precesserint: est asperitas cutis cuꝫ quadam nigredine additio caloris post tempus pulsus est debilis: ⁊ velox: similiter anhelit⁹ est magnus ⁊ spissus: sitis eque melius sedatur ex attractione aeris frigidi ꝙ ex potu: omnia membra sunt cum rubedine ⁊ maxime facies cũ grauitate ⁊ lassitudine. ¶ Si ex spiritibus naturalibus ⁊ maxime ex fame pulsus est debilis et paruus: ⁊ aliquando durus vrina tincta cum ardore: aliquando destruitur appetitus post famẽ cum eructuatione fetida ⁊ amaritudine oris: et commotio oris stomachi ⁊ grauitas totius corporis ⁊ membroꝝ. ¶ Si ex fluxu ventris est pauca vrina cum multis vigilijs ⁊ siti. pulsus est paruus spissus: ⁊ durus. ¶ Si ex potu vini puri: vrina est multa dolor capitis: obũbratio oculorum grauitas stomachi. ⁊ aliquando vomitus. ¶ Si ex cibis calidis: pulsus est velox. spissus cũ amaritudine oris. sitis cum manifesta calefactione stomachi ⁊ membrorum: vrina est tincta. ¶ Si ex fastidio eructuatio est acetosa fumosa vrina cruda aut aquosa palpebrarum grauitas: inflatio ⁊ grauitas stomachi: ⁊ aliorum nutritiuorũ. ¶ Si ex siti vrina est pauca colorata: ⁊ cum punctura pulsus velox: ⁊ frequens cum debilitate desinat potare rem frigidam fluxibilẽ. ¶ Si ex aliquo contento in stomacho: quod euacuari non possit est grauitas stomachi cũ eructuationibus postꝙ aliquid emittitur aquositatis fastidium ⁊ nausea: oculorum tenebrositas. cõmotio labij inferioris. ⁊ comestio rei lenitiue vt medicine et cibi. ¶ Si a cibo multi nutrimenti grossi ⁊ duri inflammatur stomachus. additur eructuatio vnctuosa cum grauitate membrorum ⁊ cum comedit aduenit somnus cum suffocatione anhelit⁹: ⁊ pigritia ad motum. ¶ Si ex cibo subtili in stomacho est caliditas. eructuatio fumosa: calida: oris amaritudo. vrina est colorata tenuis sepe est dolor capitis in sincipite: ⁊ sic de alijs. ¶ Pronosticatio. Effimera est difficilis cognitionis: et curationis facilis. ⁊ bñ velocis terminationis. q2 nõ transit diem naturalem: ⁊ terminatur per sudorem: vt supra propter tamen malitiam regiminis transit ad secundũ diem ⁊ aliquando vltra. ⁊. iiij. ⁊ efficitur putrida: aut ethica: quod scitur si post statum egritudo nõ commouerit. pulsus fit diuersus. ⁊ vrina indigesta: ⁊ maxime si fe terent egred[a] ex corpore. Item si corpus fit aridũ in tactu timendum est de ethica. non ita negligatur effimera: q2 sepe malas facit egritudines.

¶ Cura igitur perficiatur ne transeat in aliã dispositionem deteriorem. Si sanguis sit in abundantia in egro etate: consuetudine ⁊ alijs particularibus permittentibus fiat flobothomia: ne trãseat in sinocham. si colera abundat suauiter purgetur: ne incidat in causoneꝫ: vtatur insuper cibis facilis digestionis: vt succo ordei et precipue in declinatione harum fe. competit: nisi sint parati ad putridas: vt crapulati. opilati. patientes catarrũ: nisi catarrus esset adustus: q2 tales possent balneari. vt Aui. vniuersaliter dicit. cognita causa contraria causis contrarijs curatur. Si igitur ex vigilia fuerit. iaceat in molli lecto vngantur nares. ⁊ frons cum oleo vio. tepido: vel oleo nenu. fundatur super caput aqua decoctionis camomille: rose: ysopi: et cum cessauerit aliqualiter calor: intret balneum conuenienter. ¶ Si ex mora in sole inũgatur caput ex oleo ro. vio. ⁊ ace. parũ ⁊ renouetur: ⁊ hoc fiat sepius deinde balneetur cum aqua decoctionis ro. vio. et solatri. ¶ Si ex sollicitudine inungatur totum corpus oleo ro. vtatur vino odorifero lymphato in rebus humidis lauetur vt supra. ¶ Si ex labore quiescat: inungantur loca lesa ⁊ precipue spina oleo ro. vio. post feb. balneetur in decoctione ro. ⁊ vio. Cibaria sint facilis digestiõis: dormiat pro posse. ¶ Si ex catarro purgetur cuꝫ turbith aut cum cochijs: aut cum alio conuenienti: comedat pthisanam ordei cum lacte amigdalarũ: bibat brodium cicerum: vel iulep: vel syru. vio. vel de nenufare cum aqua decoctionis liquiritie: iuiubarum: ⁊ passularum. ¶ Si ex lõgo somno fricentur extrema: aspergat̃ facies aqua ro. in estate: ⁊ hyeme cum aniso: fiat clystere lenitiuum: si non assellauerit illa die. in declinatione feb. balneetur in decoctione camomille: ⁊ absynthij.

¶ Si ex ira balneetur pectus cũ sand. rosis: camphora: bibat aquã ro. cum vino de granatis: vtatur lactucis ⁊c. intret balneum. vio. foliorum salicis. ¶ Si ex tristitia. curetur vt supra de solitudine: ⁊ vltra confortetur cor cum odoriferis frigidis. vt sand. ⁊c.

¶ Si ex aere frigido: fricentur extrema: ⁊ totum corpus suauiter cum oleo de spica: vel de aneto intret stuffam siccam vt sudet: postea comedat cibaria digestibilia. ¶ Si ex dimissione balnei: intret balneum consuetum.

¶ Si ex longa mora in balneo. aspergatur corpus aqua quasi frigida: ⁊ epithimetur cor vt supra dormiat pro posse. ¶ Si ex fame: cum incipit laxari: comedat pthisanam frumenti cũ zuc. ⁊ succo granatorum: vel agresta: et si adsit feb. cũ syru. vio. ro. nenufarino paulatim deglutiendo curetur: balneetur vt supra.

¶ Si ex fluxu ventris. vtatur citonijs decoctis in igne: ⁊ lentibus excorticatis cum vitellis ouorum: bibat vinum nigrum cum decoctione sumach: vel aqua cisterne: parum moretur in balneo: ⁊ postea bibat syru. de cito.

¶ Si ex potu vini vomat: pro posse dormiat: postea intret balneum ro. ⁊ sudet. vtatur frigidis: vt aqua frigida cum succo de gra.

¶ Si ex cibis calidis. bibat agrestam: aut oxizacharam cum aqua frigida purgetur cum tamarindis: prunis: ⁊ manna: ⁊ balneetur vt supra.

¶ Si ex siti: bibat aquam frigidam cum syr. ro. vel vi. nenu. aut cũ vino de granatis. vel de agresta: comedat acetosam.

¶ Si ex aliquo contento in stomacho: fiat vomitus: deinde clysterizetur.

¶ Si ex multo nutrimento ⁊c. dormiat ⁊ abstineat a cibo ⁊ potu: vtatur vino odorifero penetratiuo perficiente digestionem.

¶ Si ex cibo subtili: abstineat ab eo: ⁊ vtatur vino de gra. lactucis. ⁊c. ⁊ abstineat a motu: ⁊ intẽtio sit rectificare stomachum.

¶ Si ꝓpter apostema: qd̕ scitur ex antecessione eius: cura est vt in principio flobo. aut purgetur

subtiliter regimen ⁊ non bibat vinum sed succū de granatis cum aqua. pro agresta comedat succum ordei: ⁊ si apostema possit etiā percuti repercutiatur. sicut decet in augmento ⁊ statu vtatur maturatiuis ⁊ resolutiuis sm ꝙ reqrit tale apostema posse resolui: vel alio modo posse terminari infrigidetur aliqualiter via: que est inter cor ⁊ apostema. non tamen sic ꝙ deducatur apostema ad sclyrosim condiantur cibaria cum agresta et vino granatorum.

¶ De quibusdā generalibus ad febres putridas. Ca. ij.

De febre putrida sequitur determinare. Febris putrida fit ex principali vitio humoris: vel humorū putrescentium coarctatorum in membro sic ꝙ non expirant libere: ⁊ tunc calesit ⁊ putresit: ⁊ mittit fumum putridum ad cor: ⁊ fit putrida fe. ¶ Cause huius in genere sunt tres primitiue. vt aer cibus ⁊c. antecedentes: vt humorum multitudo: grossities: eorum viscositas: inanitiones ⁊ resolutiones: vt retentio fumositatum: ⁊ constructio pororum: ⁊ sic de alijs. Et ille due cause vltime sunt potētes ad causandū putredinē. nam retentio fumositatum corrumpentium humores: et dissoluentium sua ebullitione calorem naturalem alterāt cause cōiūcte. vt putredo in feb. ⁊ sicut aquositas in ydropisi: ⁊ materia aggregata in apostemate. Quomodo autem differant iste cause: vt putredo in feb. ⁊c. habetur supra secūda primi. ¶ Et harum putridarum vna est continua alia interpollata: continua fit de materia corrupta et putrefacta in vasis: si extra vasa, interpollata dicitur. ¶ Itē fe. interpollata est triplex. colerica fleg. ⁊ melencolica.

¶ Et continuarum quattuor sunt species secundū ꝙ quattuor sunt humores potentes peccare in venis: ⁊ quia continue sunt molestiores. ideo ab eis inchoandum. ¶ Nota tamen ꝙ tam continua q̄ interpollata. alia est continua simplex. alia continua composita simplex est quando fe. non est cōiuncta cum alia egritudine: vt cū alia fe. Composita tripliciter dicitur. primo quando componitur cum alia specie fe. eiusdem generis vel diuersorum: ⁊ de ista dicetur infra. Secundo quando componitur cum alia egritudine. vt cū hydropisi. aut cum apostemate: ⁊ de illa dictum fuit aliqualiter in fine antecedentis capituli. Tertio ratione materie composite: vt in tertiana nota: ⁊ sic de alijs. ¶ Continua igitur feb. est: que fit de humorib' putrefactis intra venas cōtinue affligens vsq3 ad creticam declinationem. ¶ Et cause huius principaliter sunt tres. putredo continua. effumatio putredinis ad cor: ⁊ defectus nutrimenti. ⁊ corruptio sanguinis: quē nō regit natura: ⁊ ideo eius fumus: seu venenosus effumat ad cor. Et ideo in sinoca: in qua iste cause omnes continuantes cōcurrunt minus est requies. in alijs autem continuis. in quibus due cause tantum cōtinuant: contingit: ꝙ aliqua sit requies: ⁊ hoc colera: flegma: melencolia: altera siue altera qualitate putredinali pungēt causam ex adustione sanguinis calidi ⁊ humidi putrefactis in quibusdā horis plus: ⁊ in quibusdā horis minus. ¶ Et qr continuarū feb. alie sunt simplices: que ex vna tantū materia fiāt in vasis putrescente: vt sinocha. Alie continue sunt: que fiunt ex vna materia putrescente intus tantum ⁊ extra vt emitrithei. Primo premittēdo dicētur de simplicibus quedam vtilia. ¶ Primo considerandus est gradus discrasie feb. eo ꝙ cura curatiua debet esse proportionalis discrasie. vt patet tertio techni. Sed qr in acutis egritudinib' maxime affligitur natura: et laborat intenta valde circa morbi digestionē. ideo dieta tenuis est exhibenda. ne grossis grauetur cibis. In longis vero ⁊ cronicis grossa dieta debet exhiberi: eo ꝙ virt' est conseruanda: etiā poterit digerere: cū a p̄n° non nimium molestetur. In statu vero semper sit subtilis respectu principij: ⁊ q̄to remotior ē status: tanto grossius dietetur in prin°: et econtra. ¶ Virtus etiā egri est consideranda. nam si egritudo erit acutissima. status erit propinquus: et tunc si virtus est fortis stabis cū tenui dieta vsq3 ad statū: vbi vero virtus sit debilis. grossior dieta offeratur vt stet vsq3 ad statum. ¶ Item in accessionib' per tres horas ad minus: vel per plures. si est possibile nihil est dandum: qr tunc corrumpitur cibus in stomacho nisi in casu. in quo non flueret materia ad os stomachi. aut in alio consimili. Similiter in crisi nihil detur.

¶ Consideretur complexio egri. tempus. regio: etas. aer. consuetudo: ⁊ sic de alijs partibus: nam puerilia corpora maiori refectione indigent: iuuenes minori: senes saltē primi quasi min' etas: aer regio calida frequenti indigent refectione: ⁊ econtra si ista sint frigida: qr tunc indigent maiori dieta continua: ⁊ non discreta. ¶ Item cōsueti multum comedere: plus de cibo requirunt: ⁊ si econtra fiat econtra. ideo Hypo. dicit. Et enim etati ⁊ regioni ⁊c. ¶ Flobothomia si cōuenit q̄to citius tanto melius dum egritudo est in p̄n° dum natura nō est debilitata multum ⁊ afflicta post: quartum diem raro flobo. ⁊ cū magna cautela: ⁊ in die non cretico: ⁊ cum sint contraria vt supra etas. tempus ⁊c. qr hoc prohibet flobothomiā precipue si virtus fuerit debilis ⁊ si aliqualiter fuerit fortis et flobothomia sit necessaria valde parum extrahatur de sanguine. Nam preceteris est seruanda virtus: nam si omnia alia indicarent de flobothomia: ⁊ virtus dissentiat: nullo modo fiat et tunc in tali casu fiāt scarificationes. aliquando sudent materie balnei: et vbi ad hoc fieri non possit. cibus minoretur: et assiduet motum et scarificationem: aut fiat purgatio. nō tamen in die cretico: et in interpollatis fiat in die quietis ante tempus accessionis. Si tamen humores furiosi sint in vena currente de membro ad membrū: subito a principio suauiter purgetur: ne materia ad aliquod nobilium membrorum currat.

¶ Item sinthomata in feb. interdum fiunt adeo magna ꝙ cogitur medicus obmissa feb. ipsa repellere. Si igitur cū febre adsit sinthoma quod curam ad se trahat. curetur illico. vt in pleuretico ⁊ sanguineo vtiliter fit flobothomia ad caloris repressionē ⁊ sedationem doloris: ⁊ si ꝯtra. qr sinthoma aliquo modo febri cōtrariatur: et si magis eā intende ad sinthoma non ex toto negligendo febrē. quia frigida negantur in febribus

cum apostemate:⁊ in spleneticis ⁊c. Et etiam in his qui naturaliter habent pectus strictum ma cilentu3:eo ꝙ si ante digestionem detur indura tur pectus ⁊ splen:⁊ percutiet etia3 spiritualia. Sed post digestionẽ materiei sine predictis con cedi potest ꝙ pre nimio calore febris varijs an- gustijs:⁊ nimia siti angustiatur eger. Etiam cau te ante digestionem humorum danda est aqua frigida:si tamen predicta non adsint. tunc cõce- di potest cum 3ucc. aut alio conuenienti. Dolore etiam capitis precedente nihil fiat nisi forte sit maior ꝙ̃ febris.

¶ Custodiatur igitur virtus principalium mẽ- brorum ⁊ aliorum vt flobotomaci splenis et ma tricis ⁊c.

De fe. sanguinea. Capitulũ. iij.

Descendẽdo igitur dico. ꝙ si sanguis in multitudine abũdat ⁊ precipue in spũalibus facit sinochã inflati- uam effimere similem a pñº propor tionaliter. Et dicitur sinocha pu- trida:q̃ alio nomine dicit̃ sinochus q: in hac febre vrina nõ fetet:⁊ pulsus est fortis in putrida autem est ꝑ oppositum ⁊ cause sunt q: cum aliquis consuetus est exercitari:⁊ dimi- sit exercitium aut q: vsus est multipliciter san- guinem aquosum:vt sanguis generatus ex fru- ctibus:⁊ alijs similibus cibis:eo ꝙ talis sãguis cito putrescit ex indebita transpiratione ⁊ tunc generat sinochã putredinalem:q̃ habet tres spe cies:⁊ prima dicit̃ augmastica:⁊ procedit semꝑ augmentando:⁊ semꝑ videtur ꝙ si in augmento q: putrefactio est maior resolutione. ¶ Secun- da dicit̃ epigmastica ab epi. qđ est supra:eo ꝙ in cipit fortiter:⁊ semꝑ diminuitur:⁊ est alijs salu brior:q: resolutio est maior putrefactione.

¶ Tertia est hontena ab homos qđ est vnũ vbi omnia sunt equalia ⁊ videtur tota quasi status eo ꝙ resolꝰo est equalis putrefactioni. ¶ Et si q̃- ratur quare iste species non fiunt in alijs humo ribus. ¶ Respondetur ꝙ tales modi resolutio- nis cum putrefactione non bene reperiuntur in alijs humoribꝰ aut subtilitate materie:aut ecõ- tra scilicet viscositate.

¶ Signa añcedẽtia sunt membroru3 grauitas reflexio spatularum:reflexio venaru3 ⁊ plenitu- do earũ:rubor ⁊ calor ⁊ flagellatio totius.

¶ Signa cõcomitantia sunt aperitio lampada rum ardẽtiũ frenesis:turbatio mentis:tenebro sitas oculorum:plenitudo pulsus. vndositas:nõ tñ cũ multa diuersitate:vt in causonide: dulce- do oris:vrĩa rubicũda spissa in substãtia sine ob umbrata ⁊ liuore. Hec eñ sinochã de solo sãgui- ne significat. Sed si vrina sit ru. magis tenuis in substãtia ꝙ̃ spissa obumbrata ⁊ superius tenuis linẽs:causonẽ sinochidẽ significat. Signa subse quẽtia sunt tumor faciei mollicies totius corpo ris:⁊ aliquando sunt morbilli:⁊ variole:⁊ carbũ culi:⁊ sunt signa valde mala:q̃ consueuerunt in temporibus pestilentialibus aduenire:⁊ h̾ oĩa sunt remissa in sinocha inflatiua:q̃ effimere pro portionatur:vt supra. Differt tñ augmastica ab alijs eo ꝙ venter de die in diem magis constrin gitur:vrina in primis est russa:postea ru. pulsus est spissus inequalis. ¶ Pronosticatio. Si appa rent pustule liuide:aut nigre mortem significãt similiter si in vẽtre auditur sonus:seu rugitus vt timpana:aut tonitrua:q̃ non remouentur ex solutione ventris significat mortem.

¶ Itẽ dicit Aui. lachryme si apparẽt ꝑpter ma- litiam morbi difficultas anhelitus: prefocatio: ⁊ apostematio in vijs anhelitus:⁊ si post somnũ sentiat se grauatũ:similiter h̾ significant mortẽ.

¶ Item si permittat̃ ad causonidẽ:aliqñ ad fre- nesim:aliqñ cum infrigidatione sup̲uenieñte ad litargiriã:operatio etiam velox:vł tarda digestio nis significat crisim breuẽ vel longam : salutem vel mortẽ:relata ad virtutem omnia in oĩ mor- bo. ¶ Ista duo cõuenirent si cupis bene ꝓnosti- cari. ¶ Cura generalis consistet in euacuatione pº:⁊ in alteratione scđm parox. ad alias fe. Cu ra igit̃ sinoche fe. tota consistit ex flo. q̃ debet fie ri vsq3 ad sincopim:si corpꝰ fuerit forte. Ita Gał. 9º de ingenio sanitatis. Sincopis autẽ infrigi dat complexionem fortem ⁊ potus aque frigide qñq3 excusat ab alia infrigidatiõe:multi eñ ab hac fe. hoc modo curantur. ita Aui. caº proprio. Flobotometur de vena media:vł de basilica de xtri brachij si nihil obstet:credo tñ ꝙ melius sit flo. in pluribus vicibꝰ:q: signa fortitudinis vir tutis aliqñ fallunt:⁊ si particulariter non cõsen tiunt de flobotomia :vẽtose intra spatulas si sit crapula:fiat fortis abstinentia:fiãt fricationes ꝯsus extremitates:clysteria ⁊ suppositoria sicut decet:q: illa multum conferunt:⁊ cum crapula sit digesta fiat flobotomia. Mitigetur calor fe- bris cum isto.

¶ ℞. succi granatorum dulciũ. ℥. iij. succi grana ti musi. ℥. ij. aque cocte sine 3ucc. timore flamme aut cu3 modico 3uc. vt magis liuias aut sy. vio. cum aquis aut decoctionibus conuenientibus.

¶ Si vero adsint apostemata vtat̃ ptisana pur- getur cum ista decoctione. ¶ ℞. tamarindorum ℥. ij. prunorum vio. añ. M. j. florum bora. ℥. j. bul liant in sufficienti ꝙ̃titate aque ⁊ in. ℥. v. dissol- uatur. ℥. j. manne vel loco illius cassie. ℥. iiij. suc- ci gra. dulcis. ℥. j. ⁊ sequitur. ℥. j. gra. muzi. Vngã tur frons ⁊ timpora cum oleo vio. vel nenu. vel populeon:vel fiat ibi epithima ex sand. vio. roꝭ. temperatarum cum aqua ro. ⁊ succo semperuiue lauentur manus ⁊ pedes in aqua tepida deco- ctione malua. vio. ro. ⁊ sic de alijs ⁊c.

¶ Cura sinoche putredinalis est:vt flobotome- tur vel ventosetur vt supra:deinde vtatur syru. isto. ¶ ℞. vio. lenti. rostri por. epatice añ. M. j. succi lactu. lib. j. vio. ℥. ij. quatuor seminum frigi dorum:florum nenu. añ. ℥. j. seminum papa. albi lactuce:portu. añ. ℥. ß. iuiubarum sebesten añ. nu me. xij. 3uc. lib. ij. fiat syru. quo vtatur mane ⁊ se- ro cum. ℥. iiij. decoctionis vio. ⁊ prunorum:aro- matizetur cum sand. Deinde purgetur cum ista decoctione mundificante sanguinem.

¶ ℞. florum vio. nenu. añ. ℥. iij. prunoru3 dama sce. numero. xx. quatuor seminum frigidorũ mũ- datorum añ. ℥. j. tamarindorum. ʒ. vj. decoquan- in lib. ß. a que:⁊ in colatura addatur cassie mun- de. ℥. j. ⁊ detur in aurora.

¶ Aut mundificetur cum his que colaturã eua cuant:ita Auicenna prima quarti capitulo de cura huius.

¶ Ideo. ℞. fumiterre. ℥. j. bulliat in. ℥. v. aque:et

in colatura infũdatur mirabolanorum citri. ℥. ß. de mane exprimatur cui addatur. ℥. j. cassie et zuc. parum. hoc enim cõuenit quia mirabolani illi educũt materias colericas fumusterre adu-stum mundificat sanguinem.

¶ Cassia autem reprimit acuitatem sanguinis leniendo enim educit materiam colericaz. Alia etiam mundificantia vt decoctionem capillorũ veneris. misce.

¶ Unctio ad caput ⁊ lotio ad pedes fiant prius fricando crura cum oleo vio. ⁊ hoc confert: quia tunc descendit materia inferius: ⁊ alleuiatur caput. ¶ Epithimetur q̃z cor ⁊ epar cum sanda. al. ⁊ ru. ⁊ oleo ro. ⁊ vio. aqua ro. cum modico cãphore: ⁊ potest addi de rasura cucurbite. Epithima cordis est hoc in forma.

¶ ℞. aque ros. ℥. iiij. aque buglosse. ℥. ij. vbi sit magna flamma: aque nenu. ℥. j. trium san. añ. ℈. ij. croci. ℈. ß. misce ⁊ in eo infundatur pann⁹ scarlatinus: aut scindon de grana ⁊ mamille sinistre applicetur. ¶ Epithima epatis.

¶ ℞. aque endiuie. ℥. iiij. aque solatri: aque nenu. si queris magnam infrigidationẽ añ. ℥. j. aq̃ ro. ℥. iij. sand. ru. spodij añ. ℈. ij. aceti. ℥. j. cum pãno lineo epithimetur ypocundrium dextrum.

¶ Unguentum etiam ex dictis collige.

¶ Si autem materia sit digesta ⁊ incitet sitis: ⁊ non sit qđ prohibeat: bibat quantum potest de aqua clarissima: teneatur in ore aqua psilij: q̃ sic fit: infundatur semen psilij in aqua p noctem: et in mane coletur: ⁊ addatur parum zuc.

¶ Syrupus ad idem.

¶ ℞. aque ro. aque solatri: vini gra. ⁊ cytoniorũ ⁊ camphore parum fiat syru.

¶ Et nota q predicti syr. possunt dari qualibet hora: ⁊ pro potu: ⁊ pro medicina. Et si venter est stipticus: detur cum aqua pluuiali. Si nigra sit lingua cum limositate cum canna: ⁊ addatur et fricetur cum spongia infusa in aqua.

¶ Pro vigiliarum inquietudĩe lauentur pedes in aqua decoctionis malua. viol. capitis papa. lactu. por. aut lac ipsarum ⁊ papa. misce cũ albumine oui. vel cum lacte mulieris cum pãno ⁊ applica fronti. ¶ Si autem caput sit humidũ: sufficiunt sole fomentationes ⁊ fricationes pedũ. Si venter sit stipticus: fiat clystere cõmune: q: hec egritudo iuuatur ex fluxu sanguinis nariũ. Si in die cretico differat fluere in precedentib⁹ signis pronosticis fluxum sanguinis narium p nosticantibus: prouocetur cum spargula: vel cũ setis apri. vel cum sanguinarola. Et si soluta fe. diutius duraret: ligentur extremitates: ⁊ aspgatur facies aqua frigida vel ro. ⁊ sic de alijs.

¶ De causonide. Capitu. iiij.

Causon est fe. continua de colera vl' de flegmate salso putrescente intra venas propinquas cordi. aut ĩ alijs membris propinquis vt ori stomaci: epati: ⁊ pulmoni: ⁊ dicta est a caumate: qđ est incendium ⁊c.

¶ Cause huius patent: q: colera rubea: aut flegma salsum peccantia in quantitate in locis propinquis cordi ⁊c. Et in hoc differt a tertiana cõtinua: quia illa est de materia putrefacta in venis remotis a corde ⁊c.

¶ Signa huius sunt summuz incendium: inflãmatio in toto corpore: inquietudo cum mala intollerantia: ⁊ multis pernecabilius accidẽtib⁹ vt frenesis: instantia vigiliarum: cõtinua sitis: lingua arida ⁊ nigra. Aliquando somnus est profundus: sincopis icteritia: tremor: fluxus: ⁊ aliquando retentio egestionũ adest: pulsus est paruus ⁊ velocissimus. vrina rub. ⁊ subtilis: tamen multipliciter diuersificatur: quia aliqñ est a p̃ncipio cruda propter multitudinem oppilatiõis aliquando tincta propter resolutionem colere: aliquando liuens ⁊ turbata propter multã putrefactionem. Urina tamen in causonide de colatura rubea: communiter est ignea ⁊ tenuis in substãtia. Si ex flegmate salso: vrina tũc est rufa cum substantia declinante ad spissitudinem: q: flegma salsum fit qñ altera ps flegmatis aduritur: ⁊ inficitur colera: ⁊ intensio in calore dat a colera ⁊ substantia a flegmate: ⁊ tũc os est salsum ⁊ pruritus in toto corpore: ⁊ eger aliquãdo est somniculosus: ⁊ breuiter omnia accidentia sunt remissiora q̃ in causone colerico.

¶ Pronosticatio. Hec egritudo est valde breuis ⁊ cum terribilibus accidentibus: ⁊ si omnia sig.a bona apparent in p̃n° morbi liberabitur in die quarta aut infra aliquando. Aliquando autem extendit se vsq3 ad. vij. ⁊ vlterius non prolongatur: q: natura non suffert prolongationem accidentium.

¶ Item a causone habito rigore superueniente solutio fit in 4° affo. ⁊ intelligit de rigore frigido sequente ex fortitudine expulsiue.

¶ Item senibus raro accidit causon: ⁊ si accidit pereunt: sed in iuuenibus ⁊ pueris accidit plurimum: ⁊ in infantibus est leuior ⁊ facilius euacuatur propter humiditatem eorum.

¶ Cura consistit in tribus. s. in cõtrarietate cause morbi temporum ipsius: ⁊ natura accidẽtiuz q: in causa morbi est putrefactio cum forti oppilatione. Primo remoueatur oppilatio longis ⁊ leuibus fricationibus fricando pectus ⁊ latera ⁊ partem magis dolentem cum aceto oleo camomillino: ⁊ aqua ro. Sed circa morbum oportet p° extinguere flammam: ⁊ inducere materiã ad mediocritatem cum huiusmodi.

¶ ℞. vngule cabal. lenti. lact. epatice añ. M. j. succi cucu. cucurbi. melo. indi facta resina. aque endi. ana. ℥. j. sand. alb. ⁊ ru. ana. ʒ. j. seminuz frigidorum mundatorum. se. papaueris albi. ana ʒ. ß. camphore. ℈. ß. cum sufficienti quantitate aque zuc. ⁊ syrupizetur: ⁊ dẽtur. ℥. ij. cuz aqua cõuenienti.

¶ Aliud ad idem.

¶ ℞. succi pomi citri vel citranguli. ℥. quatuor bulliant cum. ℥. ij. de ber. ⁊ cum zuccha. syru. ⁊ in fine decoctionis adde camphore. ℈. ß. vel fac manere in ipso psilium ligatuz in pecia subtili.

¶ Aliqui etiam decoquunt cucurbitam excorticatã ⁊ in partes diminutas in pasta dimissa: et ⁊ succo expresso addunt partem zucch. vl' coclearia duo: syr. ⁊ in omni hora egro tribuatur. hoc enim extinguit calorem ⁊ prouocat somnũ: ⁊ confortat stomacum.

¶ Deinde purgetur cum isto qđ etiã dari potest in p̃n° causonis: ⁊ maxime colici cũ est exiccatio fecum.

¶ ℞.syr.vio.ʒ.tres. mucillaginis psilij.ʒ.ij.aut semi.cytoniorum:aqua decoctionis prunorum aut vio.ʒ.v.Et si vis fortius operari:adde in decoctione tama.ʒ.xj.⁊ in colatu a pdicta.℥.j.cassie:⁊ si fortis fuerit eger infundatur in dicta decoctione mira.citri.ʒ.iij.⁊ plus sm qd tibi videtur cõuenire.Et si ex flegmate salso fuerit.addatur in digestionis de radicibus aperitiuis:vt de brusc.asparago:⁊ similibus in laxatiuo de chebulis.

¶ Syrupus euacuatiuus.qui potest competere vtriqꝫ causoni.¶ ℞.mira.citri.mundatorum ℥.iiij.cheb.℥.ij.terantur zuch.lib.ij.succi maratri lib.j.aq̃ ro.lib.ʒ.fiat syr.de quo datur plus et minus sm tenorem virtutis:⁊ quantitatem materie peccantis.¶ Item sm tempora curetur.si timetur infra quartam paucus vel nullus cibus detur:si virtus tolerare queat:⁊ si non:detur cibus in mane:qꝛ tunc videtur esse aliqualis remissio iuxta conuenientiam particularium.Inter alia igitur sunt micha panis ter in aqua lota cum zuc.succus gra.acetosorum:aut eius syr.qꝛ feruorem reprimit.sitim mitigat:⁊ materiam digerit.ptisana ordei:aqua eius:lac amigd.brodium cicerum:aliq̃n parue pulle alterate cuꝫ lactu.portu.⁊c.aqua frigida cum syr.de papauere aut nenufarino:si nutritiua:sint absqꝫ oppilatione:⁊ interiora sine apostemate.

¶ Si autem natura moueret ad materiam ad frigidiora:sed lente minue ipsaꝫ cum syrupis vt supra aperientibus aperiendo nares.s.venas ipsius omnes si ad stomacum cum vomitu:si ad vias vrinales cum diureticis ⁊ fricationibus circa illas partes:si ad intestina cum clysteribus ⁊ suppositorijs si ad totum corpus cum temperate calidis.Flobothomia nunq̃ fiat:⁊ si sic hoc est de raro contingentibus de ratiõe acuitatis aut opilationis aut aliquorum particularium:vt qꝛ sit carnosus ⁊ sanguie plenus.Ad sitim dolorem capitis:ariditatem lingue:⁊ ad vigilias fiãt que dicta sunt in capitulo supra.Sed quia consueuit frenesis aduenire:ideo si alienare incipiunt radatur caput ⁊ super commissura vsqꝫ ad oculos ponantur petie intincte in succo lactuce solatri aque ro.aceti parum ⁊ sint actu tepida.Si vero alienatio remansit propter incinerationem materie fomentetur caput cum decoctione camomille ⁊ melliloti ordei viola.⁊c.Et si ex vaporibus ascendentibus fricentur extrema ⁊ ligentur dolorose:epithimentur etiam spiritualia:⁊ os stomaci die ⁊ nocte cum puluere sandalorum rosꝫ.papaueris camphore parũ misce cum aqua rosꝫ.vel succo semperuiue:solatri:aut acetose vel endiuie.Camera etiam sit lata cum fenestris septentrionalibus declinans ad frigiditatem:in qua aut fiat cursus aque cũ aliquo instrumento ⁊ spargantur frondes salicum viole ⁊c.Similiter frondes vitium ⁊ quercuum ⁊ sepe mutentur:⁊ breuiter cura huius est cura tertiane continue pure;sed ista alteratiua sint fortiora.

¶ De tertiana continua. Cap.v.



Ertiana continua est illa que fit ex colera putrefacta in venis remotis a corde:⁊ propter hoc differt a causone.ideoqꝫ sinthomata tertiane continue debiliora sunt sinthomatibus causonis.Intensiora tamen sunt maligniora q̃ in tertiana interpollata:⁊ propter hoc non negligatur.

¶ Signa igitur sunt media inter causonẽ ⁊ tertianam interpollatam vnde est dolor capitis cõtinuus sitis continua instantia vigiliarum:constipatio ventris:arefactio lingue cum nigredine vel citrinitate ⁊ tũc est deterior.Sed si apparẽt alba est melior ⁊ non est rigor neqꝫ frigus.Pulsus est velox spissus cuꝫ diuersitate maiori:quia expiratio est maior satis inspiratione.¶ Itẽ vrina citrina tenuis obumbrata in puero tertianã continuam significat.Urina aliquando est intẽsa rubea:vel subruffa cum quadam liuiditate:et est tenuis in substantia.

¶ Cura potest esse eadem cum causone colerico nisi q̃ in tertiana continua minus frigidis expedit vti:⁊ minus tenui dieta.

¶ Ponam tamen aliquid propter ordinare receptas.Auicenne Auicenna dicit q̃ non oportet:q̃ cum fortibus primo' operetur vt curetur:sed cum leuibus.¶ Recepta prima fit.¶ ℞.endiuie scariole:rostri porcini añ.ʒ.j.ʒ.vini granatorum ʒ.iij.zuc.q̃tum sufficit.

¶ Aliud ad idem.¶ ℞.endi.sca.lingue ceruine:capillorum veneris:politrici.adianthos añ.M.j.vio.℥.ij.quatuor semi.frigidorum se.lactu.portulace:scariole añ.℥.ʒ.prunorum dama.xx.zuca.lib.ij.fiat syr.de isto:detur mane:⁊ sero ⁊ in nonis:si expedit.℥.j.ʒ.cum aquis conuenientibus:aut syrupo acetoso:vel detur oxizacchara cum syrupo de prunis.

¶ Solutiuum ad idem.¶ ℞.florũ bora.buglosse añ.℥.j.prunorum dama.x.liquiritie rase:passularum enucleataruꝫ.℥.ʒ.corticum mirabo.citri.ʒ.ʒ.infusorum per noctem in predictis decoctionibus.℥.j.vel minus prout videbitur:fricentur de mane:cui addatur cassie munde.℥.j.electuarij de succo ros.ʒ.j.vel plus si apparet:spice nardi parum:nisi esset malitia epatis.¶ Ubi not.q̃ si cũ hac feb.sint vermes:sicut plurimum contingit in pueris:emplastretur venter cum isto emplastro:quod interficit vermes:⁊ frequẽter mitigat febreꝫ.¶ ℞.farine ordei.℥.j.succi grassule minoris.lib.ʒ.aceti al.℥.j.fiat emplastrum.

¶ Item stude q̃ semper habeat ventrem lenem:vnde clysteria fiant cum decoctione malue:satis hoc enim iuuat ad interficiendum vermes:dicta ⁊ alia accidentia curentur:vt supra de cura causonis:⁊ infra de tertiana.

¶ De febre quotidiana continua. Ca.vj.



Ebris quotidiana continua fit de flegmate putrefacto inter vasa.Fit autẽ vt plurimũ in hyeme ⁊ in oibus quietis:⁊ in regionibus frigidis:⁊ locis humidis ⁊ specialiter in vẽtribus rebus viscosis ⁊ fridis:qꝛ hic coartãt

calorem naturalem in epate: quare multiplicāt
materiam humidam viscosam in nutritiuis ⁊ in
venis: vnde cum natura non euacuat ipsam ma
teriam: putrescit ⁊ facit febrem continuaȝ lētā.
¶ Signa. Primo est absq̧ frigore ⁊ interpolla-
tione. in hora vero flegmatis hoc est circa occa-
sum solis citius affligit facies est tumida infla-
ta. sitis modica aut nulla: nausea destructio ap-
petitus: vomitus flegmaticus: pulsus paruus:
mollis: tardus: ⁊ inequalis: quia quandoq̧ for-
tis: ⁊ quandoq̧ debilis. Expiratio est maior in-
spiratione sistoles: in pulsibus est velocior dya-
stole: lente affligit cum pauca quiete: ideo est lō
gi spacij multū absconsa: ideo lactica ab aliqui-
bus dicitur. Sed qr continue calefacit: corpora
exiccat: nam ex modo afflictionis videtur cōue-
nire cum ethica. ¶ Pulsus est subtilis ⁊ strict⁹
in flegmatica cōtinua est paruus ⁊ mollis cum
quadam latitudine. Item quasi semper est vni⁹
tenoris: ꝙuis post cibum inflammetur eger for-
tius quam ante. Lactica vero in principio no-
ctis siue sumpsit cibum: siue non: semper magis
incipit infestare.
¶ Item vrina in principio spissa discolorata est
cum quadam liuiditate in augmēto ⁊ statu ruf-
fa. ⁊ in ea multum variatur vrina in colore ⁊ sub
stantia. ¶ In ethica vero semper est quasi vni⁹
coloris: ⁊ est in substantia ⁊ colore quasi similis
vrine sani: oleagina tamen in superficie.
¶ Item pellis faciei ⁊ hypocundriorum in ethi
ca densantur: ⁊ est arida. in. lactica nō immo est
mollis absq̧ asperitate. Uerum iste due species
sepe adinuicem componuntur: ⁊ sunt tunc male
coniuncte: ⁊ quasi impossibilis cure: eo ꝙ lacti-
ca ex natura seu materie requirit ex toto contra
rium illius: qđ conueniret ethice pro eius cura.
Dixi supra qđ in febre lactica variatur multum
vrina.
¶ Pro quo notandum ꝙ vrina lactica subtilis
in substantia: pauca in quantitate in principio
quotidiane continue cum alijs malis signis: vt
alienatione in somnietate debilitate appetit⁹
difficili respiratione cuȝ virtute debili mortem
propinquam significat. si vero virtus sit fortis:
significat longitudinem egritudinis.
¶ Si vero vrina sit lactica ⁊ mutetur de subtili
ad mediocrem spissitudinem ⁊ sit multa in quā
titate: apparens in statu vel ante cum alijs bo-
nis signis significat salutem.
¶ Cura. Primo digeratur materia cum syr. ace-
toso composito: aut cum oximelle: aut cum mel-
le ro. cum aquis radicum ⁊ dentur. ℥. ij. pro vice
cum aquis conuenientibus in aurora ⁊ ante ce-
nam: purgetur sepe vsq̧ a principio cum aliquo
ex medicaminibus de turbith superius dictis:
deinde confortetur stomacus cum zuc. ro. ⁊ dya-
rodon abbatis: ⁊ bibat post illud aquam deco-
ctionis ysopi: ⁊ radic. feni. vuarum passarum: et
vtatur a pn° dieta confortante naturam: anteꝙ
virtus debilitetur: bibat vinū albuȝ lymphatū
debile. Et breuiter in cura huius fe. monitio est
primo in confortare stomacum: ne stomacus de
ficiat. qr eius abstinentia significat mortem vt
supra. Secundo attendendum est ad digerēduȝ
et euacuandum materiam cum remedijs: q̄bus
melius fieri potest: vt cum electuarijs confortā-
tibus: ⁊ sic de alijs ꝯueniētib⁹: vbi timeas ꝙ cō
uertatur in ethicem: aut componatur cuȝ ea mi
sce medicamina intendendo plus aut magis in
festantem non negligendo alia.
¶ Confortatur aūt stomacus cum pane infuso
in ace. ⁊ etiam vngantur palme manus ⁊ plante
pedum cum succo menthe: cum quo bulliāt ro.
masticis: cisti parum: ⁊ sic de alijs.

¶ De q̄rtana cōtinua. Ca. vij.

Quartana cōtinua fit de humore me
lencolico coartato ⁊ putrefacto in-
tra venas.
¶ Differt tamen ab interpollatis.
dato ꝙ fiant ab eadem materia: qr
in continua non fit interpollatio:
neq̧ frigus sine rigore ⁊ sine horripilatione: sed
de quarto in quartum ⁊ omni die hora octana
diei magis affligit.
¶ Signa igitur sunt eius caliditas accidētalis
⁊ siccitatis lingue cum asperitate ⁊ siti maiori:
pulsus est apertior ꝙ̄ interpollata: ⁊ magis velox
⁊ spissus vrina est ruffa. aut rubea subtilis plus
spissa.
¶ Cura si vrina fuerit ruffa spissa aut rubea et
alia particularia consentiant. flobotomet: ita
vult Aui. prima quarti cap° de quartana. Conti
nue enim semper conuenit in omni egritudine
flo. q̄ est de materia coniuncta in venis: vel cur-
rens per venas: precipue quando materia pec-
cans non est separata a sanguine ⁊ fiat flo. lata.
¶ Sed nota ꝙ in quartana continua debet me
dicus plus declinare ad infrigidationem ꝙ̄ in
interpollata. in qua plus debet attendere ad sic
citatem. non negligat tamen humectare: qr hu-
mectatio calore quartane obtunditur: ⁊ siccita
tem melencolie destruit.
¶ Intentio igitur in continua est prouocare se-
cessum cum suppositorijs. aut cum medicinis le
nibus: tamen materia digeratur cum syru. facto
ex polipodio: sene lapide lazuli: prunis: centau-
rea ⁊c. decoctio eorum syrupizetur cum zuc. aut
cum alio conuenienti: vt patet supra in p^a parte
de egritudinib⁹ particularibus causatis de me
lēcolia: ⁊ de passionibus splenis. Et post. xj. diē
purgetur cum. ʒ. j. pillularum de lapide lazuli:
aut cum isto infundātur. ℥. ß. mira. indorū in. ℥.
v. decoctionis polipodij: epithimi: lapidis lazu
li. sene: centauree minoris: agarici: clysterizetur
sepe cum isto in aurora: aut in alia hora cōueniē
ti. ¶ ℞. aque decoctionis sicle. ⁊ epithimi lib. j.
olei vio. ℥. iij. salis. ℥. ß vel. ʒ. ij. mellis. ℥. ij.
¶ In cibis aūt ⁊ potibus ⁊ etiam in alijs fiat. vt
dicit infra de cura quartane interpollate: qr idē
est regimen: nisi qr in ista melior ⁊ subtilior req-
ritur consyderatio ꝓpter cōtinuā afflictionem:

¶ De quibusdam vniuersalib⁹ ⁊ de feb. interpollata. Capi. viij.

Interpollata febris est illa: q̄ fit de mā
putrescēte extra venas. ¶ Cāe diuersi
tatis interpollate sūt hūiditates ⁊ re-
pugnātia humoris ad putredinē velo
citas māei: vł tarditas fluētis ad locū putredis
velor vł tarda putrescētiū hūorum cōsumptio.
¶ Interpollatarum fe. alie sunt que fiūt ex vno
solo humore: tamen in vno loco putrefacto fiūt:
composite vero sunt relique febres. ¶ Sed

simplicium quedam fiunt ex colera ⁊ dicunꝭ ter
tiane:quedam ex flegmate ⁊ dicuntur quotidia-
ne:quedam ex melencolia ⁊ dicuntur quartane.
Tertiana sepe fit in iuuenibus colericis macilē
tis estate:⁊ regione calida ⁊ sicca:⁊ sic de alijs.
Quotidiana sepius fit in pueris:vel in senibus
vltimis ⁊ pinguibus ociosis:etiam in hyeme et
regione frigida ⁊ humida ⁊ sic de alijs. Quarta-
na vero frequentius nascitur in primis senibus
⁊ macilentis:⁊ in autumno:⁊ in regione frigida
⁊ sicca:⁊ sic de alijs.

¶ Item interpollatarum feb. alie sunt vere:alie
sunt note. Vere sunt in quibꝰ omnia similia vel
plura conueniunt. Note per oppositum:p̊° de si
milibus interpollatis tam veris ꝙ̄ non veris di
cetur:⁊ p̊° de tertiana vera.

¶ De tertiana vera inter pollata. Cap. ix.

Tertiana vera est feb. trium dierum
tenens ex quid nominis:aut qꝛ co-
lera rub. ab hora tertia diei vsqꝫ ad
nonem durat ⁊ mouetur.

¶ Fit igitur tertiana ex colera ru.
multiplicata extra venas in aliqua
parte corporis:vt in stomaco vel in alia parte
corporis materia moratur:⁊ cause putrefactio-
nis principaliter preualent:qꝛ non antecedēter
sed putresiunt in loco:in quo natura non euēta
tur ⁊ eiꝰ putrefactio expirat ad cor. ⁊ fe. causant
tertianam.

¶ Cause speciales possunt esse plures:vt cibus
calidus:aut distēperatus:aut in nimia quātita
te:aut in pauca cū repitur in ieiunio:qꝛ tunc p-
mutaꝭ in stomaco ⁊ epate ad calidū:⁊ siccū:aut
qꝛ opatio fellis impediꝭ vt nō attrahat coleraꝫ
aut ex aere:aut a rebus calidis aut nimio exerci
tio:aut accn̄tibus anime:vt vigilia ira ⁊ feruore
cōmunitate cordis:⁊ sic de alijs. ⁊ etiaꝫ alia cau
sa nō minima:vꝫ oppilatio poroꝝ cutis:ꝑ quos
opꝫ euaporare calor aliqn̄. aut cōpko radicalis
ad hoc pparat. ¶ Cuius fe. h sunt signa. Inten-
tentio sitis magne:dolor capitis fit cum rigore
sepiꝰ:⁊ tardius cum frigore:rigor em̄ fit ex fumo
sitate calida ⁊ acuta:pūgitiua sensibiliū mēbro
rū:vlꝭ ex nimio acumine colere rū. spasmātis q̄si
interiora:ꝙobrē sane cū spū ad interiora currē-
te infridāꝭ extrema quousqꝫ mā calesiat:cuiꝰ ca
lor ꝑ totū corpꝰ diuidaꝭ. ¶ Incipit igꝭ cū forti
rigore. q̄ assimilaꝭ pūcturis acuū:⁊ est cū pauco
frigore:ita ꝙ spaciū rigoris. ¶ Aliqn̄ accidit vo
mitus colē hora paroxismi ⁊ ante ⁊ post:adest se
pe alienatio ⁊ estuatio:⁊ soluiꝭ vēter ⁊ curaꝭ ꝑ
hoc aut ꝑ vomitū colicū:aut ꝑ sudorē nālē ipsa
fe. in vno paroxis. ⁊ qn̄qꝫ appet cola in oībꝰ istis
mūdificātibꝰ. ¶ Pulsus in statu paroxi. est regu
laris ⁊ velox ⁊ spissus nō multū diuersus:sed in
p̊n° parox. est paruus non omnino spissus ⁊ tar-
dus:nō habens diuersitatem sensibilem. Urina
est subtilis clara inferius obumbrata superiꝰ in
iuuene colerico cum alijs particularibus signis
tertianam veram ⁊ simplicem de colera rub. si-
gnificat. nam causa rubedinis est calor cordis
cum subtilitate:⁊ est siccitas colere:⁊ hic vrina a
p̊n° ypostasim non habet:quia calor impeditus
est super digestionez humoris ⁊c. Et si vrina ru.
subtilis obūbratur in superficie in iuuene fleg-
matico:aut melencolico duas tertianas signifi-
cat:⁊ ita in sene:sed in puero significat tertianā
continuam. Item eius paroxis. nō transit. xij. ho
ras:vel ad plurimum. viij. ⁊ consumitur tota fe
bris semꝑ q̄si in quarto paroxismo:⁊ nūꝙ trāsit
vij. qꝛ sic non esset tertiana vera. Finitur etiam
paroxismus cum sudore subtili manifesto.

¶ Sumuntur igitur signa principaliter a tribꝰ
aut a naturalibus:vt qꝛ iuuenis colericus. ⁊ sic
de alijs:aut nō nālibus vt estas:aut qꝛ comedat
calida ⁊c. ⁊ affligiꝭ. xij. horis:⁊ sic de alijs.

¶ Pronosticatio. Tertiana vera in septem pe-
riodis iudicaꝭ longissima. ¶ Item si videris vri
nam egri intendentem ad rufedinem tinctam:
aut rubedinem claram equalis spissitudinis:de
inde videris morari quin veniat in ea nubes al
ba natās in summo eius:aut pēdens in medio:
⁊ nō sciueris tunc iudicare:ꝙ hec sit tertiana pu
ra:⁊ ꝙ nō transit quartum periodū alijs signis
ꝯsyderatis quin finiatur in consortium medico
rū non debes poni.

¶ Item si vrina fuerit multum citrina ⁊ nō ap-
pareat in p̊° periodo nubes in medio nec in sum
mo:ꝑnosticari debes ꝙ hec ꝓlongabit vsqꝫ in
vij. ⁊ sic de alijs. ¶ Cura cōsistit p̊° circa ꝯdigōnē
Secūdo circa eūationē. Tertio circa remotionē
discrasie febris. Quarto circa remotionē accidē
tiū. Quinto circa regimen sex rerum non natu-
ralium. ¶ Circa primum fit syrupus.

¶ ℞. syr. ace. ℥. ij. syr. vi. ℥. ss. misce cum aquis cō-
uenientibus aromatizetur cum pul. san. ru. ⁊ de
tur in tribus vicibus. Primus datur ad aperiē-
dū oppilationem. Secundꝰ ad alterandum ma
teriam ⁊ laxandum. conuenit in p̊n° syr. ace. non
tn̄ est multū vsualis. ¶ Syrupus iste sic fit.

¶ ℞. endi. nouelle:sca. ro. por. vtriusqꝫ epatice
summitatuꝫ papaue an̄. M. j. quatuor semi. fri.
mūdatorum an̄. ℥. j. san. vtriusqꝫ an̄. ʒ. j. ace. al. vi.
gr. an̄. ℥. j. florum vio. nenuf. an̄. ℥. ss. zuc. albi. li. j.
fiat syru. de isto.

¶ Pro delicatis fiat iste syru. ¶ ℞. aque cucur.
aque endi. an̄. ℥. ij. aque nenu. ℥. j. ss. vini gra. ace.
an̄. ℥. j. zuc. quantum sufficit:⁊ in isto sufficit so-
la dispumatio absqꝫ vlla clarificatione.

¶ Syru. etiam vsualis simplex competit. Et si q̄
ris aliqualem confortationem cordis ⁊ vnionē:
vꝫ syr. ro. vel de aceto citri. ꝓ parte vel iulep ro.
⁊ sic de alijs multis:de suc. ace. syru. de agre.

¶ Syru. Gentilis de fulgineo.

¶ ℞. endi. noue non lote:hec enim infrigidat ⁊
leniter aperit. sit noua. ne moueat antiquitate
non lota. si queris aperitionem. qꝛ per lotionem
abluuntur partes subtiles aperitiue lactu. con-
uenit propter idem potus. cuius est linire:alte-
rare. ⁊ lubricare. sca. cuius est alterare lentigi-
nes aque currentis propter idem ro. por. ꝓpter
idem. capillorum veneris propter lenitatis ap-
tionem ⁊ alterationem ana. M. j. quatuor semi.
communium frigidorum minorum. s. endi. sca.
lact. portu. propter idem an̄. ℥. ss. spo. ʒ. j. propter
confortare epar. florum bor. vio. nenu. an̄. ℥. ss. se.
papa. al. colatura horum decoc. syrupizetur cuꝫ
li. j. ss. vel. ij. zuc. Dosis est pro vice. ℥. j. ss. cū. ℥. iij.
aque endi. ⁊ cum. ℥. ij. aque cap. vene. ⁊ si placet
℥. j. aque lingue bouis.

¶ Digesta materia transeundum ad secundum

⁊ primo purgetur cum ista decoctione que euacuat materiam leniendo.

¶ ℞.vio.℥.iij.pru.da.xij.fol.bor.nenu. quatuor semi.frigidorum mundatorum ana.℥.j.tama.ʒ.vj.⁊in.℥.v.decoctiōis distemperetur.℥.j.cassie pinguis:⁊ detur in aurora:⁊ hec cassia euacuat coleram ⁊ flegma.

¶ Ex hoc tamen non inconuenit:quia semꝑ in hac feb.agitatur aliquid flegmatis:⁊ non ponā tur mirabola.quia vt dixit Auicenna capitulo de cura tertiane.Et non auscultes sermonē eius qui concedit in principio solutiua fortia:vt mirabolanos.⁊ his similia.Dicit tamen Rasis qꝺ in estate ⁊ tempore valde calido debet dari dicta decoctio in principio noctis:vnde post tertium aut quartum:vel quintum non inuenit dare mirabo.citrinorum.⁊ ideo aliqui dant cum sero lactis caprini.Potest etiam purgari cum.ʒ.iij.Uel ℞.elec.de succo ro.faciendo bolum cum zuccharo rubeo aut albo vt in decoctione antedicta.

¶ De flobotomia dicit Auicenna capitulo eodē Et si est possibile vt flobotomes:fiat flobo.vsqꝫ ad tres periodos:⁊ marie si materia sit furiosa. Unde dicit Auicenna ꝙ si virtus fuerit fortis et vrina est rubea grossa non citrina ignea:ex qua timeatur propter flobotomiam est res magis cōueniens.Flobotometur igitur tunc de basilica: deinde post flobotomiam facit sequi solutionē ventris subtilem.

¶ Clystere conueniens est duplex:lenitiuum et mordicatiuum.primum primo competens.

¶ ℞.summitatum mal.vel bism.M.iij.radic.lilij albi.aut etiam yreos ana.℥.ʒ.iuiu.sebe.añ.℥.j.olei vi.℥.iiij.fiat clystere.scd̄m fit hoc.

¶ ℞.succi ficle:vio.añ.℥.iij bau.siue salisgemme.℈.ij.cum aqua ordei fiat clystere. Euacuata materia transeas ad tertium: valet ad remotionem discrasie:⁊ hoc fit cum infrigidantibus intus ⁊ extra.

¶ Per intra dicit Auicenna quod post paroxismum vtendum est aqua ordei:⁊ omni die zucch. vio.⁊ misce cum aqua de nenu.aut cum aqua frigida.In vesperis sumat de isto.

¶ ℞.zucchari rosati triasandalorum.ana ℥.iij.misce.

¶ Tempore vero paroxismi sumat syr.violatuꝫ aut rosatum cum aqua fontis bullita ⁊ infrigidata.Et vbi patiens desyderet aquam:dum nō sit impediēs vt apostema:aut aliud:vt supra capitulo de causone:detur quantum potest sumere vna vice.Nam dicit Galenus se vidisse multos curari.

¶ Ab extra diuersa possunt applicari. Nam si materia in spiritualibus sit:qꝺ scitur ex siti maxima:que potu mitigari non potest epithima cordis suprapositum conuenit.

¶ Si in stomaco qꝺ scitur ex amaritudine oris nausea:vomitu:prouocetur vomitus cum decoctione semi.attripli.⁊ asse cum syrupo aceto.⁊ si non sustinet vomitum.purgetur cum pᵒ solutiuo supra descripto.

¶ Si vero sit in epate vel chisti fellis.quod scitur.quia vrina est valde rubea aliquantuluꝫ accedens ad spissitudinem calidior ⁊ acutior.euacuetur mā cuꝫ reubar. infuso in.℥.v.aque deco. communis.vel cum.ʒ.j.pillularuꝫ aggregatiuarum siue de reubar.

¶ Alteretur epar cum epithimate infrigidatiuo cōmuni supra in capitulo de causone descripto.⁊ proprie cum morsu dyaboli.qui a proprietate curat tertianam epaticam.Ungatur continue spina cum vnguento Gal.confortatiuo aut cum alio frigidiori. aut humidiori prout tibi videbitur.

¶ Quantum ad quartuꝫ.quod erat remotio accidentium.scire debes ꝙ accidentia consequentia sunt multa ⁊ diuersa sicut.s. vigilia:dolor capitis frenesis:vel alienatio:sincopis fluxus ventris:ycteritia vel adustio:denigratio lingue:postulatio:⁊ fixura labiorum:⁊ potest addi rigor ⁊ frigiditas.que fiunt in principijs paroxis.sudor vomitus:⁊ casus appetitus:vel debilitas:fluxus sanguinis narium :profunditas somni: vel stupor.

¶ Sed quomodo hec accidentia curētur satis patet ex predictis in prima parte:⁊ partiꝫ supra s.de siti si non sit qꝺ prohibeat:demus de aqua ordeacea:vel de frigida.

¶ Item tamarindi masticati ⁊ in ore retenti sitim mitigant.

¶ Item grana granatorum:⁊ si sit tussis granatum dulce:⁊ aqua endiuie:sed cum febre cum calore magno epatis sine apostemate aqua solatri quando cum apostemate interiori:sed aqua nenufaris plus cum febre pestilentiali:sed aqua plantaginis plus, cum abominatione stomaci caliditate ⁊ fluxu ventris.Si isto modo fit colera prassina:vel eruginosa:vel cristallus ⁊ cāphora cum mucilagine psilij facta in aqua ro. Item ⁊ zuccharum rosatum violatum cum cassia mūda ⁊ mucilagine psilij: seminis cytoniorum vel prunorum.

¶ Potest fieri confectio:que sitim mitigat:ventrem laxat ⁊ pectus lenit:⁊ potest dari in omni etate consumptis ⁊ pregnātibus:licet sit nigra: non abominetur tñ:vel ponatur aliquid quod eius nigredinem remoueat.

¶ De vigilijs satis patet:similiter ⁊ de dolore capitis:vnde dicitur ꝙ succus berbene fronti appositus ⁊ illinitus tollit dolorem capitis a causa calida.Et si frigida vt in flegmatica febre vel melencolica betonica saluia.camomilla ros.pre ceteris valent in frenesi non vera:si sit ex cōmotione antecedente:si natura nihil fiat:Si nō valent:clystere attractiuum ligatio extremitatuꝫ: ⁊ fricatio earum:linitio frontis ⁊ timporū cum succo papaueris lactuce:semperuiue aque ros. cum lacte mulieris:aceti parū ⁊ sic de alijs.

¶ De sincopi dicetur intra capitulo de febre sincopali.

¶ De fluxu ventris satis patet in prima parte.

¶ Notandum tñ ꝙ in fluxu colerico valet decoctio sumach cū cibis.Itē grana granatorum:et vuarum passarū si puluerizentur.Dosis.ʒ.j. vel ij.expertum est ꝙ curat dissinteriam colericam vel epaticam. ¶ Confectio ad idem.

¶ ℞.dyadragāti:triasandali.zucchari ros.veteris añ.℥.j.spodij.ʒ.ij.camphore parum confice.

¶ Item tormentilla:coriandruꝫ:⁊ sanguinaria siue in puluere:siue in decoctione mixta: siue ꝑ se stringunt omnem fluxum curabilem.

¶ Item in constipatis ventris fiat clystere commune de malua vio. mercu.oleo communi:furfure ⁊ modico salis:⁊ si vis facere mordicationē:

ponatur mel: et si bene mordicatiuum facere volueris: ponatur de centaurea: abrotano: et absinthio: si mitigatiuum addatur de camomilla ⁊ aneto: si prouocatiuum vrine: mentastrum. calamentum: ⁊ arthemisia: si carminatiuum ventositatis: rutha: semen aneti ⁊c. si attractiuum a capite ⁊ stomaco. addatur vera. galie. ℥. j. Si vis purgare coleram ade cassiam. si flegma adde agaricum. si melencoliam: sene. Si a renibus in causa frigida. ponatur benedicta: si a causa calida: ponatur electuarium de succo ros. si consolidatiuum: vtramque plantaginem ⁊ bursam pastoris si mitigatiuum ⁊ lenitiuum. adde oleum violarum. si nutritiuum quando quis non potest comedere nec bibere vt in squinantia. mundifica intestina a fecibus deinde per clysteria immittantur bona brodia. vt gallinarum ⁊c.

¶ De icteritia patet supra.

¶ Super adustione lingue. que remouent sitim valent in hoc. Candi etiam valent in omni siccitate tali: ⁊ aqua calida cum aceto valet in denigratione lingue.

¶ Contra vlceratione oris ⁊ lingue ⁊ labiorum. que si aduenit post signa digestionis. est bonum signum. Valet dragagantum cum rosis liniendo vlcera ⁊ pustulas. ⁊ ita oleum amigdalarum dulcium. mel autem rosa. mundificat labia vlcerata sed zuccharum rosatum plus valet in lingua excoriata. deinde puluis boli armeni.

¶ Circa vomitum si adueniat in principio paroxismi. vel post signa digestionis: ⁊ maxime si esset a colera prassina. vel eruginosa non restringatur. Sed in alijs casibus potest restringi confortando stomacum cum isto communi.

¶ ℞. mente absynthij. rosa. panis assi fortiter ⁊ aceto aspersi an. M. j. Et si vis fortius operari adde de mastice olibano ⁊ zedoaria: ⁊ si causa est frigida de calamo aromatico: si causa calida de corallo ⁊ sandalis. Ex his etiam potest fieri vnguentum cum oleo rosa. de citonijs ⁊ cera. Ad extra odoret mentham cum pane asso aceto asperso. Item ligentur ⁊ fricentur extremitates et sic de alijs.

¶ Circa casum appetitus caueant que destruunt appetitum vt crocus: sed de puluere calamenti cum succo menthe fiat salsamentum: quo vtatur in causa frigida ⁊ in calida cum nuce muscata ⁊ aggresta.

¶ Circa sudorem si superfluat: extinguatur flabello sepe super egrum: non abstergatur sudor: quia aperiendo poros maiorem sudorem prouocat. Expertum est quod inuoluatur eger in linteamine madefacto aqua frigida: in qua sit de puluere myrtillorum ⁊ rosa. ⁊ foliorum quercuum.

¶ Si autem vis sudorem prouocare: aperi poros cum oleo tepido de camomilla: aut vino albo fricando: ⁊ tunc cooperiatur bene patiens ⁊ dormiat. Aut.

¶ ℞. sem. lini bethonice: folio. lauri: ebuli: maiorane: hedere terrestris: paritarie: ⁊ vas ligneum repletum istis herbis ponatur ad plantas pedum ⁊ cooperiatur solum corpus: ⁊ anhelitum retineat sub pannis ⁊ sudabit. Aut impleantur vesice aqua calida vel spongie expresse: ⁊ hypocundrijs approximentur: bibat etiam aliquod subtile actu calidum.

¶ De fluxu sanguinis narium patet supra.

¶ Circa profunditatem somni ⁊ stuporem fricentur extremitates et ligentur ⁊ trahantur capilli ⁊ aures ⁊c. forte clamando fiant ventosationes in spatulis: clisteria mordicatiua: ferida naribus applicentur: vt supra de prefocatione matricis: deinde approxima sternutatoria ⁊c.

¶ Experimentum cor vel oculi philomene sub ceruicali positi non permittunt dormire: sed fel leporis cum vino bibitum dormire facit ⁊ oppositum destruit.

¶ Circa regimen sex rerum non naturalium multa possunt dici: sed quia secundum diuersitatem fecum oportet ita diuersificare: ideo de ipsis in capitulis earum dicetur.

¶ Unum tamen notatur quod semper ante paroxismum debet cibari eger saltem per quatuor vel quinque horas ante: ⁊ quanto leuius tanto melius: solum quod virtus non deficiat: et si aliter fiat addit in malitiam maximam: et paroxismi longitudinem.

¶ De tertiana nota. Cap. x.



Tertiana nota est. que secundum aliquos dicitur. adulterina siue bastarda. Fit enim ex materia composita ex colera ⁊ flegmate grosso vel subtili in stomacho vel in alia parte corporis extra venas in loco: vbi cause putrefactionis valent. Nam si flegma grossum admiscetur colere: fit colera vitellina: si subtile aquosum citrina et alia colera. que dicitur prassina. que generatur ex vitellina per adustionem secundum Auicennam sed secundum Gal. prassina eruginosa seu zinaria potest generari ⁊ per adustionem et per admixtionem melencolie cibis calidis valde in stomacho calido: ⁊ de istis non fit feb. vt dicit Isaac. Sed Auer. secundo colliget asserit quod sic: sed est mortalis: ideo de his non fit febris salubris: ⁊ sic saluetur vterque.

¶ Tertiana igitur nota fit sepe ex colera citrina: vel vitellina: raro ex prassina: et rarissime ex eruginosa.

¶ Sed queritur quare continua affligit omni die: ⁊ interposita de tertio in tertium.

¶ Respondetur quod materia putrefacta extra venas non retinetur in loco ita calido: nec fit tanta conculcatio: quin prohibeatur materiam putrefactam tempore paroxismi resolui totaliter.

¶ Sed quare aduenit secundus paroxismus: hoc est ex aliqua caliditate extranea in loco putrefactionis derelicta forte cum aliquo cineritio materie antecedentis paroxismi. Sed quia sanguis putrefit continue ⁊ colera de tertio in tertium. Ratio est: quia sanguis in se habet ambas causas putrefactionis scilicet caliditatem ⁊ humiditatem: ⁊ nunquam extra venas reperitur ideo in continua putrefactione consistit absque regimine. sed in flegmate est multa humiditas. que est potissima causa ad putrefactionem: ideo est quasi in continua putredine. quia multam affinitatem habet cum sanguine nam conuertitur in sanguinem tempore necessitatis, sed quia est extra venas. ⁊ cum hoc est frigi-

dum: impeditur sua continua putrefactio: et in-
terpollat horis sex: ⁊ affligit horis .xviij.

¶ Colera vero est sic priuata humiditate: et sic
extra venas: q̃uis habeat caliditatem iuuan-
tem ad putrefactionem: attamen tardat suam
putrefactionē per horas .xxxvj. ⁊ affligit per ho-
ras .xij. ad plus. ¶ Melencolia vero est sic ex-
tra venas: ⁊ pauca respectu aliorum humorum:
⁊ cum hoc habet frigiditatem ⁊ siccitatem con-
trariantes putredini: igitur quiescit per horas
xlviij. ⁊ affligit per horas .xxiiij. Alia ratio est qꝛ
mouentur sic formaliter: sicut magnes attrahit
ferrum: ⁊ scamonea coleram ⁊c.

¶ Signa tertiane note sunt fere eadem cum si-
gnis tertiane pure: differũt tamen in aliquibus
quia in ista ſm plurimum paroxismi extēdũtur
vltra horas .xij. frigus est maiꝰ rigore: tardatur
eius accessio longius durat: non est in ea tanta
siccitas. nec cauma quemadmodum in pura: nõ
eradicatur cum sudore copioso: lingua nõ est sic
aspersa nigra vel citrina sicut in pura. Siẜr no-
cetur mãifeste ex potu aque frigide: similiter do
lor ⁊ grauitas capitis: ⁊ tersio in ventre maior q̃
in pura: ⁊ sepe prolongatur paroxismus vsq̃ ad
horas .xxx. ⁊ plus ⁊ ſm qđ prolongatur vltra ho-
ras .xij. elongatur plus a tertiana pura: tũc par
ticipat plus de flegmate: ⁊ econtra minus.

¶ Item vrina citrina non intensa per totum te
nuis vel mediocris accedens ad tenuitatē ex co
lera citrina fe. significat.

¶ Urina autem subcitrina remissa mediocriter
tenuis magis accedens ad tenuitatem in super
ficie minus tenuis tertianã ex colera vitellina
significat. ¶ Item pulsus non est multum velox
spissus respectu vere tertiane. ¶ Differt etiã ex
parte modi paroxismandi: qꝛ in tertiana vera ꝑ
mus periodus est debilis. secundus est fortior.
tertius est fortissimus. quartus in vltimo: ⁊ est
status ⁊ nequissima accidentia. quintus autem
incipit declinare: ⁊ .vj. plus .vij. est modicus aut
nullus. Hoc autem non cõtingit in tertiana no-
ta ⁊c. ¶ Cura est vt prius fiat clystere lene omni
die: aut suppositoriũ: et sumat oĩ die in aurora.
℥ ß. oximellis cõpositi: ⁊ mellis ro. vel syrupi ace
tosi cõpositi: vel de bizantijs cum aqua decoctio
nis prunorũ: radicũ petrosillij: ⁊ feniculi. ¶ Sy-
rupus in forma. ¶ ℞. bru. aspera. graminis. añ.
℥ ß. endi. non lote nouelle: scariole: rostri por.
vtriusq̃ epa. scolop. summitatũ lupuli añ. M. j.
quattuor seminum frigidorum maiorũ. ℥ j. liqui
ritie: vuarũ passularũ mũdatarũ añ. ℥ ß. florum
bor. vj. bug. añ. ℥ j. aceti al. ℥ j ß. ros. ℥ ij. zuc. al.
q̃tum sufficit vt lib. j. ⁊ fiat syrupus. ¶ Alius ad
idem pro debilitate vel pro delicatis. ¶ ℞. ra.
bru. asperagi graminis añ. ℥ j ß. aque endi. ℥ iiij.
aque nenupharis: aque capi. vene. ℥ vj. ace. al. ℥
j ß. zuc. al. lib. j. Uel sic. ¶ ℞. orizac. cõposite: sy-
ru. de endi. añ. ℥ j ß. Dos: eius est. ℥ j ß. cũ aquis
cõuenientibus: vt endi. fe. bug. capil. ven. ⁊c.

¶ Introducatur vomitus ante cenam cũ aqua
decoctionis añ. ⁊ seminis attriplicis ⁊ oxi. cõpo
sito actu calido. ¶ Et cõsidera istud: quod vomit
qꝛ si sit citrinus clarus purus generatur in epe. si
alterius coloris vt suc. por. ⁊ erugo eris sit in sto-
ma: si fex sit alba ꝓuenit a chili. si eger sit coleri-
cus sit a tota cõplexione. Materia digesta purge
tur: nõ expectes tñ vltimã digestionē: qꝛ oportet

pluries purgare. ¶ ℞. flor. bora. bug. añ. ℥ j. pru
norũ da. xij. liqui. ra. pass. mũdatarũ añ. ℥ ß. zinz.
al. ℈ j. aga. ele. ʒ ij. corticũ mira. ci. che. infu. ꝑ no
ctem de mane exprimant ⁊ ℥ v. colat. addantur.
ʒ ij. elec. de suc. ro. ⁊ detur in aurora. Uel sic.

¶ ℞. turbith gum. ⁊ mundi. ʒ ß. dya. gr. ij. vel. iij.
pul. ⁊ incorpo. cum me. r. ⁊ detur sic: aut dist. cum
aqua or. detur vt supra: aut cum isto.

¶ ℞. turbith gum. vt supra. ℈ j. dya. zinzi. añ. ℈
ß. vel minus si apparet dyadraganti frigidi. ℈ j.
zuc. albi. ʒ j. pulue. ⁊ incor. cum modico syru. vi.
in formã nu. fiat bolus ⁊ deauretur. Aut purge-
tur cum turbith ⁊ aqua deco. prunorũ: ysopi: aut
cum. ʒ ij. dyarob cum turbith. aut cum. ʒ j. pillu
larum aggregatiuarũ Me. et sic de alijs solutis.

¶ Nota tamen vnum q̃ si colera superet in cor-
pore multiplica in solutiuis: que colerã purgat.
⁊ ecõtra si flegma. ⁊ si equaliter procede cũ medi
cina: que purget ambo equaliter. tamen in prin
cipio melius poterit purgari colera q̃ flegma:
quia habilior ad motũ. ¶ Sumatur sepe in die de
confectione ista.

¶ ℞. dyarodon abbatis: triasandali añ. ℥ iiij. ⁊
bibat post illud vinum grana. cum aqua deco-
ctionis ysopi: prunorum. vel liquiritie mixtum.
Et simul cum prolõgatur loco istorum sumat ro
satam nouellã: aut aliud tale. qꝛ magis destruit
materiã frigidam. ⁊ stomachum confortat ⁊ ap-
petitum. Ungatur stomachus sepe cum oleo de
mastice: ⁊ de citonijs: ⁊ ros. ⁊ aceti parum. ¶ Cly
sterizetur sepe nisi per se semel. aut bis assellaue
rit: ⁊ continuentur clysteria lenia vt hoc.

¶ ℞. ysopi: foliorum sicle añ. M. j. carthami mũ
dati: sebesten. aña. ʒ j. turbith gumosi. ʒ j. vel. ij.
prout tibi videbitur. florum camomille: viol. an
na. ℥ ß. olei ozimi. ℥ iij. baurach. ʒ j. cassie. ℥ j.
fiat clystere.

¶ Si virtus esset debilis exhibe carnes hedi. et
pullorum alteratas cum lactucis ⁊ borach. ⁊ con
diantur cum agresta ⁊ cum puluere cannelle. bi-
bat vinum clarum mixtum cum aqua.

¶ Si autem inꝰ principio feb. vsq̃ ad duas vel
tres dies habitudo sit carnosa: ⁊ vene sint plene
⁊ sic de alijs. flobothometur. quia alleuiat egrũ:
et materiam antecedentem minuit. Et si nullo
modo sumere vellet de solutiuis dictis: purge-
tur cum isto syrupo solutiuo.

¶ ℞. mira. citri. ℥ j ß. sene. ℥ ß. polipodij. ʒ ij. se-
minum lactuce endiuie ro. aña. ʒ ij. coque in li-
bram. j. aque donec redeat ad lib. ß. deinde adde
zuc. ℥ iij. syru. ⁊ in fine decoctionis addatur sca-
monee suspēse cum filo. ʒ ß. dentur. ℥ ij. pro vice.

¶ Digesta materia plus vel minus prout ope-
rãti videbitur. ⁊ illud plus resistit colerica gros-
sa. Aliud ad idem pro delicatis datur de tertio
in tertium.

¶ ℞. viol. florum boraginis. ⁊ buglosse aña. ℥ j.
prunorum. xx. mirab. citrinorum. ℥ ij. chebulo-
rum. ℥ j. sene. ℥ ß. seminis endiuie. ʒ iij. reubar-
bari electi. ʒ ij. decoquantur omnia preter mira.
et reubarbarum. qui debent poni in colatura et
stare per diem et cum syru. deponitur ab igne. li-
getur dyagri. in pecia plus et minus consideran
do virtutem ⁊ q̃titatem materie peccantis. Su
mat etiam omni die inꝰ aurora vnum trociscum
de rosis: vel de stella cum syrupo de rosis. ⁊ aqua
decoctionis ysopi. ⁊ pas.

¶ Ad prohibendum autem paroxismum febris tertiane: vnge pulsus brachiorum ⁊ tympoꝝ pa rum ante accessionē cū succo pedis columbini.
¶ Emplastrum ad idem siue epithima.
¶ Rx. san. vtriusq3. ʒ.ss. ros. viol'. añ. ʒ. j. 5. farine ordei. ℥. j. alo. ℥. ss. confice cum succo absinthij et solatri: ⁊ aceti paꝝ suppone epati añ accessionē.
¶ Contra tertianam puerorum.
¶ Rx. succi plantaginis semperuiue: solatri: ru the añ. misce cum farina ordei non cribrata: ⁊ cū albuminibus ouorum fiat emplastrum stō.

¶ De duplici tertiana. Cap. xj.

Duplex tertiana est fe. de colera pura vel non pura singulis dieb' affligens propter materiaʒ in diuersis locis putrefactaʒ. Et differt a quotidiana: q2 in duplici tertiana paroxismus est fortior de tertio i tertium. In quotidiana non intenduntur paroxismi notabiliter: q2 flegma omni die facit paroxismum suum: ⁊ mouetur equaliter ratione sue essentie ⁊ mot' corporis supercelestis. Colera autem ex natura sua mouetur de tertio in tertiuʒ.
¶ Et nota q̄ refert dicere duas tertianas ⁊ duplicem tertianam. Naʒ in hoc differunt quia in duplici tertiana colera facit paroxismum omni die tertia ⁊ die interpellatiōis facit paroxismū solum ratione quantitatis materie loci. In duabus autem tertianis colera facit duos paroxismos omni die tertia: q2 vterq3 motus paroxismalis est a motu corporis supercelestis.
¶ Duplex igitur tertiana pura fit de colera naturali rub. vera in diuersis locis extra vasa putrefacta: ⁊ differt a simplici propter diuturniorem afflictionem: quia eger singulis diebus affligitur. ¶ Urina est rub. aut subru. cum substātia mediocriter tenui ⁊ grosso circulo obumbrata superius. ¶ Item vrina citrina ⁊ subcitrina obumbrata ⁊ confusa in substantia in sene f'm duplicem tertianam significat.
¶ Curatur autem vt simplex tertiana. ¶ Tertiana nota duplex etiam affligit singulis dieb' ⁊ vrina turbatur ⁊ obumbratur superius: et ita de alijs signis proportionatis tertiane note. Curatur aūt sicut tertiana non nota ⁊c.

¶ De febre quotidiana. Ca. xij

Quotidiana est fe. de flāte extra venas putrescente gñata quotidie affligens: habens duodecim horas in summo labore ⁊ sex in falsa quiete: ⁊ sex in v̄a q̄e te: ⁊ fit de flāte naturali: vel vitreo insipido.
¶ Cā huius est omne illō qō gñat humores flāticos in nimia quantitate: sicut cibus ⁊ pot' flāti sicut pisces: fructus: herbe frigide: cibaria de pasta: lacticinia: repletio nauseatiua: inordinata cōestio crudi. sup indigesta cibaria cruda pinguia ⁊ viscosa fetida vt alec exsiccatuʒ: et alij pisces fetidi: somnus: ociū: opilatio. Nā flā viscosum dupl'r ledit. s. pꝑter suuʒ frigus ⁊ ratiōe sue grossitiei ⁊ viscositatis opilantis. ¶ Item potare sepe inter prandium ⁊ cenam ⁊ statim post cibum cōiter: aut fortiter moueri vel equitare vel dormire. Libenter venit in hyeme in sene ⁊ i puero flegmaticis: piscatoribus mulieribus ⁊ habētibus eructuationes acetosas aut catarrum descēdenteʒ ad stomacū. Et diuiditur in quotidianam veram: ⁊ hec fit de flegmate nāli aqueo insipido: ⁊ in quotidianam non veram seu notam: ⁊ hec fit de diuersis speciebus flātis non naturalis. Nam quedā fit de flāte dulci: ⁊ hec est ꝑpinquior quotidiane vere: tñ est breuior: q2 cum minori frigiditate in prin° paroxismi: q̄dā est flāte salso putrefacto extra venas: ⁊ in locis etiaʒ motis a corde ⁊ est cū pruritu ⁊ siti magna: quedaʒ est de flegmate acetoso: vbi est pars melencolie ⁊ est valde longa cum appetitu canino ⁊ acetositate sicut in alia est salsedo: quedam de vitreo grossissimo: sicut vitrum liquefactum qō est purum: ⁊ ideo apparet subtile: ⁊ esse ibi dolor colicus sepe communicans.
¶ Item diuiditur ex parte tp̄is aut horaꝝ: q2 q̄dam est hyemalis ⁊ quedam vernalis ⁊c. ¶ Itē alia diurna alia nocturna. Prima q̄ñ paroxismi accidunt in die ⁊ typus in nocte. In secunda fit econtra. ¶ Signa primo sumuntur a re nāli: q2 vt p'lm accidit frigidis ⁊ humidis: vt decrepitis pueris mulieribus ⁊ sic de alijs. A non naturali q2 vt p'lm venit in hyeme i aere nubiloso: ⁊ sic de alijs. A re p̄ter nām' vt q2 in prin°, venit typus cum magno frigore sine siti: corpus nō pfecte mundificatur a paroxismo pꝑter māe adherentiam viscositatem ⁊ grossitiem: ⁊ ideo est ibi sudor modicus aut nullus nisi versus crisim: et post digestionem māe. ⁊ per hoc differt a quotidiana notoria qua aliq̄ñ est multus sudor.
¶ Habet etiam signa ꝑpria. s. dolorem stomaci pꝑter flegma abūdare plus in eo: ⁊ tunc est sine appetituciboꝝ. Et si abundat in epate vel splene matrice: aut intestinis scitur ex dolore illius loci: si in spūalibus sitis est maior vrina magis colorata: ⁊ quedam ampulle minute apparēt in supficie. ¶ Pulsus est latus pꝑter humiditatē ⁊ abūdantiam māe tardus ⁊ debilis pꝑter caloris nālis paruitatem diuersus: q2 aliq̄ñ nā dominatur māei: ⁊ tunc est fortis ⁊ aliq̄ñ econtra: ⁊ tunc est debilis: est tñ rarior ⁊ minor pulsu tertiane ⁊ quartane.
¶ Urina in prin° est alba pꝑter multitudinem opilationuʒ ⁊ frigoris: deinde fit rubea propter putredinem ⁊ cōturbatur pꝑter malitiam digestionis. ¶ Item vrina glauca vel pallida cū sb̄a tenui ⁊ residentia globosa trombosa finaliter flā vitreum sine fe. sign̄at: ⁊ si est perturbata vel vmbrata fe. sign̄at fleg. que aliq̄ñ facit quartanā ꝑpter tarditatem putrefactionis: aliq̄ñ sextanaʒ ⁊c. aliq̄ñ vna pars putrefit ⁊ alia remanet i sua frigiditate ⁊ fit lipparia vel empiala: de qua dicetur infra. ¶ Item vrina subcitrina vel subrufa: liuens ⁊ obumbrata cum substantia declinā te ad spissitudinem fleg. de salso flāte sign̄at.
¶ Item vrina ruffa cum substātia spissa flegma dulce significat: ⁊ si non est fe. color est magis remissus. Et si cum fe. est liuens obumbrata. Adest etiam sudor frigidus cum dolore capitis. Incipit fortius affligere de nocte propter humiditatem sanguinis ⁊ flegmatis ⁊ caliditateʒ sanguinis. Adest fetor egestionis ⁊ vrine egestiō est spissa ⁊ tincta: ⁊ optimum est in quotidiana de flegmate naturali.
¶ Item vrina alba subtilis pauca ⁊ aliquantu

lum globosa feb. effimerinam significat: cuius signa sunt dolor stomaci omni die inuadit: incipit cum frigore grauitate et profunditate somni: et sepe cum sincopi dolor est in spina dorsi: facies ē plumbea: et sic de alijs. ¶ Item vrina ruffa mediocriter aut subruffa minorem emitritheum significat: et si vertat se ad maiorem spissitudinem rubeorem et liuorem mediū emitritheum signāt sed si sit modo intēsa et modo remissa et modo tenuis etc. maiorem emitritheum significat.

¶ Primo notandum quod fe. fleg. de difficili eradicatur ppter mãe multitudinem grossitiem et viscositatem ideo est timorosa: ideo sicut colerica raro inuenitur cōtinua: ita quotidiana raro inuenitur interpolata.

¶ Item si in prin° appareat motus spontaneus et in fine plurimus sudor signāt egritudinē breuem et salubrem: quia sequitur quod mã nō est multum grossa nec viscosa et pori non sunt multum densi et ideo saluior est quia est mundorum typorum.

¶ Item isti libenter incidunt subethicā et stuporem propter abundantiam flegmatis: et sic de alijs. ¶ Cura huius fe. consistit in tribus principaliter. s. in digestione mãe: in eūone eius et in accidentium remotione. ¶ Et nota quod oēs spēs quotidiane cōicant in prin° in tribus. s. lenificatione aut vomitu: et in administratione subtiliātium et incidentium. ¶ Digeratur igitur mã cū his que attenuant f'la vt cum oximelle simplici et cum radicibus quod fit cum aceto: in quo coctum sit calamentum pullegium et origanum aut cum isto. ¶ Rx. radicum feni. petrosilij: asparagi: brusci: apij: endiuie: scariole: scolopendrie. ca. ve. cētauree: politrici: añ. M. j. vio. ℥. ij. quatuor seminum frigidorum maratri: se. brusci petrosi. endiuie añ. ℥. j. florum camomille boraginis: melliloti apij. añ. ℥. ß. vini mali gra. li. ß. fiat siru. Aut cū isto. ¶ Rx. radi. quinque vt feni. etc. vt supra scolopen. cap. ve. dyanthos centauree politrici betonice hysopi eupatorij. añ. M. j. menthe parum. vt. ʒ. ij. vel. ℥. ß. cinamomi. ℥. ß. calami aromatici ʒ. j. spicenardi. ℥. ß. liquiritie rase. ℥. j. anisi maratri carui zucca. et mellis quantum sufficit. Dosis istorum est. ℥. j. pro vice cum aquis conuenientibus vt bethonice boraginis mellisse etc. ¶ Potest etiam fieri talis stiladigia: siue claretum valens ad preseruandum flegmaticos.

¶ Rx. polipodij in bona quantitate mundetur et tritum infundatur per diem vnum vel per duos in vino: deinde bulliat aliquantulum: cui addatur mel vt dulcoretur: et his adde puluerem cinamomi: zinzi. galange et specierum minus calidarum ponantur in sacco triangulato suspenso: et pluries vinum desuper proijce et colaturam collige. Prima etiam die potest dari oxymel compositum cum aqua tepida decoctionis laneti vel attriplicis vt vomat: sed non est multum cogendus. ¶ Et considera ex vomitu expellere vel per secessum vtrum sit viscosum vel subtile vel alicuius conditionis: quia secundum quod fuerit addendum est in medicinis maioris incisionis vel minoris. Si autem bis adestauerit perseuēter in die naturali non fiat clistere vel suppositorium: et vbi non fiat clistere ex frigidis dictis et addatur agarici modicum.

¶ Et nota quod materia in diuersis locis vel membris continetur: ideo aliqualiter diuersificētur digestiua ponendo semper aliquid: quod ferat virtutem digestiui ad locum. Digesta materia purgetur sepe: vt de quarto in quartum: vel aliter prout videbitur tibi: quia in quotidianis de flegmate oportet sepe digestiua et curatiua reiterare. Purgetur etiam cum isto.

¶ Rx. maratri: anisi quatuor seminum frigidorum: polipodij ana. ℥. vnam florum boraginis. ℥. duas mirabola. chebul. indorum. ana. ℥. ß. turbith: agarici ana. ʒ. ß. in. ℥. quinque hui⁹ decoctionis adde cassie. ℥. ß. et detur in aurora: aut cū medicamine de turbith: de cui⁹ proprietate est eradicare hanc febrem et omnes humores flegmaticos generatos ex fructibus et piscibus et similibus: quod sic fit.

¶ Rx. turbith albi gummosi mundati exterius et interius cribellati. ʒ. decem. masti. zinzibe. ana. ℥. j. zucca. ℥. j. ß. misce: dosis est ab aur. ß. ad vnum cum aqua tepida: aut cum conuenienti. Item ad idem.

¶ Rx. turbith vt supra zinzibe. ʒ. ij. masticis. ʒ. v. zucca. ℥. ij. puluerizentur. Dosis est a. ʒ. vnā vsque ad duas vel tres ad plus cum aqua calida decoctionis: hysopi: vel radicum feniculi aut petrosilij vel leuistici. Si rugitum patiatur cum pillulis de hiera purgetur. Dosis est. ʒ. vna aut cum polipodio agarico et turbith: aut cum alio vt cū dyarob de agarico etc.

¶ Si autem egritudo ista post predictum regimen videatur augeri: aut stare: soluatur cū isto: et non attendas super perfectam digestionem: quia omni die aliquid digeritur: et in reliquo aliquid digeritur: quod etiam moueri poterit: et in reliquo digestio expectatur. Ita Auic. c. de cura periodice flegmatice.

¶ Rx. turbith. ℈. ij. absinthij quartam. ʒ. vni⁹ colloquintide octauam. ʒ. vnius detur in auro: a Et post purgationes semper in aurora sequēti die detur. ʒ. j. tyriace antique cum aqua decoctiōis hysopi: se. ameos vel amomi. Uel vtatur isto in forma et est siru. solutiuus. ¶ Rx. flor. viol. boraboraginis buglosse. añ. ℥. j. carthami mundi quantum sufficit: zinzibe. albi anisi ana. ʒ. ij. liquiritie rase. vuarum passularum. ana. ℥. ß. turbith boni agarici. ana. ʒ. j. mellis et zucca. ana. quantum sufficit: coquantur parum: deinde liquefiat in ea. ℥. ß. dragaganti. et. ℥. j. succi ros. clarificetur et detur pro vice. ℥. j. ß. et conuenit delicatis: varietur tamen dosis secundum conuenientiam particularium. Utatur etiam dyarodon abbatis vel ros. nouella et de cardamomo. ¶ Quantum ad tertium de cura accidentium conuenientium primo dolori stomaci potest haberi ex dictis supra in de casu appetitus: quia in hoc valet spongia intincta in decoctione mente: ros. absinthij camomille bethonice etc. Et emplastrum ros. masticis zedoarie: laudani: mente: aut vnctio cum oleo nardino masticis etc.

¶ Scdm accidens est frigus in principio paroxismi: quod tollitur si pedes vsque ad genua et man⁹ vsque ad cubitos ponantur in aqua calida decoctionis camomille bethonice foliorum lauri leuistici: paritarie: et nō permittantur infrigidari sed cito desiccentur et inuoluantur pānis lineis duplicatis aut triplicatis. Ponantur et lateres calefacti et aspersi in predicta decoctione: et inuoluti in pāno ad pedes, vngatur spina cum oleo: in quo

decoquantur piretrum, staphisagria, calamen-
tum, piper &c. deinde tergatur cum panno aspe-
ro in vino calido. ¶ Tertium est longitudo pa-
roxismi: quod abbreuiatur cum isto. ¶ R. vrtice
minoris. M. ß. foliorum vitis: semperuiue, sola-
tri an. M. j. tele aranee. ʒ. ij. salis cõmunis quod
sufficit, et fiat emplastrum et ponatur pulsibus
brachiorum. Item micha panis cum castoreo tri
ta & confecta cum ouo molli assato & oleo lauri-
no, & emplastrata super stomacho & vmbilico mi
tigat & alleuiat paroxismuz. ¶ Quartum est sin-
copis: vel fames sincopalis remouetur frequen-
ter comedẽdo parum. detur igitur micha panis
cum aqua mellis. et confortat stomachum quia
vtplurimum fit propter dolorem stomachi.
¶ Quintum est stupor & curetur vt supra dictum
fuit. Circa sex res non naturales maxime circa
cibum & potum aerem & somnum debet attendi.
Abstinentia igitur esset bona medicina huius
quia corpora desiccat, nisi status esset lõgiquus.
Detur igitur a principio parua pulla condita cũ
aceto, vel agresta, aut alio salsamento. In princi
pio augmento paroxismi non dormiat sed in de-
clinatione per horam aer declinet ad siccũ &c.

¶ De quotidiana nota cõsequenter dicitur. Ca. xiij.

Quotidiana nota fit de flegmate in-
naturali: & non seruat modũ acces-
sionis: neq; horam: vt dictum est in
vera quotidiana. Et signa possunt
haberi ex dictis in ca. antecedenti.
¶ Similiter et cura: nisi q addan-
tur in medicinis & alijs. calida aut frigida s'm q
significabunt, signa in additione caliditatis et
frigiditatis: vel diminutione earũ respectu quo
tidiane vere.
¶ Cum igitur quatuor sint species communiter
flegmatis innaturalis: a quib' potest fieri quo-
tidiana nota. ideo breuiter de cura vniuscuiusq;
aliquid dicetur. ¶ Si igit' quotidiana nota fue
rit de flegmate salso digeratur cum isto. ¶ R. ra
dicum feni. petrosi. asparagi: brusci: endi. scario-
le: lingue ceruine: capil. ve. centauree: polifrici:
dranches an. M. j. vio. ℥. ij. prunorũ. xx. quatuor
seminum frigidorum: florum bora. an. ℥. j. mara-
tri: se. endiuie: scariole: berberis. ℥. ß. zuc. li. ij. vi-
ni gra. li. ß. fiat syr. detur pro vice. ℥. j. ß. cũ aquis
conuenientibus. ¶ Digesta materia euacuetur
cum isto. ¶ R. vio. florum bora. an. ℥. iij. maratri
polipodij: quatuor seminum frigidorum an. ℥. j.
mirabo. citri. chebulo. an. ℥. ß. vel minus si appa-
ret: vt an. ʒ. ij. indorum. ʒ. ij. infundantur in dicta
decoctione & exprimantur: &. ℥. iiij. illius addan-
tur. ℥. ß. cassie reubar. ʒ. ß. vel. j. agarici. ℈. j. hec
colentur et dentur in aurora. ¶ Item tertia die
post medicinam ante accessionem per horam in-
ter balneum aque calide: & in exitu sumat. ʒ. j. ru
bee trociscate: & misce cum aurea alexandrina cũ
aqua calida: postea inungatur spina cũ oleo ca-
momil. & vio. an. Et si virtus sit fortis: & alia con
senserunt flobothomet' de basilica dextri in esta
te: & sinistri in hyeme. ¶ Lauentur pedes & bra-
chia cum ista decoctione. ¶ R. fol. salicis vitis:
arundinis recentis: vio. an. M. iij. ¶ Si autem
fit ex flegmate vitreo quod scitur ex dictis supra
etiam quia omnia accidẽtia sunt fortiora in hac
febre q in alijs quotidianis notis. vnde in ista
est fortissimum frigus paulatim excrescens & de-
crescens: & cum calore abscõso: & sentitur maius
frigus in statu q in alijs tẽporibus: & sic de alijs
vt cum inflammatione stomachi & viscerũ dolo-
re &c. ¶ Digestiuum igitur debet esse excellens
caliditatis, vt est oximel squilliticum. vel saltez
fit ex herbis diureticis calidioribus vt enula cã-
pana, raphano, calamento, origano radi. apij. fe-
niculi &c. ex decoctione horum cuz zucharo fiat
syrupus. ¶ Syrupus igitur in forma.
¶ R. oximellis squillitici. ℥. j. acetosi composit'.
℥. ß. melli ro. colati. ʒ. ij. cum aquis conuenienti-
bus. detur omni die de mane quousq; materia
sit digesta. ¶ Et istud flegma cõmuniter cõtinet' i
intestinis. ideo cõuenienter euacuet' per fortia
clysteria premissis aliquibus lenitiuis cũ deco-
ctione radi. apij. ebuli. & fol'. malue. & furfure. & sic
de alijs in qua distẽperetur. ℥. j. benedicte exula
te. & cũ oleis conuenientibus de lilio sisamino.
&c. et cũ. ʒ. j. baurach. ¶ Per os euacuet' cũ yera.
aut aliqua yera cũ decoctione feni. polipo. squi
nãti aut cũ. ʒ. j. pil. fetidarum aut de sarcocolla.
aut aggregati. maiorũ. Mesue. Deĩde fiat stuffa
vel enchatisma ex saluia. calamẽto origa. mẽta-
stro. ebulis. nepita. &c. cũ his detur tyriaca cum
decoctione aneti: anisi saluie &c. vinũ sit odorife
rũ. ¶ Si ex flegmate dulci minuat' s'm virtutẽ &
etatẽ. deinde digeratur cũ syru. cõposito. vel syr.
aceto. cũ aqua decoctionis radicũ calidarũ diu-
reticarum. vel oxymelle cũ aqua decoctionis vio
larũ prunorũ & herbarũ calidarũ aut cum isto in
forma. ¶ R. vio. centauree: politrici. capil. ve. fu
miterre. hypericon. radicum feni. petrosil. apij
an. M. j. prunorum. xx. iuiube. sebesten an. ℥. j. cũ
zuc. fiat syr. detur vt. s. Euacuetur materia cum
his que euacuant flegma salsum: verum benedi
cta non videtur cõuenire hic nisi in hyeme: aut
quando flegma hoc esset in renibus. Si ex fleg-
mate acetoso digeratur vt supra sicut flegma vi-
treũ. & euacuatur cum euacuatiuis flegma. & me
lencolie ponẽdo plus de vno q de alio s'm q cõ
uenire videbitur &c.

¶ De quotidiana interpollata composita. Ca. xiiij.

Febris quotidiana interpollata est
cõposita ex duplici flegmate extra
vasa putrefactio. et differt a sim-
plicibus per fortiorẽ et diuturnio-
rem afflictionem & maiorem calo-
ris intensionem: & qñq; paroxismo-
rum continuationem. et quandoq; bis typũ pa-
tiuntur, & nulla est quies iterum per vrine turba
tionem semper est obũbrata superius sub circu-
lo: & cura est eadem cum quotidiana simplici.

¶ De quartana vera. Ca. xv.

Quartana pura seu vera interpolla-
ta fit ex melencolia naturali cũ cõ-
uenientia aliorum particularium:
& qñq; ẽ simplex: qñq; duplex. Sim
plex de 4° ĩ 4^m affligit ĩ horã meĩie
tãz ordinẽ. p° fit exiccatio: deĩde fit

horripilatio: deinde rigor: deinde frigus: deinde tremor: deinde calor lentus: ⁊ ad vltimum sudor paruus vel nullus. ¶ Causa huius est omne quod multiplicat melencoliam ⁊ putrefacit illam: sicut carnes bouine: anatine: carnes salse: caseus antiquus: caules: lentes: aer pestilentialis: malitia splenis. vt opilatio vel induratio eius: magna caliditas adurens humores: allea: porri cum lacticinijs: ieiunium in estate: labor nimius inordinatus: motus caloris modo ad intra modo ad extra: tempus anni: vt autumnus et estas. cibi frigidi ⁊ sicci: assi ⁊ frixi: acuti: colerici: vt qui faciliter conuertuntur ad coleram: vt mel: mustum ⁊c. modicum dormire: nimis moueri: accidentia anime: vt sollicitudo: tristitia: vehemens timor. ¶ Signa sumuntur primo a re naturali: vt quia complexio sit frigida ⁊ sicca in senectute cum extenuatione: ⁊ sic de alijs. A re non naturali: quia nascitur in autumno: ⁊ in vtentibus frigidis ⁊ siccis in regione frigida ⁊ sicca. ⁊ sic de alijs. A re preter naturam. primo in generali: deinde in speciali discurrendo per species quartane.

¶ Generaliter primo mouetur cum rigore ⁊ horripilatione. est enim rigor laboriosus: ⁊ ossium fractiuus cum dolore splenis ⁊ spondilium: ⁊ grauitas epatis ⁊ stomaci ⁊ maxime post cibum cum percussione dentium: ⁊ eius caliditas est maior ⁊ magis acuta quam in flegmatica. ⁊ minor quam in tertiana ⁊ causone: sed eius siccitas ⁊ asperitas non sunt ita: vt siccitas tertiane. Pulsus eius est paruus: strictus occultus plusquam in alijs feb. mutatur calor naturalis in facie. Urina alba ⁊ tenuis cum quadam dyafinitate: aspersus oculis in die paroxismi: ⁊ ante paroxismum quartane de melencolia naturali. Si materia sit in epate: vrina tendit ad spissitudinem ⁊ nigredinem. Si in spiritualibus: ampulle apparent in superficie vrine. ⁊ sitis non faciliter mitigatur ex potu. Si in splene: a duritie quartane est durities splenis. Si in stomaco. a principio est dolor stomaci. Si in intestinis est dolor intestinorum. ⁊ egestio panis: ⁊ sic de alijs. ¶ Pronosticum. Estiue quartane vt multum sunt breues autumnales vero longe: ⁊ maxime que ad hyemem coniunguntur. ita Hyppo. secundo affforismo.

¶ Item crisis quartane pure venit in septem periodis: ⁊ sic curaretur in. xx. diebus secundum vnum modum: ita videtur velle Gal. 3° pronosticorum commento. vj. Alio modo intelligitur: quod terminatur in septem periodis. s. septimanarum: vel intelligitur quod terminatur in 7° periodo quia in septem mensibus absolute. vel in septem mensibus post diem quadragesimum.

¶ Cura est cum digestiuis euacuatiuis ⁊ accidentium mitigatiuis. ¶ Nota tamen quod licet dicat. A. quod omnes quartane in principio minuantur considerare debes an sanguis dominetur: ⁊ tunc plus minuas: si non: minus vel nihil: ⁊ tunc intende ad digerendum habendo in mente ista quatuor. Primum quod in principio quartane non dentur nimis calida. secundum: quod non dentur nimis frigida. tertium quod non detur nimis subtilis dieta. quartum quod non detur multe pharmacie.

¶ Item studeat medicus in confortatione epatis ⁊ splenis: ⁊ etiam aliorum similium.

¶ A principio igitur digeratur materia cum isto. ¶ ℞. radicum feniculi. petrosil. brusci: pentaphilonis graminis endiuie: scariole: capil. ve. adyanthos: cicoree: radicum buglosse ana. M. j. vio. ℥. iij. florum boragi. seminis brusci: sparagi: quatuor seminum frigidorum. liquiritie mun. seminum lactuce: berberis: sand. ℥. j. vtriusque sand. ana. ℥. ß. spodij. ʒ. ij. prunorum. xxv. zuch. lib. ij. vini gra. acetosorum lib. ß. fiat syru. detur. ℥. j. ß. cum aquis conuenientibus. ¶ Signata aliqualiter materia purgetur cum istis. ¶ ℞. vio. ℥. iij. florum boragi. ℥. ij. scolopen. endi. scariole ana. ℥. ij. prunorum. xx. decoquantur et in. ℥. v. infundantur mira. indorum. ℥. ß. reub. lapi. lazuli ana. ʒ. ß. distemperentur ⁊ dentur in aurora.

¶ Item si virtus non sufficiat in potionibus: fiat istud clystere sepe ante paroxismum. ¶ ℞. foliorum malue. branche vrsine: vio. ana. M. j. olei vio. ℥. ij. succi mercurialis ⁊ cassie ana. ℥. j.

¶ Utatur omni die isto elec. ¶ ℞. Dyaboraginati. zuc. vio. ana. lib. ß. triasandalorum. ℥. j. misce.

¶ Post prandium vtatur isto. ¶ ℞. triasan. ros. nouelle ana. lib. ß. misce. ¶ Et no. si quartana transeat in hyemem addatur in digesto de polipodio ⁊ epithimo. vtriusque sticados: ⁊ de floribus camomille ⁊ mellilori: ⁊ de radicibus capparorum et acori secundum estimationem medici propinquam veritati. Et ideo tunc potest dari in aurora et ante cenam per duas horas: cum non etiam sit in principio. ℥. ij. oxymellis compositi. vel. ℥. j. ß. oxymellis squillitici: aut syru. acetosi cum. ʒ. iiij. cappari. ciperi. assari: epithimi. dulcorate cum zuc. Aut cum isto in forma. ¶ ℞. epithimi recentis. foliculorum sene: florum boraginis ana. M. j. cinamomi. ℥. ij. spice: macis: cardamomi ana. ℥. ß. gariof. ʒʒ. ana. ʒ. ij. seminis ani. ℥. j. fiat nectar vel syru. de quo sumant omni mane. ℥. iiij. Die vero accessionis in principio paroxismi sumat cum multa aqua tepida decoctionis ane. ⁊ attriplicis: de oxymelle vel de syru. acetoso: ⁊ vomat pro posse: aut syru. acetosum cum aqua decoctionis raphani: et alijs etiam diebus fiat vomitus si commode fieri potest ⁊ si non in die ante accessionem purgetur cum ʒ. j. pillularum fetidarum: quarum descriptio ponetur infra: vel cum. ʒ. j. pillularum de lapide lazuli Mesue: vel cum decoctione de epithimo scripta supra capitulo de melencolia. Aut cum isto dyasene.

¶ ℞. sene. ℥. iij. cinamomi. gariof. macis: cardamomi: galange. ligni aloes: piperis longi. ʒʒ. zedoarie: spice nucis. musca. ana. ʒ. iij. auelanarum serici combusti: lapidis armeni ana. ℥. j. ß. zuch. ℥. v. mellis alb. lib. iij. Dosis est ab. ℥. ß. vsque ad ℥. j. Deinde vtatur confectionibus: vt dyamargariton: ⁊ interdum de dyacalamento de leritia gali. et sic de alijs. Aut isto medicamine cum melencolia fuerit adusta premisso digestiuo ad tempus.

¶ ℞. ellebori nigri. ʒ. j. ß. tere ⁊ misce cum. ℥. iiij. rob. de vino per noctem: ⁊ in colatura addantur tria grana dyagridij non triti in vltimo et. ℈. j. pulueris reu. Detur de mane sequenti post purgationem. ʒ. j. tyriace cum vino odorifero. Utatur balneis: diebus quibus non affligitur. in quibus non sudet pro posse. Utatur etiam quiete ⁊ somno. ⁊ breuiter omnia multiplicantia humiditatem et pinguedinem vbique. ¶ Abstineat a coitu: ⁊ labore: et ieiunio: ⁊ specialiter in diebus quietis. In die vero quietis potest comede-

re ante accessionem p horas quinq;: bibat vinũ
album valde lymphatum. Condiantur illa bo-
na cibaria cum puluere cardamomi: eo ꝙ suda-
re facit ⁊ materiam digeri post accessionem per
multas horas: ⁊ die quietis comedat carnes pul
li ⁊ castrati hedi ⁊ agnorum: ⁊ rapas coctas ⁊ fi-
cus siccas ⁊ virides ⁊ spinachia: boraginem cuꝫ
feniculis petrosi. ⁊c. Item si fuerit cum opilatio
ne in diebus quietis non lymphetur vinum.
¶ Contra accidentia que sunt horripilatio fri-
gus ⁊ dolor ⁊ durities splenis. Primo contra fri
gus valent dicta supra. ca. 3°. ab isto: inungatur
spina oleo camomillino ane. de lilio añ. ℥. j.
¶ Contra horripilationem fiant predicta ⁊ pe-
dum fricatio. ⁊ vtatur isto electuario multũ vti
li qñ ꝓlongatur vltra. xl. dies.
¶ ℞. assari. sene. calami aromatici gariofi. cina
momi seminum endiuie: scariole: lactuce sanda.
alb. ⁊ ru. roſ. seminis basiliconis. añ. ʒ. iij. spodij
ʒ. j. lapidis lazuli sepe abluti. ʒ. ß. fiat electuariũ
cum siru. acetose aut alio. Et nisi fuerit multum
vetantia.
¶ ℞. asse. foliorum ruthe sicce piperis lon. ana.
℥. ß. mellis quod sufficit. detur quantum auella
na in mane. Et si vis alia remedia pro accidenti
bus recurre supra.

¶ De quartana nota. Ca. xvj.



Uartana nota semper fit ex mate-
ria grossa: in qua adheret humidi-
tas accidentalis: vnde ex composi
tione ⁊ duritie sui subiecti putre-
fit longius durat ⁊ fortius affligit
⁊ eius paroxismus longius durat:
⁊ cum fortioribus fit accidentibus: ⁊ hec fit quã
doq; de colera adusta quandoq; sanguine adu-
sto: quandoq; de flegmate adusto ⁊c. ¶ Signa.
Si ex colera adusta affligit de quarto in quar-
tum sed mõ in mane: modo in tertia: mõ in me-
ridie: modo in vesperis. Urina extra accessionẽ
est colorata valde maxime post noctem paroxis
mi: quandoq; eijcit coleram per os: quandoq; p
infra: ⁊ si non communiter est tinnitus auriuꝫ.
Si ex flegmate adusto modo in vesperis: modo
in nocte modo in hora flegmatis affligit: vrina
est similis vere quotidiana de fleg. salso sub pal
lida post paroxismũ citrina: ⁊ primo tenuis ma
teria incipiente digeri: apparet exacerbatio ma
gna: sunt etiam alia signa communia: vt abũdã
tia salsi flegmatis dolor capitis. Si a sanguine
adusto affligit modo in aurora: modo in vesperꝫ
modo in horis flegmatis: modo in horis sangui
nis vrina est subrussa vel russa ⁊ spissa: ⁊ quan-
doq; cum quadam liuedine ⁊ nigredine: ⁊ pre-
cipue in superficie ⁊ frigus parum aut multum
calor maior in matutinis: nam motio febris est
ſm motioneꝫ humoris a quo generata est: adest
inflatio hypocundrij sinistri cum grauitate ⁊ do
lore: ⁊ maxime post cibum splenis durities gra-
uitas capitis: precipue frontis in vere proprie
aduenit: in ceteris est periculosior: ⁊ raro eger
euadit.
¶ ¶ Pronosticatio. Omnis quartana que ex se
incipit ⁊ non sequitur aliam egritudineꝫ est me
lior ⁊ breuior. ⁊ melius curatur ꝙ que sequitur:
⁊ sic de alijs.
¶ Cura. Si ex melencolia colerica digeratur cuꝫ
siru. acetoso vel orizacchara cũ decoctione sca-
riole portulace quatuor seminuꝫ frigidoꝝ addẽ
do ex radicibus prout tibi videtur. Uel cuꝫ isto
in forma. ¶ ℞. radicum fenicu. petrosilij: brusci:
asparagi. añ. M. ß. endiuie: scariole: scolopen. ro
stri porcini cicoree politrici centauree. añ. M. j.
quatuor seminum frigidorum liquiritie mun.
berberis. añ. ℥. j. viola. florum boraginis añ. ℥. j.
foliorum ro. rub. sanda. alb. ⁊ rub. spodij. ana. ʒ.
iij. prunorum dama. xx. polipo. ℥. ij. zucca. lib. ij.
vini grana. lib. j. siru. Dosis est. ℥. j. ß. pro vice est
cũ aquis cõuenietibus. ¶ Digesta materia eua
cuetur cum tribus partibus catartici imperia-
lis ⁊ quarta hierepi. Uel cũ in forma. ¶ ℞. vio.
florum bora. añ. ℥. ij. polipodij quatuor seminuꝫ
frigidorum. añ. ℥. j. mira. citri. ʒ. ij. reubar. ʒ. j. cas
sie. ℥. ß. fiat decoctio ⁊ in ea infundantur mira. ⁊
reubarb. ⁊ colentur ⁊ dentur in aurora vel cum
alio ⁊c. tertio die post medicinam balneetur: et
in exitu detur rubee trociscate ⁊ mitridati ana.
ʒ. ß. Deinde si apparet flobothometur de basili-
ca dextri brachij: ⁊ si venter sit constipatus: cli-
sterizetur sepe cum clisteri' communi. ¶ Ciba-
ria sint frigida ⁊ humida boni chimi. In die pa
roxismi abstineat a cibo maxime si sit in nonis:
alijs diebus vtatur carnibus ⁊ alijs prout dꝫ.
¶ Si ex flegmate digeratur materia cũ aliquo
siru. conuenienti vel oximelle composito ex de-
coctione seminum frigidorum ⁊ herbarum: ad-
ditis seminibus maratri petrosilij: anisi: ⁊ parũ
apij: ⁊ sirup. acetoso vel orizaccaro cuꝫ aqua de
coctionis seminis fe. thimi epithimi sene: cuscu
te. Aut cum isto. ¶ ℞. quatuor radicum añ. M.
j. fumiterre: scolopen. cicoree acrimonie: adyan-
thos: mediani: corticis frassini: tamarisci: cap-
paris: scabiose: lapatij acuti: fumiterre: eupa-
torij: calamenti ortulani: hysopi añ. quar. j. flor
tamarisci. ℥. ß. cassie lignee: ameos anisi: carui:
assari: seminis apij: iuniperi añ. ʒ. iij. quatuor se
minum frigidorum mundatorum. ℥. j. vtriusq;
sticados. añ. ℥. ß. spicenardi. ʒ. j. mellis squilliti-
ci. ℥. j. ß. aceti albi paruꝫ zucca. quar. iij. sirupize
tur: dentur pro vice. ℥. ij. cum brodio cicerũ: aut
alijs aquis conuenientibus. ¶ Solutiuum in
forma potest esse.
¶ ℞. turbith boni ⁊c. ʒ. ß. epithimi. ℥. j. agarici.
ʒ. ij. polipodij quercini: qr. j. passularum munda
tarum. ℥. ij. decoquantur ⁊ dulcorentur cũ zuc. ⁊
fiat siru. ⁊ sic de alijs: variando tñ ſm dominiuꝫ
humoris peccantis ⁊c. Deinde euacuetur cũ me
dicamine euacuante coleram ⁊ flegma: ꝓut me
dico videbitur. ¶ Prouocetur igitur vomit⁹ in
die paroxismi cum aqua calida ⁊ sirup. acetoso.
Exercitetur temperate ante paroxismum p qua
tuor horas deinde quiescat ⁊ sic de alijs: vt. s. de
cura quartane ve. qr cura harum vt multum de-
pendet ab illa. ¶ Si ex sanguine flobothomet
primo de basilica vel de saluatella sinistra: vel si
non saltem ventosetur in spatulis: ⁊ sit medicus
cautus ne euacuetur subtile. Irroretur ita vena
aqua calida ⁊ fiat flobothomia lata. Deinde di
geratur materia cum siru. acetoso vel orizacca-
ra cum aqua decoctionis sene: epithimi: cuscute
⁊ radicum ⁊ seminum diureticorum in cuius co
latura. ℥. iiij. dissoluantur cassie. ʒ. ij. manne. ʒ. j.

reubar.ʒ.ʃ.dentur cum siru.vio.vel cuȝ aqua lupulorum quia sanguinem mundificat. Uel euacuetur cum decoctione vio.borag.sene ⁊c.additis mirabo.citri.⁊indis.an̄.ʒ.ij.reub.ʒ.ʃ.vtatur in mane dyaboraginato:deinde triasanda.

¶ Et nota ꝙ borago quocunq́ȝ modo in hoc mirabiliter valet. ¶ Item nota circa predicta: q̃ semper hora paroxismi vitet somnum:q2 frigus vel horripilatio erit minor ⁊ paroxismus alleuiabitur. ¶ Item nota ꝙ quartana aliquando durat vsq́ȝ ad annum vnum vel duos:⁊ ſm Auicen.vsq́ȝ ad septem annos vel.xij. ¶ Sunt etiā quedam febres que sunt de genere quartane nōte ⁊ dicuntur ab Aui.psicamos prima quarti.et fiunt ex materia ex qua fit quartana sed est grossior durior ⁊ minor:⁊ ſm plurimum fiunt ex melencolia flegmatica gipsea vel pontica:vt dicit Auicen.auctoritate Hyp.⁊ dicuntur quartane. Sunt autem sextane vel septene aut nouene ⁊c. quia fiunt penes tales reuocationes. G.dicit se non vidisse has fe.tempore suo.

¶ Cura tamen earum est eadem cum cura quartane:in istis tamē requiritur maior subtiliatio ⁊ digestio longior cum grossiori dieta ne virtus deficiat propter longā afflictionem:ideo de his non fiet aliud capitulum ⁊c.

¶ De duplici quartana ⁊ febre erratica. Capi.xvij.

Duplex quartana fit de melencolia in duobus locis extrauasa putrefacta:⁊ differt a simplici per diuturniorem afflictionem:⁊ per hoc q̃ in duobus dieb⁹ affligit:in tertio die interpollat curetur aūt vt simplex. ¶ Quartana aūt duplex nota fit ex colera adusta vel sanguine adusto: vel flegmate salso adusto in duobus locis extra vasa putrefactis affligens in duobus diebus sequentibus ceteris horis sicut simpliciter nota.⁊ curatur sicut predicta. Et licet iste febres raro contingant:nō in conuenit tamen eas aliquando euenire: iō medicus sit cautus in decernendo:vt conuenientia remedia valeat exhibere. ¶ Sunt alie etiam febres erratice ⁊ fiunt qn̄q́ȝ ex diuersis humorib⁹ in diuersis locis:aut ex vno putrefactis ⁊ adustis ideo aliqn̄ dicitur tertiana erratica aliqn̄ quotidiana erratica:versus tn̄ autfinuȝ in quartanam erraticam conuertuntur:in se non errant: sed quelibet sequitur motum sue materie.

¶ Item vrina citrina vergens in speciem coloris glauci subtilis radiosa in superficie:lōgo tēpore talis apparens:⁊ maxime ante autumnuȝ febrem erraticam de melencolia naturali adusta significat. ¶ Curantur autem composite ſm nām suoꝝ cōponentium:⁊ finaliter sicut quartana:vnde ſm q̃ magis a sua specie recedit:magis interpollat modo vno motu modo alio vt planete errantes. ¶ Nunc ponam aliqua experta contra quartanam:primum requiretur serpilluȝ in vino ⁊ da bibere ante accessionem stō ieiuno.

¶ Ad idem valet vinum decoctionis folioruȝ ⁊ radicum assari. ¶ Item medius ciatus.i.mediū vitrum succi berbene ante accessionem:ꝓuocat sudorē ⁊ vomitum fortiter nec amplius reddit.

¶ Trocisci. ℞.folioꝝ ruthe.ʒ.ʃ.trocisc.ʒ.iij.iusquiami.℥.ʃ.cassiefi.℥.ij.sulfuris viui.℥.iiij.fiant trocis.⁊ detur pro vice.ʒ.ʃ.cum mulsa vel aceto.

¶ Unguentum contra frigus quartane vel quotidiane. ¶ ℞.succi brāche vrsine.℥.iiij.spice masticis cina.carda.yreos ana.ʒ.ij.cum oleo camo. fiat vnguentum ⁊ vngantur renes.

¶ Item puluis hyrundinis ⁊ turturis an̄. cum oleo ⁊ cera bene valet. ¶ Item succus saluie syluestris eupatorij ⁊ marubij.an̄.℥.ʃ.ante accessionem multum valet.

¶ De febre sincopali. Ca.xviij.

Febris sincopalis est que ſm maiorem partem in tertia die paroxismum facit. Fiat autem hec ex materia colerica conuersa cuȝ sua putrefactione in venenum:ideo multiplicatur in estate ⁊ autumno in hominibus colericis ⁊ vtentibus calidis ⁊ siccis vt alleis sina.pipere nasturtio ⁊c.

¶ Signa sunt casus pulsus post duas vel tres percussiones sitis vehemens vrina acuta colerica:liuida superius:eger cito macrescit:⁊ in breui facies tornatilizatur: fit sincopis vt plurimū in prin° paroxismi:⁊ istud est ꝓpriū signū hui⁹.

¶ Cura stat in cōfortatione virtutis ⁊ ꝓhibitione sincopis:ideo regatur cū cōfortantibus cor: ⁊ infrigidantib⁹ calorē ⁊ spm̄:custodiat aūt ab oī eūone. ¶ Si vero sincopis acciderit cū clausone oris apiatur os ⁊ ꝓiciatur in eo de aqua ordei mixta cum aqua de granatis mucis:aut de aqua frigida ⁊ vini stiptici paꝝ induat sepe camisiam infusam in aqua ro.mixta cū camphora ⁊ puluere sandaloꝝ:nullo mō extrema fricentur q2 trahent calorē ad extra:⁊ in diminuēdo spm̄ inducent sincopim ⁊ sepe mortem. Sumant aūt paroxismum trociscum de karabe cum aqua ro. aut vino de granatis:aut succo de berberis aut aggresta:aut vino stiptico. Bibat etiam aquam frigidam cum cum succo fructuum aut cum acetositate citri post multas accessiones sumat de tyriaca cum vino gra.aut de aggresta. Hoc eniȝ destruit venenositatem colere ⁊ nutriatur cum pullis ⁊ hedis alteratis cum lac.cucurb.⁊ endiuia ⁊c.conditis cum vino grana.⁊ acetositate citri.⁊ sic de alijs.

¶ De fe.sincopali fria. Ca.xix.

Febris sincopalis frigida fit ex flegmate putrescente in venis vel extra: cōuerso ad nām veneni q̃ cum effumat ad cor sui ventositate coarctat calorē ⁊ spm̄ in eo quare fit sincopis ⁊ fit vt plurimum in hyeme ⁊ autūno in cōplexione frigida in vtentibus frigidis vt aqua flegmaticis melicis vt piscibus ⁊c. ¶ Signa sunt aduentus sincopis omi die hora paroxismi:precipue circa occasum:deficit pulsus in omi scda percussione oculi sunt inflati:facies pallida cum mollicie corporis: malus appetitus cum vomitu flegmatico:vrīa apparet spissa discolorata:aliqn̄ tenuis cum liuiditate quadam. ¶ Pronosticatio. ¶ In ista ⁊ in superiori cum apparet naȝ cito deducunt ad mortē:ideo medicus non sit piger ī succurrēdo.

¶ Cura. Sumat in aurora.℥.ij.siru.acetosi vel mellis rosa.aut oximellis compositis in aqua mellis vel decoctionis ciperi et mellis;cui ad-

dātur.ʒ.ij. ſiſeleos:aut feni.aut ameos:vel amo-mi.Omni die a principio fricentur tibie leuiter ⁊ lōge:vnde materia ad extra trahatur. Sumat ante paroxiſmū michā panis cū aqua ordei: aut ydromelle:⁊ zuc.Si vero ſitiat: ſumat.℥.ſ. ſyru. acetoſi:vel oximel cū aqua decoc.paſſularū: aut granorū granatorū dulciū. Si vero fameat ⁊ nō fuerit debilis multū :,nutriatur cū cibis dictis: aut micha panis infuſa ī vino rubeo ſtiptico mixta:abſtineat omni modo ab aqua frigida:⁊ piſcibus ⁊c.Si fuerit debilis nutriatur cū pullis et carnibus hedinis:arietinis aſſatis:⁊ cū agreſta. Et ſi non aſellat:fiat clyſtere omni die cum aqua decoc.cōmunis cū melle:⁊ ſale ⁊c. ſuppoſitū cū ſapone gallico:aut melle cocto. ¶Confectiones huic ⁊ ſuperiori multum ſunt conuenientes.'ſed pro his ⁊ alijs recurre ſupra ad capitulū ſecunde partis de paſſionibus cordis.

¶De febre empiala. Ca.xx.

In febre empiala calent interiora,: ⁊ exteriora frigeſcūt:⁊ dicitur ab epi. quod eſt ſupra ⁊ ala qđ eſt algor: q̄ſi frigidū habēs algorem: in lipparia eſt econtra:licet Aui.dicat oppoſitū ſed nō eſt vis q: de noib' non eſt curandū. Materia igitur huius fe. non eſt flegma groſſum.ſiue colera groſſa mixta cum humido cuius vna pars putruit ex caliditate extranea:q̄ interiora calefacit ⁊ ſitim generat. Alia pars nō potuit calefieri: q: remota a loco putrefactiōis Refugit igitur caliditatē ex ſua caliditate actuali infrigidando extrema:fit etiā frigiditas: q: ſepe reſoluitur ex eo vapor:qui nō putrefit: ſed cū ſua caliditate aſſociat vaporē vſq; ad quid:deinde vapor redit ad frigiditatē:quā habebat ante putrefactionē:⁊ ſic mēbra extrinſeca infrigidantur. Uel pōt dici: ꝙ flegma iſtud vitreū ſm vnā partē putreſit ab ītra:quare calefacit: ⁊ ſm aliā partē ſpargitur ſuper lacertos et infrigidat ſua actuali frigiditate.Dantur alij modi: qui relinquunt in preſenti. ¶Sed nota differentiā inter hanc ⁊ emitritheam.nam in emitrithea materia colerica putrefit in exterioribus:⁊ facit rigorem manifeſtū de tertio ī tertiū. Similiter caliditas eius extranea'valde plus durat q̄ eius frigiditas: vel rigor non fit in empiala ⁊ lipparia.

